PAVLI GALLERATI

I. V. D., ET EX NOVARIEN. COLLEGIO Iuris Consulti Celeberrimi,

DE RENVNTIATIONIBVS TRACTATVS

Omnibus Iuris prudentiæ professoribus apprime vtilis.

NOBILISSIMO, AC SAPIENTISSIMO HEROI,

D. D. ANTONIO DE QVINTANADVEGNAS, Marchioni Florestæ, Potentissimi Hispaniarum Regis Consiliario Clarissimo, Excellentissimiq; olim Siciliæ Proregis Regio Consultori prudentissimo, Regijq; Patrimonij protectori diligentissimi, & nunc in supremo rerum Italicarum Senatu Regenti, atq; Decano dignissimo.

TOMVS SECVNDVS.

CVM PRIVILEGIO.

MEDIOLANI, Apud Iacobum Comum M. DC.XXIII.
SVPERIORVM PERMISSV.

Imprimatur
Fr. Franciſcus Vicarius Roſa, & S. Inquiſitionis Mediolani.
Fr. A Bariola, pro Illuſtriſs. D. Card. Archiep.
Vidit Saccus pro Excellentiſs. Senatu.

NOBILISSIMO, AC SAPIENTISSIMO HEROI,

D. D. ANTONIO DE QVINTANADVEGNAS

Marchioni Florestæ, Potentissimi Hispaniarum Regis Consiliario Clarissimo, Excellentissimiq; olim Siciliæ Proregis Regio Consultori prudentissimo, Regijq; Patrimonij protectori diligentissimo, & nunc in supremo rerum Italicarum Senatu Regenti, atq; Decano dignissimo.

PAVLVS GALLERATVS I. V. D.

Et ex Collegio Nouariensi Celeberrimo I. C.torum

S. D.

ETVS est adagium, à lanificio, vel textrina sumptum, quod ego sæpius in Hispania vsurpatum auribus ipsis audiui; hoc est, *Por la hebra se saca el ouillo*: quasi dicas *Per lineam, vel filum ad glomum facile peruenirí*. Cui persimile est illud, *Mare qui nescit, per amnem facilè inueniet*. Quod quidem adagium, Vir Illustrissime, optimè in me competere videtur, postquam, bono quodam sydere meo, amplissimum Senatorem, D. Ferdinandum Quintanaduenas, nepotem ex fratre tuum in Insubria cognoui. Cognoui, inquam, illum, simul & amaui, colui, ac suspexi, propter mirificas illius animi, ingenijq; dotes, quas, rudi licet penicillo, adumbrare studui in epistola ea, qua volumen alterum lucubrationum mearum ei nuncupaui. Et cùm ibi parentes illius, cognati, affines, & maiores à me essent commemorandi; per eum, veluti per amnem in præclarissimum nomen tuum incidi: quo in vno, tamquam in vastissimo pelago omnium virtutum, ac bonarum artium consistere potuissem; nisi me stemmatis antiquitas longiùs abduxisset. Cuius recensendi cùm finis nullus futurus esse videretur, per superiores illos amnes regressus, in eundem Oceanum, hoc est in teipsum recidi, superstitem adhuc, ac vigentem, virtute Dei, excelsisq; honoribus ornatum à Regum terrestrium maximis, Philippo secundo, tertio, & quarto, Regibus Hispaniarum: qui te semper grauissimis de Republica consultationibus, propter admirabilem sapientiam tuam, & domesticis sermonibus, propter singularem ingenij tui amœnitatem in omni genere scientiarum adhibue-

hibuere. Quemadmodum igitur fluuij aquas suas iugiter in Mare deuoluunt, quasi tributum illud eius honori debitum pendentes; sic ego, naturam illorum sequutus, ac imitatus, immunis ad te accedere nō debui: Quare alterum hoc vigiliarum mearum volumen nomini tuo immortali, ex veteri formula, do, dico, & consecro, meq; totum cum eo: qui licet totus iam in ære sim nepotis tui; nihil tamen prohibet, quin totus quoque tuus esse possim, cùm ille se totum tuum, & omnia sua tua esse profitetur. Vale.

Iani a Porta Patritij Nouarien. Prothonotarij Apost. Canonici Ecclesiæ Maioris Nouar. & Comitis Palatini.

VRbs Patauina tusi tacito dū murmure legit,
Credidit esse sui nobile Ciuis opus,
Ingenio æquales, similes virtutibus ambos,
Cernit, & ambobus dum par in arte decus,
Inquit, an & tenues petijt qui spiritus auras,
Mortua deficiens corpora, viua petit?
Quiue suū remeans iterum ne euoluitur ānus?
Atque iterū ætherea PAVLVS ab arce redit?

Iacobi Antonij Brusati I. C. Colleg. Nouar. eiusdem Ciuitatis Oratoris.

CEdere si tua iura velis, vel cessa tueri,
Hoc Gallerati perlege lector opus;
Multos nam iuris nodos faciliarte resoluit,
Congerit & sparsos, lucidat eloquio.

Vincentij Reueslati I. C. Collegij Nouariensis, & Regij Refferendarij.

Carmen.

Credo equidem; primis tantum tibi nomen ab annis.
Prouida venturi mater habere dedit.
PAVLI nomen habes, imitaris munere PAVLVM.
Conuenit ingenio quàm bene vtrūq; tuo.
Gentibus ille pijs cælestia iura refundit,
Tu referas dubio ciuica iura foro.
Ille hominum mentes diuino iure gubernat,
Tu retines dictis oppida plena tuis.
Imbuit ille animos, animas tu legibus vrbes;
Illum templa canunt, te fora cuncta sonant.

Petri Francisci Longi I. V. D. Colleg. Nauar.

Ad Lectorem.

INuenies quodcūq; velis nō omnib' vnū est,
Quod placet: hic spicas, colligit ille rosas.
Vis delectari? occurrent pulcherrima passim,
Vtile lector amas? hunc lege, proficies.

VNum prisca tulit PAVLVM felicior ætas;
Hūc vnū PAVLVM tempora nostra vidēt.
Vnus dat leges sacras diuus, pius alter
Humanas, lector, nunc tibi cuncta patent.

P. Cæsar Borginus Rector S. Iacobi.

PAVLI GALLERATI NOVARIEN. I. C. PRAESTANTISSIMI, DE RENVNCIATIONIBVS

CENTVRIA I.

Præfatio.

SVMMAE.

1 *Ius priuatum renunciantis proprium, est causa materialis renunciationum.*
2 *Ius constitutionis, & ius litigatoris.*
3 *Rei suæ quemadmodum quilibet est moderator, & arbiter, ita rei suæ, ac iuri suo quilibet renunciare potest.*
4 *Beneficio legis renunciari potest ne inuito beneficium detur.*
5 *Ius dispositum.*
6 *Ius suum cuiusque dicitur tribus modis.*
7 *Renunciatio tollit ius quæsitum, vel etiam ius quærendum nondum tamen delatum.*
8 *Causa materialis quæ est renunciationum, eadem quodq. est statutorum aduersus ius commune.*
9 *Renunciari quibus iuribus possit.*
10 *Ius omne quod priuatim, & principaliter ad nos pertinet, renunciatione nostra tolli potest.*
11 *Iuri quod principaliter non est inductum fauore renunciantis non potest renunciari.*
12 *Ius renunciabile.*

SVPEREST nunc vt ad causam materialem renũciationum deueniamus, postquã supra parte prima de cęteris causis iam dictum est. Nam cùm ius nostrum priuatum, & beneficia legũ sint causa materialis renunciationum, hac secunda parte, & vltimo loco restat vt de eis videamus, & declaremus quæ iura, & auxilia legum renunciatione nostra tollantur. Ius igitur priuatum consistit, aut in acquirendo, aut in con-
1 seruando, aut in amittendo. l. fin. ff. de legi. † Hoc ius priuatum quod in amittendo consistit, quod vendda voluntate nostra amittimus, & materia renunciationis, quo sponte priuatur ipse renuncians. d. l. fin. sane illud certum est materialem causam renunciationum esse ius priuatum pertinens ad ipsum renunciantem, secundum Daluer. de var iur. renunt. cap. 6.
2 Et pro intelligentia sciendum est, † quod duplex est ius, scilicet ius constitutionis, & ius litigatoris. l. 1. §. contra ff. quæ sent. sine appell. rescind. Ius constitutionis vti præceptum refertur ad vim legis imperantem: Ius vero quod litigatoris dicitur, refertur ad vim permittẽtem. Hoc ius autem, quod & ius dispositum dicitur, vt per Castren. in l. vlt. num. 1. C. si aduersus vtil. publ. cùm nihil aliud sit quàm facultas, & permissio, vt pote quod refertur ad vim legis permittentem, priuatim pertinet ad renunciantem. † Vt etenim rei suæ quilibet est modera- 3
tor & arbiter. l. in re mandata C. manda. etiam in abutendo. l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de peti. hær. ita rei suæ, & iuri suo quilibet renunciare potest. l. si quis in conscribendo. & ibi Iac. Butrig. & Ias. num. 7. C. de pact. Io. de Anania cons. 50. nu. 4. Menoch. cons. 456. num. 27. Viui. decis. 371. nu. 10. Decian. cons. 39 num. 39. lib. 2. Etenim regula scilicet quod cuique fas sit suo iuri renunciare, fundamentum capit ab altera regula, qua traditur quẽlibet in re sua legitimũ moderatorem esse, & arbitrum. Ruger. cons. 2. nu 107. lib. 1. Vnde mirum visum fuit Soci. iun. in l. filius fam. §. Diui num. 59. ff. de leg. 1. quod maior & aptus ad administrãdum bona sua, minime possit suo fauori renunciare, stante supradicta regula. Qua propter vt æquissima res est, vt permittatur potestas disponendi de re propria. l. 1. ff. de his qui sunt sui vel alij. iur. ita æquum videtur vt quis possit renunciare fauori

suo.l.t.ibi,non iniquis rationibus.C.de pact.
Cum praeterea hoc ius sit facultas tributa ex vi
legis permittente,ex eo competit actio illi, ad
cuius commodum referunt. Sed quia nemo in-
uitus agere cogitur l.1.C.vt nemo inui.age,ideo
4 hoc iure vti quis non cogitur. Deniq.† cum hoc
ius sit beneficium relatum ad commodum eius,
ad quem refertur, ne inuito beneficium detur
contra regulam l.inuito.ff.de reg. iur. cuiq. lic.
est beneficijs & auxilijs iuris renuntiare. Porro
permittitur regulariter iuri beneficij renuncia-
tio, ne illud in inuitum conferatur, vt per Ce-
phal.cons.18.num.3.
5 † Itaq. ius dispositum rectè dici potest ius no-
strum priuatum, proindeq. illud est in disposi-
tione nostra, atq. illud contemnere possumus,
ne nobis inuitis beneficium conferatur. Ratio
igitur cur vnicuiq. liceat renuntiare fauori suo,
illa est, vt iam dictum est, quoniam rei suae qui-
libet est moderator & arbiter. Sed haec ratio,
secundum Dec.in l.penult.num.13. C. de pact.
non est generalis per l. si quis in. §. differentia,
ff. de aequir.poss. Vnde secundum eum, melior
ratio illa videtur, quia inuito beneficium non
confertur.
Sed vt intelligi possit qua ratione ius nostrum
6 voluntate nostra tollatur, † sciendum est ius
suum cuiusq. dici posse tribus modis. Est enim
quod verè, & propriè nostrum est, atq. ita nobis
quaesitum, vt alterius factum, aut traditionem
vllam minime desideret. Est deinde quod nobis
debetur, & ad quod nobis praestandum alius
obligatus est. Est praeterea ius nostrum spe,
seu quaerendum. Et rursus hoc aut est ius dela-
tum, aut verò nondum delatum. Ius verè & pro
priè nostrum renunciatione nostra tollitur,
Siquidem leges non cogunt quem inuitum re-
tinere ius suum. Idemq. dicendum erit de iure
nondum delato, quoniam & spes, iusque quod
speratur, renunciatione nostra tollitur, vt suo
loco dicam. Ius autem sola repudiatione tolli-
tur, Nam inuitus quis acquirere non tenetur.
Deniq. ius quod nobis debetur propriè per re-
missionem tollitur.
7 † Hinc renunciatio tollit ius quaesitum, vel
etiam spem iuris quaerendum, nondum tamen
delati. Repudiatio autem ius delatum tantum
tollit. Deniq. remissio nostra tollit ius nobis de-
bitum. Itaq. ius nostrum quaesitum, vel quaeren-
dum nondum tamen delatum, est materia re-
nunciationis, ius delatum repudiationis, ius de-
mum quod debetur remissionis.
8 † Nec est omittendum quod quae causa mate-
rialis renunciationum est, eadem quoq. est, &
statutorum aduersus ius commune. Siquidem vt
inquit glo.not.in rub.C.de decre.decur. lib. 10.
statutum contra ius commune ita demum valet,
si tali iuri renunciari potest. Nam tam renuncia-
tionum, quam statutorum eadem est causa mate
rialis, nempe ius proprium disponentis, atq. ad
ipsum disponentem pertinens. Hinc facile con-
stat quae statuta aduersus ius commune valeant.

9 † Ex quibus facile intelligi potest, quibus iuri-
bus renunciari possit. In qua re Castren. in l. pen.
col.fin.vers.iu conclude.C. de pact. breuiter ita
concludit, quod ius est ita renuntiabile, si ius il-
lud est positiuum introductum mere in fauorem
renuntiantis, atq. si renunciatio non inducit ali-
quid, quod sit contra bonos mores, vel ad delin-
quendum, & deniq. si renuncians potest sibi prae-
iudicare. Et sequitur Ias. d. l. pen. num. 14. vbi in-
quit regulā ex. d. l. pen. veram esse quatuor con-
currentibus. Et primo quod sit ius positiuum,
non autem ius naturae, vel sanguinis; Deinde
quod sit inductum mero ipsius renunciantis fa-
uore. Tertio quod renunciatio non inducat ali-
quid contra bonos mores, vel ad delinquēdum.
Postremò quod renuncians possit sibi praeiudi-
care. Ego breuius rem perstringendo ita consti-
tuo hanc conclusionem. Omne ius ita demum
renunciatione tolli poterit, si illud principali-
ter, meroq. renunciantis fauore inductum est,
ipsiq. renuncianti re, vel spe competit, nisi ali-
ter lege prohibeatur. Ex hac conclusione con-
stat omne ius principaliter inductum mero re-
nunciantis fauore eiusdem volūtati tolli. Quod
extenditur procedere, siue sit ius quaesitum, siue
quaerendum. Restringitur autem vt non proce-
dat, in iure delato, vel quoties renūciatio etiam
iuris ad ipsum renunciantem pertinentis lege
prohibetur.
10 † Prima igitur conclusio est quod omne ius no-
strum, priuatim, vt principaliter ad nos perti-
nens, renunciatione nostra tollitur, sane renun-
tiatio conficitur, vt ex materia, ex iure inducto
fauore priuato ipsius renunciantis, vt alibi di-
ctum est, Et licet glo.& doct.in l.pen.C. de pact.
& in c.si diligenti.de foro competen. plures ad
ferant fallentias ad eam regulam quod vnus
quisq. renunciare potest iuri pro se inducto; ta-
men verius non sunt fallentiae. Siquidem excep
tiones quamuis sint contra dispositionem regu-
lae: tamen debent esse de genere regulae, vt not.
in l.1.vbi Dec.nu.20.ff.de reg. iur. Vnde excep
tiones omnes quae tradūtur ad dictam regulam
per glo.& doct. nō sunt de genere regulae. Nam
genus regulę est vt permittatur renunciatio iu-
ris pro ipso renunciante concessio, exceptiones
autem sunt de alio genere, nempe de ijs iuribus,
quae non sunt inducta pro renuntiante, vt ibi
patet.
11 † Altera conclusio negatiua est, scilicet renun-
ciari non posse iuri, quod principaliter non est
inductum fauore renunciantis. Ex qua primo
infertur renunciari non posse iuri naturali, vt
est ius sanguinis. Cùm etenim ius naturale non
sit priuato fauore inductum, proindeque sit
immutabile.§.sed naturalia.Insti.de iure natu.l.
1.§.ius naturale. ff. de iusti. & iure. certè illud
tolli non potest per renunciationem. Hinc iura
sanguinis renunciatione non tolluntur. l. ius
agnationis.ff. de pact. l. abdicatio. vbi glo. C. de
patr.potesta.l.iura.sanguinis, vbi Dec.in prin.ff.
de reg.iur.

Secundo

Secundo infertur renunciari nō posse solēnitati, vel formæ actus: Nam, vt inquit Archid. in c. qualiter, 7. q. 1. & refert Felin. in d. c. si diligenti. nu. 7. ver. Secundo fallit. ea, quę pendent à iure, vel ab auctoritate iudicis non sunt in bursa priuatorum.

Tertio infertur remitti nō posse ius inductū propter imbecillitatem, si quidem hoc ius nō est inductum mero fauore alicuius, sed propter imbecillitatē. l. si intra. & ibi not. C. de resti. in integ. Felin. d. c. si diligēti. nu. 13. ver. quarto fallit.

Infertur quarto renūtiari nō posse, quoties lex continet priuatam vtilitatem, & publicam inseparabiliter Felin. d. c. si diligenti. nu. 16. ver. quinto fallit. Hoc sanè casu non agitur de mero, & solo fauore renunciantis, sed etiā agitur de publica vtilitate, eaq. inseparabili.

Quinto infertur renūtiari haud posse iuri disponenti circa bonos mores, ac prohibenti malos mores, quando quidem id ius nō respicit priuatum fauorem, se honestatem, atq. odium malorum morum.

Sexto infertur ius publicū remitti non posse. l. ius publicum ff. de pact. quoniā hoc ius principaliter publicum, non etiam priuatum respicit.

Septimo infertur renunciationē non valeri vbi renunciatur iuri, quod minimè ad renunciantem pertinet, sed ad alterum. Si quidem renunciatio facta ab vno alteri non nocet. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pact. vel vbi lex fauēs priuato continet etiam inseparabiliter fauorem tertij. Felin. d. c. si diligenti nu. 33.

Postremo remitti nō potest ius quod principaliter inductum fuit in odium. Namq. vt renunciatio iuris valeat id ius, cui renunciatur debet principaliter respicere fauorem ipsius renunciantis, vt iam dictum est.

24 † Ex quibus clare constat id ius esse renunciabile quod merè, & principaliter fauore renunciantis inductum fuit. Et hoc ius est causa materialis renunciationum.

Itaq. hac posteriori parte, agitur de causa materiali renunciationum, cūm de reliquis actum sit priore parte, proindeq. quibus iuribus, ac auxilijs legum renuntiari potest, in his duabus centurijs declaratur. Collegimus autem omnes renunciationes iurium, & beneficiorum iuris, & legum, magis vsu receptas, & ad forensem vsum accommodatas, eosq. ad ducentas, redegimus, proinde è re nata hanc partem in duas distribuimus centurias. Propositum ergo munus agrediamur.

I. RENVNTIATIO LEGVM ET IVRIS.

SVMMÆ.

1 *Ius disponens, & ius dispositum.*
2 *Ius constitutionis, & ius litigatoris.*
3 *Iuri disponenti renuntiari non posse.*
4 *Ius dispositum renunciatione tolli.*
5 *Ius dispositum sit proprium illius, ad cuius commodum refertur.*
6 *Iustitia regit hominem in ijs, quæ sunt ad alterum.*
7 *Auctoritas legis obligat tantum vnum ex suppositis.*
8 *legum dispositionibus, qua ratione renuntiari possit.*
9 *Vtilitas in lege spectari debet ad hoc vt illius renūciatio permittatur.*
10 *Legis beneficio qui non vtitur, non censetur derogare legis auctoritati.*
11 *Legibus, et iuri renuntiari posse.*
12 *Pacisci contra legem non dicitur is, qui renunciat legis beneficio.*
13 *Legi, æquitatem inducenti renuntiari posse.*
14 *Legi prohibenti renuntiari posse.*
15 *L. nemo potest. ff. di leg. 1. quomodo procedat.*
16 *Lex cuius fauore disponat quomodo dignoscatur.*
17 *Beneficio legū renuncians non censetur renunciare facultatibus.*
18 *differentia inter renunciationem beneficij iuris, & iuris quod competit de iure communi.*
19 *Iuri communi renuntiare non censetur impetrans priuilegium.*
20 *Iuri communi renuntians non censetur renuntiare priuilegio.*
21 *Legibus inductis principaliter, & mero renuncianțis fauore indistinatè renunciari posse.*
22 *Exceptiones debent esse degenere regulæ.*
23 *Argumentum ita valet, despositio talis leges principaliter inducta fuit meo fauore, ergo ipsi illi renunciare possum.*
24 *Lex fauorem alicuius respiciens semper eam recipit conditionem, scilicet si is ea vti velit.*

N dispositione legis semper inspicitur ipsius vel auctoritas, vel vtilitas, quę ad singulos pertinere potest, & quæ dicitur beneficium legis. Bal. l. pacisci si, de pact.
1 Hinc † ius duplex est, ius disponens, et ius dispositum. Bart. l. 2. §. quod obseruari. col. 3. ver. oppono quarto C. de iuram. calum. Castren. in l. vlt. nu. 1. C. si adner. ius. vel vtil. publ. Bald. in l. inter gentium §. si paciscar. not. 1. ff. de pact. & in c. ex transmissa.
2 nu. 2. de renunt. Vel † etiam aliter, ius constitutionis, & ius litigatoris, vt habetur in l. 1. §.

contra.ff.quæ ſenten.ſine appell.reſcind.glo.
in l.pen. in uer. cum inique ff.de iuſti.& iure.
3 Si † ſpectetur auctoritas ipſius legis, vel ipſũ
ius diſponens, quod & ius conſtitutionis ap-
pellatur, nemo poteſt renunciando, vel paci-
ſcendo, derogare legis auctoritati, neq; tolle-
re præceptum ipſius legis. Siquidem inferior
non poteſt tollere legem ſuperioris l.nam ma
giſtratus ff de arbit.l.ille a quo §.tempeſtiuũ
ff.ad trebell.l.ſi quãdo C.de in offic. teſta c.in
ferior.21.diſt.c.Eccleſia noſtra de electio.
4 Aliud † dicendũ eſt de iure diſpoſito, ſiue de
iure litigatoris, q ſane nihil aliud eſt quàm
ipsũm beneficium legis. Namq́. renunciando
poteſt vnus quiſq́. derogare beneficio legis
pro ſe cõceſſo, d.l. paciſci. vbi Bald.in addit.
ita adnotat, per pactum poteſt quis legis be-
neficio derogare, ſed non ipſi legi hoc eſt ip-
ſius legis auctoritati. Et beneficio ſuo, quod
ei lex tribuit, renũtiare quiſq́.poteſt, nõ autẽ
legis præcepto. Iaſ. in rub. Inſti. de actio. nu.
32.

Ratio differentiæ illa eſt. Nam omne ius di-
citur publicum auctoritate, cum illud etiam
inuitos teneat, glo.in §.1.Inſti. de excus. tut.
atq́. ideò renunciatione priuatorum tolli mi-
nime poteſt l. ius publicum ff. de pact. At ius
5 † diſpoſitum cùm reſpicit commodum ali-
cuius, fit illius proprium. Vnde in d.l.1.§.con-
tra.ius litigatoris dicitur, & in definitione
iuſtitię dicitur ius ſuum cuiq.tribuens, meritò
quis poteſt ei, quod ſuum eſt renunciare, ſi qui
dem in re ſua quilibet eſt moderator & arbi-
6 ter.l.in re mãdata C manda. Etenim † iuſtitia
hominem regit in ijs, quæ ſunt ad alterum,
Diu.Thom.2.2.q.57.artic.1.ideo requirit di-
uerſitatem ſuppoſitorum, vt per eundem d.2.
2.q 58.artic.2. cùm nihil poſſit eſſe ſibi iuſtũ
ſeu æquale, iuſq́.ſit veluti menſura, quæ ad mẽ
7 ſurabile refertur. Auctoritas † ergo legis obli-
gat vnum ex ſuppoſitis, alterum non itẽ, quo-
niam illum reſpicit legis auctoritas, hunc ve-
rò vtilitas quam ei lex tribuit.
8 Cùm autẽ queritur an cuipiam legi, ſeu iuri
renuntiari poſſit, dicendum eſt, aut intelligi-
tur de iure diſponente, & de ijs, quæ ab aucto-
ritate legis pendent, & tunc non valebit renũ
ciatio, quoniã ea nõ põt derogare auctoritati
legis. et ita accipitur l.nemo poteſt ff.de leg.
1.vt declarat Bald.in d.l. paciſci.in addit.nu.
1. Aut vero intelligitur de vtilitate legis, quæ
refertur ad commodum alterius ex ſuppoſitis
& eo caſu renunciatio permittitur. Bald. d. l.
paciſci in addit.nu.2.
9 Et † quãuis omne ius ſit publicum auctori-
tate l.ius publicum, & ibi glo. ff. de pact. tamẽ
ſatis eſt vt ſit vtilitate priuatum. Vnde inſpi-
ci debet vtilitas ad hoc vt diſpoſitioni cu-
iuſpiam legis renuntiari poſsit, non etiam ip-
ſius legis auctoritas. Corne. cons. 217. nu. 5.
lib.1.
10 Neq́. † derogare videtur legis auctoritati,
aut offendere ipſam legem qui eius benefi-
cio non vtitur. l. 1. & ibi not. Bald. C. ad l.
falcid. neminiq; iniuriam facit qui con-
temnit ea, quæ pro ſe conceſſa fuerunt
l. ſi iudex ff. de minori Bald. ſi quis ſuus in
prin. C. de vſq; hær. Imputandũ ſane eſt ei q̃
non vult vti legis beneficio gloſ.c.vxor.verſ.
imputaret. 17. q. 4. §. ſi plures vbi not. Port.
Inſti. de fideiuſ.
11 Itaq; † iuri, & legibus renuntiari poteſt l.
quæritur. §. ſi venditur ff.de ædil. edic. l.pa-
ciſci & ibi Not. gloſ. ff. de pact. l. 1. §. inde
quæritur ff. de ope. non. nunc l. ſi finita. §. 1.
ff.de dam. infec. Bal.in l. 2. num. 19.C.de iu-
re emphit. §.quia vero.auten. vt fine prohi-
bit.matr. Atq; renuntiari poteſt omni legum
auxilio. Bart. auten. matri. & auiæ. C. quam
mult. tutę.offic. Afflic.deciſ.220.Roman.cõ
ſil. 251.clariſſime col. 1. ver. cum igitur. So-
ci conſil. 126.diligenter lib. 1. legumq; bene-
ficijs, idq; tam in iudicijs, quam in contracti-
bus. Abb. conſil. 72. lib. 2. & generaliter ſi
quid mero iure valet, ſed impugnari aliquo
legis beneficio poteſt valet, quidẽ ipſius be-
neficium renuntiatio ad actus validitatem.
Bald. l.conuenire ff. de pact. dot. Tiraq. l. ſi
vnquam in verſic. reuertatur num.316. C. de
12 reuoc.dom. † Plane partes non prohiben-
tur paciſci contra leges plebiſcita, Senatus-
cõſ. prætorum ędicta, reſponſa prudentum,
placita, conſuetudines, & ſtatuta, vt dictum
eſt alibi. Neq; paciſci dicitur contra legem,
is, qui renũtiat legis beneficio, ſed verius dici
tur paciſci cõtra legis beneficium, quod qui-
dem permittitur. glo. in dict. l.paciſci. & ibi
Bald.
13 Pręterea renuntiari poteſt legi æquitatem
inducenti. Hinc renuntiari poteſt repeti-
tioni, vt condictioni, quę ex legis æquitate
datur, vt not.in l.1.ff. de condict in debi.Bart
in l.fin.§.idem quęſiuit ff.eo. Sic & actio fur-
ti remitti poteſt l.iuriſgentium.§.ſi paciſcar
ff.de pact. Hincq; renuntiari poteſt condi-
ctioni, quæ datur ex æquitate l. ſi me, & Titiũ
ff. ſi cer. pet. vt per Dec. ibi num 6.& Alciat.
col.3, ver. 3. caſus. & generaliter renuntiari
poteſt ęquitati legis prohibentis lucrum cũ
aliena iactura. Siquidem voluntas renuntiã-
tis facit, vt nulla conſideretur iactura. Felin.
c. ſi diligenti. col.1. de foro compet. Quare
ſi appareat te lucratum cum iactura mea, atq;
ad id iam mihi actio competat, certe hoc ius
agendi remitti poterit. Dec.d.l.ſi me & Ti-
tium in ſi. Et hic caſus nullam habet dubita-
tionem. Sed dubium eſſe poteſt an remitti
poſſit non ſolum actio iam nata, ſed etiam ſi
qua in futurum dari poſſit, & Dec.d. loco vo-
luit renuntiationem non valere, quoniam do-
lus futurus remitti non poteſt. l. ſi vnus. §.
illud ff. de pact. ſed contrarium voluit ibi Al-
cia. Quę ſententia mihi placet, quoniã renun-
tians, atq; ideo volens nõ dicitur pati iacturã.

14 Sed

14 Sed † & renuntiari potast legi prohibenti,
modo tamen prohibitio respiciat principa-
liter fauorem,& commodum ipsius prohibi-
ti,vt dicã renunt. 10. Nam semper inspicié-
da est fententia legis,vel statuti, nõ auté ver-
ba,quoniam interdum lex quid prohibet so-
lo fauore prohibiti, quod casu permissio po-
tius dicitur quàm prohibitio.
15 Neq; † obstat quod renuntians legibus cé-
seatur velle vt leges minimè habeant locú in
eius dispositione aduersus l. nemo potest ff.
de l.1.quoniam id non procedit vbi leges sũt
inductę fauore alicuius eo tamen casu renun-
tiatio permittitur, vt p doct. in d.l. nemo po-
test vbi Bologne.num.197. declaratur dispo-
sitionem d.l. nemo potest,cum eius materia
non procedere in ijs, quę sũt inducta solo fa-
uore renuntiantis. Signorol. l. ita Donatur
num.15.de Don. cau. mort. Prætere a dicta l.
nemo potest. Loquitur solùm de ijs,quæ pé-
dent ab auctoritate legis, veluti de soléni a-
tibus,de obligationũ qualitate,cũ Sim. Bald.
d.l. pacisci in addit.
16 Plane lex dicitur illius fauora disponere,cui
concernit commodum l. semo legato. §. si
testator ff. da leg.1.l.fideicommissa §. inter-
dum ff. de leg. 3. Alex. consil. 96. col. 1. ver.
confirmo per id. lib. 4.
Aut igitur lex pertinet ad renunciãtis vti
litatem,& eo casu poterit ipse renuntians vti
litate, & fauore, quam lex tribuit, renuntiari.
Aut vero nõ pertinet ad ipsius vtilitatem, &
tunc renuntiari non poterit, si quidem in ea
lege nullum consideratur commodũ, aut be-
neficium renuntiantis, quod quidem esse pos
sit materia renũciationis.Bart.in auten. Imò
C.de actio. & oblig.
17 Qui † autem renuntiauit beneficijs legum vel
iuris, non censetur renuntiasse facultatibus,
nempe secundis nuptas, quę sunt facultas, nõ
etiam beneficium. Bart.in auten. matri, &
auiæ.num.14.C. quan. mul. tut. offic.
18 Nec † est ommittédũ quod inter renũciatio-
né beneficij iuris, & eius, quod competit de
iure cõmuni, hoc interest, quod beneficio iu-
ris ét acceprato potest quis renũtiare ét post
ius quæsitum alteri l. si iudex ff. de minori: cũ
aliud dicendum sit de iure communi. Tiraq.
de retract. lign. in fi. tit. num. 28. Quò fit, vt
suus hæres, qui habet beneficium abstinendi
ex beneficio iuris, renũtiare illi possit etiam
post ius alteri quęsitum cum tamen id nõ pos
sit extraneus cui ius abstinendi competit iu-
re cõmuni, nõ autem ex iuris beneficio. Bald.
consil. 404. Quia dictus consultus col. vlt. lib.
3. quem refert. Tiraq. d. loco. Pręterea renun-
tiantur facilius iure speciali, quam iuri cõmu-
ni. glos. in l. 3. C. de non nume. pecu. Verùm
renuntians legi censetur renuntiare iure cõ-
muni. glos. in c.1. de transact. vbi Butr. nu. 9.
19 Illud etiam erit notãdum quod quamuis pri
uilegium sit contra ius commune tamen si
quis impetrauerit priuilegium, nõ propterea
censebitur renuntiasse fauori iuris communis
Dyn. consil. 52. insi. sequitur Crauett. cõs. 441.
nu. 7. per tex. in l. si quis á Socio. cum l. seqq.
ff. pro Socio. l. 1. ff. de eo quod cer. loco. l. 4.
§. ex conuentione. ff. de re iudic.
20 Similiter † renũtians iuri communi non vi-
detur renuntiasse priuilegio c.1. de transact.
& ibi not. Butri. ex renuntiatione iuris com-
munis minus rectè inferri ad renunciationé
priuilegij. Dec. in rubr. extra. de priuileg.
num. 12. Melch. pala de maiori par. 1. q. 38. nu.
5. vbi id declarat procedere nisi priuilegium
idem contineat quod ius commune quoniam
tunc renuntians legis dispositioni renuntia-
re item videtur priuilegio.
Sed an renuntians dispositioni iuris, & le-
gum censeatur item renuntiasse dispositioni
statutorum, explicabitur renunt. 3.
Sed q dicitur renũtiari posse legibus, id ac
piendum erit non de lege, seu iure disponen-
te, cui renuntiari non potest, sed de iure dis-
posito, nempe de benefitijs à lege inductis,
vt not. doct. in d. l. pacisci, & iam dictum est.
21 Namq; † illud certum est renuntiari posse legi-
bus inductis principaliter, & mero fauore re-
nunciantis, vt alibi sæpe dictum est.
Hęc regula, si singula eius verba rectè per-
pédãtur, semper est vera, nullamq. restrictio-
nem, aut limitationam patitur, quicquid glo.
& Doct. dicant. in l. pen. C. de pact. & in c. si di
22 ligéti, vbi late Felin. & alij. Nam † excep-
tiones quamuis sint contra dispositionem re-
gulę, tamen debent esse de genere, regulæ, vt
not. Dec. in l. 1. num 20. ff. de regu. iur. Verũ
dictæ omnes fallentiæ, quæ referuntur in d. l.
pen. & in d. c. si diligenti, non sunt de genere
regulæ, hoc est de iure inducto principaliter
fauore ipsius renunciantis. Imò sunt de con-
trario genere regulę, nempe de iure. quod mi
nime pertinet ad renunciantem. Nam vt à
iure naturali incipiamus, illud non respicit
priuatum fauorem, neq; vlla ratione tolli po-
test, cum immutabile maneat l. 1. §. ius natu-
rale ff. de iustit. & iure §. sed naturalia. Inst.
de iure natu. Solénitates quoq; nõ respiciũt
priuatum commodum, sed pendent ab aucto
ritate legis. Bald. d. l. pacisci in addit. Prę-
terea iuri inducto ob imbecillitatem personæ
renũtiari nõ potest, quoniã ipsa psona est inha
bilis ad renuntiãdũ, eadẽ sẽper obstãte imbe-
cillitate. arg. l. doli. ver. diuersum ff. de noua-
tio. Neq; etiam respicit priuatum fauorem
ius respiciens publicam vtilitatem principa-
liter. Minusq; respicit priuatam vtilitatem
ius disponans circa bonos mores, cùm princi-
paliter respiciat bonum honestum. Sed, & non
pertinet priuatim ad renuntiantem ius prin-
cipaliter inductum fauore alterius. Postremo
ius inductũ in odium principaliter, non con-
tinet principaliter fauoré alicuius. Et quãuis
huiusmodi fallentię sint contra dispositioné

ipsius regulæ, quia referunt plura iura, quibus renuntiari non potest. Et regula tradat generaliter, quod quis renuntiare potest iuri pro se introducto: tamen non sunt de genere regulæ, nempe de eo genere iuris, quod inductũ est fauore renunciantis. Fallentiæ quidem essent si regula ita traderet, iuri pro se non introducto quis renuntiare potest, sed Fellin, in iure inducto ob publicam vtilitatem, quod, & si non sit introductum pro renunciante, tamẽ illi renuntiari non potest. Vnde Castren. in l. pen. C. de pact. voluit dictam regulam procedere, his concurrentibus, scilicet quod ius sit positiuum introductum merè in fauorem renunciantis. Deinde quod renunciatio nõ inducat aliquid, quod sit contra bonos mores; deniq; quod renuntians possit sibi præiudicare sed verius est hoc sufficere, nimirum vt ius, cui renunciatur, sit merè introductum fauore renuntiantis, quoniã quod ius disponens circa bonos mores, nõ respicit fauorem, sed honestatem, & quod persona non possit renuntiare, qa nõ potest sibi præiudicare, id fit ex inhabilitate personæ, non autem quod ius nõ sit remissibile. Et generalitas regulæ, quod vnusquisq; renuntiare potest iuri pro se inducto restringi debet ad personas habiles l. vt gradatim. §. etsi ff. de munc. & hone. not. doct. in l. 1. vbi Bart. C. de sacr. Eccle.

23 Ex † quibus constat indistinctè valere argumentum hoc pacto, hoc lex principaliter inducta fuit meo fauore, ergo ipse illi renuntiare possum l. 1. & ibi glo. ff. de seru. export. l. potest. ff. ad l. falci. ibi. quia ea lex heredis causa lata est l. quamuis. in prin ver. quia tua causa id cauetur ff. de pignor. act. l. pen. ibi, ijs, quę pro se introducta sunt C. de pact idemq. habetur in l. si index circonuento ff. de minori, & in c. ad apostolicam. de regulari, & est tex. not. in l. stipulatio ista habere. §. inter certam. ff. de ver. oblig. & in l. titio centum, in prin. ff. de cond. & demon. & facit lex. in l. 2. C. vt in possess. legat. ibi, vt quæ voluntatis defunctorum tuendæ gratia introductæ sunt, eorundem voluntate remitti possint l. pactum inter, ibi, sui iuris ff. de pact. c. si de terra in fi. de priuileg. in illis verbis. suo iuri renuntiare. c. vlt. in fi. de crim. fal. ibi. renuntiãdi iure suo, l. sed, & si lege. §. consuluit ff. pet. i her. ibi. dum te sua se abuti putãt, & in hanc sententiam ita scribit Cice. act. 2. in Vert. Quod mihi lex mea causa dat, eo mihi non licebit? Nam accusãdi mihi tempus mea causa datum est, vt possem oratione mea crimina, causamq; explicare, hoc si non vtor, non tibi iniuriam facio, sed de meo iure aliquid, & commodo detraho.

24 † Imo lex fauorem alicuius respiciens, semper censetur disponere sub ea conditione, nimirum si is ea vti velit l. vlt. C. de execu. rei iudic. l. debitoribus, vbi doct. ff. eo. l. vniuersa. vbi glo. communiter recepta. C. de precib. imper. offer. Tiraq. de mort. saisit. declar. 1. par. 7. nu. 4. Menoch. de præsumpt. lib 1 q. 48. nu 28. Et leges manantes cuiuspiam fauore, vt inquit Cuman. in l. nemo potest. n. 7. ff. de leg. j. semper eam habent conditionem scilicet, nisi aliter voluerit, Atq. vbi lex concedit auxiliũ illud ità demum iuuat si petatur l. peto. §. fratre ff. de leg. 2. Inductumq. priuato cuiuspiam fauore, intelligi debet, si illi placuerit l. si sponsus §. si quis rogatus, vbi fulgo. ff. de don. inter vir. & vxo. l. si adulterum. §. idem Polioni. vbi Bart. ff. ad l. iul. de adulter.

II. RENVNTIATIO IVRIS NATVRALIS.

SVMMÆ.

1 *Ius non natura, sed sola hominum opinione constare, secundum aliquos,*
2 *Ius natura constare,*
3 *Lex quadruplex.*
4 *Lex æterna.*
5 *Legem naturalem ab æterna profectam esse,*
6 *Naturalis ratio.*
7 *Conscientia, & Synteresis.*
8 *Lex naturalis fons omnium legum.*
9 *Principia vniuersalia in homine duplicia.*
10 *Ius naturale id esse, quod natura omnia animalia docuit.*
11 *Iuris naturalis definitio ab vlpiano tradita, aduersus Vallam defensa.*
12 *Ius etiam in ipsis brutis inesse quomodo accipiendum.*
13 *Ius naturale esse commune cum brutis metaphoricè.*
14 *Hominem tripliciter considerari, proindeq. triplex ius esse.*
15 *Ius naturale esse.*
16 *Principia cuiq. nota ex natura propria cuiusque hominis.*
17 *Legum præcepta varia vbiq. homines desumpserunt ex ipsis principijs vniuersalibus.*
18 *Ius ciuile, & ius gentium non naturale componi ex principijs duplicis generis.*
19 *Principia vniuersalia apprehendi per rationem naturalem, siue discursu.*
20 *Ius naturale à iure gentium ex principijs vniuersalibus distingui.*
21 *Ius naturale nil aliud esse, quàm quædam vniuersalia principia ex quibus defluit ius gentium non naturale, & ius ciuile,*
22 *Ius naturale duplex.*
23 *Ius gentium duplex,*
24 *Ius gentium, & ius naturale specie haud distingui.*
25 *Ius duplex tantum, nempè ius gentium, & ius ciuile.*
26 *Ius gentium naturale, & non naturale.*
27 *Ius gentium non naturale, & ius ciuile esse compositum*

situm cum fermento iuris naturalis.
28 *Ius ciuile constare ex preceptis vniuersalibus, ij que aotissimis.*
29 *Ius gentium, quod naturale est, immutabile.*
30 *Naturalia aliquando mutari.*
31 *Iura naturalia immutabilia esse.*
32 *Conclusiones ab vniuersalibus principijs manantes mutabiles esse, ipsis tamen principijs semper manentibus.*
33 *Lex naturalis qua ratione mutari videatur.*
34 *Ius naturale immutabile.*
35 *Iuri naturali renuntrari non posse.*
36 *Iuri sanguinis minimè renuntiari posse,*
37 *Iura sanguinis immutabilia.*
38 *Ius cognationis ab ipsa cognatione discretum esse.*
39 *Pactum vt quis tanquam agnatus non possit ad tutelam assumi.*
40 *Emancipatione agnationem haud tolli.*
41 *Ius sanguinis quomodo à consanguinitatis iure differat,*
42 *Ius sanguinis tolli non posse.*
43 *Ius sanguinis cur mutari non possit.*
44 *Iuri, quod procedit ab agnationis iure renuntiari non potest.*
45 *Originis iuri renuntiari non potest.*
46 *Domicilio originis renuntiari minimè posse.*
47 *Originis renuntiatione non mutari veritatem, neq. tolli naturales operationes.*
48 *Patriæ amor.*
49 *Patria sua cuiq. melior ceteris videtur.*
50 *Originis iuri priuato fauore inducto renuntiari posse.*
51 *Ciuilitati ex lege, vel pacto inducta renuntiari potest.*
52 *Decalogi precepta sunt lex naturalis, cui renuntiari non potest.*
53 *Iuri naturali quò ad eius essentiam minimè renuntiari potest.*
54 *Iuris naturalis effectus impediri posse.*
55 *Ius naturale in genere immutabile, secus in specie,*
56 *Ius gentium non naturale mutabile esse.*
57 *Iuri naturali ita renuntiari posse, si non procul à natura recesserimus.*
58 *Naturalia daclarari, moderari, & distingui possunt.*
59 *Naturalia impediri posse ne nascantur.*
60 *Iuri quæsito per ius gentium etiam naturale renuntiari posse,*
61 *Iuris quærendi ex iuris naturalis æquitate renuntiationem valere.*
62 *Iuris priuati, quod ex iure naturali competit, renuntiationem admitti,*

VS sola hominum opinione, non
etiam natura esse nonnulli Philo-
sophorum existimauerunt. Et Car
neades, vt refert Lactant. in epito.
diuin. insti. c. 1. voluit nullum esse
ius naturale. Horũ ratio illa est, nam naturalia,
& quæ natura constant, immobilia sunt, atq.
immutabilia, sed ius quotidie mutatur, & nõ
est idem apud omnes, cùm alij alio iure vtan-
tur, ergo ius nõ potest esse nãle. Sed hæc opi-
2 nio sanè quàm ridicula est. † Planè certissimũ
est ius naturale esse, atque legem naturalem
insitam natura, atq. omnium animis ingenitã
essa. Nemo. n. est, quin sibi legem in animo
insitam esse sentiat, qua bonum à malo, iustũ
ab iniusto secernere possit, Huius autem diui
næ lucis auctor est Deus, qui & Moysi legem
scriptam dando, eam illustriorem potius red
3 didit, quàm nouam tulit. † Quare quadrupli-
cem legem esse refert Soto. lib. 1. q. 3. artic,
1. de iusti. & iure, nimirum lex æterna, quam
Plato diuinam vocat, lex naturalis, lex huma-
na, hoc est ciuilis, & lex diuina, scilicet posi-
tiua, vt hac ratione ab æterna distinguatur.
4 † AEterna lex nihil aliud est quàm summa
ratio in Deo existens, vt per D. Thom. in 1. 2.
q. 93. artic. 1. & de hac Cice. de legib. lib.
2. ita tradit, Hanc igitur video sapientissimo
rum fuisse sententiam legem, neq; hominum
ingenijs excogitatam, neque scitum aliquod
esse populorum, sed æternum quiddam, quod
vniuersum mundum regeret, imperandi, pro-
hibendiq. sapientia. de qua re extat illud Boe-
tij de consolatio. lib. 3. O qui perpetua mun-
dum ratione gubernas. Quod refert Socin.
5 † in rub. ff. de verb. oblig. num. 2. & Ab hac
lege æterna naturalis lex profecta est, quæ, vt
declarat D. Thom. in 1. 2. q. artic. 2. Est parti-
cipatio æterna legis in rõnali creatura, seu,
vt docet Alex, q. 27. artic. 1. membr. 1. est il-
lius eternę legis exemplum. Et ideò habetur
illud Psal. Signatum est super nos lumen vultus
tui, domine. Cui concinens Augustin. lib. 2.
de serm. Domin. c. 1. ait, Nulla est anima quam-
uis peruersa, quæ tamen ratiocinari possit, in
cuius consciẽtia nõ loquatur Deus. Quis enim
scripsit in cordibus hominum legem natura-
lem, nisi Deus? A Deo enim ipso in singulis
hęc lex exprimitur. Estq. in id, quod scribit
Cice. de legib. lib. 2. dum inquit, Quàobrem
illa lex vera, atq. Princeps apta ad iubendum,
& vetandum ratio est recta summi Iouis. Et
paulò post iterum inquit. Ergò vt illa diuina
mens summa ex est, item cum in homine est
perfecta, est in mente sapientis. Et idem de
legib. lib. 1. ait, lex est ratio summa insita natu
ra, quę iubet ea, quę facienda sunt, prohibetq.
contraria. Vnde præclarè scribit Cice. lib. 2.
de legi. his verbis, Etiam si regnante Tarqui-
nio nulla fuisset Romæ scripta lex de stupris,
tamen contra illam legem sempiternam sex.
Tarquinius † vim Lucretię Tricipitini filię attu
lit. Atq. ad id pulcrè facit tex. in l. venia. C. de
in ius voc. ibi, nec in ea re rusticitati venia
prębeatur, cùm naturali ratione honor huius-
modi personis debeatur. Ius etenim naturale
non docetur ab aliqua constitutione homi-
num: c. ius naturale. dist. 1. not. Castren. in l. j. §.
6 ius naturale. num. 1. ff. de iusti. & iur. † Ratio
natu-

naturalis homini insita, vti lex,& Regina im-
perat, & docet qua ratione quis sensus mo-
deretur, libidines coerceat, mores compo-
nat, ac deniq. in omnibus sine scriptura tra-
dit regulam, ac normam, qua ad eius præscrip
rum quis se totum instituat, vitam modere-
tur, & regat. Vnde lex naturalis non est ha-
bitus mentis, sed actus, vt docet Diu. Thom. j.
2.q.94.Ricard.3.dist.37.artic.1.q.1.Sot.lib.1.
de iustit. & iure. q.4.artic.1. Est quippè quæ-
dam rectę rationis præscriptio, qua quid agē-
dum, quidué fugiendum præcipitur. Porrò
ratio naturalis cuncta rectè disponit Bald.
cons.38.incip.Diu.Thom.in fi.lib.1. Et dici-
tur polus omnis virtutis, si quidem omnia no-
bis insinuat, vt potè quæ est muta ratio, quæ
loquitur in corde: ideò interpretatio omnis
rei dubiæ secundum id, quod est verisimile,
& quod humanius est secundum rationem
naturalem est faciendum. Bald.cons.343.exa-
minanda sunt.in prin. lib.1. Quapropter ra-
tio naturalis multum attendi debet circa in-
terpretationem rei dubiæ, quia discretio na-
turalis est mater virtutum. Bald.cons.336.quę
ritur vtrum.nu.2. in fi.lib.3. Nam in ambiguis
legum interpretationibus triumphantes cau
sas oporter iuris naturalis moderamine tem-
perare. Fulgos.cōs.139.præsuppositis duobus
in fi.vbi citat.l.nō sine ratione.C.de bon.quæ
libe. Quamobrem meritò ratio naturalis res
diuina censetur, & instar cuiusdam numinis.
Hinc Plato sapienter lib.5. de legib. post Dei
cultum pro lege statuit, vt quisq. se ipsum ve-
neretur, & colat. Nemo sanè est, qui non sen-
tiat aliquid in homine esse diuini. Ad id quę
pertinet quod scribit Diu. Paul. ad Roma. Ep.
1. c. 2. Cùm enim, inquit, gentes quæ legem
non habent naturaliter ea, quę legis sunt fa-
ciunt, eiusmodi legem non habentes ipsi sūt
sibi lex, qui ostendunt opus legis scriptum in
cordibus suis testimonium reddente illis cō-
scientia ipsorum, & inter se inuicem cogita-
tionibus accusantibus, atq. defendentibus. Et
ad id etiam maximè pertinet ille Cice. locus
de legib. lib.1. qui ita inquit, Quibus enim ra-
tio natura data est, iisdem & recta ratio data
est, ergò & lex, quę est recta ratio, in iubendo,
& vetando, & si lex, ius quoq. ar omnibus ra-
tio, ius igitur datum est omnibus. Et licet om
nis res particeps sit illius æternæ legis, homo
tamen æternam legem ita participat, vt eius
scopum cognoscat, cætera non item, sed in
suum finem, à summo illo legislatore pręco-
gnitum feruntur. Præterea homo liberè par-
ticipat, non item cętera. AEquum sanè fuit
vt homo, qui suarum actionum dominus est,
veluti parua respub. & microcosmos aliquam
haberet legem sibi inditam qua se ipsum re-
7 gere posset. † Hæc lex autem naturalis ab ęter
na lege profecta, vt jam dixi, hominiq. natu-
raliter insita, tanquam regula, & Princeps
præcipit honesta, contraria prohibendo, &
secundum eam iudicat ipsa conscientia, quo-
niam vbi consequitur iudicium in ratione,
quę lex est, formari videtur conscientia. Ab
hoc iudicio pręterea consequitur stimulus
quidam ad bonum impellens, & à malo
auocans, atq. ita inducitur Synteresis, quam
Theologi passim Synderesim corrupto voca-
bulo appellant. Est igitur in nobis ratio, quę
est tanquam lex, mox sequitur conscientia,
quę tanquam iudicium secundum rationem
iudicat demum est Synteresis tanquam natu-
ralis appetitus, qui feratur in bonum, qua bo
nū appetitur, & à malo declinatur, prout ratio
nis iudicio cuiq. patet, vt per Alex. q.27.ar.3.
8 Hęc † ratio, seu lex naturalis est fons, & se-
minarium omnium legum, & ex ea conse-
quitur homo quædam principia per se cuiq.
nota, quę cum ipso homine nascuntur, & nul-
lo docente à natura indita sunt mentibus hu-
manis. Et ideò inquit Origen. homilia 10. le-
gem vtiq; naturalem dedit Deus humano ge-
neri, & in cunctorum mentibus scripsit, vnde
initia sumimus, & semina quędam ad per-
scrutandam capimus veritatem, quæ semina
si excoleremus fructus afferent in nobis. Et
quemadmodum duplex est in homine natu-
ra, vna qua conuenit cum cæteris animanti-
bus, altera qua præstat brutis, & sicuti ho-
mo considerari potest scilicet vt est animal,
9 atq. vt est homo, † ita duplicia sunt hęc
vniuersalia principia in homine, quædam
enim sunt communia omnibus animantibus,
vt vim vi repellere, custodia, & defensio vitę,
necessaria ad vitam inquirere, & similia. Vnde
Cice. offic. lib. 1. ita inquit, Principio generi
animātium omni est a natura tributum, vt se,
vitam, corpusq. tueatur, declinetq. ea, quæ no
citura videantur, omniaq. quę sunt ad vita
necessaria inquirat, & paret, vt pastum, vt la-
tibula, & alia eiusdem generis. Et quoniā hęc
communia sunt omnibus animantibus, ideò
Vlpian. in. l.1. §. ius naturale. ff. de iusti. & iu-
10 re, † dixit ius naturale id esse, quod natura om
nia animalia docuit. Quam definitionem secu
tus est Iustinian. in prin. Insti de iure nat. gēt.
& Ciu. & Vlpiano consentire videtur Isidor. in
c. ius naturale, dist.1. Et licet Valla elegantia.
lib. 4. c. 48. derideat hanc definitionē, si qui-
dem ridiculum est dicere appetitum coeūdi,
cum sim. in brutis ius esse. Tamen is ibi satis
11 impertinenter arguit Vlpianum. † Et pro Vl-
piani defensione dici potest, imò instinctum
naturalem, vel naturales inclinationes etiam
in brutis esse propriè legem, nempè esse legē
æternam, cùm etiā in brutis participetur lex
illa æterna, vt statim dixi, Garci. in. d. l. j. §. ius
naturale. Michael Vlcurun. tract. de regimine
mūdi. 3. q. princ. num. 22. cum seq. Vnde quod
fit in brutis incitatione naturali, id dici po-
test lex quatenus in eis participatur lex æter-
na, verùm non erit propriè lex quatenus sine
cognitione in illud feruntur. Pręterea ius, quod
est

est commune homini cum cæteris animanti-
bus dicitur naturale, a natura docente, quæ
12 communis est omnium animalium.† Vnde di-
ci potest etiam ius in esse in ipsis brutis, vt in
quit Reuard. de iuris ambiguit. c. 1. num. 6. Nā
quod naturę instinctu faciunt animantia, id si
iure, hoc est secundum iuris præcepta homi-
nes faciunt, iure certè naturali facere homi-
nes dicuntur, vt docet Gouean. lectio. iur. va-
ria lib 1. c. 19. Sed qomodo ius sit quoq. in bru
tis docet Coras. tract. de iure ciu, in art. redig.
13 c. 3. p. 2.† Sed quicquid sit ius naturale est com-
mune omnium animalium propter similitudi-
nem quandam, & communionem huius iuris
in natura omnium animantium expressam,
Vnde Diu. Thom. 1. 2. q. 91. artic. 2. inquit.
In brutis legem non inueniri nisi metaphori-
cè. Cernitur autem hoc ius esse in brutis simi
litudinem quadam. Cui sententię adstipulatur
illud Ciceró. qui in Lælio de amicitia ita scri-
bit. Hoc apparet in bestijs, volucribus, agre-
stibus, natantibus, cicuribus, feris, primùm vt
se ipsæ diligant, (id enim pariter cum omni
animante nascitur) deinde, vt requirant, atq.
appetant, ad quas se applicent eiusdem gene-
ris animantes, idq. faciunt cum desiderio, &
cum quadam similitudine amoris humani. Pla
nè ea, quę naturali ratione ab homine fiunt, &
quæ videntur hominis esse propria, & si non
sint talia in animantibus irrationabilibus, ta-
men similia videri possunt. Vnde licet ꝓpria
homini sit ratio, & prouidentia futuri; tamē
sunt animalia rationis expertia, quæ proui-
dent in futurum, vt de formicis cecinit Poe-
ta.

Ingentem formica farris aceruum,
Comportant, hyemis memores, tectoq; reponunt.
Et de Apibus,
Quæ patriam solæ, & certos nuere penates.
Novereq; hyemis memores, æstate laborem
Experiuntur, & in medium quæsita reponunt.

Nam à singulis animantium generibus plura
fieri solent rationis, & humanæ solertiæ simil-
lima. Et quamuis bruta sint rationis expertia,
minimeq. ratione vtantur, tamen ex similitu-
dine quadam, & metaphoricè videntur ha-
bere vsum rationis, in quam rem extat lepidū
Plutarchi opusculum, quod inscribitur, Bruta
animalia ratione vti.
14 † Homo itaq. considerari potest primùm, vt
est animal, deinde in specie, vt est animal ra-
tionabile, deniq. vt animal sociabile, hoc est
vt ciuis. Vt autē est animal subijcitur iuri na-
turali, vt est homo habens rationis vsum viue-
re debet secundum ius gentium, quod quidē
solis hominibus inter se commune est. l. 1. in
fi. ff. de iusti. & iure. Postremò vt ciuis, & in
humana societate viuens ius ciuile seruare te-
netur. Decian. tract. crim. lib. 2. c. 6. in prin.
15 † Ex quibus facilè cuiq. fit manifestum esse
ius nāle, quod & sensit Aristot. Ethic. lib. 5. c. 7.
vbi ciuile iustum diuidit in iustum naturale, &
in iustum legitimum. Nam Philosophus ap-
pellat iustum naturale, & rectè, quoniam con
siderat ipsum iustum, vt quid vniuersale. Ve-
rùm Iurisc. ideò vocat ius naturale, non etiam
iustum naturale, quia non cōsiderat ipsum iu-
stum vniuersale, sed ius solùm, vt ad actum de-
ducitur, atq. vt particulare, cum applicatur rei
particulari
16 † Alia verò sunt principia, quæ cuiq. nota
sunt ex natura propria cuiusq. hominis, & sūt
vniuersales regulę, veluti Deum colere, fidem
seruare, & id genus alia, vt habetur in l. veluti.
ff. de insti. & iure. l. 1. ff. de pact. l. 1. ff. de con-
stitu. pecu. Atq. hæc sunt solis hominibus in-
ter se cōmunia. vt homo est particeps ratio-
nis, qua sanè pręstat cæteris animalibus, Appel
lanturq. hæc ius naturale, siue ius gentiū, quia
apud omnes gētes per equè custoditur, vt po-
tè quia semper bonum, & æquum est. Hoc ius
distat à superiore, quod illud cōmune est om-
nibus animalibus ex quadā similitudine, hoc
autem soli, & omni homini comp tit, neq. si-
militudine quidem est cum brutis commune.
17 † Ex hisce principijs varia pręcepta vbique
homines desumpsere. Vnde Diu. Thom. 1 2.
q. 91. artic. 1. ita definit legem humanam, sci-
licet, vt ea sit dictamen practicæ rationis in
Principe, dum communitatē aliquam perfe-
ctam, hoc est ciuitatem gubernat. Quare ratio
est lex naturalis in eo, quod principia vniuer-
salia nobis suggerit: si verò ad ciuitatis guber
nationē conferatur, inde orietur lex humana.
Itaq. non potest ratio Principis ciuitatē rege
re, nisi ex illis primis Principijs, & fontibus
alia magis particularia præcepta deriuet, quę
ciuile ius constituant.
18 † Duo sunt igitur principia, & veluti semina,
ex quibus conflatur ipsum ius ciuile. Et prima
producuntur ex instinctu naturæ, atq. ex mo-
tibus naturalibus ratione tamen moderatis. Et
quia etiam bruta habent instinctum naturæ,
ideò hoc ius conuenit etiam cū brutis, veluti
educare liberos, si quidem ad id compellit na-
tura, & homines, & bruta. quamuis solus homo
in liberis educandus ratione vtatur. Secunda
principia producuntur ex ratione naturali tā
tum, non etiam ex naturalibus motibus, vt re-
ligio ergaDeum solus enim homo religionem
19 intelligit.† Hęc prima, & secunda principia
absolutè recipiuntur, & apprehenduntur per
rationem naturalem sine aliquo discursu. Nā
educare liberos, est principium cuiq notum
sine rationis aliquo discursu. Idemq; dicendū
erit de hoc principio, nempè quod sit religio
ne colendus Deus, cúm dicatur in Psal. Dixit
insipiens in corde suo non est Deus.
20 † Ex supradictis principijs doct. distingunt
ius naturale á iure gentium. Nam ex primis
principijs fit ius naturale primęuū, quod est
nobis commune cum cæteris animantibus, &
est id, quod natura omnia animalia docuit. l.
1. §. ius naturale. ff. de iusti. & iure. Ex secundis
prin-

principijs fit ius gentium primęuum,quod &
naturale secundarium dicitur , & competit
omni, & soli homini , vt religio erga Deum.l.
veluti.ff.de iusti. & iure, Cęterum quod vsu
gentium exigente discurrendo per principia
naturalia introduxit ius gentiū natura mini-
mè constans, seu secundarium dicitur, veluti
bella,seruitutes,& alia id genus.
21 † Ex quibus apertè intelligi potest ius natu
rale nihil aliud esse quàm quædam principia
vniuersalia, & indubitata, per se cuiq. nota,
quę inter homines naturalis ratio constituit,
ex quibus manant conclusiones, ac defluit ius
gentium non naturale, seu secundarium,nec-
non ius ciuile. Garci. de vlt. fine iur. num. 14.
Et ideò ius ciuile,vt quod compositum est ex
hisce principijs,neq.in totum a iure naturali,
vel gentium recedit,neq.per omnia ei seruit.
l.ius ciuile.ff.de iusti.& iure.
22 † Hoc aūt ius nāle duplex est,quoddā in na-
tura ita expressū,vt sit etiā cū cæteris animā-
tibus quodāmodo cōe.d.l.1.§ ius nāle, & spe-
ciali vocabulo ius nāle dicitur.d.§.ius naturale,
Alterū verò est ꝓprium soli homini,non autē
cōmune cum brutis,ne quidē ꝑ similitudinē,
Vnde hoc tanq̄ gētiū maximè proprium spe-
23 cialiter vocat ius gētiū. † Hoc rursus duplex
est quoddā ingenitū homini iā à principio ,
ꝙ dicitur ius gentiū primęuum, l.2.ff.de iust.
& iure.Alterū natū fuit posteà,& expressū ne
cessitatibus humanis ita exigētibus, & secū-
dariū dicitur,vt dominorū distinctio,bella,ser
uitutes,& cętera huiusmodi,&hoc nō dicitur
naturale.l.manumissiones. ff. de iusti. & iure.
24 Verùm nōnulli vltramōtani cōtrariū tenue-
runt contendentes ius gentium , & ius nālę
minimè distingui specie,cúm sint substātia ,
25 & origine vnum. † Mihi placet vt ita distin-
guamus,hæc iura secundū Caium in l. oēs po-
puli.ff. de iusti. & iure in duas species , nempè
26 ius gentium,& ius ciuile † Deinde ius gentiū
in naturale ,& in non naturale , ꝙ & secunda-
rium dicitur.Rursus iusgentium naturale diui
ditur in ius naturale,quo per similitudinem
quandam vtuntur etiam animalia irrationa-
lia, & in ius naturale, ꝙ est homini ꝓpriū. Ius
gentium ergo naturale idē est,ꝙ ius naturale ,
qm̄ ius naturale nihil aliud est q̄ ius gentium
cū ipso humano genere pariter , & simul pro-
ditum. §.singulorum.Insti.de re. diu.tametsi
non omne ius gentium sit naturale. Nam gen
tes vtuntur & alio iure , ꝙ non est naturale.
Neq.est constituenda differentia inter ius na-
turale, & ius gentium, si quidem ius naturale
est ius gentium d.§.singulorum,& §.venditę.
Inst.de re.diu. Neq.dicendum est ꝙ reperia-
tur ius naturale ꝙ non sit gentium.d.l.oēs po-
puli. qm̄ quoties fit mentio iuris naturalis il-
lud non pōt referri nisi ad homines , cúm cæ-
tera animantia ratione careant , & nullo iure
vtantur.Fulgos.l.si non sortem.§.libertus.nu.
9.ff.de cōd.indeb. ius gentium non nāle est ꝙ
secundariū dicitur, ꝙ non simul cum ipso hu-
mano genere ꝓditū fuit, sed cursu temporis
morib⁹ receptum fuit, Vasq. illust. cōtr.lib.2.
c.89.n.25.Ex quib⁹ cōstat ius nāle nō esse spe-
cie diuersū à iure gētiū,sed idē esse;&diuisio-
nē de qua in d.l.oēs populi. esse sequēdā. Ab-
surdū sanè esset dicere ius gētiū esse, id quo
gētes vtūtur ius,ciuile quo quisq.populus vti-
tur,& ius nāle quo bestię vtūtur, iure etenī v-
tit solū genus humanū,ꝙ qdē cōsideratur,aut
in vniuersū,aut vt distinctū in vrbes,& popu-
los.In vniuersum vtitur duplici iure,aut nāli ,
& est ius nāle,siue ius gentium primęuū,ꝙ con
stituit nālis ratio, aut nō nāle,& est ius gentiū
secundariū,ꝙ cōstituit ratio discurrens circa
ius nāle.Cōcludamus igitur ius nāle id esse, ꝙ
nālis ratio cōstituit inter gētes,ꝙ fuit cū ip-
so humano genere simul ꝓditū,ꝙ & ius gētiū
vocatur, & ita intelligitur d.l.oēs populi, ibi,
quod verò.ff.de iusti.& iure.& hoc discernitur
ab eo iure gentiū ꝙ non est nāle,& nō fuit,pro
ditum simul cum ipso humano genere.

Ius igitur nāle,siue ius gētiū primariū sim-
plex est,& absolutū,atq.est simplex notitia,ꝑ
27 se cognita.† Ius autem gentiū ꝙ secūdarium
dicitur,& ius ciuile non est simplex,sed com-
positū cū fermēto iuris nālis ꝓ cōuenientia, &
necessitate gentiū,vel cuiusq ciuitatis.Quem
admodū enim oīs disciplina à gnālibus qui-
busdā præceptis deducitur , quæ quidē veluti
artis fundamenta ita sunt necessaria,vt neque
ignorari,neq.reuocari in dubiū possint.Si qui
dē adeò debēt esse oībus nota,vt nihil ꝙ ma-
28 gis sit notū supra se habeāt.† Ita ius ciuile sua
habet vniuersalia principia,quæ sunt notissi-
ma,neq.in dubium reuocari possunt, cùm su-
pra se nihil notius habere possint,Hinc igno
rātia horum principiorum, hoc est iuris nālis
neminē excusat Bero.c.sup litteris.nu. 65.de
rescrip.Menoch.cōs. 726.nu.44. Nā ex Arist.
snīa Ethic.lib.5.iustū nāle est ꝙ vbiq.vim ha
bet eādē,& nō quia videtur, vel non videtur.
Hæc aūt principia sūt ipsū ius nāle,seminariū
fons,& origo iurisgētiū secūdarij,&ciuilis iu
ris, vt iā dictū est. Quocircà rectè dixit Albe.
in l.1.§.ius nāle.n.2.ff.de iusti.& iure.ius nāle
ad humani gnris regimē inuētū fuisse, Nā ec-
ce,ius nāle dictat,vt trad.Cic.de offic.li.1.esse
inquirēda,& parāda quæ sūt necessaria ad vi-
tam.Ex hac ꝓpositione,& vniuersali ꝑncipio
iusgentium secundarium introduxit contra-
ctus , vt media necessaria ad vitam humanā,
ita discurrendo.Necessaria ad vitam humanā
sunt inquirenda, & inducenda,sed contractus
sūt necessarij ad vitam humanam , ergo con-
tractus sunt inducendi . Inductis contracti-
bus ex iuregentium secundario , ius ciuile il-
los recipit,sed quia obseruauit in plerisq.con
tractibus plures committi fraudes, & potissi-
mum in donationibus, ex hac obseruantia,&
vsu ita exigente in donatione , vbi agitur
de magna summa exigit insinuationem.Ergo
illa

illa propositio, nempè; Necessaria ad vitam humanam sunt inducenda, docetur ab ipso iure naturæ, seu iuregentium primæuo. Ius autem gentium quod non est naturale ex hac propositione illud deducit, Contractus sunt maximè necessarij ad vitam humanam; Vnde sequitur conclusio, ex dicto iure gẽtium non naturali, ergo contractus sunt inducẽdi. l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. Postremo ius ciuile suæ Ciuitatis moribus ita exigentibus censuit donationem insinuandam esse.

29 † Iuribus ita distinctis videndum est quæ sint iura, quæ sunt mutabilia & quæ non item. Et primò ius gẽtium naturale constitutum per naturalem instinctum, ratione moderatum, vel per rationem naturalem tantum semper bonum, & æquum est l. pen. in prin. ff. de iusti. & iure. semperq; eandem habet vim, nec est ex nostra institutione, sed natura docente, vt per Arist. Ethic. lib. 5. c. 7. Sunt enim hæc principia practica in homine quasi innata, & cuique sine discursu nota, atque his sine alia demõstratione facilè assentitur intellectus. Et ideò Paul. ad Roman. Epis. 2. ita inquit. Gentes quæ legem non habent (hoc est positiuam) naturaliter quę legis sunt faciunt habentes opus legis scriptum frontibus suis. Et hoc ius non opinio aliqua, sed vis quædam innata nobis inseruit, vt vtar verbis Ciceron. de legib. lib. 1. Itaq; hoc ius, vt semper bonum, & æquum, est immutabile, illiq; citra iniustitiam derogari non potest, siquidem à Deo in animis hominum ad discernenda ab honestis turpia inditum fuit.

30 † Verùm Arist. c. 7. negat omnia naturalia esse immutabilia. Nam natura constat, manum dexteram esse validiorem sinistra, nimirum quia ab ea est principium motus: tamen fieri potest, vt quidam vtantur sinistra vti validiore. Et pro hac opinione facit etiam l. ius ciuile. ff. de iusti. & iure, ibi, ius ciuile est, quod nec in totum à naturali, vel gentium recedit, nec per omnia ei seruit. Præterea multa sunt de iure naturæ, quæ tamen ius ciuile respuit. c. 1. dist. 1. ibi, transire per agrum alienum fas est, ius non est, & è contra. §: sed ius quidem Insti. de iure natu. vbi iure naturali non est licita seruitus tanquàm illi contraria, cùm tamen iure positiuo licita sit. c. ius gentium. dist. 1. Accedit etiam contra præcepta naturalia contrarias leges est reperire apud plures populos. Nam apud lacedæmonios furta quædam permittebantur, quæ tamen apud cęteras gentes prohibita fuerunt. Sic & apud Persas, & Macedones erat actio aduersus ingratos constituta, cum hoc vitium apud alios populos esset impunitum.

31 † Iura autem naturalia immutabilia esse satis constat ex Iustiniano in §. sed naturalia. Inst. de iure nat. c. hæc quæ. dist. 5. & apertè habetur per Arist. d. c. 7. ibi, ius naturale est, quod vbiq; eandem habet vim, & non quia ita videtur. vel minimè. Et habetur in clem pastoralis. §. cæterũ de re iudic. ibi, cùm illam Imperatori tollere non licuerit, quæ iuris naturalis existit. Et hanc sententiam probant Diu. Thom. d. q. 94. art. 1. Sot. lib. 1. q. 4. art. 4. Et de hac lege l. ctan lib. diuin. Insti. 6. c. 8. ita inquit, Nec erit alia lex Romæ, alia Athenis, alia nunc, alia posthac: sed & omnes gentes, & omni tempore vna lex, & sempiterna, & immutabilis continebit. Et huc pertinet illud Cic de legib. lib. 2. ibi, contra illam legem sempiternam. Et de repub. lib. 3 vbi ita scrib: Est quidem vera lex recta ratio, naturæ congruens, diffusa in omnes constans sempiterna. Nam siue consideremus rationem illam naturalem, quæ lex est naturæ. imperans honesta, prohibens contraria, hęc sanè quod omnes vna, & eadem est. Et quoniam ex hac lege consequitur iurisprudentia, & habetur notitia iusti atque iniusti. ideò ius ciuile illi deseruit in totum, illi non detrahendo, neq; addendo, vt probat Connan. commenta. iur ciu. lib. 1. c. 6. num. 4. Iustum namq; est quid indiuiduum, quod sic diuidi nequit, vt pro parte ab eo recedi possit, cùm indiuiduum consistere non possit per partes l. furiosum. C. qui testam. fac. poss. Si verò consideremus ipsa legis communis principia, vt considerat Diu. Thom. & Sotus; tunc etiam lex naturæ vna, & immutabilis est. Nam sunt hęc principia lex naturæ, quæ eadem est apud omnes, & secũdum rectitudinem, & secundum notitiam. ita Fortun. Garcil. velut in nu. 25. ff. de iusti. & iur. Et quod est à natura tanquàm aliorum principium debet esse permanens. Quare Arist. Phis. lib. 1. c. 16. nu. 17. de principijs rer. naturalium differens dixit illa oportere semper manere. Cùm igitur hæc sint principia ciuilis scientiæ sunt immutabilia, siquidem ratio speculatiua circa necessaria versatur, quæ aliter se habere non possunt, cùm ratio practica circa contingẽtia versetur, quæ quidem sunt mutabilia. Cùm etenim ius naturale sit ex natura rerum, est immutabile, ac idem est omnino vbiq; & semper. Sic ignis quoniam naturaliter vrit, vbique, & quocunq; tempore vrit. Quibus accedit illud quod de Dionisio refertur. Is enim matri suæ præter ætatem nubere cupienti, ita inquit, O mater ciuilia iura violari possunt, naturæ ius nequaquam.

32 † Cæterum conclusiones, quæ ab his principijs manant, certè mutari possunt, ipsis tamen principijs semper manentibus. Nam lex naturę vna est apud omnes quò ad prima principia omnibus communia, & secundum rectitudinem & secundum notitiam licèt quò ad propria aliqua ex communibus deducta eadem apud omnes nõ sit, vt per Diu. Thom. 2. 2. q. 94. art. 4. sanè quò ad prima principia lex naturæ est omninò immutabilis. Quò autem ad conclusiones primis principijs propinquas; lex naturalis non immutatur, quin vt in pluribus sit rectum semper quod lex naturalis habet: poterit tamen mutari & in aliquo particulari, & in paucioribus propter aliquas speciales causas impedientes obseruãtiam talium præceptorum. Diu. Thom. dicto artic 4.

Vnde

Vnde ius naturæ dictat neminem cum alterius iactura locupletari debere l. nam hoc natura ff. de cond. indeb. Tamen præscriptio facit, vt quis cum aliena iactura locupletetur. Nam hoc casu propositio illa, quod nemo cum aliena iactura locupletari debet, semper erit vera, & immutabilis. Verùm in præscriptione mutationem recipit ex causa, quoniam præscriptio admittitur contra ius naturale, vt per Balb. tract. de præscriptio. q. 5. princ. Ciuile etenim ius pro moribus vbiq; variatur. Quemadmodum, secũdum Arist. Ethic. lib. 5. non omnibus in locis æquales sunt vini, & tritici mensuræ, ita vbique non est idem ius, sed secundum mores diuersus ius diuersum constituitur. Sanè quod medicamenta morbis, hoc eabibent iura negotijs, vt inquit tex. in auth. hæc constitu. in nou. constitut. in prin. Quapropter pro morbis populorum, iura quasi medicamenta occurrunt.

33 † Lex naturalis igitur immutabilis est manentibus ijsdem circũstantijs rerum. Nam quorum natura immutabilis est, hoc est quæ natura sua ita iusta sunt, vt habeant intrinsecam, & perpetuam æquitatem, & opposita eorum intrinsecam iniquitatem, certè ius naturale circa hæc est immutabile. Quorum autem natura est mutabilis, idest quæ licet sint iusta, non tamen perpetuò, quin opposita eorum licita, & rationi cõsona esse interdum possint ex circunstantijs; circa hæc ius naturale mutari potest. Nimirùm cùm recta ratio dicat hoc casu ius non esse seruandum. Vnde Arist. in lib. Ethic. inquit. Quia ius naturale est ex natura rei, in quibus natura est omninò immutabilis, & ius omninò quoque esse immutabile, in quibus verò natura mutabilis est, ius quoque mutari posse. Nam secundum Sot. de iusti. & iure. q. 57. huiusmodi mutatio iuris, quæ nascitur ex circunstantijs, putà personæ non tàm est in iure, quàm in persona, si quidem semper manet hoc ius, sed mutatio fit in persona. Sanè interdum iura iccircò sunt mutabilia, quia eorum materia cum bono communi variatis rerum circunstantijs pugnat, proinde ipsum naturalis iuris præscriptum aliquãdo mutatur, quia commune bonum priuato præfertur. Nam ecce; iure naturæ nemo sine culpa est bonis spoliandus; & tamen lege præscriptionis multi rerum suarum dominio priuantur, scilicet vt lites terminentur, & ne dominio bonorum incerta reddantur. Cùm ergo duo iura naturalia sibi inuicem aduersantur, seruari id oportet, quod nos arctius obligat. Porrò vbi contingit mutatio non lex naturalis ipsa, sed legis naturalis materia mutatur variatis rerum circunstantijs. Hinc præscriptio non tollit ius naturale, sed idcircò iusta est, quia ad commune bonum inducta est, nimirum ne rerum dominia diu incerta maneant, tum vt lites dirimantur, & pax in repub. conseruetur. Quare hoc casu commune bonum priuato præfertur, hoc est propter bonum commune priuati homines iure possunt bonorum suorum dominio spoliari. Sic quoque iure naturæ fides seruari debet, sed non cùm illi promisimus, qui malè posteà de repub. meritus est. l. bona fides. ff. de deposi. Vnde apparet hoc casu ipsius facti, non autem iuris mutationem esse. Nam cùm ius in facto positum sit l. si ex plagis. §. in cliuo. ff. ad leg. aquil. ideò non idem semper in qualibet facti, specie lex naturæ præcipit: & proinde ius non dicitur mutari. Et facit quod scribit Arist. lib. 5. Ethic. c. 7. vbi ita dicitur, sicut in Physicis dicitur aliquid naturale, quia frequenter accidit secundum naturam, licet possit aliquando mutari, vt hominem aptius vti dextera, quam sinistra licet contingat aliquando oppositum, vel esse ambi dexterum, ita in moralibus immutabile vocari ius naturale, & si aliqua sint à iure naturæ, quæ nonnunquam mutentur. Itaq; ius naturale dicitur immutabile in ijs, quæ iure naturæ præcipiuntur, vel prohibentur, secus quò ad alia Fede. de Sen. consi. 35. nu. 3. circa fi. vers. nec obstat, quod dicitur, idem tenet Ange. consi. 362. num. 3. vbi inquit ius naturale proprium esse immutabile, sed ius gentium limitari posse vt patet in libertate, quæ per seruitutem mutatur. Et recepta est opinio, vt per Diu. Thom. 1 2 q. 94. artic. 5. & habetur in c. hæc quæ, dist. 5 legem naturalem nec ex toto, nec ex parte abrogari posse. Nam quod lex naturalis imperat est per se bonũ, & id quod probibet est per se malum, rerum autem naturæ mutari non possunt. At quoniam in bonis, & malis sępè circunstantiæ rerum variantur; ideò ius naturale mutata materia videtur ex toto, vel ex parte mutari.

34 † Concludendum est igitur ius naturæ esse immutabile, atque naturalia ciuilibus modis dirimi non posse. §. sed naturalia. Insti. de iure natu. l. 1. §. ius naturale. ff de iust. & iure l. ius agnationis ff de pact. l. iura sanguinis. ff. de reg. iur. l. fin. ff. de iusti & iure l. 1. l. fin. C vnde libe. l. abdicatio. C. de patr. potest. l. eas obligationes. ff. de capi. demi. l. 2 in fi. ff. de vsufruc earum re, quæ vsu cõsum. §. fin inst. de legit. agn. tut. §. at hi qui. Insti. de hær. quæ ab intesta. Vasq. illustr. controu. lib. 2. c. 89 num 23. Gonzal. var. qq c. 38 per totum. Niconit in repet. c. quoniam contra, par. 4. nu. 105. de probat. Nam natura est actus diuinus, qui mutari non potest Bald. l. in adoptionem. C. de adoptio. Et quod naturæ nexus sit diuinus probat. l. cum in adoptiuis. §. cum enim tanta. C. de adoptio. Nam voluntas quamuis expressa in his, quæ naturalia sunt, nihil operatur, l. assumptio. in prin ff. ad municipal. tea. est in l. origine. C. de municip. & origin. lib. 10. & ibi glo. & doct. Decian. cons. 44. num. 76. lib. 4.

Neque obstat quod dicitur ius naturale aliquando mutationem recipere, quia vt dictum est, natura rerum mutari non potest, sed aliquando legis naturalis materia mutatur, variatis rerum circunstantijs. Imò ius naturale dicitur immutabile, licet aliquando mutari contingat aduersus rectam rationem. Nam ius naturale nõ est idem apud omnes, quoniam aliqui populi

interdum

interdum non sequuntur rationem ducem, quàm sanè si semper homines sequerentur ius naturale semper idem esset apud omnes. Ex quibus planè cõstat falsam esse eorum opinionem, qui existimauerunt ius naturale, idcircò non natura, sed sola hominum opinione constare; quia non est idem apud omnes. Nam licet apud aliquos populos ius naturale minimè obseruetur, non propterea fit, quod naturale esse desinat, & quod vti bonum, & æquum seruari semper, & vbiq. non debeat, si sequi volumus rectam rationem.

35 † Hinc illud est quod iuri naturali renuntiari non potest. l. iura sanguinis. ff. de reg. iur. l. ius agnationis. ff. de pact. l. nec si volens C. de libe cau. l. abdicat. C. de patri potesta. Bart. l. si qs in conscribendo, in sua notab. distinctione. c. de pact. Felin. c. si diligẽti. n. 1. de foro cõper. facit c. quoniam multi. 11. q. 3. c. inter alia. de sentent. excõmunic. Ius naturale nõ tollitur pacto, nec quò ad effectũ, nec quo ad essentiã. Bald. d. l. ius agnationis.

Quò fit vt non possit quis renuntiare defensioni, cum ea sit de iure naturæ. Felin. d. c. si diligenti col. 1 ver. secundum corollarium, neq; iuri alimentorum, quę debentur iure naturæ, vt per eũ dicto loco, sed de his speciatim dicam suis locis.

Quinimò generaliter ea quæ procedunt ex pręscripto naturæ non possunt pacto eradicari etiam cum iuramento. Bald. l. scire. num. 1. C. vt in possess. legat.

36 † Qua ratione non potest quis renuntiare iuri sanguinis, siquidem hoc est naturale, & proinde immutabile. l. ius agnationis. ff. de pact. l. iura sanguinis. ff. de reg. iur. l. abdicatio. C de patr. potesta. Bart. l. pen. & ibi alij doct. C. de pact. Felin. c. si diligenti. num. 1. de foro compet. Calderin. cons. 96. an pacto. quod est 1. de pact. & duplicatur cons. 64. quod est 7. de renuntia.

37 † Nam iura sanguinis sunt immutabilia. l. ij. ff. vnde cogna. Decian. cons. 31. num. 12. lib. 5. Per pactum namque; non tollitur substantia agnationis, & cùm non tollatur substantia, neq; tollitur agnationis effectus. Bald. d. l. ius agnationis.

38 † Ius namq; cognationis ab ipsa cognatione est separatum, siquidem ipsum ius cognationis tolli potest, glo. in §. quod autem. Insti. de capi. demi. Roma. cons 85. Quò ad id. Ipsa autem agnatio minime tollitur. l. iura sanguinis. ff. de reg. iur. l. abdicatio. & ibi glo. C. de patr. potesta. & not. in d. l. ius agnationis. Vnde licet filius renuntiet successioni patris viuẽtis. c. quamuis pactum. de pact. lib. 6. tamen non desinit esse filius. Tiraq. de iure primoge. q. 40. num. 92. sanè ius succedendi liberorum est ius discretum ab ipso iure filiationis. l. nec ei. §. præterea. ff. de adoptio. Quare mortuo filio primi gradus nepotes succedunt in illud ius, quando quidem ius patris sumunt. Hincq; apparet hoc ius esse quid discretum à iure filiationis, quod in illo nõ succedit nepos. Bart. d. l. is potest. num. 6. Vnde filiationem à se abdicare ex pacto quis non potest. Ias. d. l. ius agnationis. & in d. l. abdicatio. Si quidem nulla ratione, siue hoc sit lege, siue pacto fieri põt vt is, qui procreatur non sit filius, rursus qui procreat non sit parens. Est quippè necessaria, ac naturalis sanguinis coniunctio, vt quæ ex voluntate arbitrioq; nostro minimè pendet. Qua ratione Isocrates amicitiam consanguinitate potiorem esse demonstrat, quod hæc ex voluntate, & electione nostra minimè pendeat, vt illa separari non possunt iura agnationis, vel cognationis non magis quàm vsusfructus causalis á dominio, ita declarat Bart. d. l. is potest. col. 1. in fi.

39 † Quapropter non valet pactum, vt quis tanquam agnatus vel cognatus non possit ad tutelã assumi, glo. vnica. in d. l. ius agnationis ibi, & tutelis. & ibi not. Ange. Nam tutela legitima per pactum tolli non potest. Item priuilegio, aut statuto fieri non potest, vt filius nõ sequatur agnationem patris, sed matris. Roma.

40 l. 1. §. de matris. num. 1. ff. ad Sillania. † Et licet emancipatione tolli videatur agnatio, tamẽ ea nõ tollitur, vt utar verbis Baldi in auth. in successione. num. 6. C. de suis, & legit. à radice, sed tollitur à successione. Neq; emancipatione tollitur patria potestas, neq; tolluntur iura naturalia patriæ potestatis d. l. iura sanguinis. l. 1. §. capitis deminutio. ff. ad turpilia. Vacon. declaratio iur. lib. 1. declarat. 8. Surd. cons. 292. num. 11. Planè inter patrem, & filium emancipatũ remanet agnatio vel cognatio nõ obstante emancipatione. glo. §. fin. ver. legitima. Insti. de legit. agna. success. Surd. d. cons. 292. Nam etsi emancipatio tollat quosdam effectus patriæ potestatis; tamen non tollit ea, quę sunt naturalia. Hinc filius emancipatus nõ põt vocare in ius patrem sine venia. l. fin. C. de in ius voc. Dec. l. in potestate. C. eo. Surd. d. cons. 292. num. 12. Neq; per emancipationem tollitur reuerẽtia patri debita. Socin. l. sicut. num. 7. C. de in ius voc. Aretin. §. ius autem insti. de patr. potesta. Ias. l. quod dicitur. num. 34. ff. de verb. obl. Quamuis etenim emancipatione plura iura remittantur, non tamẽ desinit pater esse, neq; tollitur patriæ potestatis nexus, qui vti naturalis minimè dissolui potest. Surd. d. nu. 12. sed & licet ius succedendi tollatur per capitis deminutionẽ. §. fin. Inst. de legit. agnat. tute. §. cum autem. Insti. de cap. dem. secus est quò ad ipsum ius naturale.

41 † Sed illud interim non est omittendum multum interesse inter ius sanguinis. & ius cõsanguinitatis, tametsi Accurs. in d. l. iura sanguinis, ius sanguinis pro cõsanguinitate accipiat. Nam ius consanguinitatis nõ est naturale, sed ciuile, & adgnatio iuris ciuilis nomẽ est. §. vlt. Insti. de agnat. tute. l. iurisconsultus. in fi. ff. de

suis, & legit. Et ideò à naturali iure separatur. §.sed hodie. Insti. de adoptio. Ius autem consanguinitatis species est adgnationis. §.vulgo. Insti. de success. cogna. Quapropter adoptio non adfert ius sanguinis, quia illud est naturale, sed ius consanguinitatis nō naturale. l.1. §. vlt. ff. de suis. & legit. hær. l.2. §. sed & si ipsa. ff. ad tertu lian. § 1. Insti. de legit. agnat. success. Nec quicquam facit l. videamus. ij. in prin. ff. de vsur. ibi, renuntiata est affinitas, quoniam intelligitur de affinitate cōtrahenda, hoc est non fuit secutum matrimoniū, vt not. ibi glo.

42 † Igitur iura sanguinis tolli non possunt. d. l. ius agnationis. d. l. iura sanguinis. l. tutelas. ff. de cap. dem. not. Bart. in l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusatio. veluti ipsa cognatio, item effectus naturales, qui oriuntur ex ipsa cognatione, nempè amor, & dilectio. Cętera vero iura non naturalia, & à iure ciuili tributa sanguini, & cognationi, certè tolli possunt. glo. §. quod autem. ver. cognationis. Insti. de iusti. & iure. Roman. cons. 82. Dec. d. l. iura sanguinis. col. 1.

43 † Duplex autem est ratio cur ius sanguinis mutari nō potest, prima est. quia sanguinis nexus producit effectus quosdam naturales, væluti dilectionem, & amorem, q intercedit inter sanguine coniūctos. Et is effectus naturalis tolli nulla ratione potest. Deinde est naturę veritas, quæ mutari non potest. Nam qui nascuntur sunt liberi, qui producunt parētes appellantur. Quare nulla lege, aut pactione fieri potest, vt is qui procreatur non sit filius, rursus qui procreat non sit parens. Et ad id pulcrè facit l. assumptio. in prin. ff. ad municipal. vbi quod quis assumat aliam originem, vel recuset suam patriam, non tamen mutatur naturæ veritas. Sic quoq; si quis repudiauerit agnationē, vel pactus fuerit, vt nō sit filius, aut frater, pactum, vel renūtio non facit quod propterea desinat esse talis, siquidem pactum nō potest mutare naturæ veritatem. Adde, & aliam rationem, nam nihil tā naturale est, quàm eo genere quodq; dissolui, quo colligatū est. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. Sed pactum nō est modus agnationis inducendę, ergo pactum non est modus institutus dirimēdæ agnationis.

44 † Amplia vt non possit quis renuntiare iuri, quod procedit ab ipso iure agnationis d. l. ius agnationis. quæ dupliciter intelligitur, & primo vt loquatur de ipso agnationis iure. Secūdò vt loquatur de iure, quod procedit ab ipso iure agnationis, vt per Iacob. à S. Geor. ibi.

45 † Et hinc quoq; videmus quod iuri originis renuntiari non potest, cum id ius mutari minimè possit. d. l. assumptio. in prin. & ibi Bart. l. originem. cum l. seq. vbi glo, & Bart. C. de municip. & orig. lib. 10. & ibi Io. de Platea. l. in adoptionem. vbi glo & Bald. C. de adoptio. Bart. in l. fin. § pen. ff. ad municipal. glo. in l. pen. in fi. ff. de Senatori. in l. prouinciales. ff. de verb. sign. Roman. cons. 39. in fi. Socin. latè cons. 35. num. 7. lib. 1. Barbatia cons. 73. nu. 7 lib. 4. Surd. cons. 346. num. 12. cum seq. Imò nec expressè, nec tacitè renuntiari potest. Cuman. cons. 177. col. 3. ver. nonissimè. Nemoq; potest voluntate sua origine eximi. Boer. q. 13. num. 3. neq; per adoptionem. l. ordine. §. fin. ff. ad municipal. l. libertus. §. in adoptiuis. ff. eo. etiam si quis abesset per mille annos. Bart. l. quæsitum. in prin. per illum tex. ff. de leg. 3. Boer. d. q. 13. num. 5. Vnde a ciuitate causata ab origine, nō potest quis sua voluntate se liberare, & ei renuntiare. Alex. cons. 34. n. 3. lib 5.

46 † Hincq; domicilio originis renuntiari non potest. Roma d. cons. 39. in fi. cons. 59. in primo dubio. & ibi apostilla. in ver. originis. etiā expresse transferendo alibi domiciliū, vt cōsuluit Socin. cons. 35. nu. 7. lib. 1. Sequitur Decian. cons. 44. nu. 78. lib. 4. Et quamuis habitans extra locū originis cotrahat domiciliū etiam in eo loco. vbi habitat, tamen non amittit domicilium originis, quod est immutabile. Socin. cons. 79. num. 19. lib 4. Decian. d. cons. 44. nu. 79. Quare Princeps compellere potest Vasallos habentes originem, vt redeāt ad habitandum, quia licet domicilium alibi sibi cōstituere possint, tamē iuri originis renuntiare non possunt. Roma. d. cons. 56. & ibi apostilla. in ver. originis. Abb. cons. 17. in quæstione. ver. ad secundum. lib. 2. Hincq; subditus ratione originis cōtrahens domicilium extra territorū originis, adhuc remanet subditus, cùm nō possit renuntiare domicilio originis, atq; præualeat statutum originis statuto domicilij. Roma d. cons. 39. in fi. & ibi apostilla. sed & vbi quis dereliquit sponte domicilium originis, & ad aliud transijt, cum remaneat et obligatus antiquis statutis loci originis, atque statutis antiquis semper vti poterit. Bald. in rub. C. si à non compet. iud. sequitur Decian. d. cons. 44. num. 79. Nam ius quæsitum p originem adeò firmum est, vt repudiari minimè possit. Socin. iun. cons. 49. nu. 4. lib. 1. Neq. mutatio domicilij eximit ciuem. à iurisdictione loci originis. l. 1. ff. de decurio. l. qui originem. ff. de mune. & hono. Ratio autem cur renuntiari non possit origini illa est, quoniā naturalia mutari non possunt. Boer. q. 13. nu. 12.

47 † Quibus adde quod renuntiatione originis suæ, ac patriæ non mutatur veritas, quin renuntians adhuc dicatur originarius eius loci. l. assumptio. in prin. ff. ad municipal. Neque propterea eximitur ab ea obligatione, qua erga ipsā patriā tenetur, cùm nascamur patriæ. l. 1. §. & generaliter. ff. de vent. in poss. mitt. Præterea per huiusmodi renuntiationem non
48 tollūtur operationes naturales, † veluti amor erga patriam. l. qui habebat. in prin. ff. de legat. 3 ibi, suauissimæ patriæ meæ. Qui quidem amor facit vt sua cuiq; patria melior videatur cæteris locis, l. fin. & ibi glo. C. si seru. export.

vene.

venet. Roman. cons.408.in proposita. num.5. ver.tertio. Iuxta quam sententiam scribit cice. de Orat. lib 1. quod sapientissimus vir Ithacam illam in asperrimis saxis tanquam nidulũ affixam immortalitati anteponebat.

50 † Sed declara vt iuri originis ita quis renũtiare possit, si illud respicit fauorem ipsius renuntiantis, non etiam si in præiudicium loci originis. Bart. in l. priuilegio. C. de decurio. & eorum fil. lib. 10.

51 † Declara etiam quod licet ciuilitati paternæ ex origine patris inductæ quis renuntiare minimè possit, poterit tamen renũtiare, ciuilitati, seu naturalitati patris inductæ ex lege, vel pacto inito cum ipsa ciuitate, vt not. in l. fin. C. de his qui sponte. lib. 10. & ibi not. additio ad Bartolum, & Ange.

52 † Sed quod diximus iuri naturali renũtiari nõ posse, extende id etiam procedere in præceptis decalogi. Si quidẽ decalogus ex cõmuni Theologorum sententia, est lex naturalis à Deo in animis omnium insita, vt homines ad eã normam, vt legum summam vitam suam componerét. Hancq. legem diuinam ab omnibus seruati oportet, neq. illi, vt quæ est omnium animis ingenita, à Deo Moysi data, & demum per Christum Dominum explicata, vlla ratione derogari potest. Nã & iuri diuino renunsiari nõ potest, vnde electio Papæ est de iure diuino, cui renũtiari nõ potest, vt Inqt Bald. in c. nisi cum pridem. nu.3. de renuntia.

53 † Sed & quod dicitur ius naturale minimè tolli posse, declaratur id procedere quoad essentiam. d. l. iura sanguinis. secundum communẽ intellectum, quem sequitur ibi Cagn. & refert Bologne. in l. vt vim. nu.16. ver. vnde puto. & in l. pen. in quæst. de cognatione. ff. de iusti. & iure. Vnde statutum non potest facere quin pater crucietur propter filium. l. isti quidem. ff. quod met. cau. vel quod quis secundum veritatem non sit alteri sanguine coniunctus, ac de propinquus, vt suprà dictum est, vel quod mas non appetat fœminæ coniunctionem, iuxta illud vulgatissimum, Quod natura dat, nemo

54 tollit. † Cæterùm impediti possunt effectus iuris, atq naturalis operatio tolli potest, veluti vt pater non lugeat filium, vel è contra. l. minimè. ff. de religios. & sumpti. fune. vel impedire sucessionem obuenientem ob sanguinis vinculum. §. quod autem. Insti. de cap. dem. Itaq. per legem potest fieri vt effectus iuris naturalis, vel ciuiles effectus tributi propter ius naturale tollãtur pro parte in omnibus personis ex causa, vel in totum in certis personis, & in alijs distinguãtur. Felin. plene, & post eũ alij. in c. quæ in Ecclesiarum. de cõstitu. Bolognet. d. num. 16. circa fin. Si verò dispositio fit per modum particularem, hoc est contra particulares personas priuatim, vel publicè per modũ particulaté, separatum à iurisdictione cõdendi legẽ, & tunc regula est, quod ius nãle nõ potest tolli, & ita procedit doctrina Angeli in l. si sic. ff. de leg. 1. clem. 1. de re iud. Bologne d. l. vt vim. nu.17.

55 † Nam illud certum est quod ius naturale in genere sumptum est immutabile, tametsi in specie pati possit Eclypsim, vt inquit Iac. de Are. in l. quoties. C. de preci. impe. offer. per glo. in l. manumissiones. ff. de iusti. & iure. ver. & hodiè. in fi. Alberic. in d. l. quoties. nu.2. Nã vbi libet homo vendit se ad precium participandum, tum tollitur libertas, quæ est de iure naturali.

56 † Declarantur præterea prædicta procedere in iuregentium, quod est naturale, si quidem ius gentium non naturale, quod & secundariũ dicitur quodq́, est non naturale, ac positiuum mutabile est, vt ipsum ius ciuile, quoniã natura non constat. Vasq. de sucessio. progressu. in præfatio. nu.144. lib.1. §.j. nu.189. & cõtrouers. illustri. li.2 c.89. nu.26.

57 † Declarantur quoque non procedere prædicta si non procul à natura recessetimus. glo. est singularis in c. exhibita in ver. peruertendo. de iudic. vbi licet rescripta contra ius nõ valeant, valebunt tamen si non procul á iure recesserint. & not. Mantua sing. 395. ius naturale.

58 † Adde etiam vt naturalia possint declarari, moderari, & distingui. glo. in l. ius ciuile. ff. de iusti. & iure. Bart. l. omnes populi. col.7. ff. eo. Curt. iun. cons.10. nu.5.

59 † Sed & quamuis naturalia non possint tolli per legem ciuilem, possunt tamẽ impediri ne nascãtur, vt videmus in obligatione naturali, ita declarat Socin. in rub. ff. de verb. oblig. nu. 12 Quod & in iuramẽto tradit Ias. in auth. sacramenta. col. antepenult. in fi. quibus adde Castren. in l. cum in secundo. col.2. circa medium. ff. de iniusto testam. Dec. c.2. num.9. de testam.

60 † Intellige quoq́. vt quis renuntiare possit iuri quæsito per iusgẽtium naturale. Vnde renuntiari potest dominio rei suæ, vel hæreditati paternæ, quæ filijs debetur ex naturali rõne. Abb. c. si diligenti col.2. de foro compet. Nã licet filius renũtiare possit hereditati patris, quæ illi obuenit iure sanguinis. l. si quando. §. & generaliter. C. de inoff. testam tamen non tollitur ipsum ius sanguinis. Baet de inope. debito. c.16. num 51 Similiter licet iure naturæ æquum sit neminem cum alterius iactura locupletiorem fieri. l. nam hoc natura. ff. de cõdic. indebi. l. iure naturæ. ff. de reg. iur. tamẽ huic iuri renunriari potest. Feli. d. c. si diligẽti. nu. 2. nec non æquitati naturali ex l. si me & titiũ. ff. si cer. pet. vt per Dec. ibi num.6. Et ratio est quoniam renunriatio facit vt cesset illa æqtas naturalis, ob consensum eius, qui volens iacturam patitur, si quidem accedente volũtate nõ est amplius iactura. Socin. iun. cons.23. nu.14. lib.2. Nam vbi remittitur actio, quæ cõpetit aduersus eum, qui lucrum fecit cum aliena iactura non læditur ius naturale, sed remittitur

ius priuatam ipsius remittendis. Aliud dicendū est in remissione iuris futuri, nempè vt qs locupletior fieri possit cum aliena iactura, vt
61 per Dec. in d l. si me, & Tirium.in fi. † Sed imo dicendum est iuri etiā quærendo ex iure naturali renuntiari posse, si quidem lex etiam naturalis recipit eam cōditionem, nimirùm si is, cuius fauorem respicit, ea velit vti, l. vlt. C. de execu rei iudic. l. debitoribus. vbi doct. ff. de re iudic. l. vniuersa, & ibi glo. communiter approbata. C. de preci. impe. offer. Nam hoc casu nō renuntiatur iuri naturali, sed renūtiatione tollitur beneficium iuris naturalis Nec obstat quod remitti non possit ius quærendū ex iure naturali, quia imò remitti potest, nisi aliud obstet. Nam & ius quærendum tollitur renuntiatione, vt dicam infrà de renuntia. iuris futuri. Remitti autem non potest dolus futurus, quia huiusmodi remissio inuitat ad delinquendum, contra l. conuenire. ff de pact. dota. Cæterùm vbi dolus abest, & agitur de priua o fauore, certè renuntiari potest beneficio iuris naturalis etiam quęrēdo. Nam sic nō tollitur iustum naturale, quod est vniuersale, sed derogatur iuri priuato, ad actū priuatim deducto.

Itaque quod dicitur ius naturale tolli non posse, id accipiēdu est de iusto naturali, quod semper, & vbiq; eandem habet vim, proindeque illud tolli non potest lege, aut pacto.
62 † Aliud dicendum est in iure priuato, quod ex iure naturali competit Alias vbi quis renūtiare non posset, exclamare etiam posset, quod legitur apud Cice. actio. 2. in Verr. Quod mihi lex, mea causa dat, eo mihi non vti non licebit: Non obstat autem quod dictum est iuri naturali renuntiari non posse, vt trad. Bart. in l. pen. num. 3 C de pact Fel in c. si diligenti. nu. 1. de foro compet per l iura sanguinis ff de reg. iur. & l. ius agnationis ff. de pact. quoniam hęc iura loquun. ut in iure agnationis, quod non potest tolli, aut pacto repudiari. Si quidē agnatio nō tollitur pactis, vt dixi supra. Pacto autē, & renuntiatione tolli potest beneficium priuato fauore inductum à iure naturali.

III. RENVNTIATIO IVRIS MVNICIPALIS.

SVMMÆ.

1 *Iustitia, & clementia Principi sunt necessariæ, ad rectam regendi rationem.*
2 *Iurisdictio plenissima.*
3 *Iurisdictio plenissima in tribus principaliter consistit.*
4 *Iurisdictioni plenissimæ species tres.*
5 *Princeps solus olim poterat condere legem, solus iudicare, & solus gratias concedere.*
6 *Iurisdictio iudiciaria pro populorum commodo communicata fuit.*
7 *Iurisdictionem statutariam Princeps pro populorum commodo communicauit.*
8 *Statuendi potestas fit ex communicatione iurisdictionis dispositiua, seu statutaria.*
9 *Iurisdictio statutario qua ratione communicata fuerit.*
16 *Statutorum dispositioni num renuntiari possit.*
11 *Statutorum beneficijs renuntiari potest.*
12 *Renuntiari potest omnibus iuris partibus.*
13 *Statuti renuntiatio maximè permittitur, cùm per ipsius statuti renuntiationem reditus fit ad ius commune.*
14 *Statuti dispositioni quando renuntiari possit.*
15 *Statutorum futurorum renuntiatio.*
16 *Statuta iurata non continentur generali statutorum renuntiatione.*
17 *Iuramentum habet vim verborum derogatoriorum.*
18 *Statutorum beneficijs an censeatur renuntiasse, is qui beneficijs iuris renuntiauit.*
19 *Beneficijs iuris renuntians censetur item renuntiare beneficijs iuris municipalis.*
20 *Iuris appellatione continetur, & ius municipale.*
21 *Renuntians omni legum, & iuris auxilio censetur renuntiare etiam auxilio iuris municipalis.*
22 *Iuris auxilijs renuntians censetur renuntiare auxilijs statuti, siue statutum sit secundum ius commune, siue præter, siue contra.*
23 *Iuris appellatio magis referri debet ad ius municipale, vt potè quod præualet, & corrigit ius commune.*
24 *Iuris communis auxilijs renuntians num censeatur renuntiare auxilijs iuris municipalis.*
25 *Statuentes an possint recedere à statuto confirmato à superiore, absq; illius consensu.*
26 *Statuentes an possint recedere à statuto iurato.*
27 *Statuentes possunt tacitè derogare statuto etiam confirmato a superiore.*
28 *Statutum non potest reuocari à statuentibus vbi illud transit in contractum.*

1 AD rectam populos regēdi rationem Principi potissimū necessariæ sunt Iustitia, & clemētia. Tacit. 12. Annali. vbi d Principe ita scribit. Nec dominationem, & seruos: sed rectorem & Ciues cogitet: clementiámque, & iustitiam capessat. Nā iustitia, vt inquit Cicero. 2. de offic. summos cū infimis pari iure retinet. Et proinde, secundum eum, fruēdę iustitię causa reperies olim benè moratos reges constitutos. Clementia autem homini omniū virtutum conuenientissima, sed, vt trad Seneca. 1. de clemētia, Nullam ex omnibus magis, quàm Regem, aut Principem decet. Princeps vt monet Tacit. d. lib. 12. cogitare debet se popoli rectorem, non etiam dominum. Et Seneca. 1. de element. inquit. Principi nō minus turpia multa supplicia, quàm medico funera.

Iusti-

Iustitia sanè interdum temperari debet, si
quidē clemētia paullū secedit à iusto, nō etiā
recedit, diuersaq. potius, quàm iustitiæ aduer-
sa esse videtur. Iustitia ergò regitur populus le
ges ei condendo, atq. ius dicēdo, & iudicādo
secundum leges, Clemētiā exercet Princeps,
legibus soluendo, seu dispensando, & gratias
concedendo. Et quoniam, illud certissimum
est quòd in omni actu requiritur voluntas, &
2 potestas. c. cum super. de offic. delega † Ideo
huiusmodi potestas dicitur iurisdictio plenis-
sima, comprehendens omnem Principis po-
testatem quam habet in subditos, & soli Prin-
cipi conuenit. Sed & quia Princeps, vt iam di-
ctū est vtitur iustitia leges condendo, & iudi-
cādo, clemētia verò dispensationes, & gratias
3 concedēdo† Ideò hęc iurisdictio plenissima
consistit principaliter in tribus, scilicet in po
testate condēdi iura, in potestate iudicadi, &
4 deniq. in potestate gratias conced di. † Hinc
iurisdictionis plenissimę tres sūt species, scili
cet iurisdictio dispositiua, hoc est potestas cō
dendi iura. Iurisdictio iudiciaria, quæ est po-
testas iudicandi secundū leges; Et iurisdictio
gratiosa, qua potest Princeps leges relaxare,
& mollire, seu legibus soluere, & gratias con-
cedere. Hæc iurisdictio plenissima lege Re-
gia lata, ab ipso populo in Pricipē trāslata fu
it etiā priuatiuè, vt not. in l. 1. ff. de cōsti Prin-
cip §. sed quod Princi. Insti. de iure natur.
5 † Vnde solus Princeps poterat cōdere legē,
solus iudicare, & solus gratias concedere.
Hincq. maximis incōmodis, ac dificultatib.
afficiebantur tam ipse Princeps, q̃ populi.
Quare Princeps cùm non posset cuncta com-
plecti; atq. rātę molis oneri impar esset, popu-
liq. maxima cùm difficultate regeretur neces
se fuit alios adsumere in partem curarū Nam
cum omnis ratio, & institutio vitę adiumenta
hominem desideret, vt scrib. Cice. 1. de offic.
6 tum ratio gubernādi maximè † itaq. pro cō-
modo populorum iurisdictionem iudiciariam
communicauit, hinc magistratus & iudices,
qui ius dicerent in ipso loco subditorum.
7 † Prætereà cùm Princeps non posset ferre le
ges conuenietes omnibus populis subditis, p
eorum cōmoditate communicauit iurisdic-
tionem statutariam, nempè vt quilibet popu-
lus posset condere sibi ius proprium, & conue
niens moribus, & naturę ipsius populi. l. om-
nes populi. ff. de legib. Verùm iurisdictionem
condendi legem generalem per vniuersū Im-
perium vbi soli reseruauit. l. fi. C de legib. prę
tereà iurisdictionem gratiosam nemini con-
8 cessit. † Ex qua communicatione iurisdictio-
nis dispositiuæ, seu statutariæ, fit statuēdi po-
9 testas permissa omnibus populis † Ratio cō-
municandi iurisdictionem statutariam, & po-
testatem condendi iura, ea fuit; Nam morum
cuiusq loci diuersitas suadet à communi iure
pro loci consuetudine, & qualitate deflecte-
re, si quidem ius proprium, & municipale ex
priuata quadam loci, & incolarum ratione cō-
flatur, quod quidem dicitur ius ciuile cuiusq.
ciuitatis. l. ius ciuile ff. de iusti. & iure. & d.
l. omnes populi. Porrò leges consonæ esse de-
bent moribus cuiusq. populi, secundū patriæ
consuetudinem, atq. ipsi loco conuenietes. c.
erit autem lex. dist. 4. Quare Athenæus dip-
nosoph. lib. 12. c. 2. Platonis leges deridebat,
eo quod fictitijs hominibus latæ essent, crean
dosq. esse populos, qui illis vterentur. Planè
ius propriū vniuscuiusq populi necessitas cō-
stituit. l. ergo. ff. de legib. Aliaq. esse debent
iura cuiusq. ciuitatis, alia autem totius prouin
cię, & regni. Si quidē vt manus quinque cōstat
digitis inter se dissimilibus, qui vsu, & fun-
ctione variè reguntur, licet in vnū coeant bra
chium, ac ad totum referantur corpus; atq. vt
scribit Diu. Paulus ad Rom. Epist. 12. Sicut in
vno corpore multa membra habemus, omnia
autem membra non eundem actum habent.
ita aliç esse debent vniuersę prouincię, & cor
poris vniuersi leges oibus suis locis secundū
cuiusq mores patriæ. Ergò pro morum, & qua
litatē diuersitate, ac pro necessitatibus diuer
sis legibus, ijsq. proprijs hominum societates
regendæ sunt, quandoquidem ius municipale
eos tantum ligat apud quos conditū est. l. An-
tiochensium. ff. de rub. aucto. ind. possid. l. si
non speciali. C. de testam. Cæterùm quatenus
morum non exigit varietas iure totius corpo
ris, atq. ita partim cōmuni totius corporis iu
re, partim iure proprio vti debet. Ac vt quis-
q. populus varijs imbutus est moribus, ita va-
rijs, & proprijs legibus viuere debet, alioquin
communi iure vsurus. Sanè, vt inquit text. in
authen. hæc constitu. in nou. consti. in princ.
Quod medicamēta morbis, hos exhibēt iura
negocijs. Vnde ex statutis populi facile perspi
ciuntur illius mores, & natura. Cum igitur Prin
ceps minimè posset nosse mores cuiusq. populi
sibi subditi, proindeq. non posset concedere
iura propria, & conuenietia moribus, ideò p-
misit populis hanc potestatem ex d. l. oēs
populi. Nam ipsi quidem, magis scire possunt
eorū mores, ac naturā, & proinde magis item
scire possunt quæ iura magis conueniant, pro
moribus, & natura, ac necessitatibus Hæc aūt
potestas communicata fuit cuiq. populo ob il
lius commune bonum. Neq. dicatur populum
statuentem aduersus commune ius derogare
auctoritati legum, atque ipsius Principis, quia
satis suprà renuntia. 1. ostendimus statuta con
tra ius cōmune esse renunciationes legū indu
ctarum fauore ipsius populi ita statuentis. Ex
quibus satis constat cur ex dispositione d. l.
oēs populi, permissa fuerit omnibus populis
potestas sibi condendi iura propria, etiam
aduersus commune ius.
10 † Sed an dispositioni statutorum renuntiari
possit videamus, Quod autem renuntiari nō
possit, facit l. nec ex prætorio. ff. de reg. iuris.
Nam si permitteretur statutorum renūtiatio

elusoria esset dispositio statutorum. l. si prætor ff. de iudic. l. cum non solum. §. vbi. C. de bon. quę lib. Cùm etenim vt statuta obseruentur publicè intersit, certè hęc publica vtilitas priuatorum pactis minimè tollitur. l. ius publicum. ff. de pact. l. 2. §. sed quia. C. de iurã. calũ. Prętereà licet partes renũtient statutis, atq. paciscantur cõtra statuta, tamen Iudices, qui ex more iurauerunt statuta loci obseruare, tenentur vtiq. non obstante etiam partium renuntiationib. illa obseruare ex iurata obligatione reipub. facta, quę tolli per pactum nequit. l. si vnus. §. & in summa. ff. de pact. & ita arguit Iac. de Are. in l. pen. num. 4. C. de pact. & Rainer. in repe. l. omnes populi. in fi. ff. de iustit. & iure. Facit similiter nam licet in rescriptis insit tacita conditio, scilicet si pars eo vtatur, vt dicam inferius renuntia. 4. tamen aliud est in statutis, vt per Felin. in c. cum ex officij. colum. antepen. ver. ad idem. de pręscriptio, Aretio. in l. nemo potest. col. 3. ff. de leg. j.

11 † Verùm beneficijs statutorum haud dubiè renuntiari potest. Nam quibus casibus legum beneficijs, & auxilijs renuntiari potest, ijsdem quoq. renuntiari potest auxilijs, & beneficijs statutorum, quę sunt partes iuris Albe. in d. l. pen. in l. si quis in conscribendo col. 2. ver. circa hoc distinguunt. C. de episc. & cler. & de statu. lib. 1. q. 18. Ange Aretio. in §. ideo iuris est. ver. quęro an statuto loci. Instit de exceptio. Bald. in l. pacisci. per illum tex. ff. de pact. in l. maximum vitium. num. 20 C. de liber. prẹt. Brun. de statu. artic. 10. num. 5. Bal. de statu. ver. renuntiare. num 4. Ferrar. in formalib. contra plur. reos de ben. ver. statutis. Tiraq. de iure primogen. q. 24. num. 2. 4. Vital. de clausul. ver. an benefic. statu. Barbat. conf. 12. col. 2. in prĩuc. lib. 1. Grat. conf. 84. nu. 5 lib. 1. Et facit tex in l. si finita in prin. ff. de dam. infec. ex quo not. Bald. renuntiari posse expressè, & tacitè beneficio statuti, vel cõsuetudinis. Sanè iuri muncipali pro se introducto vnusquisq. renuntiare potest, arg. Insti. de hær. quali. & diffe. §. sed his permittit. Bal. d. l. maximum vitium. nu. 21.

Pro qua opinione facit regula generalis, qua proditum est, vt cuiq. fas sit renuntiare iuri pro se introducto. l. pen. C. de pact. cum sim. Nam, & contra edictum ædilium curulium pacisci licet. l. pacisci. & ibi glo. & doct. ff. de pact.

12 † Prętereà cùm renuntiari possit omnibus iuris partibus, poterit vtiq. & renuntiari statutis, quę sunt iuris pars. Albe. de statu. d. q. 18. Qua ratione etenim iuris beneficijs renũtiari potest, vt alibi dictum est, eadem quoq. & statutorum beneficijs renuntiari poterit. Siquidem statuta nihil à iure cõi differunt, nisi vt differt ius cõe ciuile, à iure ciuili cuiusq. ciuitatis. Nihil enim interest quod attinet ad renuntiandi potestatem quod beneficium introducatur à lege, vel à statuto; Sed solum inspicitur num beneficium, siue legis, siue statuti introductum sit pro ipso renuntiante. Planè statuti beneficium ita locum habet si peratur. Cuman. consil. 59. circa statutum.

13 † Et hæc quidem maximè procedunt, cùm per renuntiationem statuti reditus fit ad ius cõe. l. si vnus. §. quod in specie. ff. de pact. Bald. d. l. maximum vitium. nu. 21. Ias. in l properandum. in prin. nu. 24. C. de iudic. Tiraq. de iure primogen. q. 24. nu. 4. Sed de renuntiatione per quam fit redditus ad ius commune satis diximus lib. 2.

Neq. est pretermittẽdum renuntiationem statuti operari, quãuis de ipso statuto mentio facta non fuerit. Nam sufficit vt sint de municipio, in quo viget statutum. Barbat. consil. 12. col. 2. ver. contrarium istud lib. 1.

Non obstant autem quæ supra adducta sũt. Et primò non obstat d. l. nec ex prætorio, quoniam ea intelligitur de iure publico, quod respicit formam, & solennitatem á iure publico inductam, vt per Dec. ibi Minusq. obstat quod statuta possint esse elusoria per illorum renuntiationẽ, quoniam statuta omninò seruari debent illis casibus, quibus renuntiatio nõ operatur. At vbi statuta respiciunt principaliter fauorem priuatum, tunc indubitatè illis renũtiari potest. Nam eo casu publicè non interest illa obseruari. Si etenim statutum eius causa custodiri debet, cuius fauorem respicit, vtiq. põt is, fauori suo renuntiando facere, nè seruetur statutum, eo casu. arg. l. 1. ff. de seru. export. Non obstat quoq. d. l. si vnus. §. & in summa. quoniam iurata obligatio inter iudicem, & rem publicam contracta fuit principaliter ob priuatorum vtilitatem, quæ quidem remitti potest, vt per Rainer. in repet. l. omnes populi. §. de iusti. & iure. in fi. Imo Iudex tenetur potius seruare conuentionem partium, etiam contra statutum, tã in processu iudicij, quàm in sententia, & in executione ipsius sentẽtiæ. Albe. de statu. q. 18. nu. 2.

14 † Supradictam conclusionem scilicet quod renuntiari possit dispositionibus statutorũ, Intellige tum demum procedere, cùm dispositio statuti principaliter respicit solũ fauorẽ ipsius renuntiantis, secus si respiciat principaliter publicam vtilitatem. Abb. in rub. extra de præscriptio num. 8. Gandin. tract. de obserua. statu. num. 6. Gerard. sing. 4. num. 12. Albe. l. si quis in conscribendo. col. 2. C. de episc. & cler. & de statu. q. 18. num. 2. Aretin. Insti. de exceptio. §. idem iuris est. ver. quæro an statuto loci. sed de renũtiatione statuti inducti ob publicam vtilitatem, latè dicam inferius renuntiat. 7.

15 † Declara tamen vt futuris statutis simpliciter, & absq. pacto renuntiari non possit, sed exigatur pactum. Albe. d. q. 18. in fi. Vital. tit. de clausul. benefic. statu. circa fin. Viuius decis. 316. nu. 13. per ea quæ not. in l. 1. C. de pact.

De quare dicam latè renuntiat. 16. vbi reprobatur ea sententia communiter ab omnibus recepta nempè vt in renunciatione iuris futuri exigatur pactum.

16 † Declara etiam vt generali renuntiatione omnium statutorum, non contineantur ea statuta, quæ iuramento roborata fuerunt. Siquidem in generali dispositione minimè venit iurata dispositio glo. in clem. dudum. de sepultur. glo. c. cum non deceat. de electio. lib. 6. Gabriel. tit. de iureiur. conclus. 5 lib. 2. Et faciat quod inquit Ias. in l. pacta nouissima. limita. 1. C. de pact. vbi pactum nouissimum ita non derogat priori, si illud iuratum fuerit. Ratio est, nam vbi pactum primum habet verba derogatoria ad sequentia pacta, illud non tollitur per sequens pactum, vt per glo. in
17 d. l. pacta. † Sed quoniam iuramentum haber vim verborum derogatoriorum, ita vt actus sequens minimè valeat absq. specia i reuocatione. Bart. l. si quis in principio, circa finem princ. ff. de leg. 3. per text. in l. cum pater. §. matrem. ff. da leg. 2. Ideò per generalem renūtiationem statutorum pro renuntiante faciētium non censetur renuntiatum statutis iuratis.

18 † Sed hic in quæstionem vertitur vtrum renuntians beneficijs iuris censeatur item renūtiare beneficijs iuris municipalis. Et in hac quęstione plures fuerunt in ea opinione, vt p renuntiationem dispositionis, seu beneficiorum iuris, minimè renuntiatum intelligatur iuri municipali. Orian. de interpret. statu. nu. 2. Bald. l. sed & si quis. § quæsitum. col. vlt. ver. quæro vlterius. ff. si quis cautio. Cepol. in l. nominis. §. verbum. ff. de verb. sig. Mantua sing. 24 nullus sané, Galin. de verb. signif. lib. 8. c. 1. nu. 13. Nam vocabulum iuris restringitur ad ius commune tantum. §. sed quoties. Insti. de iure natu. Et in compromissis appellatio iuris accipitur p iure communi. Io. And. in addi. ad spec. tit. de arbitr. §. sequitur. ver. sed pone. Albe. de statu. q. 128. si compromissum. par. 1. Dec. cons. 685. in casu proposito. Cui sententiæ suffragatur tex. in authen. præsides. C. de episc. aud. in l. rem non nouam. C. de iudic. & in c. fin. ibi, de iure. & consuetud. de præbend. lib. 6. Sed & ius municipale non dicitur ius simpliciter, sed secundum quid. quando quidem quid non dicitur esse tale, quod non est simpliciter tale, sed secundum quid. l. hoc legatum. ff. de leg. 3. Et pro hac sententia facit quod ex mente statuentium, & ex cōi vsu loquendi non recipitur ea interpretatio, vt ius commune verificetur in iure municipali. Sori. cons. 271. in præsentia. Dec. cons. 685. nu 4. in c. licet causam. col. 4. de probat. Vnde ex cōmuni vsu loquendi ipsorum contrahentium non videtur comprehendi ius municipale, arg. à statutis ad contractus, vt per Galin. d. c. 1. nu. 15. Pręterea facit, quod verba renunciationis debent strictè accipi, vt latè ostendimus lib. 1.

19 † Contrariam sententiam, nempè quod renuntians beneficijs iuris censeatur etiā renūtiare beneficijs iuris municipalis plures tenuerunt, Innoc. c. certificati. de sepultur. Bald. l. sed & si quis. § quæsitum. ff. si quis cautio. Roman. in rub. ff. de recept. arbi. nu. 21. & cons. 251. nu. 5, Marsil. in rub. de fideiuss. num. 35. Dec. cons. 252. nu. 19. Ruin. cons. 51. colu. 7. lib. 1. Soci. iun. cons. 130. n. 18. lib. 3. Gozad. cons. 69. nu. 20. cons. 88. nu. 19. Seraphin. de priuileg iurā. priuil. 49. n. 40. Caroc. de excuss. bon.
20 par. 2. q. 17. nu. 48. † Horum ratio illa est quoniam appellatione iuris in dubio intelligitur etiam ius municipale. Innoc. in d. c. certificati. Abb. in rub. extra de consuetud. Nam ius municipale ius est. l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. c. ius ciuile dist. 1. Et iuris communis appellatio verificari videtur in statutis Vrbis Metropolitatæ ipsius Prouincię. §. vlt. Insti. de satisdatio. Roman. cons. 218. pręsens casus. Abb. in d. rub. Et alias semper appellatione iuris communis venit etiā ius municipale. Bald. l. illa institutio. ff. de hęred. instit. Butri. c. quintauallis, de iureiur. & in rubr. extra de arbit. per d. l. omnes populi. Alex. l. post dotem. col. 23. ff. solu matr. Abb. & Felin. in c. ius generale dist 1. Dec. c. licet causam in 2. not. de probatio Bald. in l. constitutiōnibus. & ibi Castren. C. de bon. quę lib. idē Bald. in l. vnica. C. de cōfess. Ias. in d. l. omnes populi. nu 23. ver. istis nō obst. & ibi Caccialup. nu 4. Aquens. in l ius pluribus, ff. de iusti. & iure. Roch. de Curte de consuetud. q. 6. Blanch. de compromiss. ver. de iure nu. 19. cum seq. Corne. cons. 114 lib. 1.

Neq. obstare videtur §. sed quoties Insti. de iure natu. quoniam pluribus modis respondetur, vt per Dec. in c. licet causam. de probat. vbi post tres solutiones, quas improbat, adfert quartam, nempè quod ius municipale in ciuitate dicitur esse in potiori significatu, ob illius obseruātiam. Quamobrem vbi à subiectis statuto profertur, accipi debet pro iure municipali. Diuersum est vbi profertur à legislatore, vt in d. §. sed quoties, quoniam tunc intelligitur de iure communi. Vel etiā ille tex. loquitur, quando fit mentio iuris ciuilis. Nam eo casu venit ius Romanorum, secus si dicatur ius simpliciter. Et hanc solutionem tenet Blanch. vbi suprà. Quę solutio vera est, si quidē ibi Imperator in pręcedentibus inquit quod ius ciuile ex vnaquaq. ciuitate appellatur, sed quando ius ciuile simpliciter dicitur, tunc intelligi deber p excellētiam de iure ciuili Romanorum. Sic quoq. per excellentiam vrbis appellatio simpliciter intelligitur de Romana.

21 † Et haud dubiè procedit supradicta opinio vbi renuntiatum fuit omni legum, & iuris auxilio, quoniam sub verbo legum comprehenditur ius commune, Vnde renuncians simpliciter legi, renūtiare videtur iuri cōi. Butr.

c. 1.

c 1.nu.9.de tranſactio.ſub verbo autem iuris
ne illud ſuperfluũ ſit intelligi debet de auxi-
lio iuris municipalis, vt per Ruin. conſil. 51.
nu. 21. lib. 1. Marſil.rub. ff. de fideiuſſ.nu.35.
Craue.cõſ.290.nu.5.Roma.conſ.251.Dec.cõſ.
452. col. pen. Rolan. conſ. 13. nu. 9.lib.1.Go-
zad. conſ. 69. nu. 20. Morot. conſ. 80. nu. 7.
22 † Aut igitur ſtatutum eſt ſecundum ius cõe
& hoc caſu veriſimilis mens eſt contrahen-
tium quod qua ratione adducti ſunt ad renun
tiandum iuri communi, eadem renuntiare vo
luerint iuri municipali. Attenditur ſanè in re-
nuntiationibus auxilium iuris, cui renũtiatur,
non etiam ſpecies iuris diſponentis. Nihil.n.
refert quod beneficium, ſeu auxilium iuris cui
renuntiatur diſpoſitum ſit à iure ciuili. vel à
ſtatuto. Nam de ſtatuto diſponente idem ꝙ
ius ciuile commune, id iudicãdum erit, quod
de iure communi.c.1. & ibi glo. in ver. facti.
de cõſtitu.lib.6 Et ſtatutum diſponens idem
quod ius cõmune ſolùm operatur, vt ex ſtatuti
beneficio noua oriatur actio. Iaſ.in.l.ſi ita ſti-
pulatio no.3.ff.de verb. obl. Craue.conſ.732.
nu.21.conſ 872.nu.4 Morot conſ.80.nu.2.

Aut verò ſtatutũ eſt præter, vel cõtra ius cõe
& tunc idem dicendũ erit, quũ ex veriſimili
mẽte partes cogitauerũt de iure municipali,
vt potè ꝙ præualet, arg. eorũ, quę not. Bart in
l. hæredes mei.§.cũ ita.ff.ad trebell. & in l.vt
23 iuriſiurandi. ff. de oper. libert.† Nam appel-
latio iuris magis referri debet ad ius ſtatuta-
riũ, vt potè quia præualet, & corrigit ius cõe,
per not. in c.ex tenore. de reſcrip. Renun ia-
tio ergo iuris compræhẽdit etiam ſtatutũ di-
ſponens vltra ius cõe. Roman d. conſil. 251.
Videtur ſanè quis ſe referre ad conſuetudinẽ
præualentem.l.mela.§. ſed ſi alimenta. ff.de
cibar. lega. & verba intelliguntur de eo, ꝙ eſt
validũ.l 4.§.cõdemnatũ.ff.de re iudi. Atq.in
dubio iuris appellatio nõ intelligitur de eo iu
re, cui aliud ꝓualere põt. l.fundum.nu 1.ff.de
euictio.l.1.C.de emancip.lib.Roma.l.poſt do-
tem.col.13.ff.ſol.matr.tex.eſt in c.1.in ver.iu-
re.extra vt lit. pend. Imò cum renũtiatur ſta-
tuto, ꝙ eſt vltra, vel cõtra ius cõe, tũc res redu-
citur ad ius antiquũ, & cõe, ꝓindeq; hoc caſu
renũtiatio facilè ꝑmittitur. Iaſ.l.ꝓperandum
in prin. nu. 24. C.de iudic. Tiraq. de iure pri-
mog.q.24 nu.4. & copioſè dixi ſupra lib.2.

Sed ſupradicta ſẽtẽtia vera eſſe poteſt, quã
do verbum iuris ſimpliciter profertur, nempè
cùm renũtiatur iuris diſpoſitioni, ſeu auxilijs
24 iuris. † Dubium autem eſſe poteſt quando re-
nuntiatur diſpoſitioni iuris communis. Si qui-
dem hoc caſu hoc verbum iuris communis ni
hil operaretur, vt per Caſtren. in l.conſtitutio
nibus. C de bon. quæ libe & trad. Iaſ. in l.om-
nes populi. nu. 24. ff. de iuſti. & iure. Verùm
contrarium tenet. Bald. in d.l. conſtitutioni-
bu. cùm ſtatutum loci dicatur eſſe ius cõmu-
ne in loco, vel ius quod pręualet, Bald. d.l.con-
ſtitutionibus. & in tit. de pace conſtant. §. im-
perialis. ver. quęro vtrum ſtatutum. per c. cum
veniſſent. de eo. qui mitt. in poſſeſſ. Roman.
conſ. 119. pręſena caſus. circa fin. Gozadin.
conſ. 90. in cauſa Mantuana. col. 3. ver. nono
apparet. Iaſ. plenè conſ. 149 præſens conſul-
tatio. per totum. lib. 2. Curt. ſen. conſ 46. ſu-
per controuerſia. col. fin. Barbat. conſ. 26. ſa-
pienter. col. 3. lib. 1. ſed ex cõmuni vſu loquen-
di videtur, vt ius municipale minimè ſit ius
commune, vt dictum eſt, atq; ideò dubitari po
teſt an renuntians iuri communi cenſeatur re
nuntiare iuri municipali. Si quidem illud ver-
bum ius commune adijcitur ad differentiam
iuris municipalis. Et quamuis ius municipale
ſit ius commune in loco ſtatuentium, tamen
non dicitur ſimpliciter ius commune, ſed ſe-
cundum quid, hoc eſt ius commune illius loci.
Itaque quando renuntians iuri communi cen-
ſeatur renuntiare diſpoſitioni ſtatutorum, ex
coniecturis id cenſendum erit, quandoquidẽ
aliàs renuntians ſimpliciter, non videtur re-
nuntiare ſtatutis.
25 † Sed & occurrit alia quęſtio huic loco non
parum conueniens, vtrum ſtatuẽtes renuntiã
do poſſint recedere à ſtatuto eorum fauorem
reſpiciente, eoq; confirmato à ſuperiore, &
abſq; illius conſenſu. Et concluſio eſt ſtatuen-
tes recedere poſſe à ſtatuto à ſuperiore cõfir-
mato, etiam ſine illius conſenſu, & redire ad
priſtina iura.c.cum acceſſiſſent. & ibi Abb &
doct. de conſtitu. l. omnium. C de teſtamen,
Bart. in l. omnes populi. col. 8. ver. ſed iuxta
prædicta ff. de iuſti. & iure. & in d.l. omnium.
per tex. in l.hac conſultiſſima.§.fin.C. de te-
ſtam. & Bartolum ſequuntur Caſtren. Salicet.
& Fulgoſ. & ita reſpondit Cephal. conſ. 38.
nu. 11. lib. 1. Burg in repet.d.c.cum acceſſiſ-
ſent. nu. 62. Idq; maximè procedit vbi ſupe-
rioris cõfirmatio minimè fuit neceſſaria, quo
niam tunc poſsũt ſtatuentes à ſtatuto recede-
re etiam abſq; ipſius confirmantis conſenſu, li
cet aliud ſit vbi abſq; cõfirmatione ſtatutum
eſſet inualidum, vt diſtinguit Bald. in d.l.om-
nes populi. nu.83. & in d.l. omnium. vbi Alex.
& Iaſ. communem dicunt, ſequitur Surd. conſ.
58. nu. 10. Cephal d.conſ.38. circa fi. ſed con-
tra facit tex. in d.l. omnium. vbi teſtamentum
poteſt reuocari, & tamẽ cõfirmatio ibi inter
uenit quę erat neceſſaria. Et hęc opinio verior
videtur, quoniã ꝙ confirmatur fauore alicuius
cenſetur priuilegium, atq. eſt ad inſtar priuile-
gij, vt per Abb. in d.c. cum acceſſiſſent, & eſt
tex. in c. pro illorum. de prębend. ſed priuile-
gio ſuo vnuſquiſq. renuntiare poteſt, vt dicã
inferius renuntia.6. ergo non obſtante cõfir-
matione poterunt ſtatuentes renuntiando
tollere ſtatutum. & ita tenet Burg. in repet. d.
c cum acceſſiſſent. nu 74.
26 † Et non tantum poſſunt ſtatuentes renun-
tiare ſtatuto cõfirmato à ſuperiore, vbi illud
reſpicit eorum fauorem, vt dixi, ſed etiã pñt
renũtiare, atque recedere à ſtatuto etiam iu-
rato.

rato. Quamobrem possunt Canonici recedere ab eorum statutis etiam iuratis absque periurij metu. Siquidem natura statutorum est, vt reuocari possint. Nam iuramentum de seruandis statutis ita accipiendum est nisi, ea reuocata fuerint, vt per Ioa. Andre. in nouell. cap. 1. de his quę sunt à maiori parte. capitu. Possunt quippè statuentes citra periurium renuntiare statuto iurato, illud reuocando, vt communiter tradunt doct. in c. dilecto. de præbendis, & plures refert, & sequitur Felin. in dicto c. cum accessissent. num. 11 vbi Dec. inquit hanc esse communem sententiā, & idem firmat ibi Burg. num. 136. Hancque esse communem doct. conclusionem testatur Surd. consil. 58. num. 17. Præterea facit quod reuocato statuto, censetur ipsum quoque iuramentum reuocatum. Bart. d. l. omnes populi. num. 32. Felin. d. c. cum accessissent. num. 11. Roland. consil. 43. num. 19. lib. 3. Surd. d. loco.

Sed & procedit supradicta sententia etiam vbi confirmatio statuti habet clausulam decreti irritantis quicquid in cōtrarium actum sit, vt per Couarru. in c. quamuis. par. 2 §. 2. nu. 6. ver. quibus tandem rationibus, vbi asserit hanc opinionem esse veriorem.

27 † Possunt pręterea statuentes tacitè renuntiare statuto per actus contrarios. Nam quando fiunt actus contrarij statuto à superiore confirmato, eo sciente, & patiente, tunc derogatur statuto. Atque hoc casu sufficiunt duo actus contrarij. Vbi autem actus contrarij fiunt ignorante superiore, tum exigitur decennium, vt per Surd. d. consil. 58. num. 12. Vbi verò statutum non fuerit superioris, sed ipsorum Canonicorum, tunc tollitur per actum contrarium Surd. d. cons. 58. num. 13. Quin per vnicum actum contrarium statuto collegialiter factum tollitur statutum Burg. d. c. cum accessissent. nu. 109. ver. secunda est conclusio. Abb. c. pro illorum nu. 5. de præbend.

28 † Verùm non poterit statutum ab ipsis statuētibus reuocari, vbi illud transit in contractū. Bart. l. omnes populi. ff. de iustit. & iure. sequitur Castren. in l. digna vox. C. de legibus. Quare non poterunt statuentes reuocare in prędiudicium eius, qui iam impleuit, secus autem ante implementū, quādoquidem in cōtractibus innominatis locum habet pænitentia, antequā contractus sit impletus. l. si pecuniā. ff. de condict. ob cau.

Possent hoc loco, & alia pleraq. ad speciales statutorum renuntiationes facientia adduci, sed de ijs opportunius suis locis differemus. Nam nobis hic satis est generaliter demōstrasse renuntiari posse statututū dispositionibus. Si quis autem scire velit quibus statutis speciatim renūtiari possit, pecculiares locos adeat, atq. inibi, quod in rem esse videbitur depromat.

IV. RENVNTIATIO IVRIS NON SCRIPTI.

SVMMAE.

1 *Iure quadruplici reguntur populi.*
2 *Statuta quemadmodum à consuetudine differant.*
3 *Consuetudo item est quod statutum.*
4 *Ius non scriptum est tacita ciuium conuentio.*
5 *Consuetudo tria continere debet.*
6 *Vsu, & moribus comprobata sanctiora esse videntur.*
7 *Consuetudini renuntiari potest.*
8 *Beneficia per consuetudinem inducta recipiunt eam conditionem nimirum si is cuius fauorem respiciunt, eis vti velit.*
9 *Beneficijs à consuetudine inductis renuntiari potest.*
10 *consuetudo, quæ interpratatur dispositionem testatoris.*
11 *Renuntians auxilijs iuris communis, an videatur etiam renuntiare consuetudini.*

1 Vadruplici iure, vt colligit ex l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. regunt populi, scilicet legib. iuris ciuilis communis, iure gentium naturali, iure municipali, & denique moribus. Nam ius natura e est fons, & seminarium omnis iuris, vt dictum est supra. renunt. 2. Ius ciuile cousēsus, scilicet populi fecit. Ius municipale necessitas cuiusq. loci pro moribus constituit. Deniq. ius non scriptum firmauit consuetudo. l. ergo. ff. de legib. Sic iu pulchrè dictis Comicorum c. 65. ex Menandro proponuntur verisiculi Græci. in hanc sententiam, idest, Tria .n. sunt here, per quę omnia fiunt aut secundum leges, aut propter necessitatem, aut propter consuetudinem. Quare sup. renunt. 1. diximus de iure. potest de iure naturali tertio loco de iure municipali, nunc reliquum est, vt videmus đ iure, quod dicit moribus constitutum. l. diuturna. ff. de legibus, & quod firmat consuetudo. d. l. ergo.

2 † Nam statuta, de quib. supra dictum est, adeò sunt consuetudini finitima, vt nihil inter se differre videantur, nisi vt differt tacitum ab expresso. Anchara. in c. canonum statuta, de constit. Fed. de sen. cons. 277. nu. 1. Crau. cons. 137. num. 3. Atque statutum, & consuetudo nō differunt circa causam efficientem, & potestatem, sed solùm circa modum, & formam. Bald. l. consuetudinis. col. 2. C. quæ sit longa consue
3 tu. referr Alex. cons. 190. n. 11. lib. 2. † Hæc sanè pari passu ambulāt cùm consuetudo idem sit quòd statutum. Bald. l. 2. C. de bon. quæ lib.

Ias.

Iaf.l. de quibus. ff. de legib. Confuetudo etenim eft tacitum ftatutum populi ex taciro illius confenfu collectum. Nam cùm ftatuta nulla alia ex caufa nos teneãt, quam quod expreffo popu'i confenfu funt conftituta, meritò, & ea, quæ tacitè, & fine vllo feripto populus approbauit, tenebunt omnes. Quid.n. intereft ꝙ populus expresfè, & fuffragio voluntatem fuã declaret, an rebus ipfis, & factis, vt inquit Iurifc. in d.l. dè quibus. Hinc quę vfu conprobabara fuerunt parem legibus habent poteftatem. d.l. de quibus. cum pluribus feqq.

4 † Ius non feriptum ergo eft ius ex tacita incolarum conuentione comprobarum. l. fed & ea. ff. de legi. atq. eft tacita ciuium conuenrio. Roma. conf. 516. in cafu num 5. Quare & conuentionem confuetudini in effe rectè dixit Plato in Cratylo. Er confuetudo nihil aliud eft q̃ mos, & vfus populi racitè confentientis. §. fine fcripro. Inft. de iur. nat. Eftq. lex non fcripta, tacito confenfu populi potentis inloco inducere legem fcripram, firmata. Fed. de Sen. conf. 91. num. 4. ver. prærerea. fi quidem confuetudo eft eùm ex tacito populi confenfu, & curfu remporis inducitur aliquod ius, ꝙ populus expresfè cõfentiẽdo facere pōt. Bart. conf. 136. Capitaneus in fi. li. 1.

5 † Vnde confuetudo tria conrinet, actum frequẽtatum, habitum generatũ, & ius ex vtroq. collectum. Oldra. cõf. 172. ver. ad quartum. nu. 6. & conf. 244 nu. 3. ver. ad fecundum. nec non fecundum Bellame. conf. 27. num. 4. hæc conrinet, videlscet vfum, vfus frequentiã, & temporis diuturnitatem. idq. voluit Abb. conf. 53 col. fin. lib. 2.

6 † Quinimò moribus, ac vfu comprobata fanctiora quodammodo effe videnrur, quàm ea, quæ legibus imperantur, quoniam leges danrur, vt plurimum inuitis, & recufantibus: cùm ea, quæ ex confuetudine introducuntur fua vi per fe influant in mores hominum, atq. á narura ipfa proficifci videãtur. Quamobrem aptior, & potentior eft populis regendis confuetudo, quæ naturæ vim obtiner, vt fcrib. Connan. commenrat. iur. lib. 1. c. 10. in princ. vbi inquit ex Pindari fentenria morem omnium regem appellari, quod folus regnet. folus imperet, & vnus omnibus mortalibus iubeat, veret, & prẹfcribat quod videatur, vt per eum.

7 † Confuetudini autem, cùm ea fit ius nõ fcriptum, ac fpecies iuris. §. conftat autem. Inftit. de iure natu. renuntiari poteft, quando & iuri fcripto renuntiari posfir. l. Imperatores. in fi. & ibi Bald. not. ff. de conrr. empt. l. citea. vbi idem Bald. not. C. de loca. & conduc. l. fi finita in prin. & ibi rurfus not. Bald. ff. de dam. infec. ibiq idem not. Bart. Id quoque voluit Bald Perufi. tract. de ftatutis. ver. renuntiare. nu. 4. Hoftien. in fumma. tit. de renuntiar. §. quæ poffunt renuntiari. vbi inquir eam iuribus fcriptis, quàm nõ fcriptis renuntiari poffe, & trad. pract. Mafuer. tit. de appellatio. nu. 44. legis confuetudinarię beneficio vàlidè renuntiari poffe. Er habetur in confuetud. aurel. tit. 19. c. 1. glo. 1. & in confuetud. Turon. rit. 24. §. 2. gl. 1. tit. 25. §. 1. gl. 2. Nam & contra confuetudinem pacta feruantur. l. eos qui. §. cæteros. C. de vfur. l. s. ff. eo. l. femper in ftipularionibus. ff. de reg. iur. & d. l. circa locationes. Prætereà quemadmodum iuri fcripro renuntiari validè poreft, abundè diximus fuprà renunt. 1. poterir item renunriari iuri non fcripro, quod non eft maioris vis quàm ipfum feriptum. d. l. de quibus. l. 2. C. quæ fit longa confuetud.

8 † Porrò tam iuris fcripti, quàm non fcripti beneficia femper eam recipiunr cõditionem, ni mirùm fi is, cuius fauorem recipiunt eis vti velit. l. vl. C. de execu. rei iudic. l. debiroribus, & ibi doct. ff. de re iud. l. vniuerfa. vbi glo. communiter approbata. & ibi Iaf. C. de precib. impe. offer. Bart. l. cum hi. §. eam tamen. ff. de transact. Tiraq. le mort faifit. prima declarat. 7. part. n. 4 cum feq. Menoch. de præfumpt. li. 1. q 48. nu 28.

Qui ergo renuntiat confuetudinis alicuius loci nõ derogat auctoritati ipfius cõfuetudinis, fed folùm tollit beneficium fuum a confuetudine inductum, vt dixi etiam fupra renunt. r.

Quibus aditipulatur, quòd cùm renuntiari posfir omnibus iuris partibus, vt per Alberi. de ftatu. q. 18. nu. 2. poterir eriam renuntiari confuetudini, quę eft iuris pars. §. conftat aũt Infti. de iure naturali. Vnde fi fuerit confuetudo, vt acquifita per coniuges equalirer diuidautur, alter eorum vtiq. poterit dictę confuetudini renuntiare, vt refert. Bru. de ftatu. art. 10. nu. 6.

9 † Et gñrale illud eft, vt renunriari posfit omnibus beneficijs tàm ftarurorum, quam confuetudinum, fauore ipfius renuntiantis principalirer inductorum. Tiraq. de iure primog. q. 24. nu. 4.

Amplia modò, vt ex certa fciẽtia cõfuetudinis beneficio tam expresfè, quam tacirè renuntiari posfit, vt not. Bald. in l. fi finita. in princ. ff. de dam. infec.

Sed declara non ꝓcedere in confuetudine prohibitoria, vt not. in l. 1. C. de fideiuff. dot. denr. Angel. conf. 353. col. 1. Bald. d. l. Imperatores. modò tamen ꝓhibitio non refpiciat fauorem ipfius renuntiãris, quoniam tunc parum refert quod fit prohibitoria, vt dicam inferius renunr. 10.

Declara etiam, vt confuetudini non cenfeatur renuntiatum per generalia verba, & per renuntiationem generalem. Bald. conf. 252. in fi. lib. 2.

Non eft ramen ommittendum, quod vbi aliquis de populo facit actum contrarium ipfi confuetudini, alijs fcientibus, & non contradicentibus, non proptcrea derogatum cenfetur cõfuetudini, fed requiritur tãtũ tp̃s, quãtum

tũ requirit ad eã inducendam , vt per Abb.
in c.pro illarum.de præbend.nu.5.
10 †Sed quod diximus renuntiari posse cõsuetu-
dini,intellige non ꝓcedere in cõsuetudine,q̃
interpretatur dispositionẽ testatoris , cui nõ
potest renuntiare etiam is , cuius fauore fit
interpretario ; & ideò quamuis consuetudo
Bulgari,de qua per glo.in auth. hoc locum.C.
si secun. nupse mul.respiciat fauorem filiorũ,
si quidem ea inducta est ex cõiunctura volun-
tare testatoris , atq́. ex præsumpta affectione
erga filios;tamen non poterunt filij illi renũ-
tiare, atq́.velle potius dare vsumfructum,quã
alimenta matre inuita.Salic.in d.auth hoc lo-
cum.nu.13.Nam licet causa sic interpretandi
relictum sit fauor aliorum, tamen interpreta-
tioni iam factæ debent filij acquiescere,atque
vel in totum stare voluntati testatoris , vel in
totum ab ea recedere , & institutioni renun-
tiare. Surd.de aliment.tit.2.q.15,nu.66.Nam
hæres à testatoris voluntate etiã coniectu-
rata recedere minimè potest. l. cum virum.
C. de fideicum. Salic. in d.auth. hoc locum.
in fi.

11 † Sed quæri , potest an renuntians auxilijs
iuris communis videatur etiam renuntiare
consuetudini,quod quidem videtur,quoniam
consuetudo in loco vbi viget dicitur ius com
mune Abb. in rub. extra de consuetud. in c.1.
vt lite pend.Bald. tit.de pace constant. col.7.
in verbo Romanorum.versi,porro.in l.consti-
tutionibus. in fi. C. de bon. quæ lib. Ias. in l.
omnes populi. col.1.ff.de iusti. & iure.Nam
consuetudo est species iuris. §. constat au-
tem. Inst. de iure natu. Sed ego dubito , si
quidem consuetudo ex communi loquendi
vsu non dicitur ius commune , tametsi vim
legis habeat. Et ideò an renuntians iuris
communis dispositioni videatur renuntiasse
consuetudini ex coniecturis id censendum
erit , vt dixi quoque supra renuntia. proxi-
ma.

V. RENVNTIATIO RESCRIPTORVM.

SVMMÆ.

1 Rescriptum quid sit.
2 Rescriptum pro iure habetur.
3 Rescriptum vnde dicatur.
4 Rescripto renuntiari potest.
5 Rescripto renuntiari potest etiam inuito aduersario.
6 Literas delegatorias impetrans non cogitur eis vti
7 Rescripti renuntiatio operatur ante ius quæsitum alteri parti.
8 Rescriptum quomodo fiat commune.
9 Rescripto an renuntiari possit post illius præsentationem.
10 Impetratione sola rescripti non quæritur ius aduersario.
11 Impetrans ius iniquum.
12 Impetratio sola rescripti facit vt quis teneatur ad pœnas.l.si quis maior.C.de transact.
13 Rescriptum quando dicatur cõmune,licet ad vnius personam dirigatur.
14 Tacitè etiam renuntiatur rescripto.
15 Rescripti renuntiatio ita valet si illud concessum fuerit priuato fauore renuntiantis.
16 Rescripto quando indistinctè renuntiari possit.
17 Rescripto non censentur renuntiare partes compromittentes in iudices delegatos.
18 Literis renuntians non videtur renuntiare iuri per litterarum executionem consecuto.
19 Rescripti impetrandi renuntiatio.
20 Iuramentum de non impetrando rescriptum.

Voniam rescriptum videtur es-
se quædam species iuris scri-
pti, iuraq; hẽt legis, vt not.
doct in rub.extra de rescript.
deco quoq; hoc loco dicen-
dum est.† Nam quod Prin-
ceps suplicanti rescribendo
respondet, rescriptum dicitur, siue illud sit
secundum ius,siue præter,siue contra, vt per
doct.in rub.C.de diuersis rescript.& in rub.
2 extra eo . & ibi Bero.num.2.† Et quamuis re-
scriptum non possit dici propriè ius , tamen
pro iure habetur, & legis habet vigorem.l.1.
ff.de consti.princ. Si quidem voluntas Princi
pis per rescriptum parefacta seruatur sicut
lex. Rebuf.in constitu.tract.de rescript.in præ
fat.nu.9.Ergo rescriptum quò ad ipsas partes
vim hẽt legis.l.2.C.de legib. & ibi Bald. in
prin.Corneus cons.236.licet videatur.colu.2.
lib.1.
3 † Porrò ad suplicem partis libellum per rescri
ptum responderi,ac rescribi solet.vnde,& no
men sortitur.l.licet. ff.de vsufruc.lega.l.eius
qui.ff.de appellatio.recip. Rescriptorum quip
pè causa sunt suplicantium preces,neq;rescri
bitur nisi quid ad Principem à suplice parte
scriptum sit.l.vt responsum C.de transactio.l.
1.C.de precib.impe.offer.
4 † Rescripto autem quod quis impetrauit põt
etiam non vti, atq; illi renuntiare , si quidem
rescriptum semper eam recipit conditionẽ,
nimirum si pars eo vti voluerit . Fel.in.c.cum
ex officij.col.antepen. ver. ad idem.de rescr.
Aret in.l. nemo potest col 3.ff.de leg.1. Nam
põt impetrans suo renuntiare rescripto. c. ex
conquestione.de restitu spol. Caballin . mil-
leloq.759.Idq: procedit etiam vbi rescriptũ
habet clausulam annullatiua . Franch.in cap.
dispendia.in princ col.fi.de rescrip.lib.6.in c.
vt nostrũ.col.3.de appellat.& hæc est cõis sen
tentia,vt per Bursat.cons.74.nu.57.lib.1.latè
Gabriel. in comuni tit. de clausul, conclus.3.
nu.26.cum seq.

5 Quin

5 † Quin etiã rescripto impetrato potest quis renuntiare inuito aduersario.c.ad audientiã. ij. de rescrip. in illis verbis renuntiantes beneficio litterarum.d.c.ex conquestione,& ibi Bal. circa fin. vbi inquit hanc esse veritatem, & alij.clem. constitutionem. & ibi glo. in ver. nolle vti.de elect. glo. & cnct. in cecum olim de off. de'e. Bal. in l. postquam liti.q.8.C. de pac.inl.1 C.vt lit.pẽd.& in l.petendæ.C.de tẽpor.in integ resti.Spec.tit de rescrip.præsenta.§ 3.in fi.Alex. cons.34.col.2.lib.1.in l.3.in fi.prin.ff.quod quisq; iur. Marian.in c.fin.de crim.falsi.Rebuff.in cõstitu.tract.de rescript. in præfatio.num.160.ver.decimo nono.& ita tenet Felin. in c cæterum nu.12.ver. vt dicta regula. de rescript. Quæ sententia est magis communis, vt testatur Feli. in rub. extra eo. col.2 ver. & communior est. Hancq; communem esse inquit Turzan.cõmu.opin.13.Et ita communiter teneri trad Ant.Burg.in repet. rub.extra de rescrip.nu 47.

Neq; prędictis obstare videtur l 3.ff. quod quisq,iur.quoniam ibi illud procedit propter delictum impetrantis ius iniquum.Ba'd. in c. ex conquestione.in fi.de restitut. spol. similiter non obstat l. si Iudex circumuento. ff. de minori.quia ibi speciale est propter priuilegium minoris.Bald.d c.ex cõquestione.in fi.At nec obst.l si post mortem.§ fin.ff.de bon.poss. contra tab quoniam ibi non requirebatur vsus beneficij,vt per Bald.dicto loco.

6 † Et ideò si quis impetrauerit litteras delegatorias certè non confertur aliqua iurisdictio si impetrans eis vti noluit, neq; impetrans qui non vult vti ipsis litteris cogi poterit ad illarum editionem.Bald.d c.ex conquestione.nu. 6.ver.quærit Innoc. Nam secundum eum ibi, nemo inuitus agere cogitur.

7 † Verùm declara renuntiationẽ rescripti ita operari inuito aduersario,si illud nondũ productum fuit in iudicio.auten.qui semel.C.quo mod. & quan.iud. vel si aliter non est quæsitũ ius alteri parti.Aretin.Insti.de exceptio. ver.
8 octauò an impetrans. † Quod ius sanè parti queritur per exhibitionem rescripti iudici factam,& partis citationem. quo casu rescriptũ sit commune aduersario.eoq; & ipse vti poterit etiã inuito a parte aduersa.Paris.cons.39.n. 15.lib.1.Dec.c.ex tenore.in princ.de rescrip. Castren.l.ea quæ, nu.2.C. de tempori. in integ.resti.Fit e: enim rescriptum cõmune per citationem, Foler. in c contracti. censuar. ver. & vides. nu.55.Bald.l. postquàm liti.q.8.C.de pact in l. petendæ. col.2.ver. & est simile.C. de tempori.in integ restitu.Specul.tit.de rescript. præsent. §.1.Alex.l.3. in fi. princip. ff. quod quisq: iur. & ibi not. Ias.col.2. Alciat. in l. si quis maior. C. de transact. & ibi Bolognet.nũ.52.ver.Alciatus verò.vbi rescriptum impetratum nisi in iudicio producatur remanet priuatum ipsius impetrantis, qui potest dare illud flammis,atq;illud repudiare Nam tũ demum rescriptum efficitur commune, cùm in iudicio producitur,& pars citatur. si quidẽ hoc casu diuersa pars poterit & illo vti.litteris ergo iam productis renuntiari non potest. d.auten .qui semel. Bal.d.c. ex conquestione. in fi.Rescriptum enim ita demum dicitur esse commune si illud præsentatũ fuit.Magon. decis.90.nu.9 Rot. Florent. & decis. Lucen. 52.& litterę non sunt instrumenta fori, nisi in in iudicio producantur, atque ideò non debent edi.Bald.d.c.ex conquestione. circa fin. Hinc rescripto delegatorio eiq; producto renuntiari non potest.Petr. de Rauen.sing.623. Aliud dicendum est vbi rescriptum delegatorium nondum productum fuit, quoniam hoc casu potest impetrans renuntiare,atque ideò neq; poterit reconueniri.Bald & Alexan. in l.3.ff. quod quisq; iur. Petr de Rauen. d. sing. 613. Nam aut rescriptum nondum pręsentatum fuit, & hoc casu potest impetrans illi renuntiare, atq; renuntiando euitare reconuentionem. Aut verò rescriptum præsentatũ fuit,& pars citata fuit,& tunc impetrans renuntiare non poterit, ita vt adimat aduersario facultatem reconueniendi, & ita communiter distinguunt doct. vt tradit Zasius in l.si quis iniquum.num.3. ff. quod quisq; iur. per ea, quæ tradunt doct. in d.c. ex conquestio-
9 ne. † Et quamuis contrarium nonnulli renuerint scilicet vt impetrans renuntiare possit, etiam post præsentationem,vt per Abb.in d. c.ex conquestione. & trad. Aretin. cons.33. consultatio. col.2.nec non post citationem, modò parti satisfiat de expẽsis,ac de eo,quod interesse potest,vt refert Rebuff.in constitut. tract.de rescript. in præfatio.nu.160. Tamen Abb.in d.c.ex cõquestione, tenet renuntiari minimè posse. Quod & voluit Roma. cons. 343. ex themate. col. pen. in 3. dubio. Nam ex præsentatione,& citatione litteræ effectæ sunt communes. Ratione autem communionis non potest impetrans renuntiare in præiudicium partis aduersæ,secus quò ad ipsius renuntiantis præiudicium. Bald.l. post quam liti.in fin.C. de pact. & ibi Purpurat. num. 114. & facit tex. in c. ex parte. in fi. de rescript.

10 † Planè in rescriptis, vt iam diximus, semper intelligitur conditio, scilicet si pars eo vti voluerit. Vndè antequàm impetrans rescripto vtatur potest illi renuntiare. Verùm postquàm impetrans declarauit se velle vti rescripto,eoq;vti cœpit,tunc renuntiario nõ operatur in pręiudicium partis aduersę,quin ipsa possit eo vti. Quare ex sola impetratione non quęritur ius parti,vt not. Ias.d.l.3.in princ.col.2.Bald.l.beneficium.col.2.ver. similiter quęrò.ff.de consti. princ. sed exigitur vt illud effectum sit commune, putà per productionem. Alex.l. si quis iniquum.nu.8.ff.quod quisq. iur.

11 † Sed quod diximus solam impetrationem rescri-

pti

pti non obstare, quin possit impetrans illi renuntiare, etiam inuita altera parte, certè non procedit cùm quis impetrauit ius iniquum, quandoquidem hoc casu ex sola impetratione queritur ius alteri parti, vt possit vti retorqutione, Ias. l. 3. in priu. nu. 12. ver. illa regula. ff. quod quisq; iur. & ibi Ange. Vnde impetrãs rescriptum, in quo contineatur ius nouum, vel ius iniquum, etiam si nolit eo vti, atque illi renuntiet, tamen ex sola impetratione est acquisitum ius aduersario, vt vti possit retorqutione contra impetrantem. d. l. 3. & ibi doct. Nam propter delictum impetrantis sola impetratio obstat renuntiationi. Bald. d. c. ex conquestione. circa fin.

12 † Preterea declara vt impetrans ex sola rescripti impetratione teneatur ad pœnas. l. si quis maior. C. de transactio. quamuis rescripto renuntiauerit, minimeq; eo vsus fuerit, si quidem hoc casu inspicitur attentatio, vt per doct. in d. l. si quis maior. vbi Alex. & alij recentiores, vt refert ibi Alciat. Quæ opinio videtur magis communis in consulendo, & iudicando, tametsi nonnihil rigoris contineat. Bertazol. d. l. si quis maior. q. 25. & ibi Cagnol. Gabriel. in conclus. tit. de transactio. conclus. 1. nu. 8. licet nu. 9. posteà conetur conciliare opiniones. Hinc impetrans rescriptum contra contractum iuratum, non poterit per rescripti renuntiationem euitare pęnas. d. l. si quis maior. vt per Parpale. ibi, nu. 27. De quare dixi etiam supra lib. 1. vbi quæritur quomodo renuntiatione pœna euitetur. Declara etiã prædicta non procedere vbi litterę sunt impetratæ in duplicibus iudicijs, Bald. d. c. ex conquæstione. circa fin.

13 † Illud tamen non prætermittendum, quod si duo in communi causa, communi nomine supplicationem porrexerint, rescriptum fit cõmune quamuis illud ad vnius personam directum sit. l. 1. C. de diuers. rescrip. Et ideò is cui soli directum est rescriptum, non poterit illi renuntiare in præiudicium alterius. Nam hoc casu ex identitate rationis rescriptum cõmuniter impetratum præsumitur vtriq; concessum, quamuis ad vnius personam tantum directum sit. vt per Bald. d. l. 1. in priu.

14 † Tacitè autem rescripto renuntiatur, nempe per non vsum. Nam renuntiare tacitè is videtur, qui rescripto impetrato minimè vsus fuit intra annum. Specul. tit. de restitu. in integ. §. 3. ver. quid si stetit. Sed & ex lapsu præstituti temporis ad exhibendum quis renũtiare videtur. vt dixi suprà lib. 3. vbi agitur de tacita renuntiat. ex lapsu temporis. Qua rõne ex constitu. dom. Mediola. tit. de rescrip. cùm Senatus rescripta sint intra mẽsem Iudici exhibenda, per lapsum mensis videtur pars non exhibens renuntiare rescripto. Præterea renũtiatur tacitè rescripti beneficio per actum cõtrarium. l. 2. C. de iure domin. impetr. & ibi not. Bald. sed de renũtiatione tacita per actũ contrarium dictum est suprà lib. 3.

15 † Sed & quæ dicta sunt de rescriptorum renuntiatione, sanè ea procedunt in rescriptis concessis ad priuatam vtilitatem ipsius impetrantis, secus vbi rescriptum cõcessum fuit ad publicam vtilitatem. Hostien. in c. ex conquestione. de restitu. spoliat. & facit l. 3. §. vtrũ. ff. ad sillanian. Felin. in rubr. extra de rescript. col. 2. Aretin. c. ad petitionem. nu. 23. de accusatio. Et huc pertinent quæ dicam inferius renunt. 7.

Declara etiam nisi rescriptum afferat alicui ius vltra instantiam. Bald. l. postquàm liti. in fi. C. de pact. Felin. in d. rub. extra de rescrip. col. 2. ver. fallit primo.

Intellige præterea modò satisfiat reo de expensis. decl. Felin. d. rub. col. 2. ver. secundò.

16 † Supradicti verò casus, quibus renuntiari minimè posse rescriptò diximus, restringe, nisi falsus procurator rescriptũ impetrauerit, & commissio infundat nouũ habitum, & exercitium iurisdictionis, quoniam huiusmodi rescripto renũtiari indistinctè potest; secus vbi rescriptum infunderet solum exercitium iurisdictionis habenti eam habitu, vt per Feli. in d. rub. col. 5. ver. hos quinq; casus.

17 † Neq; est prætermittendum in hac materia quod partes compromittẽdo in Iudices delegatos non censẽtur renuntiare rescripto. Bal. rit. de lege. Corrad. c. 1. §. inter pares. nu. 11. Nam sententia valere potest ex vtraq; auctoritate, hoc est pro parte ex vna auctoritate, & pro alia parte ex altera auctoritate, vt per eũ. Si etenim esset actus contrarius vtiq; renũtiatio induceretur, vt iam dixi.

18 Est † quoq; sciendũ, quod renuntians litteris non videtur renuntiasse iuri iam per litterarũ executionem consequuto. c. sanè. de renunt. Nam perempta causa non perimitur effectus iam in esse productus. vt not. Abb. in d. c. sanè & ibi Butri.

19 † Et hæc quidẽ hactenus de renuntiatione rescripti iam impetrati, nunc videamus, an quis renuntiare possit rescriptis impetrandis ac pacisci, ne rescriptum aliquod impetrare possit, neq; impetratis vti. Et id pactum valere respondit Ange. de Gambiglioni. conl. 87. nu. 51. ver. ex his etiam apparet.

20 † Et valere iuramentum de non impetrãdo rescriptum voluit, Io. de Anania cons. 6. viso puncto. in fi. Et ideò debitor qui iurauit non impetrare aliquod rescriptum aduersus ipsum creditorem, si posteà impetrauerit, non valet huiusmodi impetratio, quoties de iuramento non est facta mentio. Cyn. & Salicet. in l. fin. C. si contra ius vel vtil. publ. & refert Rimin. sen. cons. 12. nu. 15. lib. 5. si autem facta fuerit mentio de iuramento in impetratione rescripti, valebit impetratio, atq; videbitur dispensatum super periurio. vt per Cyn. d. l. fin. num. 5. quamuis, secundum eum, dubium esse possit circa potestatẽ dispẽsandi. sequitur Frãc.

Marc.d ecis. 386.n.2. par.2. sed vide quæ dicā infrà centur.2.vbi differam de moratorię beneficio. Nam & valet renunciatio appellationis interponendæ, atq; pactum de non appellando.l.1.§.si qnis ante.ff.à quib. appella. non lic.l.fin.§.fiu.C.de tempor. appell.& not.in l. tale pactum.§.qni prouocauit, ff. de pact. & suo loco latè dicam.

VI. RENVNTIATIO IVRIS SINGVLARIS, ET PRIVILEGIORVM.

SVMMAE.

1 *Priuilegium dicitur quasi lex priuata.*
2 *Iuris legalis species tres.*
3 *Priuilegia indulgeri leges vetant, & cur.*
4 *Iustitia commutatiua exigit, vt priuilegia minimè irrogentur,*
5 *Priuilegia tribuuntur secundum iustitiam distributiuam.*
6 *Priuilegij concessione priuilegiatus cęteris adequatur.*
7 *Priuilegia licet priuatam tantum respicere videantur vtilitatem, tamen in publicum bonum diriguntur,*
8 *Priuilegio suo quilibet renuntiare potest.*
9 *Priuilegio potius quis renuntiare censetur, quàm iuri communi.*
10 *Priuilegium facilius tollitur quàm ius commune.*
11 *Ius speciale facilius renuntiatione tollitur, quàm ius commune.*
12 *Iuri singulari renuntiatur etiam inuito aduersario.*
13 *Priuilegij renuntiatio idcircò facile permittitur quia priuilegij renuntiatione reditus fit ad ius commune,*
14 *Priuilegij renuntiatione admittitur priuilegiatus, qui alias non admitteretur,*
15 *Priuilegij renuntiatio non præsumitur.*
16 *Priuilegio renuntians non censetur illi renuntiare in præiuditium superioris, ac ipsius concedentis.*
17 *Priuilegio concesso ordini, collegio, seu corpori renuntiare quis non potest in præiudicium ipsius ordinis, seu collegij.*
18 *Priuilegio renuntiari non potest in præiudicium alterius publicum, vel priuatum.*
19 *Renuntians vni priuilegio non censetur alteri renuntiare.*
20 *Priuilegio etiam tacite renuntiatur.*
21 *Priuilegijs qui renuntiauit an censeatur item renuntiusse iuri communi.*
21 *Priuilegiorum renuntiatio an extendatur ad priuilegia inserta in corpore iuris,*

Restat vt vltimo loco videamus de Priuilegijs, si quidem, &
illa habent legis vim. l. 1. ff.
1 de consti. Prin. † Nam priuilegium dicitur quasi lex priuata.
c.priuilegia.dist,3,c.abbate.de verb.sign.Veteres enim priua dixerunt, quæ nos singula.
Vnde priuilegia appellantur, quæ sunt priuatę leges, & non cummuniter ad omnium vsū, sed contra ius commune priuatam respiciunt vtilitatem. Bart.l.fin.ff.de const.princ.in l.1.C.de iur.& fac.ignor.Alex. l. quia persona. ff.solu.matr.Castren. in l.maritum.ff. eo. Bal, l.fin.C.de rei vendic.d. c. priuilegia, l. ius sin-
2 gulare.ff.de legib. † Iuris quippè legalis tres species constituit Philos. Ethic. 5. c. 7.refert Diu.Thom.1.2. q.96. artic. 1. Nam quædam sunt quæ simpliciter in communi ponuntur, & hęc sunt leges communes. Quædam vero sunt, quæ communia sunt quantum ad aliquid. & huiusmodi dicuntur priuilegia, quasi leges priuatæ. Alia verò dicuntur etiam legalia, nō quia sint leges, sed propter applicationem legum communium ad aliqua particularia facta: sicut sunt sententię. quę pro iure ha-
3 beutur. † Et quoniam priuilegia contra leges geoerales sunt, atq; ad priuatos homines perniciosio exemplo referuntur, lex xij.tabul. lata fuit in hęc verba, priuilegia ne irroganto, quam Cice. de legib. lib. 3. in legum suarum ordinem retulit, ac de ea ita scripsit, In priuatos homines leges ferri voluerunt, id est enim priuilegium quo quid est iniustius? quum legis hęc vis sit, scitum esse, & iussum in omnes. & idem in oratione pro domo, inquit, vetant leges sacratæ, vetant xij.tabul. leges priuatis hominibus irrogari, id est enim priuilegium. Idemq; institutum fuisse apud Athenienses patet ex Demosthenis orat. cōtra Timocratem, vt Hotoman.refert. Quin hæc Diuus Traianus verbo tantum concedere solebat, nō ēt diplomate, neq; alio libello. Ratio esse potest, quoniam si æquitatis fruendę causa leges sanciūtur, hoc est vt summi cum infimis, pari iure retineantur, atq; omnibus semper vna, atque eadem voce loquantur, non sunt indulgenda priuilegia, & iura singulis personis. Sunt sanè priuilegia priuatę leges, à iure communi exceptę, l.1.C, de Thesaur. lib.10. c. priuilegia. dist.3.c.sanè.extra de priuileg. neq; sunt generalia iussa, sed de singulis concepta. A.Gell. noct. attic.lib.10.c.20. & ad id facit l. iura. ff. de legib. l. 1. ff. eo. vbi lex dicitur commune præceptum. Porro iurisprudentiæ finis est in ciuili vita ęqualitatem conseruare. Cicer. lib 1.de orar.sic, inquit, in iure ciuili, finis hic legitimè, atq; vsitatè, in rebus, causisq; ciuiū æqualitatis conseruatio. Ad id enim omnes leges collimant, & referūtur, vt omninò æqualitas seruetur, quę tamen seruari non videtur, cum priuilegia priuatis personis concedūtur, sed potius quandam iniustitiam, & inæqualitatem redolere videntur, vt in priuatam, nō

5 etiam

4 etiam in communem vtilitatem facta. † Sed
hæc ita ſe habent ſecūdum iuſtitiam commu
tatiuam, quæ minimè reſpicit ad perſonarū
cōuenientiam, aut merita, ſed in priuatarum
rerum, ac patrimonij cuiuſq; commutatione,
ac contractibus æqualitatem analogiæ arith.
meticæ ſimilem obſeruat. Vnde ſecundū hāc
non quæritur, quid perſonis conueniat ꝑ me-
rito, aut dignitate, ſed vt res rei, aut pretium
merci adęquetur ſecundum quātitatis exceſ-
ſum, rerumq; duntaxat ratio habetur nō etiā
5 perſonarum. † Aliud dicendum erit in iuſtitia
diſtributiua, qua publicæ res honores, mune-
ra, premia, & ſim. inter perſonas pro cuiuſque
merito, aut dignitate geometrica proportio
ne diſtribuuntur, & proinde in ea quid tantū
perſonis conueniat quærendum eſt, inde fit,
vt ſecūdum hanc iuſtitiam certis pſonis pro
earū merito proportione geometrica priui-
legia concedantur; Ex iuſtitia igitur diſtribu-
tiua, non etiam commutatiua meritò priuile-
6 gia quibuſdā pſonis conceduntur. † Porrò in-
ter perſonas maxima eſt differentia, & inæqua
litas tam circa bona interna animi, vel corpo-
ris, quam externa, vel circa mores, & facta ſin-
gulorum, vt omnibus ſatis eſt perſpicuum;
quare meritò quibuſdam perſonis id prærο-
gatiuæ prę cæteris tribuendum eſt pro perſo
næ æqualitate, vt priuilegij conceſsione fiat
perſonarum adęquatio. atq; vt quis alteri prę-
ſtat, ita alicuius priuilegij acceſsione vnus al-
7 teri erit adæquandus. † Et licet à iure commu
ni priuilegia deflectere videantur, priuatę vti
litatis gratia; tamen quia ęquitas cauſa eſt vt
priuilegia concedantur, ob cauſę æquitatem,
in quam qlibet incidere poteſt, omnibus ꝓ-
deſſe poſſunt. Quapropter ſi qua cauſa, & ratio
ſuadere poteſt, vt priuilegium alicui perſonæ
ſit indulgēdū, ea ſanè cauſa omnib' apud quos
ea reperitur, eandem legem præſcribet, & cū
ex æquitate leges omnes fluant, merito etiam
ex ęquitate iura tolluntur, mutantur, & flectū-
tur. l. nihil tā naturale. ff. de regul. iur. Et ideò
Bal. in l. 1. ff. de legib. in princ. inquit. legē, quę
reſpicit tantum alicuius gratiam vel fauorem
ſpecialem ita demum valere, ſi eſt naturali ra-
tione munita. Qua ratione reſpiciens Impe-
rator ad iuſtitiam diſtributiuam in gratiam
Dorothei ſanxit l. neq; Dorotheum. C. de de-
cur. lib. 10. Benemerentibus itaq; priuilegia,
& premia præ cæteris tribuere publicæ vtile
eſt, vt cęteri ad rectè agendum alliciantur.
Nō igitur priuilegium priuatam legem facit,
ſed priuilegij in publicum bonum directio ſe
cundum legem facit. Quòd verò ſupra dictum
eſt non eſſe irroganda priuilegia priuatis per-
ſonis intelligi debet vt iudicia exerceri debe-
ant inter perſonas priuatas ſecundum publi-
cas leges, non etiam ſecundum priuata magi-
ſtratuum decreta, ita vt iſtis non liceat ex pri
uata ſententia, ac priuato iudicio ius dicere.
Ex legibus autem xij. tab. nō dānantur priui-
legia, quę meritis ex ęquitate tribuuntur. cū
illa cedant in communem vtilitatem. Omnib'
quoque non conceduntur, quoniam in omni-
bus non reperitur cauſa ob quam concedi de-
beant, cùm pręſtantioribus concedantur, ne-
que iniuria fit ei, cui ſimile priuilegium mini
mè indulgetur, quoniam in eo non ineſt eadē
ratio, quę ſuadeat cur illi priuilegium ſit con-
cedendum. Vnde meritò in iure noſtro paſ-
ſim de priuilegijs habetur.
8 † Cum itaq; priuilegia reſpiciant fauorem, &
commodum eis, cui tribuuntur. l. ius ſingula-
re. ff. de legib. haud dubiè dicendum eſt priui-
legiatum ſuo priuilegio regulariter renuntia-
re poſſe. tex. in c. ſi de terra. de priuileg. & ibi
Dec. in 3. not. & alij. c. ſi diligenti de foro com
pet. l. pen. C de pact. & ibi not. Salicet. priuil.
dignitatis renunt. poſſe. Bart. & doct. in l. 1. ff.
ſi quis in ius voca. non ier. Abb. c. cum olim.
de pręſcript. c. 1. de pact. lib. 6. Corne. conſil.
214. colum. 2. lib. 2. Aret in. conſ. 113. nu. 2. Re-
buff. in reper. c. poſtulaſtis. de cleric. excom.
mini. n. 482. Butri. c. cum tpe. n. 12. de arbit.
Bapt. de S. Blaſ. de priuileg. dotal. priuileg.
278 Palaez. de Maiera par. 1. q. 38. n. 1. Nā pri-
uilegium conceſſum ita demum effectum ha-
bet, ſi apparet illud acceptatum fuiſſe. Salic.
l. 1 col. 2. ver. primò quia. C. ad l. iul. de adult.
Priuilegij ſanè vſus eſt facultatis, non etiam
neceſsitatis, cùm tribuatur ipſius priuilegia-
ri cauſa. Quare ſi priuilegiato non liceret
ſuo priuilegio, non vti, poſſet iuſtè conqueri,
& dicere illud. Cice. act. 2. in Verrem, vbi ita
inquit, Quod mihi lex mea cauſa dat, eo mihi
nō vti nō licebit, & Plinius in Panegirico Tra-
iani inquit, Neq; vllam neceſsitatem mune-
ribus tuis addis, vt quod ſcias hanc eſſe be-
neficiorum principalium ſummam, ſi illis, & nō
vti licet. Et generaliter non poteſt dici be-
neficium illud, quod ingeritur recuſanti, vt
inquit Lactant. diuin. inſtitut. lib. 5. c. 20. & ad
hęc eſt lex. not. in l. fi. Iudex circunuento. ff de
minorib. vbi minor poteſt non vti beneficio
reſtitutionis in integrum quod impetrauit,
neq; poteſt aduerſarius eum cogere, vt vtatur,
qm licet vnicuiq; contemnere, ea quæ pro ſe
inducta ſunt. Altera ratio, eſt quia nemo poteſt
conqueri ſi noluit vti impetratis. cum ad ea
impetrendum cogi non potuiſſet. quem tex.
Bald. ibi dicit ſingularem. & refert Decian.
conſ. 83. nu. 8. lib. 2.
9 † Quinimò in dubio potius quis cenſetur
tenuut. priuilegio, quàm iuri communi. Alcia.
de pręſumpt. reg. 3. præſumpt. 36. nu. 13. Ma-
ſcard. concl. 1264 nu 17. Menoch. de pręsūpt.
lib. 6. præſump. 6. nu. 6. Nam priuilegium eſt
ius minus potens. arg. l. 1. C. de theſaur. lib. 10.
10 & l. 1. in fi. ff. de iur. immunit. † Vnde etiam
facilius tollitur priuilegium q̄ ius commune.
l. eius militis. §. militia miſſus ff. de teſtam. mi-
lita. l. vnica. §. fin. C. de caduc. toll. §. quia
non veriſimile. auct. de non alien. Alberid.

vnica. C. si de moment. possess. fuer. appell. circa fin. Ripa in l. centurio. nu. 25. ff. de vulg. & pup. in l. filiusfam. § diui. num. 82. ff de leg. 1. quamuis alij tenuerint quod imò ius speciale sit potêtius iure cômuni, & ius speciale difficilius tollatur, vt refert Menoch. de presûp. lib. 4. presumpt. 4. num. 11. cum seq.

11 † Prçrerea facilius tollitur per renuntiationem ius speciale, quàm ius commune. glo. in l. 3. C. de non nume. peccu. Nam in renuntiatione priuilegij agitur de amissione lucri verùm in renuntiatione iuris communis agitur de damno. vt colligitur ex glo. in l. 2 §. 1. ver consensus. ff. de iudic. vt per Rip. in l. 3. col. fin. ver. facit quod decidit. ff. de dam. infec. in l. filiusfam. § diui. nu. 82. ff. de legar. 1. & in l. centurio. nu. 25. ff. vulg. vt pup. Quanquam Io. Annib. in repet. l. nemo potest. nu 487. negat facilius tolli jus speciale, quàm ius cômune. per tex. in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testam. iuncta auth. hoc inter libe-
12 ros. & l. sancimus. C. eo. † Ex quibus rectè fit vt quis renuntiare possit iuri singulari, nô etiam iuri communi inuito aduersario l. si Iudex curcumuento. ff. de minori, quę sanè procedit in ijs quę sunt quęsita iure, quopiam singulari, seu extraordinario, vt per Bald. in d. l. si iudex circumuento. & trad. Tiraq. de retr. lignag. ad fin. tit. nu. 24.

13 † Facilius quoq; permittitur renûtiatio priuilegij, quàm juris communis, cum priuilegiû sit contra ius commune, & proinde illius renûtiatione fiat reditus ad ius commune, per ea quæ dixi sup. lib. 2. Imò prçlatus tacitè præiudicare potest Ecclesiæ in eius priuilegio, vbi ex tacita renuntiatione reditus fieret ad ius commune, vt per Fel. in c. cum accessissent. n. 30. de constitu.

14 † Ex priuilegij autem renuntiatione illud sequitur, quod vbi quis ad aliquem actum, ideò non admittitur, quia est priuilegiatus, is renuntiando suo priuilegio admittendus erit. l. quoties ibi, scilicet si alias, & ibi not. Roma. ff. qui satisd. cog. & ideò fideiussor priuilegiatus, vbi vult specialiter renuntiare suo priuilegio recusari minimè poterit, & habetur pro idoneo, priuilegio sublato per renuntiationê, vt per Iacobin. à S. Georg. in l. si fideiussor. n. 2. ff. qui satisd. cog.

15 † Declara tamen vt quis in dubio suo priuilegio minimè renuntiare censeatur. Butri. in c. accedêtibus. ver. & per prędicta. de priuileg. Alex. cons. 33. ponderatis. lib. 5. & cons. 126. lib. eo. Dec. in c cum accessissent. de constitu. Nam renuntiatio regulariter nô pręsumitur. vt dixi sup. lib. 1. quæ sanè præsumptio maximè procedit in priuilegio. Dec. l. cuius per errorem. nu. 2. ff. de reg. iur. Cephal. côs. 25. circa fin. Quare ad renuntiationem priuilegij requiritur specialis. & expressa renuntiatio ipsius priuilegij. Bald. l. 1. n. 2. ff. si quis in ius voc. non ier. Barbat. cons. 68. n. 8. l. 2.

16 † Limita modò vt renûtians priuilegio non censeatur illi renunt. in præiuditium ipsius superioris, ac concedentis, sed in pręiuditiû ipsius renuntiantis tantum. c. cum tempore. de arbit. c. cum olim. ij. de prescript. c. 1. in fi. de restitu. in integ. Dec. c. cum accessissent. n. 79. ver. 4. de constitu. in c. si de terra. n. 14. de priuil. & hæc côclusio est clara, vt per Ant. Burg. in reper. d. c. cum accessissent nu. 290. vbi inquit hac ratione contra exemptum præscribi posse, reseruato iure Principis. c. volumus, & ibi glo. 16. q. 4. glo. in c. ad audientiam, & ibi Abb. col. 4. de præscrip. sic & renuntians dispositione legis, vel constitutionis æditæ à superiore, non videtur derogare auctoritati superioris, sed renuntiat iuri suo competenti vel competituro ex superioris dispositione. Corne. cons. 45 n. 8. ver. non obstat secunda ratio lib. 1.

17 † Limita etiam nisi priuilegium sit concessum cuipiam ordini, collegio, seu corpori, quia tunc renunt. non potest priuilegio in pręiudicium ipsius ordinis, siue collegij, ne fiat iniuria per renuntiationem toti ordini, & corpori. l. ne quis. C. de aduoc. diu. ind. & ibi glo. Felin. c. contingit. 1. de sent. excomm. Corne. cons. 214. lib. 1. Guter. de contract. iurat. c. 16. n. 52. vnde priuilegijs in fauorem totius cleri renunt. non potest. Remig. de gon. de charit. subsid. q. 61. n. 19. sed de hac re latius dicam. renunt. proxima.

18 † Limita quoq; generaliter non procedere priuilegij renuntiationem in præiuditium alterius publicum, vel priuatum. Dec. d. c. si de terra. n. 14. de priuileg. Socin. c. accedentibus. n. 11. extra eo. Corne. cons. 214. n. 5. lib. 2. Rimin. Sen. cons. 352. in fi. quod proced. etiam vbi prilegium continere potest fauorem communem, & mixtum, aptumq; sit prodesse etiâ alteri. De quo nos dicemus plenius alibi.

19 † Declaratur præterea quod renuntians vnâ priuilegio non censetur alteri renuntiare. l. si dom. ff. de seruitu. vrb. pręd. & ibi Paul. de Cast. l. stillicidij. ff. quema. serui. amitt. & ideò qui habet duo priuilegia si vni renuntiauerit nô censetur alteri renûtiasse, nisi expressè dicatur. Deci. cons. 19. n. 57. lib. 3.

20 † Et nô tantû expressè sed etiâ tacitè quis renunt. videtur priuilegio. Et primo vbi quis facit actum côtrarium suo priuilegio, illi tacitè renunt. videtur, vt latè dixi sup. lib. 4. de tacitâ renûtiatione per actum côtrarium. Quin & per negligêtiâ, & nô vsû quis renût. videtur priuilegio suo, ut abundè quoque dixi lib. eo. de tacita renunt. per non vsum, illic enim est locus huic rei proprius, & particularis.

Sed an priuilegiatus qui vsus est iure communi, cùm posset vti priuilegio censeatur renunt. suo priuilegio superius à nobis tractatû est libro tertio, quo loco diximus de tacita renuntiatione per electionem vnius ex contrarijs.

21 Sed

21 † Sed & illud queritur an renuntians priuilegijs censeatur item renunt. iuri communi. Et dicendum est quod non. per tex. in l. miles. §. sexanginta in fi. ff. ad l. iul. de adult. & ita voluit Bald per illum tex. in l. sed & si quis §. quęsitum. in fi. ff. si quis cautio cap. 1. de transact. & ibi not. Butri. l. generale, §. in ius. & ibi Bald. C. de sec. nupt. Cepol. in l. nominis. §. verbum. ff. de verb. sign. Dec. in tub. extra de priuileg. nu. 12. Galiau. l. centurio. nt. 153. ff. de vulg. Melch. Pala. de maiora. par. 1. q. 38. num. 2. Mascard. de probation. concln. 1264. nu. 12. Monticul. de Inuentario in præfat. nu. 119. Verùm vbi constat renuntianti, nullum priuilegium competere, tunc, vt verba aliquid operentur, censetur renuntiatum iuri communi. l. 1. in fi. ff. si quis in ius voc. non ier. Crauet. consil 459. num. 11. & cons. 995. num 21. ver. inde fit vt renunt. Ruger. consil. 43. nu. 51. lib. 1.

22 † Postremò quęritur an renuntians priuilegijs censeatur item renuntiare priuilegijs insertis in corpore iuris. Nam priuilegia propriè dicuntur; quæ non sunt clausa in corpore iuris, communia verò dicuntur quæ clausa sũt in corpore iuris. Massa ad form. camer. oblig. par. 2. q. 2. in fin. vt est priuilegium reuocandi domum. l. 2. §. legatis ff. de iudic. Item qꝫ tribuitur pupillis, & viduis, ne conueniantur alibi, quàm in sua prouincia. l. vnica. C. quando imper. inter pup. vid. Item clericorum ne trahantur ad iudicem secularem. c. si diligenti. de foro compet. item priuilegium Velleiani, Macedoniani, & si qua similia. Est igitur dicendum in renuntiatione priuilegiorũ non contineri priuilegia clausa in corpore iuris, quoniam ea, vt dixi, non sunt propriè priuilegia, & huiusmodi priuilegium in corpore iuris clausum nihil differt à lege. Gabriel. cons. 1. num. 13. lib. 2. Vnde cùm lex, vel Princeps opponit clausulam derogantem simpliciter priuilegijs, non interest in dubio derogare priuilegijs insertis in iure. glo. in auct. qua in prouincia, & ibi Bart. C. vbi de crim. agi oport. Felin. in c. 1. num. 12. de rescript. vbi trad. cautelam, quod immunis ex priuilegio faciat, vt priuilegium inseratur in statutis, & verba non obstante quocunque priuilegio, non censerur derogatum priuilegijs insertis in corpore iuris. Brun. de cessio. bon. 4 par. princip. q. 10. num 6. & priuilegium in corpore iuris clausum pacto minimè censetur exclusum. Bursat. cons. 335. num. 3.

VII. RENVNTIATIO IVRIS PVBLICI.

SVMMA.

1 *Publica, & priuata esse inter se coniuncta.*
2 *Publicum commodum minimè dari absq. priuato neq. priuatum sine publico.*
3 *Publicum a priuato discerni oportet.*
4 *Publica a priuatis qua ratione internosci possint.*
5 *Principaliter quod sit semper attendi debet.*
6 *Ius diuiditur in publicum, & priuatum.*
7 *Priuatum ius.*
8 *Publicum ius.*
9 *Ius quomodo publicum, vel priuatum.*
10 *Ius omne publicum dici.*
11 *Leges cur dici ius publicum.*
12 *Leges omnes conditas esse ex causa publica vtilitatis.*
13 *Legislatores in legibus condendis duo considerare oportet.*
14 *Publicum omne ius esse quomodo accipiendum:*
15 *Legem nullam reperiri, qua priuata dici possit.*
16 *Publice vtile quid esse quot modis dicatur.*
17 *Ius fiscale verius censeri vtilitatem priuatam.*
18 *Ius aut publicum esse, aut priuatum.*
19 *Publicum ius dicitur duabus modis.*
20 *Legem principaliter respicere publicam vtilitatem qua ratione dignascatur.*
21 *Lex videtur respicere commodum priuatum principaliter quoties agitur de commodo pecuniario, seu patrimoniali.*
22 *Publica a priuatis separata esse.*
23 *Iuri publico renuntiari non posse.*
24 *Ius publicum considerari dupliciter.*
25 *Ius publicum auctoritate.*
26 *Ius publicum vtilitate.*
27 *Iure quod est auctoritate publicum priuatos derogare non posse.*
28 *Ius vtilitatem publicam priuatorum voluntate haud tolli.*
29 *Publicæ vtilitati renuntiari non posse.*
30 *Actiones publicas pacto non remitti.*
31 *Pœnam quod meretur per pactum impossibile effici non posse.*
32 *Actiones Iniuriarum: & furti remitti posse.*
33 *Pacem non obstante occidi potest bannitus.*
34 *Calumniæ pœnam remitti non posse.*
35 *Legis dispositioni emanata ad occurrendum fraudibus renuntiari non potest.*
36 *Agriculturæ fauori renuntiari non potest.*
37 *Iuri fisci circa onera, & tributa renuntiari non posse.*
38 *Constit. Dom. Mediol. tit. de oneribus. §. eoque amplius.*
39 *Ius publicum, quod consistit in potestate magistratuum remitti non posse.*
40 *Publicæ honestati derogari non potest.*
41 *Renuntiatio singularis personæ derogans decori, & honori totius collegij, & corporis.*
42 *Constit. Mediol. domin. tit. de pœnis. §. si quis non prouocatus.*
43 *Nobilis non potest renuntiare priuilegio, quod habet ne in carcerem detrudatur ob æs alienum.*
44 *Clericus non potest renunt priuilegio canonis. Si quis suad diabolo.*
45 *Clericus renunt. non potest priuilegio, quod habet, ne coram Iudice laico conueniri possit.*
46 *Vtilitas quod sit publica principaliter, vel secunda-*

rio maximè intereſt.
47 *Vtilitas pubuca principaliter remitti non poteſt etiā cum Iuramento.*
48 *Iuramentum non operatur in praiudicium iuris publici.*
49 *Vtilitati publicæ ſecundario renuntiari poteſt cum iuramento.*
50 *Renunciatio iuris partim communi vtilitate, et partim priuatorum commodo inducti.*
51 *Priuato commodo, quod ſeparari poteſt a publico renuntiari poteſt.*
52 *Iuri priuato renuntiari non poteſt quoties vtilitas vel priuata ſeparari non poteſt.*
53 *Renuntiari non poteſt vbi concurrit publica, & priuatu vtilitas aq. principaliter.*
54 *Renuntiari poteſt etiam ſine Iuramenta legi reſpicienti principaliter priuatum fauorem, quamuis ex eo conſequatur publicus fauor, iſq. inſeparabilis.*
55 *L. de die cum ll. ſeqq. ff. de pact. dot.*
56 *Vtilitas publica, vel priuata principaliter, vel minus principaliter,*
57 *Alienatio, & obligatio fundi dotal. & dotis qua ratione prohibeatur etiam renuntiatione accedente.*
58 *Pactum iuratum, vt non poſſit alleguri nullitas.*

SED NVNC ad iuris publici renuntiationem tranſgrediamur, Nam ſemper tam apud Romanos, quam apud cæteras nationes ius ſupremum populi primum fuit, deinde illud populus in principem tranſtulit l. 1. ff. de conſt. Princ. & ex populi conſenſu Reges, & duces adſumpti ſunt. Et proinde primum, quę ad Rempubl. Rom. pertinebant publica dicta ſunt, quaſi populica. Poſtea ad Romanorum ſimilitudinem, quæ in alijs locis communia vniuerſorum erant, pu-
1 blica dici cępta ſunt † Publica, & priuata ſunt adeo inter ſe coniuncta, vt haud facile hæc ab illis internoſcantur. Nam vtilitas publica haud dubia refertur ad ſingulos, cum Reſpublica, aut vniuerſitas nihil aliud ſit, quam ſinguli homines gl. in C. ſicut §. 1. ff. quod cuiuſque vniuerſi nom. & in l. 1. ff. de Colleg. illic atq; priuatorum vtilitates referuntur ad vtilitatē reipublicæ. Quare publicè intereſt habere ſubditos locupletes §. cōſiderem⁹. Auth. vt iudic. ſine quo. ſuffra. §. per totāſt. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. & quod abſens defendatur l. ſeruum §. publice ff. de procurat. l. non ſolum. §. fin. ff. eod. Sic, & ad publicam pertinet vtilitatem vt læſis ſuccuratur. Bart. in l. 1. ff de reſtit. in integr. qua de re poſſent quam plurima exempla adduci quæ omittimus, qa non admodum ſpectant ad hanc noſtram tractationem.
2 Itaq; † non datur commodum publicum ſine priuato, neq; priuatum ſine publico. Bald. l. 1. §. huius Studij ff. de iuſt. & iure. Bologner. l. 1. n. 191. ff. ſolut. matri. Enimvero yt inquit D. Thom. 2. 2. q. 47. art. 10. ad 2. Is qui quærit bonum commune, ex conſequenti etiam quęrit bonum ſuum, & primò quidem quia bonū proprium non poteſt eſſe ſine bono communi. Deinde cum homo ſit pars domus, vel ciuitatis oportet quod conſideret quid ſit ſibi bonum ex hoc quod eſt prudens circa bonum multitudinis. Siquidem ait D. Auguſt. in lib. Confeſſ. Turpis eſt omnis pars ſuo toti non conueniens, vel non congruens. Verum
3 hęc debent eſſe ſeparata, † publicumq; a priuato diſcerni oportet, quod rectè expresſit Horat. in arte poetic. qui ita ait, fuit hæc ſapientia quondam, Publica priuatis ſecernere
4 ſacra prophanis Publica† autem priuatis hac ratione internoſcuntur, vt aſſeramus eam ita eſſe publicam vtilitatem, ſi ad publicam rem vtilitas primò, principaliter, & recta referatur non autem oblique, & per quandam conſequētiam. Ea etenim reſpicere dicuntur publicam vtilitatem, quę illam ſpectant principaliter, non etiam ſecundario, Tiraq in tract. res inter alios acta ver. ex his fit. Et ideò ſi datum eſt aliquibus arbitrium ſuper vtilitate publica alicuius loci non poterunt ſtatuere, niſi de his, quę ad illam principaliter pertinent Paul. de Caſtr. d. §. huius Studij Tiraq. d. Tract. Nam etſi publica vtilitas ſingulorum ciuium vtilitatem vnà in ſe habeat, & quod eſt è re publica, id quoq; ſingulorum commodum reſpiciat l. vnica §. fin. C. de caduc. toll. Tamen hoc per cōſequentiam contingit non etiam 1. & rectà Publicum ſanè commodum primo, & rectà ita tribuitur reipubl. ſoli, vt non ſit ſingulorum quamuis illud poſtea a republica ipſa manare poſſit ad ſingulos. Bart. l. ſi quis pro eo ff. de fideiuſſ. n. 8. verſ. 2. Quod & in priuatis quoq; fit, vt eorum vtilitates recta referantur prius ad ipſos priuatos, quibus 1. conſulitur, poſtea ad rempubl. vt in dote l. 1. ff. ſol. matrim. in pręſcriptione. quę principaliter eſt inducta fauore pręſcribentis, licet in conſequentiam fauore publico, l. 1. ff. de vſucap.
5 † Quod ſanè diſcrimen inter id quod principaliter, & recta, & inter illud quod minus principaliter, & oblique ſpectatur, facit vt publica á priuatis ſecernātur; & in vniuersū illud ordinari dicitur fauore alicuius, quod principaliter ordinatur, nō aūt ſecūdario, Caſtr. conſ. 159. omnis difficultas. col. pen. n. 6. verſ. illud dicitur lib. 1. Ad quę & illud pertinet, quod generaliter ea, quę ſunt minus principalia non ſpectantur l. 1. ff. de auct. tut. & late habetur per Tiraq. tract. res inter alios acta. ver. ſic & de iure primogen. q. 24. n. 19. l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cert. pet. l. rogaſti. (in illis verbis, & maxime.) ff. eod vbi Bal. glo. in l. pretor in pri. in ver. meum ff. de eden. facit l. ſi quis decidens §. vlt. ff de libe. lega. & ibi Bart. h. ſic & ſemper denominatio fieri debet ab eo, quod primo, & rectà ſit. l. ſi ſeruus communis. ff. de ſtipul.

ſtipul. ſeru.
Vt igitur aliquo diſcrimine ſecernãtur pu-
6 blica priuatis optima ratione † diuiditur om
ne ius in publicum, & priuatum l. 1. §. huius
Studij. ff. de iuſt. & iure. §. fin. inſtit. eod. Nam
ius ſecundum Philoſoph. ethic. 5. redditur aut
vni ſuppoſito, aut plurium ſuppoſitorum col-
lectioni. Hinc ius publicum, & ius priuatum.
7 Priuatum id dicitur, quod ad ſingulorũ † vti-
litatem principaliter, & primo pertinet. Nam
priuatos dicimus, qui ſinguli ſunt, & priua-
tum quod ſingulorum. Si quidem priuati di-
cuntur ſingulares perſonę Abb. in c. ſi dili-
genti. not. 3. de foro compet.
8 † Cæterùm quod non pertinet ad vtilitatem
ſingulorum id publicum eſt, & opponitur pri-
uato. Vnde dicitur publicum quaſi populicum
hoc eſt populi ius, vt priuatũ id dicitur, quod
eſt priuatorum, hoc eſt ſingulorum. Bart. l. 1.
9 ff. ſolut. matrim. ex quibus plane † videri po-
teſt id publicum rectè dici, quod in quolibet
priuato adfert vtilitatem. Nam ius publicum
dicitur, quod communiter omnibus patet, ac
quod ad burſam publicam pertinet Bart. in
rubr. C. de iure fiſci lib. 10. Priuatũ autẽ id di-
citur, quod in ſuo particulari caſu adfert pri-
uatam vtilitatem. Quæ Theorica eſt Cyni,
& eam adfert: & ſequitur Ange. in d. l. 1. §. hu-
ius Studij n. 6. In qua re & illud ſciendum eſt,
quod vbi lex reſpicit ſolum commodum pe-
cuniarium, & patrimonium, priuatum tunc
ſemper in dubio videtur ſpectare principali-
ter priuatum fauorem, quamuis iuſtum illud
vniuerſale, quod a lege determinatur, & quod
de vniuerſis conſtituitur cedat etiam in pu-
blicum fauorem l. 2. & ibi Bart. in fi. ff. ad mu-
nicip. in l. 1. oppo. 4. ff. ſol. matrim. Aret. conſ.
2. col. fin. Tiraq. de iure primigen. q. 24. num.
19.
10 † Et ſi quis forte contenderit nullum dari
ius priuatum, cum omne ius appelletur publi-
cum vt l. 2. C. ne vx. pro marit. l. 1. ff. ſi aduer-
ſus fiſc. l. amiciſſimos in fi. ff. de excuſ. tut. l. 1.
verſiculo ſecundo capite l. quod de bonis §.
5. ff. ad l. falcid. l. patronus ff. de tutel. l. ex ſen-
tentia. ff. de teſtam. tute. Quo etiam ſpectat
quod inquit ille apud Terent. in Phormion.
An ne id quidem adipiſcor ego quod ius
publicum eſt? Quo etiam ſenſu dicimus iuri
publico minime denegandum eſſe, cum nullis
legibus derogari liceat, ſiue illæ ad ſtatum
reipubl. ſiue ad ſingulorum vtilitatem perti-
neant vt in d. l. quod de bonis §. 1. Quinimò
Cic. in partit. orat. voluit ius aliud eſſe publi-
cum, aliud priuatum; publicum vt lex, Senatus
conſultum, foedus: priuatum Tabulæ, pactum
conuentum, ſtipulatio. Vndè ſatis conſtat le-
gem eſſe quid publicum, neq; inueniri legem
priuatum, niſi ſit pactum aliquod, vel conuen-
11 tum. † Verùm ſciendum eſt leges rectè dici
ius publicum, cum ſint omnes pro communi
vtilitate conſcriptæ c. erit diſt. 4. ibi, nullo
priuato commodo, ſed pro communi vtilita-
te conſcripta; legumq; natura ſit, vt de vni-
uerſis conſtituantur l. iura ff. de legib. finis
quippè omnium legum eſt communis vtilitas
§. quia vero veriſimile. ver. oportet. auth. de
non alienan. Vnde Cic. de legib. lib. 2. ita in-
quit, conſtat profectò ad ſalutem ciuium, ci-
uitatumq; incolumitatem, vitamq; omnium
quietam, & beatam conditas eſſe leges: Nam
lex eſt vniuerſalis, atq; de vniuerſis conſtitui-
tur l. 1. ff. de conſt. princ. & proinde non aliam
magis, quam publicam quærit vtilitatem l. iu-
ra ff. de legib. Atq; ſemper ordinatur ad com
mune bonum Bald. in Auth. habita col. 3. C. ne
fi. pro patre. Qua ratione fortuni. Garci. in
l. 1. §. huius Studij ff. de iuſt. & iur. improbat,
eam ſententiam nimirum, quod lex interdum
principaliter condita ſit ob publicum fauorẽ
interdum autem fauore priuato principali-
ter. & per conſequentiam publico fauore.
Quoniam omnis lex principaliter eo ſpectat,
vt publicæ conſulet vtilitati c. erit. c. factæ
diſtinct. 4. D. Thom. 1. 2 q. 90. arti. 2. Conar. c.
quamuis. par. 2 §. 1. n. 5. ver. Cæterum. Hincque
rectè admonet Plato, vt reipublicæ præfecturi
duo teneant præcepta: vnum vt ciuium vtili-
tatem tueantur; & quodcunq; agunt, ad eam
referant obliti commodorum ſuorum. Alte-
rum vt totum corpus reipub. curent, ne dum
12 partem tuentur, totum deſerant. † Cõſtat
itaq; omnes leges conditas eſſe ex cauſa pu-
blicæ vtilitatis, vt habetur in proem. inſtit. in
prin. & in l. 1. in princ. C. de nouo Iuſtinian. C.
cond. compon. Barbatia conſ. 12. col. 4. verſ.
item doctrinalib. 1. ſemperq; ſaltem in con-
ſequentiam, idcircò in legibus verſatur fauor
publicus, quia prouidet ſubiectis Ange. conſ.
13 387. col. 3. Nam legiſlatores † Secundum
Philoſoph. in moralib. in legib. condendis
primum conſiderant iuſtum quod ipſi deci-
dunt, & quod vti commune bonum de uniuer
ſis conſtituitur, & hoc ſemper communẽ om-
nium reſpicit utilitatem, proprieq; dicitur
iuſtum, quod ſemper eſt uniuerſale. Deinde
ſpectatur id iuſtũ, quatenus agitur, & ad actum
reducitur, quod proprie dicitur ius reſpiciens
non ſemper communem utilitatem ut ipſum
iuſtum, ſed tunc demum reſpicit publicum fa-
uorem, cum ad illum refertur, & tunc dicitur
ius publicum, ut priuatum, cum ad priuatam
commoditatem principaliter refertur. Quod
14 igitur dicitur † omne ius eſſe publicum id ac
cipiendum erit de iuſto uniuerſali, quod sẽ-
per communẽ omnium continet utilitatẽ. &
reſpicit commune bonum ius verò ut agitur,
referi poteſt tam ad priuatam ſingulorum vti-
litatem, quam ad publicam, ac proinde ius di-
citur publicũ cũ in uniuerſum primo cõducit,
& priuatũ vti priuatim prodeſt, licet ex eo con
ſequatur etiã publica utilitas, & quamuis quod
conſequitur in uniuerſum proſit. Præterea
cum dicitur ius publicum eſſe, intelligitur de
ipſa

ipsa lege disponente, quę & utendi facultate, & utilitate publica est. Cum uerò dicitur ius aliud esse publicum, & aliud esse priuatum, id ita accipiendum erit, ut sit ius dispositum a lege quo sensu dicimus tuo iure, meo iure; & hoc tūc demum dicitur publicum, cum in eo agitur principaliter de communi utilitate. Cęterum si agatur de singulorum utilitate

15 priuatum dicitur. † Et ideò nulla lex reperitur, quæ sit priuata. nisi intelligamus de pactis, ut per Cic. de partit orat. Neq; de lege dici potest, ut ea sit mea uel tua, vt dicitur de iure, quod meum, uel tuum dicitur. Et ità intelligitur l. 1. §. huius Studij. ff. de iust. & iur.

16 † Publice utile, uel è re publica esse dicitur quattuor mod. ut uoluit Bar. in l. 1. col. 5. ff. solut matrim. Tu die utilitatem publicam bifariam tantum accipi primo, & principaliter, vel per consequentiam. Nam quod primo modo dicitur quid publice vtile esse est propriè publica vtilitas, licet minus principaliter ea respiciat singulorum commodum; secundo

17 modo † quod inquit Bart. de Cam. fiscali, id verius dicitur vtilitas priuata l. 2. §. hoc interdictum. ff. ne quid in loco publ. l. 1. §. hæc autem omnia C. de cad. toll. vbi Camera fisca lis dicitur vtilitas priuata, si quidem priuata censetur inspecta persona principis. Neq; vtilitas publica propriè, & primo ea dicitur quæ respicit commodum pecuniarium fisci Bart. l. ambitiosa col. 5. vers. nec obstat. ff. de decret. ab ord. faci. Aretin. in l. si conuenerit ff. de pignorat. act. Vbi enim lex respicit commodum pecuniarium, & patrimonium priuati dicitur primo, & principaliter respicere priuatam vtilitatem Socin. consf. 77. in prefeoti consultat. col. pen. lib. 1. Crauett. cons. 511. nu. 9. Tiraq. de Iure primogen. q. 24. num. 19. vers. quia in dubio per tex in l. 2. & ibi Bar. in fi. ff. ad municipal. Et quamuis dicatur ius fiscale pactionibus lædi nequaquam posse l. inter debitorē ff. de pact. tamen id cauetur non quia illud ius publicum censeatur, sed vt ius alterius est, cui pactum, & remissio alterius nocere non debet, vt not. Cuiac. in d. l. inter debitorem. Tertius vero & quartus modus est vtilitas publica, quæ oblique, & in consequentiam ad publicū pertinet, veluti q od publice interfit mulieres esse dotatas; vel ne quis re sua male vtatur.

18 † Ex ijs igitur concludendum est ius omne publicum esse, aut priuatum, quod ad singulorum vtilitatem pertinet, & quod ad singulorum vtilitatem non pertinet protinus ita ac-

19 cipiendum erit, vt sit publicum. † Et licet alij plures modos constituant, tamen duobus modis tantum quid dicitur publicum; primò & principaliter, & quod in vniuersum primò, & rectá publicæ rei inseruit, quamuis in consequentiam singularibus personis id communicetur, atq; ad illas separatim producatur.

Deinde publicum quoq; dicitur minus propriè, cuius vtilitas principaliter confert singulis et quoq; publice vtilis est; si quidem publica priuatorū vtilitas est, & publica sed per consequentiam. Et ideò ne quis re sua male vtatur singulorum interest principaliter; sed obliquè, & minus principaliter interest quoq; reipublicæ vt faciliùs onera reipublicæ subire possit.

Itaq; ius publicum, & priuatum ex vtilitatibus, vt illæ ad vnum, vel ad alterum primo, & rectá pertinent certè metimur. Vt autem

20 cognoscatur, † quando dicatur lex principaliter respicere publicam vtilitatem, attēdi debet ipsa lex, an id expresse dicat, vel colligatur præfatione legis, aut statuti vt per Bar. in l. si quis pro eo ff. de fideiuss. vbi considerat statutum, in quo erat præfatio, vt ciuitas abūdaret ciuibus, seu agricolis. Deinde inspici debet, an lex quoad uniuersum principaliter respiciat publicam vtilitatem, licet etiam respicere possit priuatam, vt per Bar. in l. ambitiosa col. 4. ff de decret. ab ord. faci. vt quādo fit statutum, vt occurratur rixis, & discordijs nam licet inimicitiæ tēdant principaliter ad damnum priuatorum, tamen videntur quoq; principaliter tendere ad publicam quietem. Vel quando statutum concedit immunitatem forensibus, qui venirent ad habitandum in ciuitate non enim est verisimile, quod statutū id decreuerit principaliter fauore forensium, licet vere fauor respiciat principaliter eorum commodum, sed principaliter propter vtilitatem ciuitatis, vt ciuitas abundet habitatoribus. Alcia. c. cum contingat n. 91. de iureiur. Tertio licet vtilitas principaliter sit priuatorum, tamen si lex interpretabitur publicam esse vtilitatem principaliter, erit censenda publica principaliter. Alcia. d. c. cum contingat n. 93. Sed an eo casu operetur iuramentū dicā infra. Quarto aut priuata vtilitas separari nō potest a publica, & tunc censeri debet publica

21 vtilitas, vt dicam postea. † Postremò vbi sumus in dubio regula est, quod quando agitur de cōmodo pecuniario, seu patrimoniali, tūc lex videtur respicere commodum priuatorum principaliter l. 2. in fi. vbi Bar. ff. ad municipal. fac l. 3. §. fin. vbi Bar. ff. de libe. lega. Alciat. d. c. cum contingat. n. 90. Et licet lex, vel statutū aliquando possit respicere æq; principaliter duos fines scilicet publicū, & priuatū, prōndeq, hoc casu æq; principaliter dicatur concurreri, & fauor publicus, & priuatus, vt per Bart. in l. ambitiosa. ff. de decret. ab ord. fac. Tamen in dubio lex, vel statutum respiciens solum commodum pecuniarium, & patrimoniale priuatorum dicitur personaliter respicere fauorem priuatorum; tametsi secundario respiciat publicum l. 2. ad fin. & ibi Bar. ff. ad municip. Bart. & alij in l. 1. ff. solu. matrim. tex. & in l. 3. §. fin. & ibi Bar. ff. de libe. lega. & ita declarat Aret in. cons. 2. intellecta, nu. 18. vers. item

item licet statutum. & idē inquit Socin. cons.
77. n. 18. vet. item licet lib. 5.
22 † Itaq; publica sunt a priuatis separata contra eorum opinionem, qui existimat in ijs nō
dari separationem, cum singuli sint pars, &
membra corporis. Inde cōsequitur aliud esse
publicum, aliud priuatum, cum publicum sit
ius quasi populicum, & totius populi vniuersim, & coniunctim; non etiam singulorum; pri
uatum verò sit singulorum, & cuiuis ex populo. Vnde ius, quod est populi, seu publicum nō potest dici singulorum, & quod est sin
gulorum non potest dici vt sit populi, aut publicum.
23 † His iuribus ita discretis fit vt non liceat
priuatis renuntiare iuri publico l. ius publicum ff. de pact. Nam iure publico non possunt
priuatæ personæ derogare d. l. ius publicum,
& ibi Bart. & Bald. & Ias. Ancharan. cons. 221.
distutiendum n. 3. l. fin. ff. de suis, & legit. Bar.
q. 1. Lucanę n. 11. Ias. l. nemo pōt n. 4. lectu. 1. ff.
de leg. 1. cap. si diligenti de foro compet. Dalner. de var. iur. renunt. c. 9. & pactum super iure publico non valet. Bal. l. iurisgentium §. si
paciscar n. 2. ff. de pact. Sanè quoties pactum
est remotum a re priuata seruari non debet
d. l. iuris gentium §. si paciscar. l. Si vnus. §. pacta. ff. de pact. Duarē. de pact. cap. 4. n. 4. cū seq.
Vnde licet gl. in rubr. C. de decret. decur. lib.
10. asseueret id fieri posse per pactum. quod
pōt fieri per statutū, tamen per pactū nō derogatur iuri publico, vt dictum est, cum per
statutum derogari posit iuri publico. Abb.
d. c. si diligēti col. 1. not. 3. Sed vt explicatius
24 declaretur supradicta conclusio. † Sciendum est ius publicum considerari dupliciter.
primo modo ius publicum dicitur ratione
auctoritatis. Altero modo ratione interesse
gl. in d. l. ius publicum, & in §. 1. Instit. de excus.
25 tut. † Publicum auctoritate dicitur omne
ius, nempe quia omne ius inuitos tenet gl. in
26 d. §. 1. † Ius publicum vtilitate dicitur, quod
inducit publicum interesse. Publicum autem
interesse dicitur illud quod est a re priuata remotum. Itaq; quod interesse non est priuatum, id protinus dicitur publicum. Et quoniam ius, quod consistit in sacris, Sacerdotibus, & Magistratibus l. 1. §. ius publicum ff. de
iustit. & iure vel in punitione criminum l. ita
vulneratus ff. ad l. Aquil. cum simil. non potest
dici priuatum, ideo id ius dicitur publicum,
atq; politicę supponitur Bal. in l. 1. num. 17. ff.
27 sol matrim. † Iuri ergo, quod est auctoritate publicum nemo potest derogare, tametsi
ius inducat beneficium quodpiam priuatum
fauorem respiciens; si quidem renuntians beneficio a iure inducto non derogat auctoritati iuris, sed suo priuato fauori a iure introducto. Vbi autem ius est vtilitate publicum, tūc
illi renuntiare non potest. Nam ius publicum
non pertinet ad priuatos, ergo priuatæ personæ non possunt renuntiare iuri, quod ad ipsos minime pertinet, aut quod non fuit inductum ad suam vtilitatem principaliter l. 2. §.
quia veremur C. de Iureiur. prop. calum. ibi,
quia non pro commodo priuatorum. Illud
etenim certum est, quod renuntiatio eorum,
quæ pertinent ad publicam vtilitatem non
debet reipub. nocere, neq; ei preiudicium fieri debet ex alterius renuntiatione Bal. d. l. iuris gentium. §. si patiscar. Quoniam igitur ius
publicum pertinet ad collectionem plurium
personarum, & ad rempublicam, ideo respublica potest derogare, ac renuntiare iuri publicę vtilitati. Bar. l. nec ex pretorio ff. de reg.
iur. Hinc fit potestas statuendi aduersus ius
commune, vt alibi dixi.
28 † Itaq; vbi lex, vel statutum inductum est ob
publicam vtilitatem dicitur ius publicum.
Ancharan. cons. 221. num. 3. Ius autem publicum inductum ob publicam vtilitatem tolli
non potest ex priuatorum dispositione. Ancharan. d. num. 3. & pactum contra publicam
vtilitatem non valet Ias. d. l. iuris gentium, §.
si pacisCar. num. 2. pactumq; priuatorum non
valet in præiudicium eorum, quæ publico fauore sunt statuta Abb. d. c. si diligenti not. 3.
& in vniuersum pactum a re priuata remotum
non est seruandum, vt inquit tex. in l. si vnus,
§. pacta in fi. ff. de pact. Namque in bursa priuatorum nō sunt renuntiatione non tolluntur
Sola. in comm. in constit. antiq. glo. prima super. prima parte decret. malitijs titulo de
29 donati. num. 13. in fin. Itaq; † regula est,
vt ijs, quæ ob publicam vtilitatem statuta fuerunt renuntiare minimè liceat d. l. 2. §. quia
veremur, & ibi notat. Bart. & alij glo. magistra. in §. quia vero. vers. Senatuscon. auth. vt
sine prohibit. matr. l. ius publicum: & ibi
Doct. ff. de pact. l. inter debitorē ff. eodem l.
priuatorum Cod. de iurisd. omn. iud. d. l. iuris
gentium §. si paciscar. qui tex. ad id quotidie allegatur, vt per Curt. Iun. ibi l. de die
ff. de pactis dot. not. in c. si diligenti de foro
compet. Bal. in c. P. & G. nu. 9. in fi. de off. deleg. doct. in l. pen. C. de pact. vbi Dec. num. 19.
Alciat. num. 26. Felin d. c. si diligenti num. 19.
Cuman. cons. 59. in fi. Gozadin. cons. 88. statutum. col. fin. vers aut aliquid lucretur. Siluan.
cons. 40. num. 12. lib. 1. Niconitius in repet. l.
quoniam contra num. 931. de probatio. vbi
plures citat Surd. cons. 318. num. 8. Neq; dubium esse potest quempiam renuntiare non
posse ei, quod fauore publico principaliter est
introductum. Roman. Cons. 273. clarum est n.
2. ver. plane, De eo enim quod ad publicam rē
magis, quam ad familiarem respicit pacisci nō
possumus d. §. si paciscar. facit l. filiusfam. §.
veterani ff. de procurat. iuncta. l. milites C. locati. Sane in ijs, quę publicam respiciunt vtilitatem potest iudex suplere de facto, quando quidem non operatur partium consensus. no.
Bal. in l. filiusfamilias §. veterani not. 2. ff. de
30 procurat. † Quare pacto actiones publicæ
remit-

remitti non possunt d.l.iurisgentium §.si paciscar cum seq.l.3.§.fi. ff. ad l.Iul. de vi publica l.si vnus §.pacta ff.de pact.licet.n.vbi de crimine publico transigitur,& actio remittitur, non tantum ciuilis actio, verum etiam criminalis remittatur,tamen per huiusmodi remissionem nó impeditur Magistratus,quo minus vindictam criminis expetere possit Bar. l. 1. §.vsq; adeo nu.1.ff. de iniur.per l. 1. §. qui cetu;§.qui vacantem ff.de vi publ.d.l.iurisgentium.§.si paciscar.Ias. & doct.in l.transigere
31 n.4.C.de transact. Nam quod † pœnam meretur non potest,et fici impunibile pactis priuatorúq́m idest cótra publicá vtilitaté,secus quo ad pœná applicádá parti.Moron.de fœd. treug.& pace q.107.n. 8. Vnde nó potest fieri pax, & concordia de Maleficio quoad pœnam fiscalem Bald.d.§.si paciscar. Nam conuentio priuatorum in pœnis definiendis nihil prodest.Cuiac.obs.lib.16.cap. 14.num.10. & pactum, quoad pœnam fisco debitam non valet Bald. tract. de statu. ver. iudex iudicare num.6.cum seqq. Nam huiusmodi pactum dicitur contra publicam vtilitatem quoniam licet in delictis principium fundetur in offenso,tamé finis fundatur in fisco d.§.si paciscar, Grammat.decis.37.in fi.Non igitur remissio quoad pœnam publicam delicti, valet autem non exigatur pœna conuentionalis parti applicanda.Moron.de pace.q.107.num. 8.Grámat.d.decis. 37. in fi.Præterea partes priuatæ non possunt conuenire,vt delictum non sit delictum l.iurisgentium. §. siue maleficium cum §.seqq.ff.de pact.Cataldin. de Syndicat.n.15. vbi inquit non valere pactum,vt iudex non teneatur stare sindicatui. Iniuriarum tamen,
32 & furti † actiones remitti possunt l. si vnus §.illud.ff.de pact. quoniam hęc crimina publica non sunt,sed priuata,quinimo de his pacta facta ipso iure tollunt actioné l.si vnus §.pactne peteret ff.de pact.§.1.Inst. d except.Vnde
33 potest quis † etiam pace sequuta non obstante bannitum occidere, quia per pacem non potest remitti ius publicum Bal. d. §. si paciscar, & ibi Ias. Corne. cons.217. circa fin. lib.1.cons.175.lib.eo. Imo si quis pactus sit de repub.alij nihilominus admittútur. Cuiac.d.l. si vnus§.a re priuata ff de pact.& obseru.lib.1.
34 c.24.Qua ratione† etiam pœna calumnię remitti non potest Rube.l.pen. §. ad crimen n. 240. ff. de publ. iud.& potentię præstandę satisdationis de opere demoliendo renunt. nó potest quoniam respicit publicum decorem vrbium,& proinde publicum fauorem. Socin. cap.cum ex iniuncto num.120. de op.nou.nút,
35 Sic etiam † dispositio legis emanatum ad occurrendum fraudib.dicitur facta ob publicam vtilitatem cui renuntiari non potest doct in l.nemo potest ff.de legat.1.Cald. cós. 13.in fin.alias. 10.de vsur.Bald.cons.378.num. 3. vsq; ad fin. lib. 3.Roman.cons.403. pro decisione num.21. Vnde constit.Mediol. tit. de probat. §. & quia plerumq; fuit vt occurratur falsitatibus, & ob publicam vtilitatem ideò illi renuntiari non potest vt per Plor.
36 cons.94. num. 18. Ratione † item publicæ vtilitatis fauori agriculturæ renuntiari non potest l. 2.l.quemadmodum C. de agric.& censit.lib. 11.Publica quippe vtilitas, quæ pertinet ad agrorum culturam facit, vt illius fauore prohibita, renuntiatione minime tollantur. Vnde cum agriculturę fauore, ac proinde publico prohibitum sit ne quis possit vendere prędium retentis colonis culturę ipsius prædij vt habetur in d.l.2.atq;non possit quis vendere colonos originarios,vel rusticos,censitus sine ipso fundo, vt in d. l. quemadmodum,ideò non valet renunriatio d.l.2. & d.l. quemadmodum.Couarr.d.c.quamuis pactum par.2.§.1.num. 2.Io. Annib.in repet.l. nemo pôt nu.561. ff.de leg. 1. neq; pôt valere huiusmodi renuntiatio etiam cum iuram. Vasq; de success.creat.lib.3.§.28.limitatione 32.num. 22. Ad hoc speciale vt quis in re sua minime possit etiam arbiter,& moderator,& non possit quis renuntiare huic dispositioni;etiam cú iuramento, illa affertur ratio, vt id suadeat fauor colendi agros quorum cultura est publicè vtilis, vt per Andream de Baruto in d.l. 2. Et quoniam ob publicam vtilitatem ea dispositio inducta videtur. Io.Annib.d.l.nemo pôt Nam reipubl maxime interest, ne agrorum cultura deseratur, quę deseri tunc facile pôt. cum separantur coloni a prędijs. Vasq; dicta limitatione 32.& alias seo per agricultura est fauorabilis, vt plura de eius laude cumulat Cassanet.in catalog. glor mundi par. ij. consideratio.37. Hæc igitur prohibitio vti publicam respiciens vtilitatem principaliter non firmatur etiam iuramento,vt per Couarr.d.§. 1.num. 2. post Bart.in l. si quis pro eo num. 8. ff.de fideiuss.vbi citat dictas leges,&Bart.ibi est communiter receptus,ut per Vasq ac Couarr.dictis locis. Sed,& non potest renuntiari dispositioni l. Senatus ff. de contr. empt.l. cætera ff. de leg. 1.l. properandum C.de iud.
37 Couarr.ibid.num.3.4. Iuri † quoq; fisci circa onera,vel tributa soluenda renuntiari non potest toto titulo C. sine censu, vel reliqui l. inter debitorem ff.de pact.l.semper.§.condu
38 ctores ff.de iur. immunita. Qua † ratione cauetur Constit. dum Mediol. tit de onerib. §. eoq; amplius ne possit fieri conuentio, vt alienaus teneatur pro bonis alienatis onera sustinere,& acquirentes ab oneribus indemnes conseruare. Sed,& † iuri publico. quod consistit in potestate Magistratuum renuntiari non potest pacto priuatorum, nisi quatenus lex confirmat renuntiationem l. si conuenerit ff de iurisd. omn.iud. Corne. cons. 209.num.23.lib.2.Quamobrem sententia nulla licet conualidari possit in vim pacti, tamen

ex cn-

ex consensu partium conualidari non pote-
rit, vt sententia. Nam id fieri debet iure pu-
blico Magistratus, cuj renuntiari non potest
Abb. cons. 92. contra sententiam in prin. lib.
40 1. Publicæ pręterea † honestati nullo modo
derogari potest, cum sit vnum ex præceptis
iuris l. 1. §. iuris pręcepta ff. de iust. & iur. facit
tex. in l semper ff. de ritu nuptiar. c. iuuenis. c.
ad audientiam de sponsa. est pulcher tex. &
ibi not. Bal. in l. quod ex liberta ff. de oper. li-
ber. & facit quod scribit Castren. cons. 424.
ad primum in fi. lib. 2. & cons. 251. uisa. lib. 1,
vbi ciuis non potest renuntiare statuto pro-
hibenti ciuem fideiubere pro forensi. Quan-
doquidem id respiciat publicam ciuium vti-
41 litatem. Extenduntur prædicta † maximè
procedere quando ex renuntiatione singula-
ris personæ de aliquo corpore, aut collegio
derogaretur honori, aut decori totius corpo-
ris, ac collegij. Nam si concessum fuerit pri-
uilegium cuipiam ordini corpori, aut colle-
gio, ob illius honorem, & decorem, non pote-
rit singularis persona de eo corpore, aut col-
legio renuntiare priuilegio, ne ex ea renun-
tiatione sequatur dedecus, & iniuria cæteris,
ac vniuerso corpori. tex est, ac ibi gl. in l. ne
quis C. de ord. voc. diuer. iud. vbi personæ sin-
gulares ex corpore legatorum prohibentur
prouinciales suscipere functiones etiam vo-
lentes, neq; renuntiare possunt. cuius ratio ēt
vt per glo. ibi in verbo. vt ambientibus, quia
per renuntiationem fieret iniuria toti ordi-
ni suo. Couarr. in cap. quāuis par. 2. in prin. n.
9. cum seq. de pact. lib. 6. Guter. de contract.
iurat. cap. 16. de priuilegio num. 52. 53. Socin.
cap. peruenit. num. 154. de senten. excomm. &
num. 386. cum seq. Corne. cons. 314. col. 1. nu.
2. Nam certum est honorem, vel dedecus sin-
gularium personarum ex aliquo corpore, vel
collegio ad cæteros item pertinere, Cum sin-
guli sint pars ipsius collegij l. cum scimus
circa fin. ibi cum enim pars quodammodo
corporis eius. C. de agricol. & censit. lib. xj.
quam legem ad hoc expendit ibi Bart. ad id
quod, iniuria facta uni ex aliquo corpore, vel
consortio censetur facta omnibus. Nam pu-
blici iuris esse dicitur, quicquid ad dignita-
t s, Magistratus, & ad eorum ordines spectat
Bart. l. 1. C. de dignitat. lib. 12. plures cirat. De
cian. cons. 19. num. 40. ver. sexto præsupposi-
to lib. 3. Hinc iuri publico, quod respicit ius
totius ordinis clericalis renuntiari non pōt.
cap. contingit de sent. excommunicat. & quis
non potest renuntiare ordini suæ dignitatis
cum publici juris sit. Decian. cons. 19. nu. 40.
Hincque non potest quis renuntiare præce-
dentiæ sibi competenti ratione ordinis, vel
dignitatis cap. fin. dist. 99. l. 1. Cod. vt digni-
tat. ord. seru. lib. 12. Decian. dicto loco. Qua-
re etiam Collegium recte agere potest pro
iniuria illata vni collegiato, vt respondit Ol-
drad. cons. 61. quem sequitur Pert. Leander
42 tract. de priuil. doct. q. 71. par. 4. Qua † ra-
tione sapienter constitutum fuit ex constit.
dom. Mediolani tit. de pœn. §. si quis non pro-
uocatus, quod iniuriam inferens doctori de
Collegio puniatur in aureis 200. pro medieta-
te Collegio ipsius doctoris, & altera fisco ap-
plicanda, & quod procedi possit tam ad of-
fensi querelam, quam collegij. Quod decre-
tum seruari testatur Boss. in sua praxi tit. de
iniur. num. 35. ver. non omitto ēt. Vnde nō
potest Iudęus renuntiare publico Iudęorum
priuilegio Bal. l. nulla num. 5. ff de legib. Neq;
poterit nobilis renuntiare priuilegio, quod
43 habet † ne in carcerem detrudatur ob æs
alienum quoniam hæc renūtiatio esset in ma
ximum dedecus cęterorum nobilium, vt per
Guter. de contract. iurat. cap. 16. num. 52. ver.
3. pro hac opinione Couarr. d. cap. quamuis
44 parte 2. num. 9. † Qua ratione etiam non
potest clericus renuntiare priuilegio canonis
si quis suadente diab per tex in c. contingit
1. de sent. excomm. & ibi not. Felin. quoniam
id inductum fuit fauore clericalis dignitatis
Guter. d. cap. 16. num 53. Socin. dicto. cap. per
uenit num. 154. de sent. excomm. & ibid. num.
45 386. cum seq. Non potest † similiter cle-
ricus renunt. priuilegio quod habet, ne corā
judice laico conueniri possit, quoniam hoc
priuilegium concessum fuit ordini clericorū
c. si diligenti de foro compet. ibi toti colle-
gio ecclesiastico. Cuius ratio est, quoniam
priuilegia clericis concessa intelliguntur fa-
uore, & ratione ecclesię concessa, non etiam
fauore ipsorum priuatorum, ita not. Bart. in l.
non plures. per illum tex. C. de sacr. sanct. eccl.
ibi Fulgos. num. 2. not. in l. si quis in conscribē-
do, & ibi Angel. C. de pact. Butri. in cap. tuæ
fraternitati. in fi. de aposta. Roland. cons. 4.
col. 1. lib. 1. merito clericus renuntiare non
potest, ne iniuria fiat ordini clericorum Re-
mig. de Gonny. de charit. subsid. q. 61. num.
36. Alberic. de stat par. 2. q. 2 nu 25. & ideo nō
potest renuntiare foro ecclesiastico. auten.
statuimus. C. de Episcopis, & cler. & not. in d.
cap. si diligenti. Nam clericus renuntiando
foro, vt possit conueniri coram Iudice laico,
certè derogat dignitati, ac reuerentię totius
ordinis clericorum, cūm non possit Secularia
tribunalia absq; dedecore totius ordinis fre-
quentare, ac apud ea litigare Couarr. d. c. quā
uis parte 2. in princ. num. 9. Imo priuilegium
fori difficilius remittitur, quam priuilegium
canonis, quod satis patet ex cap. si iudex lai-
cus de sent excomm. lib. 6. vbi per mutationē
habitus, & depræhensionem in crimine non
perditur priuilegium fori, sed priuilegium ca
nonis cap. cum non ab homine de iudic. &
priuilegium fori emanauit a iure diuino cap.
si imperator 96. dist. Innoc. & Host. in cap. 2. de
maior. & obed. priuilegium autem canonis
emanauit a iure positiuo. Sed, & præsbyter nō
potest renuntiare iuri, quo prohibitum est, ne
ostiatim

ostiatim mendicet, quandoquidem id prohibetur ratione totius ordinis, atq; fauore publico totius ipsius ordinit est introductum. Calder. conf. 220. in fi. col. 1. ver. non obstat si dicatur de vita, & honest. cleric. Similiter cum clericus habet priuilegium, ne iuramentum prestet in manibus laici non potest huic priuilegio renuntiare, neq; potest sponte in manibus ipsius laici, cum hoc beneficium sit introductum ob reuerentiam clericatus Rimiuald. Sen. conf 385 num. 41.

Non potest etiam clericus renuntiare immunitati; ne teneatur soluere onera Remig. de gonny. tract. de charit. subsid. q. 61. ampliat. 1.

Neq; poterit renuntiare benef. c. Odoardus Guter. de contract. iurato c. 17. n. 34. sed de his omnibus speciatim tractabimus suis locis.

Sed quod dixi singularem personam ex aliquo collegio non posse renuntiare his, quę inducta sunt ad honorem, & decorem ipsius collegij declara, vt posit maior pars renuntiare bonori inducto fauote totius colleg. Abb. cap. cum inter canonicos. num. 9. de electione, ac cap. cum omnes n. 157. de constit.

Intellige quoq; vt prędicta procedãt quãdo ex renuntiatione sequeretur actus contrarius priuilegio qui actus esset dedecori toti ordini, ac corpori, secus si ex renuntiatione nullũ dedecus, aut ignominia collegio inferatur Corn. conf. 214. col. 2. vers. non enim obstat lib 2.

Sed vt institutum nostrum sequamur suprascripta conclusio quod quis non potest renuntiare iuri publico, extenditur, vt procedat etiamsi inde ad singulos commodum publicũ perueniat Felin. d. c. si diligenti num. 19. vel etiam siue publica vtilitas sit principaliter siue secundario. Not Bart. in l. pen. C. de pact. l. ius publicum. ff. eo.

46 † Hoc tamen interest, quod vtilitas publica sit principaliter, vel secundario; quoniam

47 vbi est publica † principaliter, tunc illi renuntiari non potest etiam cum iuramento not. in d c. si diligenti. Bart. in l si quis pro eo ff. de fideiuss. in l. iurisgentiũ §. si paciscar ff. de pact. in l. seius ff. ad l. falcid. in l. ius publicũ ff. de pact. vbi Paul. de Castr. not. in l. 2. C. de Agri. & ceusit. lib. xj. Abb. d. c. si diligenti not. 4. Visitarin. in repet. l. 1. num. 50. ff. solut. matrim. Vasq. de success. creat. lib. 3. § 28. num. 21. Ias. in auth iubemus num. 8. C. de Iudic. in l. nemo potest lect. 2. num. 85. ff. de leg. 1. in l. 1. num. 29. ff. solut matrim. Guter. tract. de actib. iudi. iurat. cap 5. num. 8. Annib. in repetit. d. l. nemo potest num. 482 Couarr. d. c. quamuis §. 1. nu. 1. Garci. de vlt. fin. iur. num. 363. Socin. Iun. conf. 17 num. 1. lib. 1. Maxime. n. interest, vt inquit Ias. in l. 1. ff. solut. matrim. ob renuntiationes cum iuramento vtrum vtilitas publica sit principaliter, vel secundario. Alçia. c. cum contingat num. 89. de Iureiur. Quemadmo-

48 dum † in iuramentum non valet in præiudicium tertij, ita non tenet in præiudicium iuris publici, quod non est suum ipsius renuntiantis cum ius publicum non sit singulorum. Alciat. d. c. cum contingat num. 56. ac vt iuramentum tantum iuranti nocere debet, non etiã alteri, ita iuramentum non firmat actum contra publicam vtilitatem. c. cum contingat in fi. de iureiur. Couarr. d. c. quamuis par. 2. §. 1. num. 1. vers. nam vtcumq; actus. Nam quia iuramentum non obligat ad illicita ideo iuramentum præstitum contra dispositioné legis fauore publico inductam non obligat iurantem Abb. d. c. si diligenti num. 4 Quapropter mihi non probatur ea opinio. Bologuet. in l. nemo potest num. 214. ff. solut. matr. quod renuntiari possit cum iuramento etiam iuri inducto ob publicam vtilitatem principaliter, modo iuramentum non respiciat ius inductum ob bonos mores.

49 † Cæterum si vtilitas sit priuata principaliter, sed in consequentiam, & minus principaliter publica, illi renuntiari poterit cum iuramento c. cum contingat. de iureiur. doct. in l. 1. ff. sol. matrim. vbi Ias. num. 39. vers. 3. adde. Paul. de Cast. l. ius publicum ff. de pact. Rolan. conf. 25. num 10. lib. 2. Roman. conf. 437. in [illegible] Tennin. cautela 202 num. 4. Guter. in repet. l. nemo potest num. 137. & num. 472. ff. de lega. 1 Seraphin. de priuil. iuram. priuil. 76. num 3. Vnde legi tum demum renuntiari potest, cum ea continet principaliter priuatum fauorem, licet Secundario contineat publicum fauoré Rom. conf. 151. num. 1. Barbat. conf. 12. num. 1. Vbi vtilitas est priuata principaliter, quamuis lex interpretetur, vt sit publice principaliter illi tamen renuntiari poterit cum iuramento. Secundum Imolam, quoniam in iuramento attenditur forum veritatis, & conscientiæ, non etiam legis interpretatio; vel etiam hoc casu vbi priuatam vtilitatem principaliter lex interpretatur publicam principaliter iuramentum tenebit, sed absolutio concedi poterit, quoniam lex canonica non vult tertio prçiudicare. Alcia. dict. cap. cum contingat num. 94. Ex his igitur componi facile potest ea antinomia inter illud, quod communiter traditur, quemlibet renuntiare posse legibus pro se introductis, vt late supra dictum est supra renunt. 1. & inter illud quod dicitur omnem legem esse factã principaliter ob vtilitatem publicam, cui renuntiari non potest. Nam hęc controuersia ita tollitur. Quod. n. posterius dicitur intelligi sane oportet de ea lege, cuius vterq; finis tam secundum ordinem intentionis, quam secundum ordinem executionis est publica vtilitas. Quod vero quemlibet renuntiare posse legib. pro se introductis, procedit cum finis primus est vtilitas priuata secundum ordinem executionis, vt per Nauarr. in c. cum minister 23. q. 5. n. 29.

50 † Si autem ius partim communi vtilitate statutum fuit, partim ob priuatum commodum, tunc considerandum erit illum publi-
51 cum separari possit a priuato. Nam † priuato commodo, quod separari potest a publico renuntiari potest non minus, quam iuri concernenti priuatam vtilitatem tantum. l. iurisgentium §. si paciscar ff. de pact. Bartol. l. si quis in conscribendo, & ibi Salic. Cod. de pact. Quapropter renuntiatio valebit, quatenus respicit commodum ipsius renuntiantis, Iuri autem publico renuntiari minime potest Abb. d. cap. si diligenti nu. 7. & ibi Felin. num. 20. de foro competenti Gozadin. cons. 70. num. 8. Cum igitur publicæ admixta est priuata vtilitas, vt valeat renuntiatio inspicitur num publica separari possint a priuata. Paul. de Castr. d. l. ius publicum. Bart. l. penult. C. de pact. Curt. l. transigere num. 40. Cod. de transact.

52 † Diuersum est vbi lex continet vtilitatem, quę separari non potest, tunc. n. iuri etiam priuato renuntiari non potest. Felin. d. cap. si diligenti num 16. & num. 20. vers. modo aduerte de foro competent. Arctin. cap. veniens num. 64. de accusat. Dec. l. si quis in conscribendo num. 28. C. de pact. Io. Annib. in repet. l. nemo potest num. 547. ff. de leg. primo. Nam fauori priuato ita coniuncto cum publico, vt ab eo separari non possit, renunciari non potest, l. de die ff. de pact. dot. quod procedit etiamsi vtilitas priuata consideretur principaliter. Bar. l. ius publicum ff. de pact. per d. l. de die sic, & quoniam falcidia, quę respicit tam fauorem publicum, quam priuatum, ideo illi renuntiari non potest l. quod de bonis §. 1. l. Seius, & Augerius ff. ad l. falcid.

53 † Similiter vbi concurrit publica, & priuata vtilitas æq; principaliter, veluti si statutum æquiparet aliquo casu priuatam publicę, hoc casu huiusmodi statuto renuntiari non potest. Barbat. consil. 72. num. 6. lib. 2. Si quidem quoties publica, & priuata vtilitas in eodem subiecto concurrunt, attenditur publica, & secundum eam regulatur dispositio l. fin. in fin. C. de cad. toll. Bart. l. 3. opposit. 4. ff. sol. matrim.

54 † Sed certe ego in ea sum sententia, vt renuntiari possit etiam sine iuramento legi respicienti principaliter fauorem priuatum, quamuis ex eo consequatur publicus fauor, isq; etiam inseparabilis. Nam quota quæq; lex reperitur, quę non respiciat commune bonum, siue principaliter, siue ex consequentia. Et ideo si vera esset illa opinio quod iuri respicieti fauorem publicum etiam minus principaliter renuntiari non potest, nullius omnino legis renuntiatio permitteretur, cum omnes leges semper respiciant commune bonum, & conditæ sint ex causa publicæ vtilitatis; & ita voluit Io. de Anania in reper. l. ius publicum ff. de pact. Roman. consil. 151. præfati consultoris col. 1. Barbatia consil. 12. col. 4. vers. & si quispiam lib. 1. in cap. si diligenti de foro competenti. Et in cap. nonnulli in princ per illum tex. de rescript. Felin. in rub. ext. de præscription. col. 6. & in d. cap. si diligenti num. 20. vers. modo aduerte. Curt. iun. in l. si quis in conscribendo num. 26. vers. circa hanc quartam fallentiam. C. de pact. Planè renuntiatione iuris priuati, quod principaliter respicit ipsa lex non derogatur iusto vniuersali, quod videtur respicere semper commune bonum. Nam quamuis priuati renuntient dispositioni alicuius legis non propterea id, quod vniuersaliter lex determinat, desinit esse iustum, neq; iccirco derogatur communi vtilitati, quam semper lex respicit, sed renuntians priuat se solum suo iure priuato, quod priuatam ipsius tantum respicit vtilitatem. Nec dicendum est tum fauori priuato renuntiari non posse, cum is ita cum publico coniunctus est, vt ab eo separari non possit, quoniam quod principaliter, & rectà spectat lex id semper attenditur, vt iam dictum est, & facile distinctione eius, quod fit principaliter, vel in consequentiam discernitur publica vtilitas a priuata. Et quamuis publica, & priuata sint adeo inter se coniuncta, vt difficilimè hæc ab illis internoscantur, tamen aliud debet esse publicum, & aliud priuatum nimirum, vt is censeatur publicus, vel priuatus fauor, qui primo, & rectà non etiam minus principaliter, & obliquè specta-
55 tur. Nec obstat † huic sententię l. de die cum ll. seqq. ff. de pact. dot. per ea, quæ dicam alibi, vbi dicam renuntiationem non prohiberi ratione publicæ vtilitatis, vel quia agatur de donatione inter virum, & vxor. sed quia obstat renuntiationi fragilitas mulieris, vt ibi dicam.

56 † Ex quibus, vt concludamus, apertissimè constat duplicem tantum in præsenti materia spectari vtilitatem nempè publicam, seu priuatam primo, & rectà, vel minus principaliter, & obliquè. Quare si ea fuerit principaliter publica excluditur renuntiatio, cum minime fas sit priuatis tollere ius publicum, & proinde ius alterius. Si vero fuerit priuata principaliter permittitur renuntiatio, quoniam agitur de iure suo ipsius renuntiantis.

57 Non † obstat deniq; quod prohibetur alienatio, & obligatio fundi dotalis, & doris ex l. Iulia de fundo dotali, & ex auth. siue a me. C. ad velleian. cum tamen ibi agatur principaliter de priuata mulieris vtilitate, & minus principaliter de publica. Quia non ideo prohibetur alienatio, obligatio sine mulieris consensus in illis casibus, quia id auxilium respiciat etiam principaliter publicam vtilitatem, si quidem hæc ratio non impedit re-

nuntiationem, sed quoniam ll. voluerunt occurrere fragilitati mulierum, vt diserte habetur in l. unica §. & cum lex. C. de rei uxor. actione Insti. quibus alien. liceat in fin. princ. Vnde quæ fragilitas obstare potest obligationi, & consensui mulieris, eadem etiam obstare poterit renuntiationi, & utriusq; tam obligationis, & consensus, quam renuntiationis eadem potest esse leuitas atq; l. doli uers. diuersum ff. de nouat. Vt hinc facile cognoscas glo. Inst. quibus alien. lici. in princip. vers. neque consentientibus non rectè censuisse, dum inquit speciale idcircò ibi esse, vt quis non possit renuntiare fauori suo, quia etiam reipublicæ interest l. 1. ff. solut. matrimon. l. de die ff. de pact. dot. Nam hæc ratio non est uera, quia fauor publicus; qui consideratur minus principaliter non potest prohibere renuntiationem, vt dictum est, sed ibi ideo prohibetur mulieris cõsensus, quia tam in consensu, ex eius fragilitate, & inconsulta leuitate lędi mulier potest quam in principali obligatione. Vbi igitur mulier prohibetur præiudicare sibi in dote, & deteriorem suę dotis conditionem facere, id non fit ratione publicę vtilitatis, sed ne eius fragilitas illi noceat, tam in principali obligatione, quam in consensu, quod & referri potest etiam ad intellectum dict. l. de die, & d. l. Attilicinus; vbi non volumus intelligere ibi esse prohibitũ pactũ vti inducens donationem inter virum, & vxorem, vt supradictum fuit. His accedit nam si oblatio, & consensus mulieris prohibetur etiam ratione publicæ vtilitatis minus principalis, cur nocet secundus consensus mulieris, & vt in auth. siue a me, C. ad Velleia., sed dicendum est secundum consensum mulieri iccirco nocere, quia is deliberatus est, & proinde cessat mulieris præsumpta fragilitas, & inconsulta leuitas, cum tamen is consensus minimè tollere posset fauorem publicum, vbi is obstaret.

58 † Supradicta tamen declara, quod licet iuri publico non possit directe renuntiari tamen valebit pactum iuratum, ut non posit allegari nullitas, & si allegetur incurratur pœna. Alex. conf. 32. opportune num. 4. cum seq. vers. sed præmissis non obstantibus lib. 8.

VIII. RENVNTIATIO IVRIS MORALIS.

SVMMÆ.

1 *Præceptorum moralium Romanos obseruantes fuisse.*
2 *Iustitia duplex vniuersalis, & particularis.*
3 *Glo. in l. pen. ff. de iusti. & iure.*
4 *Boni mores.*
5 *Bonis moribus contrarium.*
6 *Leges efficiunt homines bonos.*
7 *Philosophia moralis.*
8 *Renuntiationem aduersus bonos mores non valere.*
9 *Homo disponitur ad honestum a iustitia vniuersali.*
10 *Leges introducta ex honestate.*
11 *Renuntiatio inuitans ad delinquendum non valet.*
12 *Renuntiatio auferens reuerentiam debitam.*
13 *Renuntiatio auocans ad operibus charitatis, & pietatis.*
14 *Renuntiatio contra libertatem matrimonij, vel testandi.*
15 *Lex, statutum, vel consuetudo aduersus bonos mores.*
16 *Renuntiatio aduersus bonos mores non firmatur iuramento.*
17 *Bonos mores tripliciter considerari.*
18 *Boni mores ex iure naturali.*
19 *Fieri aduersus bonos mores secundum ius canonicũ quid dicatur.*
20 *Aduersus bonos mores secundum ius ciuile, quæ dicantur.*
21 *Renuntiatio aduersus bonos mores ciuiles.*
22 *Renuntiatio aduersus bonos mores naturales, vel secundum ius canonicum.*
23 *Renuntiationem aduersus bonos mores etiam ciuiles non firmari iuramento.*
24 *Bonos mores eos dici, qui naturali rationi congruunt.*
25 *Bonos mores dupliciter considerari.*
26 *C. non est obligatorium de reg. iu. lib. 6.*
27 *Renuntiatio aduersus bonos mores peccatum non inducens firmatur iuramento.*
28 *Bonorum morum distinctio communiter tradita reprobatur.*
29 *Renuntiatio aduersus bonos mores quando iuramento firmetur.*

Ræcepta moralia, vt inquit Diu. Thom. 1. 2. q. 100. artic. 1. sunt de his, quę ad bonos mores pertinent. Horum autem Romanĩ adeo obseruantes fuerunt, vt Deus quamuis eum non colerent, eorum augeret imperium D. August. de Ciuita. Dei. libr. 5. cap. 12. Namque vt tradit Diu. Thom. de Regim. Princ. lib. tertio, cap. quarto, Rom. pro-

1 propter leges disponentes † ad obseruantiam
bonorum morum meruerunt iustum domi-
nium. Hinc D. August. d. lib. 5. c. 15. hoc meri-
tum dixit esse mercedis temporalis, quod
Deus ipse reddit secundum bonos mores ui-
uentibus. Enimuero lex iubet, & probitatem,
2 & equitatem. Vnde † recte iurec. consul. tradit
ius esse artem boni, & equi. Hincq; fit, ut du-
plex sit iustitia uniuersalis, & particu-
laris, ut tradit Philosoph. in libro Ethi-
cor. Illa disponit hominem ad honestatem,
& bonum, hæc disponit ad priuatum com-
modum, ut ius suum unicuique tribuatur.
Et cum tria sint iuris præcepta honeste viue-
re, alterum non ledere, ius suum cuiq; tribue-
re, primum pertinet ad uniuersalem iustitiam,
quæ quidem est virtus perfecta ambitu suo
3 complectens omnes morales virtutes. † Neq;
cum glo. in l. penult. ff. de iust. & iure. Sentiendū
erit, quæ voluit præceptum de honeste viuē-
do ordinare hominem ad se ipsum, alia vero
duo ordinare ad alterum. Nam lex non iubet
esse bonum ad se ipsum principaliter, sed ad
commune bonum. Itaq; ius naturale docet
esse æquum, & præterea bonum, si quidem ex
hoc proficiscuntur boni mores. Cui conso-
nat, quod scribit Cic. de Inuent. lib. 2. dum
inter iura naturę numerat religionem, pieta-
tem, gratiam, vindicationem, obseruantiam,
veritatem, &c.
4 Plane boni mores ij sunt, qui cum natura,
vel iure gentium coniuncti, ex illis sequuntur
id quod natura rectum, & honestum est; Quę
aduersus hæc fiunt, aduersus bonos mores fie-
5 ri dicuntur. Quocirca, cum ex iure naturæ
non debeamus eorum mortem optare, qui-
bus successuri sumus, festinare, & inire statue-
re de hæreditate viuentis, quam ex legibus
naturæ deferatur, est contra bonos mores:
ideoq; aduersus ius gentium l. quidam, §. ...
ff. de donatio. ibi. aduersus bonos mores: &
aduersus ius gentium testmasset. Ex quibus
plane constat ea esse ex bonis moribus, quæ
honeste, & secundum rectam rationem fiunt;
contra vero si quid turpiter, vel minus hone-
ste fiat, id fieri dicitur aduersus bonos mores
l. filius ff. de condit. institu. vbi ita scribitur.
Nam quę facta lędunt pietatem, existimatio-
nem, verecundiam nostram, & vt generaliter
dixerim, contra bonos mores fiunt, nec face-
re nos posse credendum est. Et cum lex ex
Arist. Ethic. lib. 10. c. 9. iubeat probitatem,
certe videtur contrarium prohibere hoc est
ne quid aduersus bonos mores fiat; leges ergo
6 maxime. Cupiunt, vt † homines boni effi-
ciantur l. 1. in prin. ff. de iust. & iure; idipsū
7 hortatur philosophia moralis; Verum † hæc
docet, qua ratione possit quis moralibus vir-
tutibus imbui, vt euadat bonus simpliciter, &
ideo consequatur felicitatem; leges autem iu-
bent, vt quis sit bonus ad alios, atq; ad com-
mune bonum. Porro ciuilis disciplina homi-
nem ex philosophia virtutibus imbutum su-
scipit edocens illarum vsum ad alios moralis
disciplina studet, vt efficiantur uiri boni; le-
ges autem, vt sint boni ciues, atq; iuste agant
secundum virtutes; siquidem iustitia ipsa, quę
est finis legum, virtus est ad alium, & aggrega-
tum quoddam ex omnibus virtutibus. Nam
ecce lex præcipit, vt miles sit fortis in peri-
culis pugnæ contemnendis; nec non tolerans
laborum, dum fugientibus, desertoribus, ac
emansoribus pœna indicitur l. 3. l. non omnes
cum. §. seq. ff. de re militari. Verum lex iu-
bet hæc, non vt ea præstare sit virtutis, forti-
tudinis, sed iustitiæ ad alterum hoc est ad
rempubl. vel ad principē, Imperant, & conti-
nentiam et leges; quę sunt de adulterijs, vel
de stupris coercendis, & hoc ideo ne sequa-
tur iniustitia; sic continentia mulieri viduæ,
ne intra tempus luctus nubat, nulla alia ratio-
ne iniungitur, quam ne marito, & familiæ
eius fiat iniuria turbatione sanguinis, quę ob
festinantiam matrimonij sequi potest l. libe-
rorum. ff. de his, qui notantur infamia. Itaq;
cum lex præcipit aliquid fieri secundum vir-
tutem, vel non fieri aduersus bonos mores, id
ad iustitiam semper referendum erit, nimirū
vt ex vsu virtutum in hominum societate re-
cte vibatur. Quare optima ratione Iurecons.
in l. 1. in fi. princ. ff. de iust. & iur. ita inquit ve-
ram ni fallor philosophiam non simulatam
affectantes. Namq; nostra iurisprudentia
vera est philosophia maxime conducens ad
bene viuendum in ciuili societate, quæ bonos
nos efficere conatur non propter nos ipsos
tantum sed, etiam ad commune bonum, non
solis verbis, & rationibus vt philosophia mora-
lis, sed ijs rebus, quę sunt potentiores nempe
premio, & pœna. Vnde optima ratione apud
Cic. in l. de orat. legis 12. tabularum omnibus
philosophorum bibliothecis anteponuntur.
Sane ex legibus, quæ bonos mores prescribūt
boni fiunt ciues quod, & vult Arist. Ethic. lib.
vlt. cvult. dum inquit eam, qui bonus futurus
est bene educatum, ac bonis moribus assuefa-
ctū esse opportere, uerum ad assuefactionem
ac bonam institutionem comparādam exigi
legem ipsam, quæ cogit homines uiuere se-
cundum bonos mores. Iam nemini dubium
esse potest quin Iuris prudentia nostra sit uera
philosophia præstans philosophiæ naturali,
quę non conducit ad bene uiuendum, nec nō
philosophiæ morali quæ non cogit ad uiuen-
dum secundum bonos mores, sed rationibus
hortatur; non ad commune bonum, sed ad bo-
num priuatum tantum ipsius uiuentis secun-
dum uirtutes.
8 † Aduersus autem bonos mores nulla est re-
nuntiatio aut conuentio l. ex eo instrumento.
C. de inutil. stipp. ubi rex ita inquit cum om-
nia, quæ contra bonos mores, uel in

 pactum,

7 pactum, vel in stipulationem deducuntur, nullius momenti sint. Et idem habetur in l. pacta, quæ contra Cod. de pact. l. conuenire ff. de pact. dot. Felinus in cap. si diligenti num. 20. vers. sexto fallit de foro competenti. Et optime facit l. libertorum C de testi. ex quo tex. adnotat ibi Fulgos. renuntiationes aduersus bonos mores non valere, & notat Roman. in l. alia §. eleganter in princ. ff. solut. matrimon. & tradit Dalner. de var. io renuntiat. cap. 12. Quinimo cum quæritur num renuntiatio valeat, an id minus tria potissimum sunt inspicienda; & primo videndum est de potestate ipsius renuntiantis, deinde an ius, cui renuntiatur sit inductum solo renuntiantis fauore. Postremo an renuntiatio sit aduersus bonos mores, vt pulchre concludit. Paul. de Castren. in l. pen. Cod. de pact. in fin. & ibi Ias. Sane quemadmodum non valet renontiatio vel pactum contra leges; ita neq; valebit aduersus bonos mores, vt not. doct. in d. l. pacta, quæ contra. Et vbicumq; ius disponit circa obseruantiam bonorum morum renuntiatio, & consensus partium nihil operatur, quoniam illud non est in potestate paciscentium, sed ipsius iuris. Costant. Roger. de protestatio. §. 6. num. 17. ver. postre
9 modico. Horum ratio est euidens. † Namq; homo disponitor ad honestum, & ad bonos mores a iustitia vniuersali quę dirigitur ad commune bonum, non etiam ad bonum priuatum, quod vnicuiq; tamquam priuato debetur, vt iustitia particularis.

10 † Porró legibus introductis ex honestate derogari non potest. Siquidem id, quod est honestum vtiq; bonum est. Hinc Cic. in paradox. inquit: quod rectum, & honestum, ac cum virtute est, id solum opinor bonum. Nam honestum intelligimus, quod tale est, vt detracta omni vtilitate, ipsum possit iure laudari. Et ideo omnis pactio, quæ deuiat ab honestate dicitur contra bonos mores, proindeq; non valet etiamsi fuerit iurata capit. non est obligatorium. de reg. iur. libr. 6. etenim cum dispositio d. l. libertorum respiciat bonos mores, nempe, vt libertus ferre non possit testimonium contra patronum, certe ipse patronus non poterit renuntiare dispositioni d. l. libertorum, quę disponit non principaliter fauore patroni, sed circa obseruantiam bonorum morum glos. in d. l. libertorum, & ibi Fulgos. Nam quemadmodum dicimus eas renontiationes, & pactiones contra leges esse, quibus fieri paciscimus, quod leges vetant, vt not. in l. pacta quæ contra C. de pactis. Ita ea pacta aduersus bonos mores esse dicimus, quibus paciscimur, vt fiat; qood vetant boni mores. Hinc sicuti non valet renuntiatio, seu pactum aduersus leges, ita neq; aduersus bonos mores. Nam & in his, in quibus quis habet liberam dispositionem renuntiatio non valet, vbi ea est aduersus bonos mores l. fin. C. de pact. Calderin. consil. 96. versic. aut illius iuris. alias 1. de pact. licet enim quis regulariter renuntiare possit iuri suo, tamen id non procedit cum renuntiatio est aduersus bonos mores glos. in l. alia §. eleganter, & ibi Bartolus oppo. 1. ff. solut. matrimon. Nec vero renuntiationes quę de re familiari sunt, seruantur omnes, sed quę non habent turpitudinem; atq; bonis moribus sunt consentaneę d. l. pacta quæ contra. Vnde licet regula sit, vt vnusquisq; possit renuntiare iuri suo l. penult. Cod. de pact., tamen ea fallit, vbi renuntiatio esset contra bonos mores. Odofre. in l. alia, §. eleganter ff. solut. matrimon., & ibi glo. & Bart. in princ. Ius ergo inducens bonos mores icciréo remitti non potest quia eius omissio, & renuntiatio continet turpitudinem Cumanus in dicto §. eleganter.

11 † Ex quibus sane fit, vt non valeat renuntiatio ex qua quis inuitaretur ad delinquendum l. conuenire vbi Bald. ff. de pact. dot. l. si vnus. §. si illud, & §. pacta quæ turpem ff. de pact. l. promittendo ff. de iure dot. Calderin. d. cons. 96. Feder. de sen. cons. 184. in fin. Namq; renuntiatio fieri dicitur contra bonos mores, quoties ex ea quis inuitatur ad delinquendum, vt per Odofre. in d. l. pacta, quę contra.

12 † Qua ratione etiam alter coniugum renuntiare non potest exceptioni, qua illi consultum est ne conueniatur supra, quam facere possit l. alia. §. eleganter ff. solut. matrimon. Namq; vt ibi dicitur contra bonos mores id pactum esse melius est dicere. Quippe cum contra receptã reuerentiã, quæ maritis exhibenda est, id esse apparet. Sic & improbatur ea conuentio, vt seruus in Domini caput interrogari possit l. seruos. C. de question. id n. est aduersus eam reuerentiam, quæ Domino exhiberi debet. Et generaliter renuntiatio, per quam aufertur reuerentia cuipiam personæ iure naturę debita est contra bonos mores, atq; ideo improbatur d. §. eleganter. vbi Bartol. Bald. & Paul. de Castr.

Hinc quoq; iuri reuerentiali renuntiari nõ potest Felin. d. cap. si diligenti num. 24. & dicam infra renunt. proxima. Præterea renuntiatio alimentorum inter patrem, & filium, vti aduersus bonos mores non valet. Bar. in l. si quis a liberis §. parens ff. de libe. agnos. Sic quoq; renuntiari non potest ne arbitri sententia ad boni viri arbitrium redigatur, quippe cum doli mali ansam arbitro id præstare videtur Doct. in ap. Quintauallis, de iureiur. Bart. in l. societatem §. arbitrorum. ff. pro soc. & in leg. pen. Cod. de arbitr. Felinus in d. cap. si diligenti num. 22. Sed & renuntiari non potest legi reprobanti pactum legis commissoriæ in pignoribus, quo-

niam

niam sic adiuuatur crimen, & voracitas fœneratorum l. fin. C. de pact. pigno. Nam & videmus, quod futura ingratitudo remitti minime potest l. fin. C. de reuoc. donat. Roman. singul. 222. Felin. in d. c. si diligenti num. 25. vers. quintum corrolarium. Item dolus futurus nō potest remitti, neq; valet conuentio, ne dolus prę stetur l. contractus ver. excepto. ff. de reg. iur. l. si vnus. §. illud. ff. de pact. Quibus accedit, quod testator renuntiare non potest facultati conueniendi tutorem ad reddendum rationem administrationis Felin. d. c. si diligenti num. 26. ver. septimum corrolarium, vbi ait neq; remitti posse inuentarij confectionem. Atq; vt tollatur occasio discordiarum renuntiari non potest libertati prouocandi ad diuisionem l. in hoc iudicium §. si conueniat ff. commu. diuidun. solet quippe communio parere discordias l. cum pater §. dulcissimis ff. de lega. ij. Contra bonos mores pręterea dicitur renunriatio de hered. viuentis l. fin. C. de pact. Bart. cons. 8. factum tale n. 3. lib. 1. Couarr. in c. quamuis in initio par. 2. ver. sexto de pact lib. 6. facit quoq; quod dispositioni l. de bis ff. de transact. renuntiari non potest. Bart. in l. qui romæ §. duo fratres q. 2. & q. 5. ff.
13 de verb. obl. Quibus † adde quod non valet ea renuntiatio, vti aduersus bonos mores, qua quis auocatur ab operibus charitatis, vel pietatis, veluti si quis renuntiauerit futurę paci cum inimico, vel transactioni futuræ c. qui Sacramento. 22. p. 4. Namq; non valet cōuentio de non transigendo, quippe quia ea ratione pax impeditur. Caccialup. tract. de trāsact. q. 23 decis. perus. 18. num. 43. parte prima, vel de non subueniendo indigentem c. innocens 22. q. 4. & maxime fratrem, vel parentes. C. inter cætera 22. q. 4. sic quoq; renuntiatio facultatis fideiubendi vti aduersus charitatē non valet. Odd. de restit. in integr. q. 54. nu. 5. & generaliter nemo renuntiare potest, ne implicat opera charitatis, vel pietatis. Selua de iureiur. p. 3. q. 1. num. 23. Guter. de contract. iu
14 rat. cap. 22. Quibus † adde quod renuntiatio contra libertatem matrimonij non valet, quippe cum matrimonia debeant esse libera, & coniugum amor virtute, atq; officijs prouocari debeat l. titia ff. de verb. oblig. l. titio centum § .ij. ff. de condit. & demonst. Nā contra bonos mores est renuntiationibus, & pactis matrimonia adstringi, atq; eorū libertatem impediri. Qua ratione quoq; improbatur renuntiatio facultatis reuocandi testamentum, quando ea fit aduersus testandi libertatem, atq. ideo aduersus bonos mores l. stipulatio hoc modo ff. de verb. obl. Couarr. in cap. quamuis pactum parte 2. nu. 3. Sed de his omnibus, & alijs videbimus sigilla im suis locis. Ergo vbicūq; ius introductū est ob honestatē id vtique tolli renuntiatione minime potest quoniam huiusmodi renuntiatio videtur esse aduersus bonos mores. Bal. l. 1. num. 18. C. qui bon. ced. poss. Addit. ad Mathesilan. singular. 108. num. 3. Mainer. in l quo tutela num. 122. ff. de reg. iur. Porro præceptum illud iuris de honeste viuendo; de quo in §. iuris pręcepta Instit. de iustit. & iure non refertur ad priuatum commodum, sed ad commune bonum,
15 vti subiectum vniuersalis iustitię. Quia † quibus casibus renuntiari non potest cuipiam dispositioni inductę ad obseruantiam bonorum morum, de illis neq; fieri poterit lex, statutū, vel consuetudo, si quidem lex debet esse honesta c. erit autem lex dist. 4. Namq; valet argumentum, quod fieri nō potest renuntiatione, vel pacto, id neq; fieri poterit per statutum, legem, vel consuetudinem. Euerar. in topic. in loco a pacto ad legem num. 10. & quod renuntiatione eo, fieri non potest, quia est contra bonos mores, id neq; statutum facere potest. Tiraquell. de legib. connub. glo. 5 num. 95. Nam a pari procedunt aliquid induci posse statuto, vel pacto, quando est contra bonos mores Alex. consilio 129. numero 14. libro sexto.

Est itaq; concludendum renuntiationem aduersus bonos mores nullius esse momenti. Quam conclusionem extende procedere eti-
16 amsi renuntiatio sit iurata. † Nā renuntiatio aduersus bonos mores non firmatur iuramento, quandoquidem actus bonis moribus contrarius non firmatur iuramento cap. non est obligatorium, de reg. iur. lib. 6. Bart. l. si quis pro eo num. 6. ff. de fideiuss. Couarr. c. quamuis pactum par. 2. in princ. num. 1. de pact. lib. 6. sed vt intelligamus quando renuntiatio aduersus bonos mores firmetur iuramento,
17 sciendum † est, quod boni mores, quos lex præcipit vt homines boni efficiantur, tripliciter considerantur, nempe secundum ius naturale, secundum ius canonicum, vel secun-
18 dum ius ciuile. Boni mores ex iure naturali dicuntur illi, qui vbiq; & apud omnes gentes, vti tales obseruantur. & quod fit aduersus hosce mores dicitur natura turpe. Secundum ius canonicum id fieri dicitur aduersus bonos mores, quod inducit ad peccatum mortale, vel ven iale glo. est not. in c. si vero de iureiur. doct. in l. pacta, quæ contra C. de pact. Dec. in l. fin. num. 31. C. eodem Couarr. in cap. quamuis pactum par. 2. in princ. de pact. lib. 6. Curt. iun. l. si tibi §. filiafam. nu. 12. ff. de pact. Menoch. cōsil. 1. num. 168. Bursat. conf. 136. n. 84. Nam committere peccatum, vel veniale est aduersus bonos mores c. nunc autem ver. quæ autem sunt 25. dist. Curt. in d. l. pacta quæ contra num. 7. Guter. de contract. iurat. c. 6. n. 15. Secundum † ius ciuile id aduersus bonos mores dicitur, quod non est natura malum, vel quod non est in honestum apud omnes gētes, sed ex more aliquorum tantum l. probrum ff. de verb. signifi.

21 † Sic Itaq; discretis bonis moribus conclu-
dendū etit,quod 1enuutiatio aduersus bonos
mores etiam ciuile1 non valet ea potissimum
ratione,quod boni mores non inducuntur ex
more ciuitatis priuato faunre,sed ad commu
ne bonum ciuilis societatis, cui priuatim re-
nnntiari non potest. Verum renuntiatio ad-
uersus hosce mores confirmatur iuramento,
22 vt mox dicam, multoq; minus rennntiatio
aduersus bonos naturales, vel secundum ius
Canonicum valet. Nam neq; iuramento con-
firmarur.Bald. in l.pactum dotale C. de collar.
in l.pactum, quod dotali C. de pact.in l.pacta,
quæ contra C. eodem. Alex.cons.7. num.9.li.
6.Abb.in c.cum contingar.num.5.& ibi Imo-
la.num.33.de iureiur.Paul.de Castr. in d. l.pa-
cta quæ contra Corne. cons. 294. lib. 4. & hæc
opinio est communis, vt per Couarr. in dicto
cap. quamuis parte. 2. in princip. & idem in-
quit Vasq. de succeff. lib. 3. §. 28. limitat. 32.
num. 9.
23 † Non desnut tamen, qui voluerunt nullam
esse constituendam differentiam inter bonos
mores;Sed indistincte renuntiationem aduer
sus bonos mores vel ciuiles non firmari iura-
mento. Nani,secundum eos,boni mores sim-
pliciter dicuntur, qui a ratione natnrali pro-
ceduut, & ab illa rationem habent. Quapro-
pter quoties lex ciuilis censet quid esse con-
tra bonos mores, sentit item illud esse turpe,
& a naturali ratione alienum.Et ita tenet Co-
uarr. in dicto cap. quamuis par.2.in prin.For-
tun Garci.de vlt.fiu.iur.illatione 20.Supradi-
dictam quoq. distinctionem reprobat Cassa-
ne in consuetud. Burgund.rub.4. §.7. num.6.
Sed, & aliam distinctionem tradir Vasq. d. §.
28.limita. 32.num.10. quam videre poteritis,
ne si omnia retulerim, sim longior. Namq; in
eo omnes conneniunt. quod actus, qui aduer-
satur bonis moribus naturalibus, seu canoni-
cis non potest iuramento firmari. Sed dubiū
est circa bonos mores ciniles,vt inquit Castr.
in d.l.pacta,quæ contra,nonnullis existiman-
tibus constituendam, esse differentiam inter
mores ciuiles,vel naturales,vel canonicos, a-
lijs vero contrarium sentienribus, vt placuit
fortun. Garci. & Couarr. quos supta citaui,&
voluit Alcia. cap. cum contingat nnm. 77.de
jureiur. Er circa hanc difficultatem breuiter
concludit Dyn.iu cap. non est obligatorium.
de reg.iur.lib.6.quod omne pactum prohibi-
tum propter sui turpitndinem,& quod vbiq;
turpe censetur, vti contra bonos mores non
firmatur iuramenro. Vbi vero renuntiario,
seu pactum est aduersus bonos mores ciuiles
tantum, non etiam naturales seu Canonicos
tnm potest firmari iuramento. Neq; est in-
conueniens, quod quid possit esse contra bo-
nos mores ex solo more ciuitatis, non etiam
natura, atquæ quod qnid censeatur apnd ali-
quos contra bonos mores, & apud alios non
item sit per Vasq. d. §. 28. Cæterum quoties
agitur de bonis moribus naturalibus. vel ca-
nonicis,tunc certum est renuntiationem non
firmari iuramento.

Quare quoties ius ciuile censet quid esse ad
uersus bonos mores tunc inspiciendum erit
an illud sit item aduersus bonos mores natu-
rales, quoniam hoc casu iuramentum non o-
peratur, si vero non fuerit etiam aduersus bo
nos mores natnrales iuramētū operatur; quā
doquidem hoc casu ius canonicum pro salute
animæ consultius esse existimat seruari iura-
mentum, vt per Seraph. priuileg. iuram.20.
Ex quibus recte infertur renunriationem ad-
uersus bonos mores naturales,seu canonicos
non valere. Vnde si iuramentum non opera-
tur, multo minus operabitur renuntiatio, cū
valeat argumentum negatiuè a iuramenro ad
renuntiationem vt per ferrar. in for. libell. cō
tra plures reos deben. in glo. statutis. in fi. Et
hæc sunt, quæ communiter a doctor. rradun-
tur circa distinctionem bonorum morum,sed
mihi placet,vt aliter distinguamus bonos mo
res;idq; ex sententia D.Thomæ.par.2.q.100.
24 art. primo. Tu † dic igitur bonos mores
eos dici,qui rationi natnrali congrnunt. Hinc
quæ præcepta ad bonos mores perrinent, ea
ad legem naturæ pertinent. Siquidem om-
ne rationis humanæ iudicium aliqualiter a na
tnrali ratione deriuatur. Et ideo Couarr. in
cap.quamuis pactum par.2 in prin. voluit eos
bonos mores simpliciter censeri,qui a natnra
li ratione procedunt, atq; ab ea rationem
habenr,proindeq. bonos mores ciuiles, & ca
nonicos baud distingui a bonis moribns na-
turalibus;quare ex his satis constat omnes bo
nos mores esse naturales. Nam apud vnum-
quemq; reperies hanc legem naturæ honestā
& secundum bonos mores imperantem, &
25 contraria prohibentem. Horum † autem
quidam adeo sunt expliciti, vt eos statim,per
se ratio naturalis dijudicer,atq.quilibet cum
modica consideratione facile approbet.
Alij autem sunt, qui subtiliori rationis consi-
deratione a sapientibns indicantnr. Vnde
hos considerare non est cuiuslibet. Boni mo-
res primo modo accepti ita ad honestatem
pertinent, vt actus illis contrarius contineat
turpitudinem Couarr.dicto loco ver.secundo
hinc constar, atq. sit peccatum l. generaliter
eum l.seqq.ff.de verb.obl. Ius autem Canoni-
cum considerat solum horum obseruantiam,
quandoquidem actus contrarius illis est pecca
rum. Et cap.non est obligatorium de reg.
iur.lib.6.procedit in bonis moribus ita acce-
pris. Vnde Dynus. d. cap. non est obligato-
rium recte concludir non firmari iurameuro
ea,quæ sunr prohibita propter sui turpitudi-
nem. Cuius sane regulę sensum sequitur, &
approbat Couarr. d.loco ver.quarto appater.
Aliud dicendum est de bonis moribus,qui nō
sunr absolute de lege naturæ. Namq. actus
his bonis moribus contrarius,vtiq. iuramen-
to fir-

to firmatur. Hosce bonos mores considerat ius ciuile, non etiam ius canonicum, quoniam actus eis contrarius non inducit peccatum, & proinde iuramento firmatur. Ex quibus fit
26 vt d.c. Non † est obligatorium intelligendum sit de his bonis moribus; vnde homo dicitur bonus, & quorum contrarium inducit turpitudinem atq; peccatum, non etiam de alijs bonis moribus, quorum contrarium non inducit peccatum, ac quos tantum expedit esse in republica, vt ea bene ordinata sit politicè.

27 † Notandæ itaq. sunt duæ regulæ prima est vbi renuntiatio aduersus bonos mores non inducit peccatum, tum ea firmatur iuramento. Altera est vbi renuntiatio aduersus bonos mores inducit peccatum, tunc non firmatur iuramento. Vtraq; regula colligitur ex c. cum contingat. de iureiurando, vbi dicitur ita esse seruandum iuramentum, si iuramenti obseruatio non vergit in dispendiũ salutis æternæ. Et idem habetur in cap. 2. de pact. lib. 6. Hinc a contrario sẽsu colligitur altera regula, scilicet non esse seruandum iuramentum, quoties illius obseruatio vergit in dispendiũ salutis æternę. Vergit autem, quoties actus contrarius bonis moribus inducit peccatum mortiferum, aut veniale.

Prioris regulę ratio illa est, quoniam illius diuinæ maiestatis reuerentia, quam iurando in testẽ adduximus postulat, vt omnino efficiamus esse verum, quod promisimus, si modo, id sine peccato fieri potest, ui illam falsi testem efficiamus. Alterius regulæ ratio autem est, quia nemo obligari potest ad peccatum. Namq. id contradictionem implicat.

Ex his aũt satis constat differentiam non esse constituendam inter bonos mores naturales, Canonicos, & ciuiles. quandoquidem omnes dici possunt naturales, vt qui a naturali ratione procedunt. Distinguuntur autem secundum doctor. idcirco boni mores de iure canonico a bonis moribus de iure ciuili, qui nõ dicuntur contra bonos mores de iure canonico, nisi ea, quæ inducunt ad peccandum, cum de iure ciuili dicantur contra bonos mores etiamsi non inducant ad peccandum. Vnde donatio inter coniuges dicitur esse aduersus bonos mores alia ratione, quam peccati l. 1. ff. de don. inter virum, & vxor. ita Castren. dict. l. pacta quæ contra. Et d. cap. nõ est obligatoriũ non procedit in his, quæ minime inducunt ad peccandum, vt per Castren dicto loco.

28 † Ex quibus vt concludamus, apertissime constat non esse admittendam eam distinctionem bonorum morum, quæ communiter traditur a Doctor. Nam cũ quæritur an renũ-
29 tiatio † aduersus bonos mores firmetur iuramento, an id minus, omissa differenita quę constituitur inter bonos mores naturales, canonicos, & ciuiles, quę potius confundit, quã declarat ita breuiter distinguendum erit.

Aut renuntiatio aduersus bonos mores inducit ad peccandum, & hoc casu non firmatur iuramento. Si quidem iuramenti obseruatio vergit in æternæ salutis dispendium. Aut vero renuntiatio aduersus bonus mores, seu alius actus contrarius bonis moribus improbatur alia ratione, quam peccati, & hunc firmatur iuramento. Quandoquidem hoc casu iuramenti obseruatio non vergit in æternę salutis dispendium. Ceterum renuntiatio siue iuramento aduersus bonos mores, tametsi nõ inducat ad peccatum, non valet, quoniam inducta ad obseruantiam bonorum morum non videntur inducta priuato ipsius renuntiantis fauore &c.

IX. RENVNTIATIO IVRIS REVERENTIALIS.

SVMMA.

1 *Pietas, & obseruantia.*
2 *Patri, & patrono reuerentia debetur.*
3 *Reuerentia exhiberi debet ijs personis, quibus subiecti sumus.*
4 *Reuerentia debetur de iure naturali.*
5 *Reuerentiæ exhibendæ ratio etiam militibus, & rusticis alioquin ius ignorantibus constare debet.*
6 *Reuerentia nõ requirit mandatum eius, cui est exhibenda.*
7 *Reuerentiæ ratione quatuor tribuuntur à iure ciuili.*
8 *Aduersus reuerentiam fieri non potest etiam accedente voluntate eius, cui exhiberi debet.*
9 *Iuri reuerentiali renuntiari minime potest.*
10 *Reuerentia est ex lege naturæ, atque pertinet ad bonos mores.*
11 *Iuri reuerentiali renuntiari non potest etiam cum iuramento.*
12 *Iuri disponenti ne parentes ac patroni in ius vocentur sine venia renuntiari non potest.*
13 *Dispositioni ne qua famosa actio, aut exceptio detur ratione debitæ reuerentiæ renuntiari non potest.*
14 *Mater tutrix an carcerari possit.*
15 *Pater an possit remittere filio vsumfructum, quem habet in bonis aduentitijs.*
16 *Libertus non potest testimonium ferre aduersus patronum etiam volentem.*
17 *Pactum vt seruus in caput domini interrogari possit.*
18 *Maritus non potest renuntiare beneficio ne conueniatur supra quàm facere possit.*
19 *Vxor marito reuerentiam exhibere debet.*
20 *Dispositioni l. ad personas ff. de inreiur. renuntiari an possit.*
21 *Renuntiari an possit tacite d. l. ad personas.*
22 *Ius, quo reuerentia debetur cur remitti non possit.*
23 *Reuerentiæ remissio non venit in generali remissione.*

24 Ec-

24 *Ecclesia exempta ex pacto ab eius Episcopo tenetur etiam illi reuerentiam exhibere.*
25 *Ius reuerentiæ non tollitur consuetudine, aut præscriptione.*
26 *Iuri reuerentiæ tacitè renuntiari potest.*
27 *Pœna commissa ob non exhibitam reuerentiam remitti potest.*
28 *Reuerentia debita ratione contractus.*

D BONOS mores, de quibus suprà diximus, pertinet quoq; ius, quo reuerentia debetur, vt habetur in l. alia. §. eleganter ff. sol. matrim. ideò post ea, quę de renuntiatione aduersus bonos mores diximus, cõsequens est vt de renuntiatione iuris reuerentialis, dispiciamus.
1 Pietas † ergo, & obseruãtia dicuntur esse virtutes annexæ iustitiæ. Nãq; in his cernitur quidem aliquod debitum ad alterum: quod sanè est adeò magnum vt illi satisfieri non possit ad æqualitatem, Diu. Thom. 2. 2. q. 80. artic. vnico. Pietas est, qua colimus parentes, qui post Deum sunt pręcipui authores ortus, & educationis. Sanè ratio, quam pietas respicit est debitum illud, quod erga parentes habemus. ꝙ tale est, vt exhaurire illud nequeamus, reddendo illis æquiualens, iuxta sentẽtiam. Arist. Ethic. li. 8. cap. 14. Ergo post Deum homo maxime debet parentibus, proindeq; ad pietatem pertinet cultum exhibere parentibus. Diu. Thom. 2. 2. q. 101. artic. 1. consistit autem hic cultus inter cætera in re-
2 uerentia parentibus exhibenda. Cùm † etenim pater sit superior, & quasi principium filij existat, merito debetur ei a filio reuerentia. Diu. Thom. d. q. 101. artic. 2. Vnde Cice. lib. 2. de inuentio. quem D. Tho. refert, inquit quod pietas exhibet, & officiũ, & cultum, cultus aũt refertur ad reuerentiam; cùm officium ad obsequium referatur. Et quemadmodum filius tenetur reuerentiam patri exhibere, ita tenetur hanc libertus patrono exhibere. Nam, vt inquit tex. in l. liberto. ff. de obseq. paren. & patron. præst. liberto, & filio semper honesta, & sancta persona patris, ac patroni videri debet. Sane a patre vita naturalis, a patrono ciuilis accipitur, quoniam serui pro mortuis habentur. l. quod attinet ff. de reg. iu. r.
3 Ad † obseruantiam verò pertinet reuerentiam exhibere ijs personis quibus subiecti sumus. Ad quod quidem debitum lege compellimur. Diu. Thom. 2. 2. q. 102. artic. 2. Nam qui alterũ reueritur se se illi submittit, & subijcit l. 1. §. quę onerandæ. 161. le subiecisse. ff. quar. re. act. non dat. & ibi glo. si etenim eos, qui pręsunt reueremur, id ea re maxime faciendum est ꝙ Deus eos alijs præesse voluit, ex quo fit vt reuerentia, quam ijs personis habemus, Deo potius, quàm hominibus haberi videatur. Inferiores quippe suis patronibus reuerentiam exhibere debent l. potiorib. C. de offic. recto. prouinc. c. statuimus. de maio. & obed. Hinc pax, & iustitia cùm minor maiori reuerẽtiam tribuit. Afflict. de cultu pac. rub. 8. num. 2. lib. 1.
4 Quinimo † reuerentia debetur de iure natura l. 2. C. de in ius voc. ibi, cũ naturali ratione honor huiusmodi personis debeatur. not. Bald. in l. fin. vers. vltimo not. C. de bon. liberr. Et licet glo. in d. l. 2. naturalem rationem pro iure naturali minimè accipiat, tamen ibi naturalis ratio pro lege naturę sumi debet, quę cùm sit, vt dixi suprà de iure naturali, diuini numinis communicatio a Deo profecta, vna & eadem esse debet apud omnes. Nam si singulos consideres homines apud vnumquemq; reperies hanc legem naturę, honesta imperantem, & contraria prohibentem. Et alibi dicit glo. not. in l. regula. in prin. ff. de iur. & fac. ignor. & Ias. in l. ex quacunq; num. 16. ff. si quis in ius voc. non ier. id esse de iure quasi naturali. Et ad id facit l. veluti. ff. de iusti: & iure. Porrò hac lege naturæ omnes scire debent parentibus, patronis, & superioribus præstandam certè esse reuerentiam, quam qui se debere recusat, is protinus nullo ignorantiæ pretextu etiamsi nulla ciuilis lex de hisce personis reuerentia præstanda statueret, in naturæ legem peccat. Ad id facit in simili quod scribit Cice. 2. de legi. etiamsi regnante Tarquinio nulla fuisset Romę scripta lex de stupris, tamen contra illam legẽ sempiternam sextus Tarquinius vim Lucretiæ Tricipitini filiæ attulit, erat enim ratio profecta a rerum natura, & ad rectè faciendum impellens, atque à delicto auocans.
5 † Et quoniam hoc natura ipsa satis docet d. l. 2. C. de in ius voc. l. si non sortem. §. libertas. ff. de condic. indebi. etiam mitibus & rusticis alioquin ius ignorantibus pietatis, & reuerentiæ exhibendæ ratio constare debet, nulla rusticitate, aut ignorantia eos excusante l. j. ff. de obseq. paren. & patron. pręst. cùm id neminem latere debeat etiam nullo alio iure docẽre, sed solum id naturę lege imperante, vt not. in d. l. 2. Aretin. in §. pœnales col. 5. in fi. ver. in ea glo. Iusti. de actio. Ias. in l. ex quacũq; num. 16. ff. si quis in ius voc. non ier. Roland. cons. 18. col. 1. lib. 2.
6 † Quò fit vt reuerentia non requirat mandatum eius, cui est exhibenda. Nam naturaliter debetur d. l. 2. cùm aliud sit quoties quis promisit præstare obedientiam, quoniam tunc ita demum tenetur si pręcessit mandatum. Bald. l. liberti. col. 2. vers. pone ergo Cod. de oper. libert.

Vbi igitur pietatis ratio ab his non habetur delictum ad publicam pietatẽ ptinẽs pro modo eius vindicabitur: d. l. 1. ff de obseq. parẽ. & patron. præst. l. vnica. §. cum patronus ff. de offic. prefec. vrbi.
7 † Nam quatuor tribuuntur a iure ciuili ratione reuerentiæ, & primo, ne persona, cui reuerẽtia debetur in ius vocetur sine permissu pretoris. l. 4. l. parentes ff. de in ius voc. Deinde

ne qua intentetur actio aduersus eum, quæ fraudis, vel doli commissi habeat mentionē l. parens. l. nec serui. l. licet ff. de obseq. paren, Tertio ne conueniatur vltra quàm facere potest. d. l. licet.

Postremò ne qua contumelia, aut iniuria afficiatur l. 1. ff. de obseq. paren. l. 4. C. de patr. potesta. Si quis autem vocauerit in ius patrē aut patronum (nam olim contumelia erat vt quis vocaretur in ius, quoniam si sponte ire nolebat duci poterat toto tit. ff. in ius voc. vt eant) contumelia afficit patrem, aut patronū contra ius naturę, cui derogari non potest etiam per expressam voluntatem. Cum autem quid fit aduersus hanc reuerentiam, id quoq; aduersus bonos mores fieri dicitur, pietasq; lędi dicitur l. 4. C. de patr. potesta. imò fit contra ius naturę, vt iam dictum est.

8 † Vnde non est mirum si aduersus reuerentiam fieri non potest etiam accedente voluntate eius, cui exhiberi debet licet, alias scienti, & volenti nulla inferatur iniuria. Ratio autem cur voluntas eius, cui reuerentia debetur, nihil operetur, illa est, quoniam cùm aduersus eam fit, violatur ius naturæ, fitq; aduersus bonos mores, indeq; nascitur contumelia. La. lia. §. eleganter ff. solut. matrimo. qui quidem tex. loquitur de reuerentia, cuius omissio continet turpitudinem, vt per Cuman. ibi.

9 † Erit igitur conclusio quod iuri reuerentiæ renuntiari non potest d. l. alia. §. eleganter. & ibi not. doct. vbi non valet pactum ibi, quia est contra reuerentiam, quam vxor marito præstare tenetur, quem tex. ad id pōderat Ias. in l. pen. col. 5. C. de pact. tex. est in l. fin. vbi est casus not. C. de bon. libert. & ibi Bald. & Salicet. l. venia C. de in ius voc. glo. in l. si quis crediderit, & ibi Bald. num. 1. ff. de pact. Felin. in c. si diligenti. fallen. 6. corollar. 4. de foro compet. & in c. si qui testium de testi.

10 † Reuerentia quippe, vt dixi, est ex lege naturæ, ac pertinet ad bonos mores, ideo illius renuntiatio esset contra bonos mores. Bald. in l. liberti. col. 2. C. de oper. libert. Felin. in d. c. si diligenti fallent. 6. corollar. 4. Roger. de leg. poten. § 3. c. incip. iam. tempestiuum nu. 32. Beati. de inope debito. credi. addic. c. 3. num. 5. est sanè aduersus ius naturę vt filio, vel liberto ex pacto, vel renuntiatione patris, vel patroni fas sit, naturæ legem violando, illis contumeliam inferre, vt inquit Beat. d. tract. c. 15. nu. 13.

11 † Qua ratione non valebit renuntiatio etiā cum iuramento. Bart. in d. l. alia. §. eleganter. num. 5. Roger. d. num. 32. Beat. d. c. 3. num. 5. & communem inquit Alcia. in c. cum contingat. num. 64. de iureiur. Couarru. in c. quamuis pactum par. 2. in prin. de pact. lib. 6. sequitur Beat. d. c. 3. nu. 5.

12 † Hinc quoniam honori parentum ac patronorū plurimum tribuendum st, ne scilicet in ius sine venia vocentur l. venia C. de in ius voc. l. 3. cum ll. seq. l. generaliter ff. eo. ideò non potest, renuntiari huic iuri, quod quidem ob personę reuerentiā tribuitur. l. 1. C. de in ius voc. Dec. in l. venia. in fi. & in l. fin. col. 1. C. eo. doct. in §. pœnales Insti. de actio. & in d. l. 1. Roland. cons. 18. nu, 49. lib. 2. Roger. de leg. poten. c. Iam tempestiuum nu. 32. Namq; equi parantur veniæ impetratio, & beneficium suprà quam quis facere possit, de quo stat im dicam l. parentes cum duabus ll. seq. ff. de obseq. paren, & patron. præstand.

13 † Vnde etiam dispositioni, nē qua famosa actio aut exceptio detur ratione reuerentię debitæ renuntiari non potest. l. 2. cum l. seq. ff. de obseq. paren. & patron. pręst. l. non debet ff. de dolo. l. apud celsum. §. aduersum ff. de doli mali except. quin etiam non datur restitutio in integrum aduersus parentes, & patronos. Si quidem personarum reuerentia omnem excludit restitutionem, ita inquit tex. in l. 2. C. qui, & aduer. quos in integr. restitu.

14 † Hincq; licet mater tutrix quę in assum-
ptione tutelę renuntiauit velleiano, & omni
legum auxilio capi & carcerati possit, iuxta
sententiam Bart. in auten. matri & auię. Cod.
quan. mul. tut. offic. & trad. Ias. in l. pleriq; in
fin. num. 34. ver, limita nisi. ff. de in ius voc.
Dec. in l. fœminæ. num. 75. ff. de regu. iur. Marsil.
sing. 248. Ias. l. ad egregias. num. 9. ff. de iu-
reiur. Tamen id videtur valde dubium ea ra-
tione, quia matri vel auiæ reuerentia debetur
vt patri ipsi Dec. l. fin. C. de in ius voc. Nam
cùm ius reuerentiæ ex pacto matris, vel auiæ
remitti non possit, certè dicendum est eam
capi non posse, & ita tenet Beat. tract. de ino-
pe debit credit. c. 15. num. 13. Et hæc senten-
15 tia mihi placet. Præterea cùm quęritur nū
pater possit remittere filio vsumfructum, quē
habet in bonis aduentitijs, vt hanc q. mouet
glo. in l. cum oportet. §. sin autem C. de bon.
quę libe. & in l. vnica C. de inoffic. donati. dici
potest remissionem non valere, quoniam vsus-
fructus patri debetur ob reuerentiam patrię
potestatis l. fin. §. hoc procul dubio. C. de bon.
quæ libe. ita Roger. de legis poten. par. 3. c. iā
16 tempestiuum num. 33. Hic † quoq; libertus
non potest ferre testimonium aduersus patro
num etiā volētem quippè cùm testimonium
prohibeatur ob reuerentiam personę ipsius
patroni. Albe. de malet. tract. de testi. cap. 6.
num. 13.

17 † Qua ratione etiam non valet pactum vt seruus in caput Domini interrogari possit. l. seruus. C. de quæstio. qui sane tex. loquitur de iure reuerentiali, quod remitti non potest. Curt. iun. in l. si quis in conscribendo. num. 24. C. de pact. Iac. a S. Georg. in l. pactum inter heredem. num. 9. ff. de pact.

Sed et quia mulier debet reuerentiam marito tanquam capiti suo l. alia. §. eleganter. & ibi Aretin. ff. solut. matrim. l. 1. §. cum autem.

C. de

C. de rei vxor. act. est tex. in c. cum caput. 33. q. 5. c. si quis vxorem. 33. q. 1. c. non mechaberis. 32. q. 6. c. duo pueri. de desponsa. impube.

18 Ideo † maritus non potest renuntiare beneficio, quod illi tribuitur, ne conueniatur suprà quàm facere possit, idq; ob reuerentiã debitam d. §. eleganter. ubi nor. doct. Alex. conf. 133. col. 1. lib. 5. Campeg. tract. de dote.

19 par. 3 q. 244. Nãq; uxor † haud dubiè marito reuerentiam exhibere debet. Tiraq. de legi. connubiali. l. 5. num. 41. Etenim mulier subiecta est uiro, ut pote quæ de illius costa processit, ut per Cuman. cons. 1. certissimi. nu. 4. Et vir caput mulieris Diu. Thom. 1. q. 92. ar. 2. Hinc mulier reuerentiam exhibere debet marito. Si quidem qui alterum reueretur se se illi submittit, & subijcit. l. 1. §. quæ onerandæ ibi, se subiecit ille ff. quar. re. act. non det.

20 † Postremò infertur renuntiari non posse dispositioni l. ad personas ff. de iureiur. vbi ad personas egregias, eosq; qui valetudine impediuntur, domum mitti oportet ad iurandum. Et ita voluit Cyn. post pet. in l. nec honore C. de episc. & cleric. Nam hoc ius ad reuerentiam pertinet, & non conceditur personæ sed dignitati, vt per Cyn. in d. l. nec honore, præterea cum hoc ius inductum fuerit ratione publicæ honestatis, & sic fauore publico, sanè videtur vtili renuntiari non posse. c. si diligenti de foro compet. Et quod renuntiari non possit, voluit Roman. sing. 172. tu addit. pro qua opinione, secundum eum; facit tex. in c. ij. vers. cæterum. ibi, etiam si ad hoc voluntas accederet earundem, & confirmatur hæc sententia, ex eo, quod iuri reuerentiali, vt suprà dixi, renuntiari non potest, & ità tenent Alex. & Alberic. in d. l. ad personas. Roman. d. sing. 172. idem Alex. in d. l. alia. § eleganter. Felin. in c. si qui testium. de testi. Gomes. in d. c. 2. n. 45. & n. 51. Curt. iun. l. maritus. n. 44. C. de procurat. refert Vasq. de success. creat. lib 3. § 22. limit. 12. nu. 83. vbi concludit opinionem negatiuam, quod scilicet renuntiari nõn possit, esse veriorem, & subtiliorem, quoniam, vt per eum, negari non põt quin ex parte eius, qui ita renuntiauit, sit quędam irreuerentia, & inhonestas, quę vitiosam reddit conuentionẽ. & ita tenet Caroc. tract. de iuramento decisiuo, quęs. 5. 13. quæs. princ. num. 20.

Contrariam tamen sententiam alij tenuerunt, quod scilicet renuntiari possit, pro qua facit tex. in d. c. 2. in pri. de iudic. lib. 6. ibi, inuitas, ergo volentes poterunt, quem tex. pro hac opinione citat Roman. in d. l. ad personas. in fi. & pro hac opinione stat glo. magna, in fi. in l. minus. ff. de testi. quę velle videtur, vt persona egregia renuntiare possit, & ita tenet Aretin. in d. l. ad personas. & Felin. sibi cõtrarius in c. si diligenti. n. 24. de foro compet. dum inquit tex. in d. c. 2. non benè fauere pro contraria opinione, quoniam ibi non considerat ur irreuerentia, sed periculum euagationis hanc quoq; sentẽtiã tenet Couarru. in c. quamuis pactum. parte 2. in prin. num. 8. vers. quod verò Ias. & Beatr. de inope debito. q. 16. num. 41. & num 61. vbi inquit uerius esse ut renunt. possit, per l. quamuis. vers. inuitum. ff. de in ius voc. iunct. l. vnica C. eo & per id quod voluit Cyn. in d. l. nec honore, & Gomes. in d. c. 2. qui tamen contrarium sentiunt, vt suprà citaui.

Verùm prior sententia quod renunt. non possit, videtur magis recepta & verior, vt per Gomes. d. c. 2. nu. 46. & n. 51. vbi declarat tex. in d. c. 2.

Quam sententiam intellige procedere in renũtiatiõe expressa, ubiq; expreßè renũtiat, vt in futurũ cogi possit ad veniendũ, in hoc casu, non valet renuntiatio. Et ita loquitur d. c. 2. in ver. cæterum. Nam uidemus quod iuri reuerentiali renuntiari expressè non po-

21 test, vt dixi. Aliud † est vbi quis tacitè renunciat spontè ad iudicem accedendo, nam eo casu valet tacita renuntiatio, & ita procedit tex. in d. c. 2. in ver. inuitos, & ita distinguit Ias. in d. l. ad personas. n. 1. ver. 3. considera. Nam, vt tradit Vasq. in d. limita. 12. n. 83. vbi quis renunciauit expressè, si postea interpellatus fuerit, vt iudicem adeat, poterit etiam non obstante renuntiatione allegare priuilegium d. l. ad personas. Verùm potest quis volens iudicem adire, cùm eo casu per facti interuentum, res desinat esse integra, secundum eum, & hanc distinctionem sequitur Caroc. vbi suprà. Sed quod etiam tacitè renuntiari non possit, vt refert Ias. in d. l. ad personas tenuit Gomes. d. c. 2. num. 49. Ego putauerim verum esse quod tradit Ias. in d. l. ad personas nempè personam egregiam posse spontè accedere ad iudicem, vt iuret per tex. in d. c. 2. in prin. ibi, vel trahi inuitos, quamuis non possit renuntiare, ut quando casus euenerit, cogi possit non obstante priuilegio. Ratio autem est vltra Ias. & alios, quoniam quod quis inuitus trahatur, uel spõtè ueniat ad iudicium inspici debet id tempus, quo iurare debet, non etiam prius, ut in simili dicit Bart. in l. 1. § usq; adeò ff. de iniur. dum tradit opus esse; ut tùm uoluntas adsit, cùm fit iniuria. Quare renuntiatio prius facta non nocet, sed tùm, cùm iurandum est renuntiatio facta certè nocebit Nam eo tempore non consideratur ulla irreuerentia, cùm irreuerentiam, ut ita loquar, haud patiatur is, qui ita uoluit eo tempore, cùm iurare deberet, & propterea dici nõ põt non ualere renuntiationem; quippè cùm nulla consideretur irreuerentia, cùm eo tempore, quo iuratur, ita uoluit iurare debens, secus autem est, ubi prius renuntiatum fuit. deinde tùm pœnituit iurare debentem, cùm iurandum illi esset. Vbi igitur quis inuitus cogitur uenire ad iurandum coram iudice, eo tempore, quo iurare debet, tunc pati

dicitur

dicitur irreuerentiam,& si prius renuntiauerit priuilegio. Verùm cùm eo tempore, quo iurare debet, spontè adit iudicem, vt iuret, tunc nulla consideratur irreuerentia, & tamē tunc dici non potest quod renuntiauerit iuri reuerentiali, cùm reuerentiam minimè præstitam fuisse conqueri non posit is, qui cùm eam remisit, cum iurare deberet.

22 Nec † obest si quis dixerit iuri reuerentię renuntiari posse vti inducto fauore illius, cui debetur reuerentia, & licet per renuntiationem videatur inferri iniuria; tamen ex consensu eius, cui infertur, non potest dici iniuria, cùm scienti, & volenti non fiat iniuria, quoniam respondetur prædicta minime procedere vbi agitur de honestate, & bonis moribus, quandoquidem tunc iniuria non cessat, etiam accedente voluntate eius, cui infertur. Bald. l. 1. §. vsque adeo ff. de iniur. & in l. 3. §. si quis volentem, ff. de libi. homi. exhib. & tradit Ange. in §. sancimus per tex. ibi, anten. de Lenoni. ita Gomes. in d. §. pœnales. num. 33. vers. tertius casus. Insti. de actio. Magis quippe lex considerat malos mores eius, qui facit aduersus ius reuerentiæ, quam fauorem eius, cui debetur reuerentia. Siquidem cùm ius disponit aliquid ad obseruantiam bonorum morum, consensus partium nihil operatur, neque idest in potestate contrahentiū, sed iuris, Roger. tract. de protest. §. sexto, nu. 17. Et generaliter ius reuerentiæ ideo remitti non potest quoniam reuerentię omissio continet turpitudinem. d. §. elegāter, qui tex. loquitur, vt ibi per Cuman. de reuerentia, cuius omissio continet turpitudinem.

23 Cùm † autem remitti non potest speciatim reuerentia debita ea nunquam venit in generali remissione, vt alibi dixi, Vnde patronus potest liberare libertum a iure patronatus in totum, & tamen adhuc remanet obligatus libertus in ijs, quę concernunt ipsius patroni reuerentiam l. fin. C. de bon. libert. Ias. cons. 57. lib. 1. Brun. cons. 67. lib. 2. per quem tex. in d. l. fin. doct. notant, generali remissione numquam censeri remissum ius reuerentiæ, Nam qui remittit ius patronatus non remittit reuerentiam debitam. d. l. fin. vbi est casus not. secundum Roman. in d. §. eleganter, col. 1. Nam & licet emancipatio liberet a patria potestate, tamen per illam non censetur remissa reuerentia, quę etiam specialiter remitti non potest, l. fin. & ibi not. Dec. C. de in ius voc. sic quoque concessione facta cum quibusuis clausulis prægnantibus non intelligitur concessum ius superioritatis, Osasc. decis. 163.

24 Sed † & per tex. in d. l. fin. infertur quod Ecclesia ex pacto exempta ab eius Episcopo, tenetur etiam eidem Episcopo reuerentiam exhibere, siquidem ius reuerentiale pacto remitti non potest, ita Alex. in d. §. eleganter, circa prin. Ange. l. sed si hac §. patroni per illum tex. ff. de in ius voc. Bald. in d. l. fin. Roman. sing. 486. Episcopus Balb. de præscript. q. 12. num. 6. par. 1. partis quintę principalis Vnde Episcopus qui exemit Ecclesiā potest adhuc petere ius, quod vocant cathedraticū ob reuerentiam debitum. c. pastoralis. de donatio. c. cum venerabilis. de testi. not. in c. cū dilectus. de religios. domi. Roman. d. §. eleganter, & ibi Aret. col. 1. Ang. & Alex. Hincq. Episcopi exemptio concessa Ecclesiæ, scilicet, vt illi obuiam processionaliter non eat, non valet, Felin. c. cum non liceat, circa prin. de prescript. per tex. in d. l. fin. Et facit quod monasterium exemptum per Episcopum a iurisdictione sua non censetur item exemptum a iure reuerentiæ, ita consuluit. Oldra. quem refert Bald. d. l. fin. tradit Felin in c. si diligenti. nu. 24. de foro compet. Ruin. cons. 155. num. 15. lib. 4. Sic & exempti à legibus Romanis sunt etiam de Populo Rom. proindeq. illi adhuc reuerentiam debent, quoniam ea remitti non potest. Bald. c. sicut. iij. num. 5. de iureiur.

25 Ampliatur † modò supradicta conclusio, vt nec etiam consuetudine, vel præscriptione ius reuerentiæ tollatur. Nam quemadmodū renuntiatione, non tollitur, ita nec consuetudine, vel præscriptione. Ruin. cons. 155. nu. 15 lib. 4. & tradit Roch. de Curt. in c. fin. de consuetud. illat. 9 quod non valet consuetudo contra reuerentiā prælato debitam, & quod ius reuerentiæ præscribi non posit est tex. in c. cum non liceat, de præscript. & ibi Felin. Balb. de præscriptio. prima par. quintæ part. princ. Gomes. in c. mulieres. nu. 49. de iudic. lib. 6.

26 Declara tamen, vt tacitè † iuri reuerentiæ renuntiari posit non opponendo de eo. l. quamuis. ibi non inuitus ff. de in ius voc. Alex. in d. l. alia. §. eleganter. col. 1. & facit l. venia C. de in ius voc. Gomes. in §. pœnales. n. 31. Insti. de actio. Campeg. de dote. par. 3. q. 244. Nam d. l. quamuis. procedit cùm patronus comparuit, nec opposuit, quoniam sic tacitè renūtiat, Dec. in l. fi. C. de in ius voc. Alex. cons. 166. in prin. lib. 2. Albe. de malet. de testi. c. 6. nu. 13. Et proinus potest tacitè consentire, vt in ius vocetur sine venia. Alex. d. §. eleganter, idemq. habetur in l. 2. §. sed quia veremur, C. de iuram. calum. Sed hæc declaratio nō caret dubitatione, quoniam si ratio cur in d. l. quamuis, non incidat libertus in pęnam, illa est, quoniam nō inuitus patronus vocatus est, certè secundum hanc rationem existimandum est, quod si expresse patronus licentiam dederit, quod poterit vocari. Quare dicendum est patronum generaliter conuenire non posse, vt citari posit sine venia. arg. l. conuenire ff. de pact. dot. & ad id facit quod inquit Bart. in l. 1. §. vsque adeo in fin. ff. de iniur. dum dicit opus esse, vt tum voluntas adsit, cùm sit iniuria. Et Gomes. in d. §

pœ-

pœnales. nu.32. tenet d. l. quamuis. procedere, vt ne in totum impunè euadat libertus, pęna moderanda sit, atque ita non loqui in remissione veniæ. Pręterea videtur, vt tacitè renuntiari possit, cùm ex præscribi possit ius reuerentiæ, vt dixi, in qua autem præscriptione adest tacita voluntas, & renuntiatio. Gomes. in c. mulieres. nu.49. de iudic. lib. 6.

27 Secundo † declaratur quod licet ius reuerétiale remitti non possit, tamen si pœna comissa fuerit, ob non exhibitam reuerentiam, illa remitti poterit. Socin. in l. quamuis. ff. de in ius voc. nu. 8. & ibi Ang. nu. 4 Dec. in l. fin. C. de in ius voc. & ita procedit d. l. quãuis. Roland. cons. 18. num. 47. lib. 2. Dec. cons. 317. col. 2. num. 6. Ac vt pęna in d. l. quamuis remittatur, communis est Doct. sententia, vt inquit Gomes. in d. §. pœnalęs. num. 31. vers. tenendo tamen communem.

28 Tertio † prędicta procedunt in reuerentia, quæ debetur personæ, secus autem in ea, quę ratione contractus debetur. glo. est not. in l. si quis crediderit. ff. de pact. in l. si conuenerit. ff. de re iudic. Bald. in l. 1. ff. de re. diu. Ex ea de pact. par. 2. num. 64. ver. Secundo infero. Franch. decis. 164. num. 14. Quod sanè notandum esse monet Geor. Natt. in repet. c. quamuis pactum. nu. 109. de pact. lib. 6.

Quapropter beneficium ne quis conueniatur suprà quàm facere possit, si ob personę reuerentiam concessum fuerit, illi renuntiari non potest. Felin. in c. si diligenti. num. 24. ver. intellige primo, de foro compet. Ceterũ ius reuerentiæ, quod debetur ratione contractus, vt in societate, vel quod debetur à vasallo domino, remitti poterit. Dec. in l. 1. ff. de re. diu. & in c. si cautio. de fide instru. Et ad id optimè facit. l. nihil tam naturale ff. de reg. iur.

Declara quarto nisi personæ reuerentia cõsentiret certo casu. d. l. quamuis, ibi, inuitus, ita declarat Felin. in d. c. si diligenti. nu. 24. ver. intellige secundo.

Quinto si inter patronum, & libertum lis sit de iure reuerentiæ, compromitti, & transigi poterit de ea lite, vt not. Ange. in l. si nõ sortem. §. libertus ff. de condict. indebi.

VIII. RENVNTIATIO IVRIS PROHIBITIVI.

SVMMA.

1 *Lex est praeceptum.*
2 *Legis vis in duobus principaliter consistit, nempe in imperando, & in permittendo.*
3 *Auctoritas, & vtilitas in lege considerari debet.*
4 *Praecepto legis renuntiari non potest.*
5 *Praeceptum interdum vim habet consilij.*
6 *Prohibitioni legis renuntiari non potest.*
7 *Praecepta negatiua.*
8 *Prohibitioni legis semper inest clausula annullatiua.*
9 *Legi prohibitiua renuntiari non potest.*
10 *Prohibitio fauorem alienius respiciens.*
11 *Testator non potest facere ne statutum prohibens locum habeat in suo testamento.*
12 *Iuri prohibitiuo renuntiari potest, quoties illud respicit fauorem renuntiantis.*
13 *Statutum prohibens posse legari per maritum uxori.*
14 *Legi prohibitoriae an renuntiari possit cum iuramento.*
15 *Iuri prohibitorio quando renuntiari possit.*

1 INter † omnes constat legem esse præceptum, Proindeq. ex sententia Arist. Ethic. 10. c. 9. lex vim habet cogentem. Nam præceptum legis vim habet coactiuam. Diu. Thom. 1. 2. q. 100. attic. 9. Hinc secundum cum, lex dicta est a ligando, eo quod subiectos ita obstringat, vt agere cogat iuxta id quod iubet. & plerisq. placuit vt ius a iubẽdo quasi iussum dicatur. Legis ergò est præcipere. Vnde legem esse commune præceptum inquit Iuriscon. in l. 1. ff. de legi. & legis modum esse pręceptiuum tradit Vlpian. in fragment. tit. de legat. Et quamuis secundũ modestin. in l. legis virtus ff. de legib. legis virtus sit imperare, vetare, permittere, & pu-
2 nire. Tamen † vis legis in duobus principaliter consistit, nẽpè in imperando, & in permittendo. Lex etenim præcipere dicitur etiam cùm vetat. Nam præceptum legis est aut affirmatiuum, aut negatiuum, affirmatiuè præcipit lex, cùm quid iubet fieri, prohibitiuè autem pręcipit quod minimè vult fieri, vt per glo. in d. l. legis virtus. Hinc Iustinian. in §. iuris præcepta. Insti. de iusti. & iure, quicquid est in lege præceptum appellat. Et optimè facit tex. in l. 3. ibi, quod prætor pręcepit, ne vi eximat ff. ne quis eum, qui in ius voca. est, & ibi adnot. Fulgos. quod prohibitio dicitur pręceptum. Est sanè præceptũ negatiuum, siquidem in prohibitione inest præceptum. Vnde Arist. Ethic. 5. c. 1. ita inquit, præcipit autem lex & ea agere, quę ad virum pertinent fortem, vt non deserere locum in acie, non fugere, non abijcere arma, & item ea, quę sunt temperanti, vt non committere adulterium, non libidine vti. Quare quicquid iure cauetur præceptum est, non tantum si ius iubeat, sed & si vetet, aut puniat. Vetando quippè pręcipit ne fiat, & quę lex punit idcircò punit, quia prius prohibuit, seu pręcepit ne fierent. Siquidem paria sunt pręcipere, ne quis recepte et bannitum sub pęna
3 &c. vel punire receptatores bannitorum. † In lege igitur consideratur auctoritas, & vtilitas. Legis auctoritas consistit in imperando, prohibendo, & puniendo. Et hæc vis legis dicitur coactiua. Hincque lex dicitur pręceptũ

vti.

vtilitas legis conſiſtit in permiſſione. Pro-
indeq; lex dicitur reſpicere bonum cōmune
ratione finis. Cùm etenim iuſtum reddatur
ab vno ſuppoſito ad alterum rectè fit vt du-
plex ſit ius nempè ius diſponēs, quod eſt prę
ceptum, & ius diſpoſitum quod eſt quædam
permiſſio reſpiciens principaliter vel priua-
tum, vel publicum commodum, vt dictum
fuit ſupra renuntia. 1. Ex quibus fit quoq;
vt duplex ſit vis legis, nempè præcipiens, quę
complectitur uim prohibentem, & punien-
tem, & permittens. Itaq; omnis lex, ſiuè ſta-
tutum ſemper, & pręcipit, et permittit. Nam
cùm iuſtum ſemper ad alterum referatur vt
inquit Ariſt. ethic. 5. pręceptum ipſum legis
ſemper dirigitur ad ſuppoſitum, cui fit ipſum
præceptum; permiſſio autem refertur ad al-
terum ſuppoſitum, cuius fauore fit pręceptū,
quandoquidem præceptum, ſeu prohibitio
legis ſemper refertur ad commodum ſiue
publicum, ſiue priuatum. Permiſſioni le-
gis haud dubiè renuntiari poteſt, cum ea
reſpicit ſolum fauorem ipſius, & renuntian-
tis quoniam ea non cogit. Sed dubiū eſſe pōt
an pcepto, & phibitioni legis renunt. poſſit.
4 Et † quidem dubitandū non videtur quin
renuntiari non poſſit præcepto legis, vt per
Iaſ. Inſti. de actio in prin. num. 22. Nam pre-
ceptum cogit non etiam permittit. Sed hęc
procedunt in eo, cui fit præceptum. Nam
is haud dubiè renūtiare nō poteſt pręcepto.
5 † Quinimo ius emanans per viam præcepti
fauore perſonæ cui fit præceptum cenſetur
potius conſilium uim habere l. cum pater §.
mando ff. de leg. ij. l. titio centum, in princ.
ff. de cond. & dem. Alex. conſil. 27. num. 6.
lib. 1. ſequitur Curt. iun. auten. ſacramenta
n. 114. C. ſi ader. vend. & ibi Guter. n. 38. Ia-
cob. à S. Georg. in l. age cū. n. 1. C. de tranſ.
6 Cum † autem præcepto legis renuntiari
non poteſt, dicendum quoq; eſt renuntiari
nō poſſe prohibitioni, quæ nihil aliud eſt quā
præceptum. Quin etiā multo minus prohibi-
tioni renuntiari poterit. Nā vtrū lex pręcipiat
affirmatiuè, vel negatiuè plurimi referre vide
7 tur. † Primū ſanè præcepta negatiua efficacius
obligant, Abb. c. nouit. col. 12. ver. ſecundo
de iudic. Dec. c. nam concupiſcentiam. nu.
2. de conſtitu. Tiraq. l. boues §. hoc ſermo-
ne limita. 7. ff. de verb. ſigni. Vnde leg. tur
apud Plutarch. in Grach. quem refert Ti-
raq. d. q. 24. num. 12. apud Romanos vno
& tribuno plebis prohibente, cæteros etiam
maiore numero nihil efficere potuiſſe. Sed
& maiorē uim in eſſe legibus prohibētibus
oſtendit Cice. lib. 2. de inuentione ad He-
renn. c. 3. Hincq; vbi concurrunt duæ re-
gulę, vna affirmatua, altera prohibitiua, at-
tenditur prohibitiua. Dec. conſil. 3. num.
4. ver. ſecundum vero. Alex. l. ſi conuene-
rit, nu. 4. ff. de re iudic. ſanè lex prohiben-
do videtur vt magis cogat quàm præcipien-
do. Bero. c. ſuper eo. nu. 6. de vſur. & prę-
cepta negatiua obligant ſemper, & ad ſem-
per cum affirmatiua obligant ſemper, non
etiam ad ſemper. Aufrer. in rep. clem. vt
Clericorum. de offic. ordin. Burg. in repet.
c. quæ in Eccleſiarum. num. 196. de conſti-
tu. Et alias ſemper negatio plus negat, quàm
affirmatua aſſerat. glo. in l. hoc genus ff. de
condi. & demon. Deinde cum lex affirma-
tiuæ præcipit, tum nō annullatur, actus con-
trarius, niſi lex expreſsè annullando proce-
dat: cùm aliud ſit quando lex prohibet, quo-
niam tunc actus factus contra prohibitionē
eſt nullus ipſo iure. l. non dubium. C. de le-
gi facit l. ſi non ſortem. Et ibi not. Bart. ff.
de cond. indebi. & voluit Saly. in l. fin. per
illū tex. C. de ſent ex breui. recit. quòd cū lex
prohibitiue loquitur tū actus qui contra eam
conficitur eſt nullus ſecus autem ſi lex non
loquatur prohibitiuè, ſed non permiſſiuè.
8 Nam † prohibitioni legis ſemper in eſt
clauſula annullatiua quamuis nō ſit expreſ-
ſa d. l. non dubium, & ibi not. Fulgoſ. nu. 4.
vbi monet id eſſe bene notandum, & ibi
Bald. not. in 4. nota. Lappus allegar. 87. in
cauſa. nu. 2. circa fin. ver. ſed eorum effe-
ctus: Eſt autem nullitas hæc quædam pęna
cùm ex prohibitione reſultat, vt docet
Bald. in dict l. non dubium. num. 5. Et
huic ſententię vt conſtituendum ſit diſcri-
men inter præceptum affirmatiuum, & ne-
gatiuum adhęrere videtur Cror. in l. ſi con-
ſtante. in 2. lectura. num. 40. ff. ſolu. matr.
licet dicat hanc differentiam non videri ve
ram, vt mox dicam.

Cùm igitur prohibitio ſit præceptum,
idque negatiuum, proindeque magis obli-
gans ac cogens indubitatè dicendum eſt il-
li renuntiari non poſſe.

Nam quoniam prohibitio legis imponit
neceſſitatem parendi, cùm ſit præceptum
9 legis, rectè † fit vt legi, ſeu conſtitutioni pro
hibitiuę renuntiari non poſsit. glo. in l. 1. gl.
magna. in fin. C. ne fideiuſſ. dot. dent. l. non
dubium. C. de legi. in illis verbis, tantum
prohibuiſſe ſufficiat, & ibi Salicet. nu. 5. te-

ſtatur hanc eſſe communem ſententiam. Et glo. in d. l. 1. probat Alex. in l. ſi conſtante. §. quoties. col. 2. ff. ſolu. matr. & ſingularem reputat Ange. in l. ius publicum ff. de pact. Et eſt alia glo. in l. A diuo pio. ff. de ritu nupt. quam ſingularem inquit Bald. in d. l. non dubium. nec non alia glo. in auten. Imò, & ibi Bald C. de act. & oblig. itemq́ alia in auten. vt ſine prohib. matr. in ver. Senatuſconſulto, rurſusq́; alia in l pactum. in glo. magna. ff. de pact. & deniq́; alia in l. libertorum, vbi etiam Bald. C. de teſti. His accedit Bart. in l. 2. & ibi Bald. & Salic. C. ne fideiuſſ. dot. dent. idem Bart. in l. de his. nu. 3. verſ. præterea iſta lex. & ibi Ange. & Albe. ff. de tranſact. in l. cum hi. in fi. prin. ff. eo. in l. modeſtinus. col. 2. ff. de donatio. in l. Mæuius §. duobus. num. 20. ff. de leg. 2. vbi rationem hanc adfert, nempe quia prohibitio diſpoſitiua neceſsitatem inducit. & in l. vlt. C. de vend. reb. cui lib. 10. Bald. in auten. ſi qua mulier C. ad velleian. in l. quos prohibet. lect. 1. ff. de poſtul. in d. l. nõ dubium. oppo. 9. in l. vlt. oppo. 13. in fi. C. de edict. D. Adria. toll. in l. imperatores. in addit. ff. de contrah. emptio. in l. rutilia §. imperator. ff. eod. in l. paciſci. in addit. in l. ius publicum. lect. prima in l. pactum inter hæredem. ff. de pact. & in l. prima oppo. vlt. C. eod. in l. ſecunda, C. vt in poſſeſſ. legat. in l. quoties ab omnibus. col. 1. C. de fideic. in l. conuenire ff. de pact. dot. in l. ſi quis in conſcribendo. col. vlt. C. de Epiſc. & cler. in auten. generaliter. col. 2. ver. ſecundo not. C. eo. in l. antiquæ. §. vlt. in fin. C. ad velleian. in l. prima ante fin. C. de pact. pigno. in ca. ex tranſmiſſa. ante fin. de renunt. in c. cum contingat. col. prima in fin. de iureiur. conſ. 333. renuntiatio. lib. 4. & conſ. 288. pone ſtatutum. lib. 5. Ange. in l. nulla ff. de legi. Et tradit Iaſ. Inſtitu. de actio. in prin. num. 22. in l. ſed, & ſi quis. §. quæſitum. num. 21. ff. ſi quis caut. & in l. ius publicum. num. 2. ff. de pact. vbi plures citat. Et Alex. in l. ſi conſtante. §. quoties. col. 2. & ibi Imola ff. ſolut. matr. conſ. 41. viſis. col. fin. lib. 5. Aretin. l. ſi titius. col. 4. ver. non obſtat tex. ff. de verb. obl. Socin. Socin. conſ. 283. num. 2. lib. 2. Barbat. conſ. 38. præclarè. col. vlt. conſ. 56. nu. 18. conſil, 12. num. 17. lib. 2. conſ. 6. col. fin. lib. 4. & conſ. 43. num. 13. lib. 1. Crauet. conſ. 462. num. 7. Plot. conſ. 17. num. 47. Corne. conſ. 135. de pluribus col. 1. lib. 2. Calcane. conſ. 17. quod dicta tranſactio. col. pen. Rebuff. in conſtitu. tract. de teſtib. gl 1. in fin. Guid. Pap. deciſ. 275. verum ciues. col. pen. latè Tiraq: de iure primig. q. 24. n. 10. Roma. cõſ. 402. n. 3. conſ. 403. n. 22. Gomeſ. : itẽ ſi quis poſtulante. n. 32. Inſti. de actio. Ripa in l. nemo poteſt nu. 57. ff de lega. 1. vbi de cõmuni teſtatur. Et hæc ſententia eſt communis, vt per Bald. nouel. de dote. p. 6. princ. priuil. 21. nu. 13. Statutum enim vel lex prohibẽs neceſsitatem contrariam voluntati, & reſiſtentem conſenſum inducit. Quare non poteſt operari renuntiatio. Bald. conſ. 288. circa med. uer ſed hic ſtatutũ ꝓhibet lib. 5. Preterea ꝓhibitio cũ ſit preceptũ legis illi nõ põt renuntiari: Ange. d. l. 1. C. ne fideiuſſ. dot. dent. Iaſ: dict. rub. Inſtit. de act: num. 22. Alioquin legis præceptum quod neceſſitatem imponit facile renuntiationibus eluderetur, Tiraq. d. q. 24. num. 11. Nam actus humani a poteſtate, & voluntate regulantur. c. cum ſuper de offic. delega. Vnde denegata poteſtate aliter diſponendi per ipſam prohibitionem certè voluntas non ſufficit. Barbat. d. ct. conſ. 43. num. 13. Et facit quod inquit Bald. in d. c. cum contingat. num. 6. Porrò renuntiationes iuris prohibitiui valere non debent, vtpotè quæ adiectæ uidentur in fraudem legum uetantium. l. ſi quis ſub conditione. ff. de cond. inſtitu. l. qui teſtamentum. in fin. ff. de probat. Quod etenim una uia prohibetur non debet per alteram concedi. c. cum quid. de regu. iur. lib. 6. Siquidem cùm aliquid prohibetur cenſetur item prohibitum omne id per quod peruenitur ad illud. l. orat. ff. de ſponſal. Cũ autẽ lex uel ſtatutũ prohibens aliquid cenſeatur itẽ prohibere omnia per quę fraus fieri poſsit legi, uel ſtatuto. Monoch. conſ. 11. nu. 12. Neq. prædictis obſtat tex. in l. 1. ff. de fer. in c. nulli. uer. niſi cõſẽſus partiũ de reſcr. c. ſtatutũ §. in nullo. eo. t. li. 6. quoniã dicta iura procedũt ultra ꝑmittẽdo. Nã alias fruſtra id permiſiſſent ſi id alias permiſſum fuiſſet. Tiraq. de iure primig. q. 24. n. 13. Corſe. in ſing. uer. cõſtitutio. ꝓhibitoriæ. Quapropter ſupradicta concluſio. gl. in d. l. 1. nẽpe ut renuntiari non poſsit legi prohibitoriæ, procedit niſi ab eadẽ lege ꝑmitteretur. tex. eſt ſingul. in d. c. nulli. & in d. §. in nullo.

Et hęc maxime ꝓcedunt cũ lex utitur uerbo nõ poſsit. Galliade ſtatu. uer. nõ poſsit. q. 1. n. 24. uel etiã cùm lex vltra prohibitionem annullat actum ipſum confectum contra

præ-

præceptum, & prohibitionē legis. De quare la te dicam renunt. proxima.

10 † Extenditur præterea supradicta conclusio vt procedat etiam si prohibitio renuntiantis fauorem, & commodum respiciat glo. in capit. dispendia ver. processus de rescript. libro 6. Felin. dict. capit. eum accessissent. decl. l. 3. Abb. capit. dilecto in fi. de præbend. Calderin. conf. 13. in fi. de constitu. Gallia de statut. quest. prima numero 28. Craue. consil. 242. col. secunda Marsil. leg. vnius §. seruus nec si per illū tex. ff. de questio. Signo rol. l. si æstimatis nu 37. ff. solut. matrim. ferret l. iurisgentium §. si paciscar. num. 2. ff. de pact. Imo nec cum iuramento Phanuc. tract. de te. glo. 14. nu. 1.

11 † Vnde vbi statutum prohibet, testator non potest facere vt illud locum habeat in suo testamento, quando iuri prohibitorio renuntiari nō possit. Bald. conf. 336. iuxta casum nu. 1. lib. 1. similiter non potest renuntiari dispositioni tit. C. ne fideiuss. dot. dent. glo. vlt. circa fin. l. 1. eo. tit. sed cautelam dotis conseruandæ & restituēdæ mulieri per tertium non obstante dispositione dicti titu. vi per Castren. conf. 190. cum tempore contractus lib. 1. Nam & statuto prohibenti ne Ciues pro forensibus fideiubeant renuntiari non potest, quandoquidem est ius prohibitorium. Castren. conf. 251. visa quadam securitate lib. 1.

12 † Contrarium tenet Dec. in l. pacta quæ contra n. 10. ver. sed in prædictis C. de pact. sequitur Menoch. de arbitra. iud. casu primo, nu. 7. & plura citat pro hac opinione Gabriel. tit. de clausul. conclus. 3. nu. 18. cum seq. est tex. in c. nonnulli de rescript. & ibi Bald. & confunditur opinio contraria per l. 1. ff. de ser. vt per Barbat. conf. 41. col. pen. vers. nec obst. lib. 1. conf. 43. nu. 13. conf. 12. col. 7. ver. & si dicatur lib. eo & tradunt Roman. conf. 147. Curt. Iun. in l. si quis in conscribendo nu. 36. C. de pact. vbi inquit doct. ad id non aduertere, cùm indistincte loquantur, Hiconit. c. quoniam contra par. 1. num. 207. de probat Brun de statu. fœmin. exclud. artic. 10. q. 8. Vbi etenim lex simpliciter prohibet consensus partium operatur cùm aliud sit vbi lex vlterius annullando procedit. Ias. in l. non dubiū nu 17. C. de legi. Constitutioni quippe prohibitoriæ tum demum renuntiari non potest, cùm constitutio annullat, quandoquidem hoc casu consensus videtur per legem prohibitus. Tiraq. de iure primigen. q. 24. nu. 16. Improbatum namq; ac vetitum fauore alicuius de volutate itē ipsius valet, ac tenet, quasi tunc cessare videatur ratio prohibitionis. Vasq. de success. creat. lib. 3. §. 28. limita. 32. n. 10. ver. vnde infertur. Quod autem legi seu constitutioni prohibitoriæ renuntiari possit, tex. est in d. c. nonnulli in prin. ibi nisi de consensu. Quem tex. singularem, & probantem hanc conclusionem inquit Barbat. conf. 12 col. 2. ver. & asseto in medium lib. 1. sed & legi prohibitiuæ tum demum renuntiari potest, cùm non inducuntur mali mores naturales. Bart. l. si quis pro eo memb 8. ff. de fideiuss. & ibi Castren. col. 3. Et vbicunq; prohibitio respicit tantum fauorem personæ prohibitæ tunc dicitur potius consilium quā præceptum. l. 2 §. fin. ff. mā da l. cum pater §. mando ff. de leg. 2. l. titio centum in prin. ff. de cond. & demon. Roman. conf 27. viso themate. Ias. l. is cui bonis nu. 18. ff. de ver. obl. Socin regu. 310. priuilegium n. 56. Barbatia conf. 53. nu 11. lib. 4.

Hinc mulier prohibita intercedere alieno nomine, si intercesserit contra prohibitionem senatuscon. velleiani obligatur naturaliter & ciuiliter l. si mulier in fi. ff. ad velleian. Diuersum est cùm prohibitio minime respicit fauorē ipsius prohibiti l. cum lex ff. de fideiuss l. si non sortem ff. de cond indebi. Barbat. d. conf. 53. nu. 11. Imo illud etiam dicitur statutum fauore alicuius, quod illius fauore est prohibitum, ut not. Aretin. in c. ecclesia S. M. nu. 6. uer. nota quarto de constitu. Et quoties prohibetur aliquid, id quidem consensu eorum quorum fauore vetatur, licitum efficitur l. nihil proponi §. 1. ff. de leg. 1. & ibi not.

Hincq; dicit Bald. in l. maximum vitium. C. de libe. præt. Quod stante statuto, vt filius masculus fœminam excludat, ita quod succedere non posit, poterit frater renuntiare illi prohibitioni, nempè vt filia admittatur. Barbatia conf. 42. col. pen. lib. 1. Nam & stante constitutione prohibitoria ac pœnali, ita demum in pœnam incidit contrafaciens, si ille cujus fauore emanauit, consentit c. 1. de loca. & ibi not. Ancharan. Barbat. conf. 12. col. 1. ver. & allego. lib. 1. Quare si Episcopus mandauerit alicui, vt soluat suo creditori intra mensem sub pœna excommunicationis, certe debitor non incidit in pœnam ipso creditore prorogante terminū. Bart. l. 1. §. & post operis num. 5. ff. de operis nou. nunc. Barbat. d. conf. 12. col. 1.

13 † Præterea si statutum prohibet posse legari per maritum vxori, certe hæres admittens vxorem percipere legatum vsusfructus prohibitum censetur renuntiare iuri suo, atq; ideo ipsa consumptos fructus lucratur. Bald. conf. 313. non video lib. 1. conf. 336. iuxta casum n. 2. lib. eo. Nam stante statuto quod vxor non posit habere vsumfructum relictum postquā transit ad secunda vota certe testator remittere poterit hoc onus, nempe vt posit nubere atq; etiam habere vsumfructum. Quod etenim mulier amittat vsumfructum nubendo, est quædam pœna, quam quidem remittere potest testator, vel hæres eius leg. scire C. vt in pos. legat. Bald. dict. conf. 336. num. 3. Neque dicatur hoc statutum, esse inductum fauore publico, vel etiam videri contra honestatem, scilicet vt mulier secundo nubat. Nam respondetur imò honestum esse nubere, atq;

reipub.expedire vt repleatur liberis ciuitas. Bald.d.conf.336. De cuius statuti renũtiatione diffusius agetur centur. 2. vbi dicam de renunt. Iuris prohibentis relinquere. sed & diuisionis prohibitioni a testatore factæ renuntiare potest is, cuius fauore inducta fuit prohibitio Oldra.conf.241. factum tale. Gramat. decis. 7. Ad hæc vbi statutum prohibitiuum inductum est fauore testatoris, potest tunc testator disponere vt locum, non habeat in suo testamento. Bald.d.conf.336.nu.3.

His accedit quod pacto prohibitorio renũtiari potest ab eo, cuius fauore fuit introductum l.1.ff.de seru.export. Nam, vt vbi dicitur p̄eiscentis causa custoditur lex vetans. sed & licet regulariter veniens contra legem prohibitiuam peccet, tamē id limitatur vbi lex ꝓhibet fauore prohibiti, si quidē hoc casu prohibitio est consilium, non etiam præceptum l.1.in fi.ff.manda.l.cum pater.§.mando.ff.de leg.2.& proinde contraueniens non illaqueatur Coruc. conf. 35. num. 7. ver. & dato quod lib 3.

Et facit quod scribit Bald.in auten. generaliter.nu.5.ver.secundo not.C. de episc.& cler. vbi prohibitioni, quę non dirigitur parti, sed ipsi iudici fauore partium, renuntiare possunt ipsæ partes. Quod inquit esse not. dignũ.

Quinimo vbi prohibitio fit fauore prohibiti contraueniens non peccat mortaliter, ne facta in eius fauorem redundent in odium. Casir.l.si constante §.quoties.ff.sol.mat.

Sed, & hanc opinionem sla. vt renũtiari possit iuri prohibitiuo tenet Bart.in l.pacisci.& in l.ius publicũ ff.de pact. quibus in locis colligi potest iuri prohibitiuo tum demum renuntiari non posse cùm lex id expresse disponit, vel quando ideò prohibetur aliquid quia est cōtra bonos mores, vt habetur toto tit.C.ne fideiuss. dot. dent. Vnde Bald. in c. nonnulli, col.1.de rescript.not. renuntiari posse legi ꝓhibitiuę, nisi ea miserationis causa introducta fuerit.

Ex quibus aperte constat quod iuri prohibitiuo regulariter renuntiari potest quoties illud respicit fauorem renuntiantis Nam sola legis prohibitio non debet impedire renuntiationem, sed tum demum, cùm lex vltra prohibitionē annullat. Tiraq. de iure primigē.q. 24.nu.16 vel aliter prohibetur renuntiatio vt per eum. & facit quod scribit Curt. iun.l.pen. nu. 36. C. de pact.

Planè vbi auctoritas legis prohibentis beneficium aplicat alicui, & facit esse ipsius proprium, is pōt renuntiare prohibitioni, quandoquidem huiusmodi ius est priuatum. Bald. in l.pacisci lectu.2.ff.de pact. Nam vbi lex prohibet ad commodum alterius quam cui prohibetur tum oritur ius agendi. Bart. l.1.nu.5. ff.de cond. ex lege.

Neq; obstat quod dicitur legi prohibitiuæ renuntiari minime posse, vt not. in tit.C.ne fideiuss.dot.dent. quia illud ibi procedit cùm fauore publico fit prohibitio, secus si prohibeatur quid fauore priuato. Curt.iun.l.pen.nu. 36 C.de pact Nam secundũ eum in d.tit.C.ne fideiuss dot.dent. prohibetur fideiussio ad cōseruandum amorem inter maritum. & vxorē, ne s lt maritus arguat vxorem de differentia, vt ibi habetur sed verius est in d.tit. prohibitionem fieri eius rei, quæ sit contra bonos mores, nimirum ne causa perfidiæ nascatur in matrimonio. Tiraq. de iure primigē.q.24.n.17.

Neq; item obstat quod quis debeat admitti per renunciationem atq; ita alia via ad id, quod illi vna via prohibetur, c.cum quid.& ibi Dyn. de regu. iur.lib.6. quia dicta regula procedit in odium prohibiti. secus vbi prohibitio fit fauore ipsius prohibiti. vt per Dyn. in d c.cum quid.

14 † Sed dubium esse potest secundū aliquos an renuntiari possit cū iuramento legi prohibitoriæ, & non posse tenent Bart.in l. 2. C.ne fideiuss.dot.dent. in l.cum hi.in fi.princ.ff.de trāsact.& alij quod refert Tiraq. d.l.si vnquam.n. 154. Ias. Insti.de actio.in prin.num.22. Barbat. conf.38.præclare.col.vlt.lib.2. Rebuff.tract.de testib.artic.vnico.glo.1.n.4.in fi. Phanuc.de lucro dot. glo. 14. Gallia. de statu. ver. non possit q.1.nu. 1.13 & nu.42.

Sed contra supradictam Bart. sententiam quod imò renuntiari possit cum iuramento tenuerunt Io.Andre.in addit.ad specul.tit.de instrum.edit.§.porro.Bald.in l.antiquæ.§.fin. in fi. C. ad velleian. Ias.l.pen.nu 17.C. de pact. Soc.cōs. 103. n.6.lib.3. Alex.l. si constante.§. quoties ff. solu.matr. in l.qui romæ.§ duo fratres.col. pen.ff. de verb.oblig. cons. 11.col.4 lib.2.cons.118.col.2.lib.7. Ias.in l.de his.ff. de transact. Dec.conf.345.col.fin. Et hanc sententiam communem esse inquit Ripa in d.§.duo fratres.nu.73. Roland.conf.98.nu.13.lib. 1. Rōmin.sen.conf.595. nu.12. Decian. conf. 39.nu. 77.lib.2. Bald.nou.de dote.6.par.princ.priuil. 21.nu.14. vbi latè disputat. Et hanc esse magis communem opinionem inquit Io. Orosc. in l. ius publicum.nu.5.ff.de pact. Atq; supradictā. Bart.opinionē communiter reprobari dixit. Rip.in d.§.duo fratres.nu.73.& ita tenet Natta conf.145.col.2.nu.5.lib.1. Crauę. conf.229. prin.conf.216. col.1. vbi inquit id procedere etiam si lex quid prohibeat odio prohibiti. Sapia l.1.n.255.ff.de iur. om. iud. Tiraq.l.si vnquam in prefat.nu.139.C.de reuoc.don. Baueria de virtu.iuram.nu.52.ver.trigesimo sexto. Seraphin. de priuil.iuram. priuil.100.nu.3. Et quod prohibitio a lege inducta ob priuatam vtilitatem principaliter tollatur iuramēto, inquit Alcia.conf.50.nu.5.tomo 2.lib.5. Non obstat c.non est obligatorium.de reg. iur.lib. 6. quia loquitur in prohibitione propter sui turpitudinem, atq; in ijs, quæ perpetuam habēt prohibitionis causam. Feder. de senis conf. 140. punctus quęstionis. nu.3.

Declaratur hæc opinio, vt non procedat cùm prohibitio concepta est in personam, quoniam hoc casu iuramento non firmatur, vt per Bart. auten. Sacramenta. num. 15. C. si aduer. vend. in l. si quis pro eo. num. 11. ff. de fideiuss. & sequuti sunt Bald. & Ang. relati per Curt. Iun. in d. auten. Sacramenta. num. 109. & per Couarru. d. c. quamuis. par. 2. §. 2. in princ.

Verum contrariam opinionem scilicet quod iuramentum sit seruandum hoc quoque casu tenet Guter. d. auten. Sacramenta. num. 35. vers. contraria tamen. Couarru. d. c. quamuis. par. 2. §. 2. num. 6. ver. primum etenim. Nihil sanè interest prohibitionem concipi in rem, siue in personam. Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 83. num. 70. ver. sed caue. Quocirca iuramentum confirmat fideiussoris dationem dotis causa contra prohibitionem legis Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 69. & alibi dicam latius. Item confirmat prohibitionem donationis inter virum, & vxorem, & l. de his. ff. de transact. atque prohibitam alienationem fundi dotalis, cum similibus, vt suis locis dicam.

15 Est igitur vt concludamus circa hanc quæstionem scilicet an renuntiari possit iuri prohibitiuo, & an saltem iuramentum tollat prohibitionem, non esse fiendam vim circa verba, num scilicet hæc sint affirmatiua, vel negatiua sed spectandam esse sententiam, ac rationem ipsius prohibitionis. Et quod nullum constituendum sit discrimen inter præceptum legis affirmatiuum, aut negatiuum voluit Alex. in l. 1. col. 1. num. 6. ff. de libe. & posth. per glo. iuncto tex. in l. non intelligitur §. diuus. ff. de iure fisci. Et hanc opinionem sequi videtur Cror. in l. si constante. lectu. 2. num. 40. ff. solut. matr. Imò doctrina. Salice. in l. vlt. C. de sent. ex breuir. recit. passim reprobatur, vt attestatur Tiraq. de legib. connub. glo. 4. num. 6. Quæ sanè sententia mihi placet. Nulla est quippe vis in verbis, vt ea sint affirmatiua, vel negatiua, sed considerandaest potissimum ratio ipsa, & sententia legis, vt declarat Bald. in d. l. nó dubium. col. fin. ver. Secundo quæro. C. de legi. Et quod par sit virtus legis prohibentis, & affirmatiuè præcipientis, item quod lex affirmatiuè præcipiendo æqualem habeat vim non aliter, atque prohibendo, tenet Vasq. de success. creat. lib. 1. §. 4. nu. 17. ver. Sed prior sententia. Nam & interdum aliquid prohibetur per verba affirmatiua l. 2. & ibi Bald. nor. C. de vsucapio. pro empt. Imò regulariter non est curandum, quæ verba fuerint prolata. Siquidem interdum verba affirmatiua priuant, seu includunt negatiuam, glo. est singularis in l. fin. §. fin. & ibi Bart. & doct. ff. de doli except. Bart. l. inter stipulantem in prin. ff. de verb. obl. Ias. in §. æque. num. 47. Inst. de actio. Vnde testator qui iubet rem seruari certè, & prohibet alienari Bald. d. l. 2. vbi monet id esse menti tenendum. Atque nihil interest quod testator præcipiat, vt si ij stent in vnione vsque ad certum tempus, vel vt prohibeat intra dictum tempus diuisioné fieri: Quare vt cognoscamus vtrum lex prohibeat, an id minus, dic secundum Bald. in l. non dubium. nu. 29. C. de legi. inspiciendam esse rationem ipsius legis.

Itaque quoties prohibitio respicit fauoré priuatum cuiuspiam, tum is haud dubiè renúciare poterit etiam sine iuramento huiusmodi prohibitioni, etiamsi prohibitio habeat clausulam decreti irritantis, quia hæc intelligi debet, vt ita demum nullitatem operetur si pars velit, atque non sola etenim verba negatiua non mutant naturam dispositionis, nisi aliter prohibeatur tenuntiatio. Quocirca cùm quæritur an legi, seu constitutioni prohibitiuæ renuntiari possit, tunc non inspiciuntur verba, an ea sint affirmatiua vel negatiua, tum an constitutio prohibeat, vel præcipiat, sed spectari debet causa, & ratio legis, & cuius causa lex potissimum introducta fuerit. Nam hac ratione facilè sciet quis poterit an renuntiari possit legi prohibitiuæ, an id minus, & an iuramentum operetur.

Sane in lege considerari oportet, & auctoritatem, hoc est præceptum & vtilitatem, siue finem. Præceptum autem legis aut affirmatiuè præcipit, aut vetat. Quo casu is, ad quem dirigitur præceptum seu prohibitio non poterit renuntiare illi, si quidem prohibitio nihil aliud est quam præceptum necessitatem imponens. Vbi verò in lege prohibitiua consideratur vtilitas, vt causa cur prohibitio inducta fuerit, si vtilitas priuata fuerit, vtique poterit is, ad quem prohibitiua dispositio refertur suæ vtilitati, proindeque dispositioni renuntiare, ne fauore inducta atque ex iure disposito permissa in odium vertantur, necessitatem ne imponant l. quod fauore C. de legi. Et quoque pertinent quæ dixi supra renunt. 5.

XI. RENVNTIATIO IVRIS HABENTIS CLAVSVLAM Decreti Irritantis.

SVMMA.

1 *Nullitas fit tacitè, & expressè.*
2 *Expressa nullitas.*
3 *Prohibitio legis simplex differt à clausula decreti irritantis in lege apposita.*
4 *Iuri habenti clausulam decreti irritantis renuntiari non potest.*
5 *Clausula decreti irritantis vbi apponitur illud videtur traditum pro forma.*

6 *Verba decreti annullantia actum, dicuntur annullare ipso iure.*
7 *L. 1. & l. si feriatis ff de fer. quomodo proced.*
8 *Iuri habenti clausulam decreti irritantis renuntiari quomodo possit.*
9 *Clausula decreti irritantis cùm sit accessoria non debet mutare naturam principalis dispositionis.*
10 *Annullatio actus quando dicatur pœna.*
11 *Praeceptum factum in cuiuspiam vtilitatem dicitur consilium.*
12 *Lex apponens clausulam decreti irritantis quando censeatur inducere formam.*
13 *Glo. in c. statutum. de rescript. lib. 6. quomodo proced.*
14 *Renuntiatio quando operetur stante clausula decreti irritantis.*

1
Vllitas † eius, quod fit contra legem contingit aut tacitè, aut expressè. Tacitè fit nullitas ex prohibitione legis, de qua dictũ est supra, quoniam prohibitioni legis semper inest clausula annullatiua, quãuis non sit expressa, l. non dubium, & ibi nor. Bald. & Fulgos. C. de legi. Quo casu nullitas dicitur pęna, vt per Bald. d. l. non dubium. col. 2. Aut fit ex omissione modi, & formæ a lege traditę, & hoc casu non dicitur pœna, sed potius censetur quædam renuntiatio in-
2 surgens ex omissione, vt dixi lib. 5. Expressa autem nullitas constat, cum lex expressè actũ annullat, atque dispositioni adiecit clausulam decreti irritantis. De quare nunc agendum erit. Nam actus qui fit contra ius tum demũ nullus est cùm fit contra ius prohibens simpliciter, vel contra ius progrediens vltra annullando contra ius factum. Atque ita accipitur regula, de qua in c. quæ contra ius. de reg. iur. lib. 6. & ibi Dyn. Pro legum quippè, & statutorum obseruatione inductum fuit decretum irritans, & annullans, id quod fieri posset contra ius ipsum. Roman. cons. 402. in
3 proposita. Capic. decis. 9. in fin. Quod † autẽ attinet ad institutum nostrum inter simplicẽ prohibitionem legis non progredientis vltra annullando, & clausulam decreti irritantis in lege appositam hoc maximè interest secũdum Ias. in d. l. non dubium, num. 17. quod renuntiatio operatur cùm lex simpliciter prohibet, secus vbi lex vltra progreditur actum annullando. Cùm supra igitur dictum fuerit de renuntiatione iuris prohibentis, nunc cõsequens est vt videamus de renuntiatione iuris habentis clausulam decreti irritantis.

4 Et secundum † aliquos clausulæ decreti irritantis effectus est vt renuntiari minimè possit iuri habenti dictam clausulam, tametsi ius respiciat commodũ ipsius renuntiantis, tex. est in c. dilecto. ibi nisi forte. vbi glo. Innoc. Abb. & alij, de præbend. glo. in c. statutum. ver. committantur. de rescript. lib. 6. not. in c. 1. & in c. dispendia. in ver. processus. eo. tit. glo. in l. a diuo pio. in ver. actionem. ff. de ritu nupt. & facit alia glo. in c. 1. & ibi Gomes. nu. 55. de rescript. lib. 6. vbi consensus partium nihil operatur stante clausula decreti irritãtis. Quam glo. ad hoc ponderant ibi doct. Felin. in c. olim. in fin. princ. de except. & in c. cum accessissent. col. 3. de constitu. & in c. si diligenti. num. 10. vers. quartum corollarium de foro compet. Cyn. Iac. Butrig. & Bald. in auten. si qua mulier C. ad vellecian. idẽ Bald. in l. antiquę § fin. C. eo. in l. si quis in conscribendo C. de pact. in l. 1. C. qui bon. ced. poss. Roman. cons. 402. in proposita cõsultatione. num. 3. Alex. cons. 41. col. fin. lib. 5. Socin cons. 87. visis num. 6. ver. confirmantur præmissa lib. 3. cons. 37. num. 3. lib. 1. cons. 24. num. 23. lib. eo. Ias. in d. l. non dubium. col. 3. vers. istud probo. in l. si quis in conscribendo. num. 17. in l. pacta quę contra col. 1. C. de pact. in l. non omnium. nu. 8. ver. confirmo prædictam regulam. C. de testam. & in l. ius publicum in fin. ff. de pact. Ruin. cons. 158. n. 2. lib. 4. Tiraq. de iure primigen. q. 24. nu 16. in l si vnquam. ver. reuertatur num. 321. C. de reuoc. don. vbi inquit id omnino indubitatũ esse apud omnes. Capic. decis. 9. in fin. Olasc. decis. 172. num. 18. Lamberteng. de contractib. eorum, & c. in fi. nu 3. & hæc sententia communis est vt testatur Couarru. in c. quamuis pactum. par. 2. § 3. nu 6 de pact. lib. 6. & tenuerunt plures alij relati à Gabriel. tit. de clausul. conclus. 3. num. 18. ver. secundus effectus est.

Nam licet vbi lex simpliciter prohibet partium consensus possit reddere actum nullum validum, tamen aliud est vbi lex vlterius procedit annullando, quoniam hoc casu partium consensus nihil operatur. Ias. in l. non dubiũ. nu. 17 C. de legi Bursat. cons. 338. nu. 43. lib. 3. Siquidem constitutio annullans actum videtur prohibere consensum. Tiraq. de iure primigen. q. 24. num. 16. Præterea vbi actus est ipso iure nullus tũc renuntiatio nihil operatur. l. conuenire ff. de pact. dot. Bald. ... 1. qui successo. tene. licet aliud sit vbi actus valet sed aliquo beneficio potest impugnari, vt per eũ.

5 Horum ratio illa est, nã vbi apponitur clausula decreti irritantis, illud videtur traditũ pro forma. Bald. & Ange. in l. 1. ff. de libe. & posth. Bero. q. 24. num. 1. Felin. c. cum dilecta. col. 8. ver. septimum signum. de rescript. Dec. cons. 128. pro resolutione num. 11. Paris. cons. 19. ad resolutionem num. 20. lib. 2. formę autem substantiali renunt. nõ potest, ut alibi dicã, ergo dicendum est neque renunt. posse huiusmodi clausulæ.

6 Præterea verba decreti annullantia actum dicuntur annullare ipso iure, Alex. dict. consil. 41. num. 13. Bald. d. l. non dibium. not. 6. Sed vbi ipso iure non ualet quod actum est, cum nihil operatur renuntiatio, ut actus valere possit. l. conuenire ff. de pact. dot. l. iurisgentium §. si paciscar. ff. de pact. Sanè se-

renunciatio operatur ut actus ualeat, ac robur accipiat ubicunque quid mero iure ualet, sed alio remedio infringi potest. Tiraq. d. l. si vnquam vero reuertatur num. 316.

Alia est, quoque ratio, quam assignat Ruin. d. cons. 158. num. 3. Nam vbi actus annullatur ratione prohibitionis tunc annullatio dicitur esse pœna, vt not. Bald. in d. l. non dubium. Et quoniam pœna dicitur fieri in odiū ipsius prohibiti principaliter, & secundario fauore alterius, ideò per illum pœna remitti non potest, cum semper ostendi debeat quod principaliter agitur. l. si quis nec causam ff. si cer. pet.

Et licet in rescripto insit hæc condicio, nimirum si pars eo vtatur, tamen aliud dicēdū est in statuto vel constitutione si quidē decretum in constitutione adiectum facit vt illi non poss. renunt. secus in decr. apposito in rescripto. Ancharan. in c. statutum de præbend. lib. 6. Aretin. l. nemo potest col. 3. in fi. ff. de leg. 1. Selua de benefic. par. 3. q. 9. nu. 13.

7 † Sed & quamuis Barbat. cons. 12. col. 4. vers. & si quispiam lib. 1. voluerit renuntiari posse per l. 1. in princ. & l. si feriatis ff. de ferijs, tamen respondetur in dictis legibus actum nō esse nullum, nisi cum fit citra ipsius partis voluntatem. Quare valet si pars consentit, si quidem tex. vlterius procedit id declarando Nam ibi per vnūm fit prohibitione causæ decidantur diebus feriatis, deinde subiungitur nisi id partes consenserint. Tiraq. d. l. si vnquā ver. reuertatur num. 318.

8 † Contrariū tū plures tenuerūt scilicet vt renuntiari possit quoties ius, cui adijcitur clausula decreti irritantis respicit fauorem renuntiantis. Dec. in l. pacta quæ contra num. ij. C. de pact. in l. posth. nu 10. C de bon. pof. contra tab. & in c. accessissent. num. 22. ver. sed. his non obstantibus de constitu. & in c. 2. col. 2. ver. & casu quo detesti. Aretin. in l. nemo potest col. 4. ff. de leg. 1. Curt. iun. l. si quis in cōscribendo num. 35. C. de pact. & in d. l. posthumio nu. 34. Barbatia cons. 42. col. pen. & cons. 12. col. 4. lib. 1. Gomes. in §. item si quis postulante. col. 15. Insti. de actio. Couarr. in c. quamuis pactum par. 2. §. 2. num. 6 ver. quorum opinio. de pact. lib. 6. Menoch. de arbitra. iud. casu 1. num. 7. Flamin. Parif. de resigna. benefic. lib. 3. q. 4. num 3. & faciunt quæ late scribit Tiraq. in d. l. si vnquam. ver. reuertatur. num. 10. cum plur. seqq. & hæc sententia verior esse videtur Couarru. d. c. quamuis pactum, par. 2. §. 2. num. 6. ver. quibus tandem rationibus. Et plures alios refert Gabriel. d. conclus. 3. Nam clausula decreti irritantis non irritat nisi velit is, cuius fauore adiecta fuit. Tiraq. de legibus connubiali. glo. 8. num. 95. & pro hac sententia est tex. in l. 1. ff. de fer. vt per Barbat. d. cons. 42. col. pen. & tex. Insti. de exhæreda. libe. in prin. in l. filio præterito. ff. de iniusto. testam. & in c. vlt. §. 1. de offic. de lega. vt per Couarru. d. c. quamuis pactum. par. 2. §. 2. nu. 6. ver. huic verò sētētiæ, & huic sententiæ suffragatur tex. in c. statutū §. in nullo. & §. vlt. de rescript. lib. 6. & glo. in d. c. statutum verò committantur. Couarr. d. loco. Vbi ergo lex annullat actum ipso iure fauore alicuius apponendo clausulam decreti irritantis tum potérit is, cuius fauorem respicit ipsa nullitas renuntiare huiusmodi nullitati. Curt. iun. d. l. posth. num. 46. & in l. edita num. 85. C. de edē. Quare quoties actus annullatur a lege, vel a statuto fauore alicuius, poterit is, cuius fauore annullatur eo vti, non autem alius cōtra eum. l. cum interdictæ C. arbit. tute. & ibi Bald. l. iulianus. §. si quis colludente. cum §. seq. ff. de actio. emp. Decian. cons. 2. num. 35. lib. 5.

Sane vbi clausula decreti irritantis apposita fuit fauore renuntiantis tunc renuntiatio operatur, quoniam hæc clausula ita operatur si is, cuius fauorem respicit velit, non alias, & ita declaratur glo. in d. c. statutum, vt per Dominic. de S Gemini. ibi. & ita respondet Alex. con. 95. visis narratis col. 1. lib. 4. & plura cumulat Ias. in l. vniuersa C. de precib. Impe. offer. Et hæc perpetuo adnotanda esse admonet Curt. iun. in l. si quis in conscribendo. nu 35. C. de pact. Atq; actus annullatio intelligitur si pars, cuius fauorem respicit, voluerit. Tiraq. d. glo. 8 q. 10 & d. l. si vnquam ver. reuertatur. n. 10. vsq; ad n. 16. Dec. cons. 604. n. 4. Soc. conf. 78. n. 8. lib. 4. Ofasc. decis. 29. nu. 12. Decian. cons. 2. num. 36. lib. 5. Nam & vbi actus annullatur fauore alicuius, certè eo volente actus valebit. glo. in l. & eleganter. in prin. ff. de dolo. Dec. d. l. pacta quæ contra. num. 11.

9 † Pro qua sententia facit quod clausula decreti irritantis vt quæ accessoria est, non debet mutare naturā ipsius principalis dispositionis, arg. tex. in clē. prima in fi. & ibi Cardin. not. de concess. prębend. Dec. d. l. pacta quæ contra. nu. 11. Gomes. c. 1 num. 57. de rescript. lib. 6. Quare quoties dispositio principalis respicit fauorem alicuius, tunc vtiq; & clausula annullatiua vti accessoria censetur illius fauore apposita. Et ideò si habens priuilegium cum decreto irritanti renuntiauerit ipsi priuilegio censebitur quoq; renuntiasse decreto irritanti. apostil. ad Roman. cōs. 330. num. 11. ver. puto.

10 † Præterea annullatio actus dicitur pœna quoties actus annullatur ratione prohibitionis vt not. Bald. in d. l. non dubium col. 2. sed pœna dicitur fieri in odium prohibiti, & fauore alterius. Aret in. l. gallus § quod si is ff. de libe. & posth. ergo & pœna, seu annullatio actus remitti poterit per eum, cuius fauore adiecta fuit. Atq; in vniuersum vbi aliquid prohibetur sub pœna fauore alicuius, tunc illo volente pœna non habet locum. Deci. cons. 604. num. 4.

11 † Item facit quod præceptum factum alicui in eius vtilitatem tantum, vetius dicitur consi-

consilium quam præceptum l.cum pater §.mádo.ff.de leg.2.l.2.§.vlt.ff. manda. Castren. l.legis.virtus.ff.de legi. sed hæc ratio non est vera, si quidem prohibitioni, seu præcepto, legis nunquam renunt. potest is, ad quem dirigitur ipsum præceptum, sed vtiq. renunt. poterit is ad cuius commodum, & fauorem refertur ipsum præceptum, quoniam iuris dispositio semper refertur ab uno supposito ad alterum, ut alibi dictum est. Quod autem dicitur partes renuntiare nõ posse ubi apponitur clausula huiusmodi, per tex. singul. in d.c. dilecto. & ibi glo. & doct. confunditur per tex. in l. 1 ibi, nullius momenti. ff. de for. ut inquit Barbat. cons. 12 col. 4. lib. 1. per glo. ualde singul. in auten. ut sine prohib. matr. debit. §. quia uerò ubi ita intelligit d.l.1.

12 † Neq; uerum est quod supra dictum fuit, sic quod lex uideatur introducere formam, quoties apponit clausulam decreti irritantis ut per Bald. & alios in l.1. ff. de libe. & posth. quia illud pcedit ubi actus non est simpliciter prohibitus, sed traditur modus a lege, quo obseruato actus ualere potest. Verùm ubi lex simpliciter prohibet actũ fieri, tunc decretũ annullatiuũ non põt inducere formã cũ forma tanquam qualitas, seu accidens non possit esse sine subiecto l. eius qui ff. si cer. pet. subiectũ autem dari non potest sine prohibitione ità trad. Ruin. cons. 158. n. 2. l. 4.

Prætereà licet agatur de obseruatione formæ tñ renũt. potest, & formæ quę respicit priuatum fauorem l. filio præterito ff. de iniusto test. & ibi Bart. Dec. d. l. pacta quę cõtra nu. 11. Nam quod dicitur clausulam decreti irritãris inducere formam, & ipsi formę renũt. haud posse, id accipitur nisi forma inducta sit fauore partium, tex. est & ibi not. Bald. & alij, in c fin. §. de his de offic. delega. Dec. c. de causis. not. 3. ex eo. secus vbi forma respicit fauorem publicum. & ita procedit tex. in d. l. de his. Dec. d. l. pacta quæ contra. num. 11. Quinimò, & iuramentum inducit formam c. ad nostram. de iureiur. & tamen formæ inductæ per iuramẽtũ renuntiatur. gl. in c. fin. de procura. ita Gomes, d. c. 1. num. 58. Et hęc maximè procedunt vbi lex annullando disponat vt actus non valeat in preiudicium alicuius, quoniam is poterit renuntiando sibi preiudicare, & facere vt actus valeat. Barbat. consil. 12. col. 3. ver. præterea lib. 1.

Neque obest tex. in d. c. dilecto, quia ibi clausula annullatiua uidetur adiecta in ecclesiæ utilitatem, non etiam priuato fauore. Couarru. d. c. quamuis pactum, par. 2. §. 2. nu. 6. uer. non obest tex. Dec. d. l. pacta. quæ contra num. 11.

13 † Neq; obst. gl. in d. c. statutum. quia ibi agitur non de priuato fauore, sed de mixto fauore partium, & Ecclesię Dei. d. l. pacta quę contra. num. 11. & in c cum accessissent. num. 22. de constitu. Imò agitur de fauore publico, nimirum ut causę ecclesiasticę committãtur personis nõ cõstitutis in dignitate. Curt. iun. l. si quis in conscribendo. num. 35. C. de pact. similiter nõ obst. glo. in l. a diuo pio. ff. de ritu nupt. quia ibi agitur de fauore publico. ut per Dec d. l. pacta quæ contra.

Et licet secundum aliquos, constitui uideatur differentia inter rescriptum, & constitutionem nempè ut clausulæ annullatiuę actus appositę in rescripto renunt. possit, secus ubi ea apponatur in constitutione quia hęc differentia non est uera, cùm idem dicendum sit tam in constitutione quam in rescripto. Dec. c. 2. col. 1. in ult. not. de test. & in d. c. cum accessissent. n. 24.

14 † Siue igitur clausula decreti irritantis adijciatur prohibitioni legis, siue iuri tradenti formam, utroq; casu semper inspiciẽdum est an prohibitio siue forma inducta sit fauore priuato, an id minus. Nam si prohibitio, uel forma respiciat priuatum fauorem certè, & clausula annullatiua actus censebitur adiecta fauore priuato, proindeq; renuntiatio quæ operatur in ipsa principali dispositione operabitur etiam in clausula accessoria, quę semp sequi debet naturã ipsius principalis dispositionis, vt iam dictum est.

Ex quibus clarè constat nullam esse differentiam inter prohibitionem simplicem legis, & clausulam annullatiuam in lege appositam, tametsi, Ias. in l. non dubium nu. ... C. de legi. cõtrarium tenere uideatur. Nam qua ratione tolli potest principale, eadem tolli poterit eius accessorium. l. 3. ff. de pen. lega. l. 1. cum seq. ff. de pecul. lega. l. fundi. ff. de fund. instr. l. certum capue §. fin. ff. de eo quod certo loco. l. eos C. de vsur.

XII. RENVNTIATIO IVRIS INDVCTI IN ODIVM.

SVMMÆ.

1 *Leges solent oriri ex malis moribus,*
2 *Iuri in odium inducto renunt. non potest.*
3 *Actus prohibitus odio alicuius non firmatur iuram.*
4 *Macedonianum S. C. auxilio renunt. non potest.*
5 *L. de ijs ff. de transact.*
6 *L. fin. C. de pact. pign.*
7 *Statutum prohibens maritum relinquere uxori.*
8 *Dispositio emanata odio extorquentium.*
9 *Iuri in odium inducto quando poss. renunt.*
10 *Ius inductum in odium an tollatur iuramento, & n. 12.*
11 *Præscriptioni, etiã odiosæ renunt. potest cum iuramento.*
13 *Dispositio an sit in odium inducta quomodo cognoscatur.*
14 *Macedonianum S. C. fuit. inductum principaliter in odium.*

15 Præ-

15 *Praescriptio longissimi tẽporis dicitur principaliter inducta in odium negligentis.*
16 *Propositum principale fauoris vel odij quomodo colligatur.*
17 *Lex principaliter respiciens tam odium, quam fauorem.*
18 *Odium, & fauor interdum non recipiunt separationem.*

N odium aliquorum ita demum
ferri lex potest, vt inquit Bald. in
l. 1. ff. de legib. si odium naturali
ratione nitatur. cùm sic odio ha
bẽtur mali mores, & hominum
scelera, non etiam ipsi homines. c. odio. dist.
86. specul. tit. de teste. §. 4. in prin. leges porrò
moribus cuiusq; ciuitatis, & loci consonae esse debent. Neq; sapientes legislatores de alijs
criminibus voluerunt leges ferri, quàm de ijs,
quae in republica frequenter committerentur.
1 Et ideo † dici solet ex malis moribus bonas
leges ortas esse, Arist. rethoric. lib. 2. Macrob.
Saturnal. lib. 3. sic aliquando Calphurnia, improbissima foemina, inuerecundè postulans, & Ma
gistratum inquietans causam edicto dedit, ne
foeminae pro alijs postularent. l. 1. §. origo. ff. d
postul. Sic & improbus foenerator, macedo
occasionem dedit Senatuscõs. Macedoniano,
a quo, & nomen habet ipsum senatuscõs. l. 1. in
prin. ff. ad macedonia. Qua ratione apud Aegi
netas, olim peccuniaria poena mulctabatur is,
qui legis instituendae occasionem praebuisset.
Cum itaq. accidit, vt lex principaliter feratur
in odium aliquorum, qui ex malis morib' cau-
2 sam dederunt legis instituendae, tunc † ei le-
gi, vt iuri inducto in odium renunt. non põt.
glo. & doct. in l. tametsi. ff. ad macedon. vbi
ideo non renuntiat exceptioni macedoniani
filiusfam. quia ea exceptio non sui causa, sed
in odium creditoris est inducta. habetur in l.
fin. C. de pact. pigno. doct. in l. si quis in cõscribẽdo C. de pact. & ibi Paul. de Castr. circa finem. not. in c. 1. in c. debitores. de iureiur. c. significãte. de pignor. Bar. q. 1. l. ucana. n. 8. ver. e contra. Abb. in rub. ex. de rescript. num. 7. & c. fin.
ex. eo. Corne. cõs. 45. col. 1. lib. 1. Bal. cons. 288.
circa fin. vers. & distingue. lib. 5. & in l. pacisci
ff. de pact. Ruin. l. nemo potest. num. 74. ff. de
leg. 1. & ibi Bolognet. num. 369. & facit glo. fi.
in l. fin. ff. ad macedonia. vbi dicitur quod illa
exceptio non potest tolli facto filij, per quam
not. Roma. in l. 1. §. & post operis. nu. 11. ff. de
ope. nou. nuntia. quod vbi exceptio est inducta in odium alicuius, non potest pars aduersa illi renuntiare, si quidem exceptio nõ est inducta fauore ipsius opponentis. Nam fauor repudiari potest non etiam odium, alioquin renuntiatione, legis dispositio in odium inducta, facilè eluderetur, vt inquit Bald. in repet.
l. 2. num. 123. ff. de iureiur. Vnde statuto inductu in odium foeneratorũ renuntiari non põt.
3 Io. de Imola cons. 85. col. 2. Imo † cum actus
prohibetur odio alicuius tunc nõ firmatur iuramento quamuis iuramẽtum seruari debeat.
Bart. l. si quis pro eo. col. 4. num. 10. in sexta cõclusione principali ff. de fideiuss. per tex. in c.
debitores. & ibi not. de iureiur. & hanc conclusionem Bart. sequuntur communiter doct.
vt per Couarru. in repet. c. quamuis pactũ. p. 2.
§. 3. quod tamen intelligendum erit, vt infrà
dicam.
4 † Hinc infertur macedoniano senatuscon. quod
odio inductum fuit, renuntiari minimè posse
Fel. in c. si diligenti. num. 32. de foro compet.
& latè suo loco dicam. Qua ratione etiam videtur vt renunt. non possit † l. de his ff. de trans-
5 fact. quoniam ea lex emanauit odio occultantium testamenta, vt per glo. Bart. ibi num.
3. ver. quaero nunquid, & dicam infrà de renuntiatione dict. l. de his, similiter renunt. non
6 potest dispositioni † leg. final. Cod. de pact.
pignor. vti odio creditorum inductae. vt ibi
dixi. Hinc item fit quod renũt. non potest per
maritum, vel haeredes cum consensu mariti sta
7 tuto † prohibenti maritum relinquere vxori,
quoniã illud statutũ factu fuit odio vxorum, nẽ
& earum blanditijs, & instigationibus mariti
cogantur illis relinquere, vt trad. Plot. cõs. 17.
nu. 50. & illud quoq; hinc prodit, quod inquit tex.
not. in clem. 2. ibi, nullis pactis, vel remissionibus super hoc valituris. de heretic. vbi si inquisitores officij praetextu aliquid extorserint ab
accusatis de heresi, illud restituere tenerentur, etiam accedente remissione, & quietatio
8 ne accusatorum. Nam † non valet huiusmodi
remissio dispositionis emanatae odio extorquentium, neq; renuntiatio prodesse poterit,
vt scribit Nicol. Arelatan. tract. de haeres. in
not. 48. facit etiam quod quamuis omissa fuerit exceptio excommunicationis, tamen iudex
poterit authoritate propria repellere. c. exceptionem de exceptio. Roman. l. 1. §. & post operis. num. 12. ff. de ope. nou. nunc.
Amplia modo, vt renuntiari non possit expressè aut tacitè exceptioni principaliter odiosae Iason. l. 1. n. 22. Cod. de iur. & fac. ignor.
9 † Limita autem secũdum Imol. in l. nemo põt
num. 8. ff. de leg. 1. tùm dictam regulam procedere, cùm eadem ratio suadet, vt impediatur etiam renuntiatio, vt patet in exceptione
macedoniani, quae inducta fuit ne filij anhelẽt
ad mortem patris, quae sanè ratio viget quoque
in renuntiatione exceptionis, vt per eum.
10 † Verum videtur vt iuri in odium inducto
renunt. possit cum iuramento. cap. significante. de pignorib. vbi pactum legis commissoriae, odio prohibitum iuramento colli
potest vt declarat Bart. l. si quis pro eo in 3. &
4. memb. prin. ff. de fideiuss. Alex. l. nemo potest ff. de leg. 1. & ibi Ias. num. 83. ver. & ita
teneat. Io. Annib. num. 553. Ripa. num. 113. &
Bolognet. num. 269. Gabriel. cons. 144. num.
57. lib. 2. Hiero. in rub. ex. de praescript. num. 75. Felin. c. si diligenti. num. 30 de foro compet.

Roland. consil. 25. num. 18. lib. 2.

11 † Et ideo videmus præscriptioni etiam odiosæ renunt. posse cum iuramento vt per Imol. in c. cum contingat. de iureiur. Felin. d. c. si diligenti. n. 32. Ias. d. l. nemo pót. Roland. d. cons. 25 nu. 18. Balb. de præscriptio. p. 4. quintæ p. q. 6. nu. 3. ver. primò. sed & renunt. potest cum iuramento prohibitioni l. fin. C. de pact. pign. quoniam iuramentū firmat, huiusmodi pactū c. significãte. de pign. Bart. in l. sæuis, & Angelus. nu. 4. ff. ad l. falcid. Petruc. in l. 5. num. 146. effectu nouo ff. de iureiur. Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 131 nu. 3.

12 † Sed quod dictum est valere renunciat. cum iuramento, & iuramentum confirmare actum. ita accipiēdum erit nisi ius inductum in odiū habeat perpetuam causam prohibitionis, & creditor ex pacto vel contractu iniq; accipiat, quoniam hoc casu iuramentum non firmat actum, quamuis iuramentum seruari debeat, & ita procedit c. debitores. de iureiur. secus vbi creditor non iniq; accipit, vel vbi non est perpetua causa prohibitionis, sed variabilis, vt per Couarru. in c. quamuis pactum. p. 2. §. 3. nu. 3. Guter. de contract. iurat. c. 43. nu. 3. Seraphin. d. priuileg. 31. nu. 3.

Sed vt intelligatur quando ius dicatur in odiū inductum, illud scire profuerit quando dispositio dicatur alicuius odio emanare.

13 † Cognoscitur autem quid esse inductum in odium principaliter ex causa, & ratione prohibitionis, seu dispositionis, quæ semper inspici debet, vt nor. Bald. in l. fin. C. qui ad libert. peruen. non poss. nec non mens præsumpta legislatoris, ac statuentium. glo. l. tale pactum. in fi. ff. de pact. in clem. 1. ver. præsidentes. de rescript. doct. l. non dubium. C. de legi. Quæ sanè colligi possunt potissimum ex legis, vel statuti præfatione, vt per Bald. in l. in testatò ff. de legit. tut. vbi inquit quod statutum sit in odium, vel fauorem, id facilè ex statuti proemio elici posse. & benè facit l. fin. ff. de hæred. instit. Nam legem in odium inductam fuisse ex principali legislatores intētione, & causa qua motus fuit ad legem ferendā; quare si odium causa fuerit, cur legem tulerit, tunc sanè censetur lex in odium inducta. l. qui exceptionem in prin. vbi Bart. Bald. & alij. ff. de cond. indebi. l. 1. vbi doct. ff. solu. matr. l. 1. §. & generaliter. ff. de ventr. inspic. l. si quis nec causam. vbi Bart. & alij. ff. si cer. pet. habetur in l. qui se debere ff. de cond. ob casu. Bald. l. 5. col. 10. ver. sed hic quæro de effectu C. de sum. trin. & in l. venia C. de in ius voc. & ibi Dec. nu. 5. Roman. cons. 32. col. 2. cons. 39. num. 2. cons. 328. col. 2. Cepol. cons. 278. num. 102. lib. 2. Craue. cons. 242. col. 1. late Tiraq. de retract. lign. §. 30. glo. 1. nu. 5. Menoch. recupe. possess. remed. 1. nu. 28. Brun. de statu. fœmin. exclud. art. 4. n. 7. Virgin. Boccat. in constitu. March. glo. 6. nu. 79. Calia. de verb. signific. lib. 8. cap. 5. nu. 34. Alfon. Hoieda. de benefic. incompatibilib. parte prima capit. 23. num. 13.

14 † Quocircà licet macedonianum faueat, & subueniat filijsfam. tamen quia principaliter illud inductū fuit odio creditorum & fœneratorum, censetur in odium emanasse. E conuerso Velleianum Senatuscons. & si vertatur in odium creditorum, tamen inspecto principali proposito Senatorum, quod principaliter respicit mulierum fauorem, illud fauorabile dicitur, non etiam in odium inductum glo. in l. tamen si ff. ad macedon. l. qui exceptionem. vbi doct. ff. de cond. indebi.

15 † Quò fit etiam vt præscriptio longissimi tēporis dicatur inducta principaliter in odiū negligentis l. fin. in fi. C. de annal. excep. glo. d. l. fin. circa fin. C. de edic. D. Adr. toll. quamuis ea respiciat etiam fauorem publicum. l. 1. ff. de vsucapio. Insti. eo. in prin. & huiusmodi præscriptio odiosa censetur l. sicut. & ibi doct. C. de præscript. 30. ann. ex diuersò quia vsucapio triennalis est principaliter in fauorem possidentis inducta ea fauorabilis censetur. & si in consequens vergat in odium patientis rem præscribi, vt habetur in d. l. sicut. & in l. si post acceptum ff. de rei vend.

Qua ratione etiam prohibitio l. fin. C. de pact. pignor. dicitur odiosa. & inducta in odiū captionum, Bart. in d. l. fin. & dispositio l. de his ff. de transactio. dicitur inducta in odium hæredum occultantium testamenta, vt per glo. ibi.

16 † Propositum porrò principale fauoris vel odij colligitur cúm verba dispositionis diriguntur ad eum, cuius odio lex mouetur ad statuendum, & tunc dispositio censetur principaliter odiosa, & si fauorem quoq; contineat, vt patet in macedoniano, cuius verba referūtur ad mutuantes filijsfamilias l. 1. ff. ad macedon. cùm in Velleiano verba referantur ad fœminas ipsas, ne pro vllo intercederent. l. 1. ff. ad velleian. d. l. qui exceptionem. in prin. vbi Bar. Aliud dicēdū est vbi lex respicit imbecillitatem, eiusq; principalis intentio est, vt succurrat, tunc non censetur esse in odium, inducta, & si fauorem consequatur odium, vt uidere est in velleiano. l. 1. ff. ad velleian. in fi. ibi. æquum autem visum est ita mulieri succurri, & propterea fauorabile, non etiam odiosum cēsetur. sic etiam statutum ne mulier, vel minor contrahere possit sine consensu consanguineorum dicitur fauorabile, vt per Bart. d. l. qui exceptionem.

Deinde vbi lex maximè cōsiderat dolum, & malos mores vt illis occurrat principaliter, & quando odium est principalis causa cur lex sanciatur, tunc dispositio dicitur in odium inducta, vt trad. Bald. in l. pen. C. de pact. sequitur Ias. d. l. qui exceptionem. Menoch. recupe. possess. rem. 1. n. 12.

17 † Verùm cùm lex æq; principaliter respiciat tam odium, quam fauorem ita ut dignosci minimè possit quid principaliter veniat, nec qua-

le fit principale legis propofitum, tunc aut fauor,& odium poſſunt ſeparationem recipere,& dic,vt per glo. in l. venia ver.liberis infi. C.de in ius voc. diſpoſitionem eſſe partim fauorabilem, & partim odioſam, vt per Tiraq. de retrac.in præfat.nu.66 atque ita ex capite fauorabilis, vt ecce, diſpoſitio vetans parentes,& patronos in ius vocari fine venia continet æquè fauorem parentum,ac patronorum, & odium libertorum ideò ex capite patroni, vt fauorabilis extenditur l. ſed ſi hac §. ſemper ff.de in ius voc.ex capite vero liberti, vti odioſa non extenditur ad libertum agentem nomine alterius ſine venia l. quæſitum ff. de in ius voc. & hanc rationem adfert glo. in d. l. venia, & ibi Iaſ. qui quatuor alios ſimiles gloſas refert.

28 † Sed cùm fauor & odium ſeparationem recipere minimè poſſunt, tunc diſpoſitio cenſetur neq; fauorabilis, neque odioſa, & ideò eligitur quędam media via, ut uidemus in interemptione præſcriptionis mixtę, ex fauore & odio, in qua non requiritur ſententia, vt in fauorabili pręſcriptione aſq; ita non cenſetur fauorabilis l. ſi poſt acceptum ff. de rei uendic. neq; ſufficit ſola citatio, vt in odioſa, & proinde neq; uti odioſa cenſetur l. fin. cum ibi not. C.de anna.excep. ſed eligitur quędam media uia, quia requiritur litis conteſtatio l. more C.de rei uendic. doct. in l. ſicut C. de præſcript. 30. ann. & de tali materia iudicamus ſicut de neutrali l. ſatis ſcriptura ubi Bart. ff. de leg. 1. Verùm ubi huiuſmodi diſpoſitio iudicari debetur ſit fauorabilis, aut odioſa, tūc diſpoſitio cenſetur ſimpliciter odioſa, Tiraq. de retrac. in præfatione, num. 65. contrarium tamen tenet Bald. in l. fin. C. qui ad libert. peruen non poſſ. per glo. ibi, & refert Tiraq. in d. præfatio. num. 56. & d. num. 65. Menoch. recup. poſſeſſ. remed. 1. num. 16. & quod in dubio fauorabilis cenſeatur, tenēt Bart. et doct. in l. 2. C. quod met. cau. quamuis glo. ibi teneat cōtrarium, enim d. l. qui exceptioné.

XIII. RENVNTIATIO IVRIS, QVO FRAGILITATI,

Seu inconſultæ facilitati occurritur.

SVMMÆ.

1 *Facilitate ſui qui labitur, is ſibi imputare debet.*
2 *Facilitate ſua lapſis interdum iura ſubueniunt.*
3 *Aetatis minoris fragilitas.*
4 *Mulier ratione flagilitatis in duobus caſibus iuuatur.*
5 *Facilitas agentis in quibuſdam actibus conſideratur.*
6 *Iuri, quo ſuccurritur lapſis ſua fragilitate, ſeu facilitate, renunt. non poteſt.*
7 *Renuntians qua fragilitate in principali obligatione lædi poteſt, eadem an renuntiatur captari rurſus poteſt.*
8 *L. doli ver. diuerſum ff. de nouatio.*
9 *Minor renunt. nō poteſt ratione imbecillitatis ætatis.*
10 *Fœmina pro odio intercedens iuuatur ratione fragilitatis.*
11 *Velleiano an poſſit renuntiari.*
12 *Velleiani renuntiatio ex interuallo facta.*
13 *Condictioni indebiti eadem facilitate renuntiatur.*
14 *Facilitatis ratio facit, vt renuntiari non poſſit exceptioni non numeratæ peccuniæ, vel exceptioni nō numer. dotis.*
15 *Mulier propter fragilitatē ſexus non poteſt dotis conditionem deteriorem efficere.*
16 *Simulationis exceptioni renuncians cenſetur ex facilitate renuntiari.*
17 *Maritus non poteſt renunt. diſpoſitioni ſtatuti prohibentis relinq. vxori.*
18 *Diſpoſitioni l. fin. C. de pact. pign. renuntiari non poteſt.*
19 *L. cum hi. ff. de tranſact.*
20 *Fragilitatis ratio vbi ceſſat renuntiatio permittitur.*
21 *Renuntiatio ex interuallo.*
22 *Iuramentum tollit præſcriptam fragilitatem.*

1 Erre † ſemper imputandum eſt. Nam qui ſui facilitate læditur, ſuæ facilitati ſolùm id imputare debet, qui ſui facilitate labitur. l. 1. § cuius rei ff. de ſeparatio §. prætereá Inſti. quib. mod. re contr. oblig. Ve-
2 rùm † interdum iura ex æquitate ſubueniūt, ſui facilitate, ac fragilitate lapſis. Aequitas autem ſuadet vt vbi maius imminet periculum læſionis ob fragilitatem, ac inconſultam facilitatem ibi iura adhibeant cautelam, ac remedium Cyn. auten. ſi qua mulier C. ad velleian. ſi quidē alias sēper vbi maius imminet periculū maior cautio eſt adhibēda c. vbi maius de
3 electio. lib. 6 Maius periculum † vt quis ſui facilitate, ac fragilitate lædatur conſideratur aut ratione ętatis, quādoquidē inter oēs conſtat fragile eſſe minoris ætatis cōſilium, vt inquit tex in l. 1. in prin. & ibi glo. in ver. auxilium ff.
4 de minori. Aut † ratione ſexus, ſed non paſſim nam duobus caſibus tantum quibus maius periculum verſatur, mulier iuuatur, nimirúm in interceſsione pro alio l. 1. ff. ad velleian. & in eius dote his ſanè caſibus mulieribus ſubuenitur, ne muliebris ſexus fragilitas in perniciem ſubſtantiæ earum conuertatur. Inſti. quib. alien. lic. §. 1. Et inquit tex. in l. fin. in prin. C. de donat. ante nupt. melius eſt mulieribus propter fragilitatem ſexus, quàm mari-
5 tus ſubueniri. Aut † denique ratione actus ſunt enim quidem actus in quibus quidem verſatur graue periculum, vt quis ſui facilitatē lædatur vt in mutuo, atq; in dote in quibus cōſideratur fragilitas, & facilitas emittendi cautionem ſub ſpe futuræ numerationis, vt ſuis locis dicam necnon in diſpoſitione prohibēte relinquere ob præſumptam facilitatem, cū

ſim.

fim. Quoniam igitur inconsulta facilitas, seu
fragilitas præsumitur facilius in minore vel
in fœmina cum pro alio intercedit, vel de do-
te sua paciscitur, vel ex natura actus: ideò his
casibus, vt poté in quibus versatur maius peri
culum vt quis fragilitate, ac sui facilitate
labatur, iura meritó subueniunt inducendo
specialia auxilia, quibus inconsultæ facilitati,
ac fragilitati occurritur.
6 Huic iuri, quod succurrit inconsulta quadā faci-
litate, ac fragilitate lapsis, renuntiari non po-
test l. doli. ver. diuersum ff. de nouatio. l. si in-
tra & ibi not. C. de in integ. resti. min. l. si iu-
dex circumuento, & ibi not. ff. de minor. Bart.
l. si quis in conscribendo, & ibi Dec. nu. 30. C.
de pact. Bald. l. 3. C. de decur. lib. 10. Abb. c. cū
contingat num. 20. de iureiur. Felin. c. si dili-
genti num. 13 ver. quarto fallit. de foro com-
pet. Vital. de clausul. clausu. renuntiauit tit.
quib. iurib. renunt. poss. nu. 10. Dalner. de var.
7 iur. renunt. C. is. Cuius † rei ratio illa est,
quod qua facilitate, ac leuitate quis in con-
tractibus, & obligationibus labit, ac circun-
ueniri potest eadem quoq; renuntiando re-
medijs sibi competentibus lædi, & captari
rursus potest, cùm eadem semper fragilitatis
ratio quæ principali obligationi obuiat, ma-
neat tam in obligatione, quàm in renuntia-
tione, atq; cùm renuntiando pariter contra-
hatur d. l. si iudex circumuento Ange. in d. l.
dol. Neque enim potest quis renuntiando fra-
gilitatem & imbecillitatem tollere. Tiraq. l.
si vnquam in præfat. num. 100. C. de reuoc. do-
nat. Neq; potest in eodem contractu esse ma-
gis consulta renuntiatio, quam principalis o-
bligatio. Hinc ex æquitate, lex ob præsumptā
fragilitatem succurrit tam in renuntiatione,
quàm in principali obligatione, & contractu,
Si quidem, & renuntiatio est contractus. Atq;
vt renuntiando rursus contrahit ita in renun-
tiatione manēte eadem fragilitatis causa rur-
sus lædi, & circumueniri potest d. l. doli ver. di
uersum Aret. l. si quis cum aliter, & ibi Ias. cir-
ca fin. ff. de ver. obl. Rimin. iun. cons. 342. nu.
125. Namq; vbi actus irritatur ex præsumpta
fragilitate, renuntiatio non nocet, quoniam
eadem fragilitas in renūtiatione quoq; consi
8 deratur. Gramatic. decis. 76. num. 18. Et † re
gula d. l. doli. ver. diuersum procedit cùm ra-
tio fragilitatis impedit contrahere, quoniam
hoc casu eadem fragilitatis ratio impedit re-
nuntiationem in eodem contractu factam ita
declarat Ias. in l. 1. nu. 13. ver. non obst. ratio ff.
de condict. indebi.

Neq; obstare potest quod quilibet suo be-
neficio, & auxilio pro se introducto renuntia-
re potest, & id ius est introductū fauore eorum
qui ob fragilitatē labuntur; quia illud est verū
nisi beneficium introductum sit ob imbecil-
litatem. Nam ea imbecillitas, quæ est in con-
trahendo, eadem item obstat renuntiationi
appositæ in ipso contractu. Ange. d. l. doli. nu.
8. & ibi Imola nu. 3. Et supradicta regula proce
dit in his quæ solo fauore ipsius renuntiantis
inducta sunt, vt alibi dictum est.
9 Quo fit vt minor nō possit renuntiare benefi-
cio restitutionis in integrū, vt not. in l. si intra
& ibi glo. C. de in integ. restitu. min. l. si iudex
circūuento ff. de minori. sané consilij imbe-
cillitas in minore facit vt qua ratione eius im-
becillitati succurratur in obligatione, & con-
tractu, eadem quoq; in renuntiatione illis sub-
ueniatur. Namq; vt ait Cice. pro M. Cœlio. tē-
pus illud ætatis sua sponte infirmum, aliorum
libidine etiam est infestum. Sic etiam minor
non potest renuntiare ætatis beneficio, quod
tribuitur ad occurrendum ætatis imbecillita-
ti. Bart. & Bald. in l. cum decurionatus, C. de
decur. lib. 10. not. in d. l. si iudex, & in d. l. si in-
tra sic minor inductus ad contrahendum con-
tra solennitatē eadem facilitate inductus cen
setur ad iurandum. Abb. cons. 71. quinq; du-
bia col. 1. in fi. lib. 1. & minor qui cum iuramen-
to renuntiauit successioni licet renuntiaue-
rit exceptioni doli in factum &c. præsumitur
eadem facilitate renuntiasse Bart. cons. 90. di-
lecto domino in fi. lib. 1. & de his dicam latius
suis locis.
10 Quod † autem diximus de minore id quoq;
voluit in fœmina quo ad id intercedente pro-
cedere Bart. in l. fin. § pen. ff. ad velleian. & in l.
generaliter. C. eo Dec. l. si quis in conscriben-
do num. 3. C. de pact. Nam mulier renuncians
velleiano censetur eadem facilitate qua con-
traxit renuntiare. Abb. d. cons. 71. nu. 2. & licet
in contrarium facere videatur d. l. fin. §. fin. v-
bi mulier renuntiare potest velleiano, tamen
Bart. tenet mulierem non posse renuntiare ni
si ex interuallo, quoniam tunc propter maio-
rem deliberationem cessat ratio leuitatis, &
sequitur Alcia. d. l. si quis in conscribendo, &
idem tenet Felin. in c. si diligenti in primo co
11 rollario fallent. 4. Ea † autem opinio quod
mulier renuntiare possit velleiano procedit
per tex. in d. l. fin. §. fin. in l. tametsi ff. ad ma-
cedon. auten. matri, & auiæ C. quan. mul. tut. of-
fic. & hæc est communis, vt testatur Dec. d. l.
si quis in conscribendo n. 30. Nec quicq; face-
re videtur quod velleianū inductum sit ob fra
gilitatem mulieris, quemadmodum, & restitu-
tio in integrum ob imbecillitatem minorum
quoniam videtur vt sit maior imbecillitas in
minore, quàm in muliere, si quidem huic suc-
curritur solùm cùm intercedit. Quare mulier
renuntiare potest, non item minor. Prætetea
renuntiatio in muliere non est adeo præiudi-
cialis, cùm possit habere regressum contra ip-
sum principalem ita Curt. iun. d. l. si quis in cō-
scribendo nu. 30. opinio autem Bart. quæ vti
probabilior magis mihi placet, nititur ratio-
ne d. l. doli ver. diuersum sed quod velleiani
auxilium concessum fuerit ob sexus imbecil-
litatem, satis patet ex l. 2. §. verba itaq; ff. ad
12 velleian. Ad † tex. autem in d. l. fi. respondet

ibi

ibi Bart. quod renuntiatio ibi sequuta fuit ex interuallo, non etiam in ipso contractu & ita respondet Dec. d. l. si quis in conscribendo nu. 30. Itaq; vbi mulier ex interuallo renuntiat, valet renuntiatio ob maiorem deliberationem, quę facit cessare pręsumptionem inconsultę leuitatis, Verùm cùm renuntiatur in ipso contractu dubium esse potest an valere possit renũtiatio per d. §. diuersum tametsi communis practica sit in contrarium, vt per Bald. in d. l. fin. §. fin. & ibi Bart. sed vide quę latè dicam infra de renunt. velleiani.

13 † Per errorem quoq; qui se obligauit renuntiauit conditioni indebiti censentur eadem facilitate renuntiasse. Alex. cons. 1. nu 9. lib. 6. & suo loco dicam.

14 † Pręterea ratio fragilitatis, & facilitatis facitut renuntiari minimè possit exceptioni nõ numeratę pecunię, uel non numeratæ dotis, Nam cùm huiusmodi exceptionibus occurratur præsumptæ fragilitati, & facilitati, merito qua facilitate quis emittit cautionem, & confitetur, eadem quoq; renuntiare potest exceptioni non numeratæ pecuniæ, uel non numeratę dotis, ut de renuntiatione exceptionis non numeratæ pecunię uoluit Bart. in l. si ex causa C. de non nume. peccu. & de marito confitente dot. Alex. cons. 165. dubitatur nu. 9. lib. 6. & dicam latè suis locis.

15 † Sed, & ratione fragilitatis mulier non potest renuntiando dotis conditionem deteriorem efficere l. attilicinus ff. de pact. dot. Neque hac ratione poterit renuntiando consentire alienationi fundi dotalis Inst. quib. alie. lic. in princ. l. unica. §. & cum lex. C. de rei uxor. act. De quare dicam alibi latius. Quamuis glo. in d. prin. Inst. quib. alien. lic. in uer. neq; consentientibus voluerit ideò renuntiari non posse, quia etiam reipub. interest. Quam rationem alibi reprobauimus.

16 † In Renuntiante quoq; exceptioni simulationis censetur eadem facilitas. Abb. d. cons. 71. col. 2. Bart cons. 65. in fi. lib. 1.

17 † Hinc quoq; est quod maritus non potest renuntiare dispositioni statuti prohibentis ne vxori relinquere possit. Si quidem illud conditũ est, ut occurratur facilitati mariti ad relinquendum uxori, ad illius importunas preces, & instigationes. Natta cõs. 463. col. 2. n. 9. ver. quò ad primũ caput. Gallia de statu. q. 1. n. 5 & infrà dicam de dispositione prohibente relinquere.

18 † Qua ratione etiam renuntiari non potest dispositioni l. fin. C. de pact pigno. & non ualet pactum quo renuntiatur iuri prohibenti pactũ legis commissorię in pignoribus vt suo loco
19 dicam † similiter renuntiari non potest dispositioni l. cum hi. in prin. ff. de transact. quoniam ea inducta fuit, ut occurratur facilitati, ut ibi dicam infra centur. 2.

20 † Non procedunt modo supradicta quando non subest ratio imbecillitatis d. l. doli. ver. diuersum ibi: quia si etiam nũc minor est rursum circumuenitur. Nam subsistente eadem fragilitate eo ipso quod renuntiat rursus læditur l. interdum ibi hoc enim ipso l. esse fiat §. restitutus l. ait pretor. in prin. ff. de minori. Aliud est dicendum sublata præsumptione fragilitatis, quia tunc potest renuntiari. Vnde non procedit quoties imbecillitas est ratione præsumptæ ignorantię quoniam eo casu accedente certioratione valet renuntiatio. Nam certioratio tollit ignorantiam. Vital. de clausul. rub. qui iuri renunt. poss. nu. 10. Gozadin. d. l. si quis in conscribendo num. 17. licet secus sit in minore, quia illi vel certiorato non nocet renuntiatio cùm fragilitas semper subsit ratione ætatis, vt per Gozadin d. l. si quis in conscribendo qui etiam differit circa ratiõẽ diuersitatis.

21 † Quocirca sciendum est renuntiationem interdum ex interuallo factam tollere auxilium inductum ratione fragilitatis. Hinc mulier cũ post biennium ab intercessione iterum se obstringit tunc non potest dici inconsulta leuitate facta intercessio, & proinde cessat velleiani auxilium, & renuntiatio valet l. si mulier 22. C. ad velleian. sic etiam licet alias mulier ob fragilitatem non possit consentire alienationi, siue obligationi rei donatæ propter nuptias, nisi seruata certa forma; vt habetur in auten. siue a me C. ad velleian. tamen cessat præsumpta fragilitas vbi mulier iterum post biennium consẽtit, vt in d. auten siue a me. Qua ratione etiam renuntiatio exceptionis non numeratæ peccunię: vel non numeratæ dotis ex interuallo facta valet, cum incontinenti facta minime valeat, vt ibi dicam.

25 † Sed & iuramentum tollit præsumptam fragilitatem, & cessare facit auxilium inductum ratione fragilitatis, & imbecillitatis, Nam de minore habetur in auten. sacramenta puberum C. si aduer. vẽd. & suo loco dicam. Et alias semper iuramentum habet vim deliberati, & secundi consensus, vt per glo. in c cum contingat. in ver. seruare debet de iureiur. & ibi Abb. & Imola. & iurans semper videtur deliberatè consentire propter animæ periculum. Seraph. de priuileg. iuram. priuil 62 n. 1. Vnde videmus quod quemadmodum mulier secundo consentiens post biennium non iuuatur velleiano ita idem dicendum est cùm mulier iurat. Seraphin. d. priuileg. 62. n. 1.

XIV. RENVNTIATIO IVRIS CONCESSI MISERATIONIS gratia.

SVMMÆ.

1 *L. vnica quam Impe. inter pupil. & uid.*
2 *Priuilegio concesso miserationis gratia, renuntiar an possit.*
3 *Beneficium vbi concessum est miserationis gratia, illud non intelligitur sublatum nisi de eo specialis mentio fiat.*

4 *Renuntiari cur non possit beneficio miserationis gratia concessa.*

5 *Beneficium quod miserationis gratia praestatur id etiam nolentibus praestatur.*

6 *Beneficio concesso miserationis gratia renuntiari posse.*

7 *Priuilegio miserationis gratia concesso quando renuntiari possit.*

Egrimoniæ quatuor sunt species, secundum philosophos, nempe mœror solicitudo inuidia, & miseratio. Atq; vt inuidentia ægritudo est ex alterius rebus secundis, ita miseratio, ægritudo est ex alterius rebus aduersis Cic. tusculan. quæstio. lib. 3. Miseria igitur, & infœlicitas personarum interdum facit, vt legislatores miseratione, seu, vt vulgò loquimur, compassione permoti priuilegia indulgeãt ad opera miserijs illorum ferendam, vt habetur in l. vnica C. quando imper. inter pup. & uid.

1 Quamuis † planè nemò possit etiam coram principe pro lite examinanda in prima instantia extra domicilium suum trahi l. nemo C. de iurisd. om. iud. Couarru. pract. quæstio. c. 6. in priu. tamen commiserationis causa constitutum est, vt ex priuilegio pupilli, uiduæ, & aliæ huiusmodi personæ miserabiles possint etiam extra prouinciam coram principe alios trahere, quò ad primam causarum cognitionem, & in prima instãtia, cùm tamen ipsi minimè trahantur extra proprij domicilij forum, vt in d. l. 1. & latè habetur per Couarru. pract. quæstio. c. 6. & 7. Alia exempla beneficiorum quæ miserationis gratia conceduntur, ius ciuile diligenter perlustranti fient obuia.

2 † Sed illud in quæstionem vocatur, An huiusmodi priuilegijs renuntiari posse, & renuntiari non posse, voluit glo. in l. vnica. in ver. excedere C. quando Imper. inter pup. vel uid. & ibi Cyn. quam glo. notandã dicit ibi Bald. & singularem dicunt recentiores, vt per Alex. in l. pen. col. vlt. C. de pact. & ibi Franc. Curt. n. 14. & hanc glo. esse veram dicunt ibi Bald. Salicet. & Alex. & refert Parpalea in l. 2. in prin. n. 28. ff. solu. matr. & ita tenet Bald. in c. de causis nu. 56. de offic. delegat. Dec. c. si de terra n. 17. ver. eodem modo de priuileg. Felin. in c. si diligenti n. 16. ver. tertium corolarium de foro compet. vbi eam rationem adfert, quia huiusmodi renũtiatio misericordiam tolleret, & proinde aduersus bonos mores esset. Neuizan. in silua nuptia lib. 6. quomodo iudicandum pro comuni num 37. Afflict. in constitu. statuimus col. 10. q. 13. & id pro singulari adnotat Aluis. de Albert. singul. 89. Bertachin. de gabell. p. 7. princ. q. 27. Natta cõs. 590. n. 15. Tessaur. pedam. decis. 177. n. 2. ver estq, adeò potens Franch. decis 192. n. 7 Viuius decis. 521. lib 4. Couar. pract. 99. c. 6. & 7. Rebuff. tract. de sentẽt. prouisionali art. 3. glo. vlt. in fi. ver. postremò singulariter. Et glo. in d. l. vnica communiter approbatam esse, testatur Gail. obseru. lib. 1. obseru. 1. n. 40. & quod renuntiari non possit voluit Alex. Trentacinq. vari. resol. lib 2. tit. de citatio resolu. 2. num. 37.

3 † Et hanc opinionem adiuuat regula illa, quam singulare dicit Alex. cons. 122. n. 16. lib. 4. quod vbi beneficium concessum est miserationis causa, illud non intelligitur sublatum per generalem clausulam reuocatoriam, nisi de eo specialis, & singularis mentio fiat, vt per Alex. d. cõs. 122 Paul. de Castr. d. l. vnica. Io. Crot. l. 3. §. qui præsens in fi. ff. de verb. oblig. Felin. c. nonnulli in prin. ver. prima conclusio. de rescript. Decius cons. 165. in fi. Ruin. cons. 226. & 228. lib. 1. latè habetur per Tiraq. in l. si vnquam in præfat. nu. 128 C. de reuoc. donat. Roman. cons. 269 non est dubium. ver. quod autem vbi voluit exigi verba specialis. Cagnol. in proem. Digestorum n. 289. Caroc. de excussio. bon. q. 17. part. 2. nu. 23. & facit optimè lex in l. libertis quos §. posthumis ff. de aliment. & Cibar. legat. per quem tex. tradit Tiraq. tract. de priuileg. piæ causæ priuileg. 19. generalem deminutionem relictorum in testamento, factam in codicillis minimè extendi ad relicta ad pias causas.

4 † Ratio, cur renunciari non possit illa est, quoniam priuilegium ob miserationem datum, videtur ferè magis ipsius dantis causa, qui misericordia mouetur, quam eius, cui datur concessũ. Altera ratio est, quia personæ miserabiles facilè, & modico accepto renuntiarẽt arg. l. cum hi. ff. de transact. ita Rebuff. tract. de sentent. prouis. artic. 3. glo. vlt. n. 38. præterea facit ea ratio, quia renuntiatio tolleret misericordiam, & sic esset aduersus bonos mores, vt per Rebuff. d. glo. vlt. in fi. Ratio est itaq; vt inquit Felin. in d. c. si diligenti quia renuntiatio esset contra pietatem, & proinde aduersus bonos mores.

5 Sed † & facit alia ratio. Nam quod beneficium miserationis gratia præstatur, id etiam nolentibus præstatur c. ipsa pietas 23. q. 4. multa quippè bona inuitis præstatur, cùm eorum consulitur vtilitati, non voluntati c. & qui emendat. in fi. 45. dist. Humanitatis sanè ratio suadet, vt interdum. Et succurratur personis, vel beneficium ipsum respuentibus, vt est tex. in l. non tantum ff. de appellatio. ibi, crediderim humanitatis ratione omnem prouocantem audiri debere, ergo etsi ipse acquieuit sentẽtiæ, nec quærimus, cuius intersit ex quibus verbis tex. apertè colligitur, quod vbi humanitatis ratio suadet vt cõmiserationis causa, cuipiam succurratur, tunc non est exquirenda voluntas personę miserabiles, cui ex humanitate subueniendum est, nec quærendum est, cuius intersit, an is beneficio afficiatur, an id minus, quoniam ex nulla alia causa illi succurrendum est, quam humanitatis, & commiserationis ratione, nulla habita ratione, quod eius tantum vtilitas versetur in eo beneficio, & ideò ibi in tex. dicitur, nec quærimus cuius intersit nec voluntas eius spectatur, vt ibi, ergo & si ipse acquiescit

ſcit ſententiæ, vt iam non ſit ei liberum renuntiare ſuo beneficio, quod humanitatis ratione illi conceſſum fuit, vt alius poſſit pro eo prouocare quandoquidem illud non tantùm eius cauſa, quam humanitatis, & miſerat. gratia conceſſum fuit. Quapropter videtur vt renuntiari nõ poſſit diſpoſitioni ſtatu. mediola. c. 47. de ſummaria ratione facienda in certis caſibus, vt per Foler. in praxi crimin. 1. parte ſecundæ part. verſ. audiantur excuſatores nu. 98.

6 † Contrarium tamen, vt renuntiari poſſit, cenſuit Cagnol. in prœmio Digeſtorum §. illud vero nu. 289. ver. prædictis tamen non obſtantibus pro qua opinione citat Roman. conſ. 269. non eſt dubium vbi auctoritate Cyni in d. l. 1. C. quando Imper. inter pupill. vel vid. tenet ad excluſionem eius beneficij, quod miſerationis gratia conceditur, requiri verba ſpecialiſſima, ex quibus apparet ſpeciatim renunciari poſſe preterea citat quoq; Iaſ. in l. qui Romę in prin. col. 1. ver. ſecundo moueor ff. de uerb. oblig. ubi uoluit renunc. poſſe per regulam l. ſi quis in conſcribendo C. de pact. & pro ſua opinione adducit etiam tex. in l. de die. cum l. ſeq. in uer. citeriori die ff. de pact. dot. & in l. iuriſgentium §. quinimo in uerb. ſtatim ff. de pact. ubi ualet pactum de dote reſtituenda ſtatim ſoluto matrimonio, quamuis tempus anni, quod datur ad dotem ſoluto matrimonio ſoluendam miſerationis gratia conceſſum fuerit, & facit l. ſancimus, ibi, niſi tenor pacti. C. de fideiuſſ. ubi not. Bald. per pactum derogari prouiſioni, & miſerationi legis. Vnde iura quę admittunt purgationem morę, uera ſunt, niſi actum ſi ut mora non poſſit purgari, ut per eum. Gloſam uero d. l. unicæ non probare cum nihil alleget, & ideò non obſtare reſpondet. Nec item obſtare rationem Felini de miſericordia tollenda reſpondet, cùm id beneficium tollatur renunciatione eius cuius, cauſa conceſſum fuit, imò illi imputandum eſt, qui renunciauit poſtremò pro hac opinione inquit eſſe tex. in d. l. unica ibi, ne terminos prouinciarum ſuarum cogantur excedere, ergò uolentes poterunt, renunciando eorum priuilegio. Et pro hac opinione facit etiam, Nam ſi hoc priuilegium cedi poteſt in fauorem perſonę non miſerabilis, ut per Rebuff. de ſentent. prouiſion. glo. ultim. numer. 20. cur non & ei renunciari poterit? & quod renunciari poſſit tenet etiam Herman. Vulte. ad d. l. unicam num. 15.

7 † Ego, hac in re ſic arbitror diſtinguendum. Nam aut priuilegium ideò conceditur miſerationis cauſa, quia agitur de uitę periculo, & tunc renuntiari non poterit, iuxta ſententiam glo in d. l. unica & ita procedit l. non tantum ff. de appellatio. ubi humanitatis ratione conceditur id beneficium ei, qui ad ſupplicium ducitur, ut alius pro eo poſſit prouocare, neq; ei beneficio renunciari poteſt, quoniam quis non eſt dominus membrorum ſuorum, ut infrà dicam. Hoc igitur caſu pietas, & humanitas ſuadet ut etiam inuitis ſuccurratur, quoniam, ut dicitur in cap. & qui emendat. in ſi. 45. diſt. multa bona pręſtantur inuitis, quando eorum conſulitur utilitati, non uoluntati, quia ſibi ipſis inueniuntur eſſe inimici, & ideò eſſet contra miſericordiam, ut inquit Felin. d. c. ſi diligenti huiusmodi renuntiatio, & contra bonos mores. Aliud dicendum eſt, cùm agitur tantum de rei familiaris periculo, ueluti de dote ſtatim ſoluenda, uel de fori priuilegio, & ſim. quia tunc non uideo cur renuntiari non poſſit ex regula l. pen. C. de pact. & ideò hanc glo. opinionem non eſſe ſemper ueram trad. parpalea in l. 2. in prin. num. 28. ff. ſolu. matr. & eſſe cogitandum ſed tamen hoc ita intelligendum ut exigatur expreſſa, & ſpecialis beneficij renuntiatio, ut rectè ſenſit Cyn. in d. l. unica & ſequitur Roman. d conſ. 269. num. 2. & ibi apoſtilla in uer. ſpecialiſſima. Franch. deciſ. 181. num. 8. Cagnol. in d. proem. Digeſtorum.

XV. RENVNTIATIO.

IVRIS DEROGANTIS.

SVMMÆ.

1 *Reditus ad ius commune fauorabilis.*
2 *Diſpoſitio qua reditus ſit ad ius commune, fauorabilis cenſetur.*
3 *Res facile eo redit vnde primum venit.*
4 *Renuntiatio per quam reditus fit ad ius commune facile admittitur.*
5 *Statuto deferenti ſucceſſionẽ maſculis excluſis fœminis facile maſculi renuntiare poſſunt.*
6 *Renũciari poteſt vt cauſa ſummaria ſit ordinaria.*
7 *Beneficio de fideiuſſoribus renunciari põt, & cur.*
8 *Abſtinendi beneficium cur facile renunciatione tollatur.*
9 *Prælatus renunciare poteſt in præiudicium eccleſiæ, cum per renuntiationẽ reditus fit ad ius commune*
10 *Mulier renuntiando poteſt deteriorem dotis conditionem efficere, cùm per renuntiationem reditus fit ad ius commune*
11 *Renuntiatio generalis refertur ad omnia cum reditus fit ad ius commune.*
12 *Renuntiatio per quam reditus fit ad ius commune fauorabilis.*
13 *Tacita renuntiatio facilius inducitur quoties ad naturam ſuam res reducitur.*

1 Vemadmodum receſſus a iure cõi dicitur odioſus. Crau conſ 170 n. 3. ita † regreſſus ad id ius fauorabilis cẽſetur. c. ab exordio 35. diſ. Dec. conſ. 3. n 5. Crau. cõſ. 135. n. 38. Couarr. var. reſol. lib. 3. c. 6. n. 4. Tiraq. de retrac. lign. in pręfat. nu. 58. in fin. Curt. iun. conſ 5. n. 29. conſ. 6 n. 14. & cõſ. 153 n. 2. Burſar. conſ. 287. n 11. & conſ. 281. num. 40.
2 Vnde † latiſſima ſit interpretatio cùm ad ius primæuum reuertimur. Dec. c. cauſamq; nu.

6 *Verba decreti annullantia actum, dicuntur annullare ipso iure.*
7 *L. 1. & l. si feriatis ff. de fer. quomodo proced.*
8 *Iuri habenti clausulam decreti irritantis renuntiari quomodo possit.*
9 *Clausula decreti irritantis cùm sit accessoria non debet mutare naturam principalis dispositionis.*
10 *Annullatio actus quando dicatur pœna.*
11 *Præceptum factum in cuiuspiam vtilitatem dicitur consilium.*
12 *Lex apponens clausulam decreti irritantis quando censeatur inducere formam.*
13 *Glo. in c. statutum. de rescript lib. 6. quomodo proced.*
14 *Renuntiatio quando operetur stante clausula decreti irritantis.*

1
Vllitas † eius, quod fit contra legem contingit aut tacitè, aut expressè. Tacitè fit nullitas ex prohibitione legis, de qua dictū est supra, quoniam prohibitioni legis semper inest clausula annullatiua, quāuis non sit expressa, l. non dubium, & ibi not. Bald. & Fulgos. C. de legi. Quo casu nullitas dicitur pęna, vt per Bald. d. l. non dubium. col. 2. Aut fit ex omissione modi, & formæ a lege traditę, & hoc casu non dicitur pœna, sed potius censetur quædam renuntiatio in-
2 surgens ex omissione, vt dixi lib. 5. Expressa autem nullitas constat, cum lex expressè actū annullat, atque dispositioni adiecit clausulam decreti irritantis. De qua re nunc agendum erit. Nam actus qui fit contra ius tum demú nullus est cùm fit contra ius prohibens simpliciter, vel contra ius progrediens vltra annullando contra ius factum. Atque ita accipitur regula, de qua in c. quæ contra ius. de reg. iur. lib. 6. & ibi Dyn. Pro legum quippè, & statutorum obseruatione inductum fuit decretum irritans, & annullans, id quod fieri possit contra ius ipsum. Roman. cons. 405. in
3 proposita. Capic. decis. 9. in fin. Quod † autē attinet ad institutum nostrum inter simplicē prohibitionem legis non progredientis vltra annullando, & clausulam decreti irritantis in lege appositam hoc maximè interest secūdum Ias. in d. l. non dubium, num. 17. quod renuntiatio operatur cùm lex simpliciter prohibet, secus vbi lex vltra progreditur actum annullando. Cùm supra igitur dictum fuerit de renuntiatione iuris prohibentis, nunc cōsequens est vt videamus de renuntiatione iuris habentis clausulam decreti irritantis.

4 Et secundum † aliquos clausulæ decreti irritantis effectus est vt renuntiari minimè possit iuri habenti dictam clausulam, tametsi ius respiciat commodum ipsius renuntiantis, tex. est in c. dilecto. ibi nisi forte. vbi glo. Innoc. Abb. & alij, de præbend. glo. in c. statutum. ver. committantur. de rescript. lib. 6. not. in c. 3. & in c. dispendia. in ver. processus. eo. tit. glo. in l. a diuo pio. in ver. actionem. ff. de ritu nupt. & facit alia glo. in c. 1. & ibi Gomes. nu. 55. de rescript. lib. 6. vbi consensus partium nihil operatur stante clausula decreti irritātis. Quam glo. ad hoc ponderant ibi doct. Felin. in c. olim. in fin. princ. de except. & in c. cum accessissent. col. 3. de constitu. & in c. si diligenti. num. 10. vers. quartum corollarium de foro compet. Cyn. Iac. Butrig. & Bald. in auten. si qua mulier C. ad velleian. idē Bald. in l. antiquę § fin. C. eo. in l. si quis in conscribendo C. de pact. in l. 1. C. qui bon. ced. poss. Roman. cons. 402. in proposita cōsultatione. num. 3. Alex. cons. 41. col. fin. lib. 5. Socin cons. 87. visis num. 6. ver. confirmantur præmissa lib. 3. cons. 37. num. 3. lib. 1. cons. 24. num. 23. lib. eo. Ias. in d. l. non dubium. col. 3. vers. istud probo. in l. si quis in conscribendo. num. 57. in l. pacta quę contra col. 1. C. de pact. in l. non omnium. nu. 8. ver. confirmo prædictam regulam. C. de testam. & in l. ius publicum in fin. ff. de pact. Ruin. cons. 158. n. 2. lib. 4. Tiraq. de iure primigen. q. 24. nu 16. in l si vnquam. ver. reuertatur num. 321. C. de reuoc. don. vbi inquit id omnino indubitatū esse apud omnes. Capic. decis. 9. in fin. Ofasc. decis. 172. num. 18. Lamberteng. de contractib. eorum, & c. in fi. nu. 2. & hæc sententia communis est vt testatur Couarru. in c. quamuis pactum, par. 2. § 3. nu 6 de pact. lib. 6. & tenuerunt plures alij relati à Gabriel. tit. de claufsul. conclus. 3. num. 18. ver. secundus effectus est.

Nam licet vbi lex simpliciter prohibet partium consensus possit reddere actum nullum validum, tamen aliud est vbi lex vlterius procedit annullando, quoniam hoc casu partium consensus nihil operatur. Ias. in l. non dubiū. nu. 17. C. de legi Bursat. cons. 338. nu. 43. lib. 3. Si quidem constitutio annullans actum videtur prohibere consensum. Tiraq. de iure primigen. q. 24. num. 16. Præterea vbi actus est ipso iure nullus tūc renuntiatio nihil operatur. l. conuenire ff. de pact. dot. Bald. ... 1. qui successo. tene. licet aliud sit vbi actus valet sed aliquo beneficio potest impugnari, vt per eū.

5 Horum ratio illa est, nā vbi apponitur clausula decreti irritantis, illud videtur traditū pro forma. Bald. & Auge. in l. 1. ff. de libe. & posth. Bero. q. 24. num. 1. Felin. c. cum dilecta. col. 8. ver. septimum signum de rescript. Dec cons. 128. pro resolutione num. 11. Paris. cons. 19. ad resolutionem num. 20. lib. 2. formę autem substantiali renunt. nō potest, ut alibi dicā, ergo dicendum est neque renunt. posse huiusmodi clausulæ.

6 Præterea verba decreti annullantia actum dicuntur annullare ipso iure, Alex. dict. consil. 41. num. 13. Bald. d. l. non dibium. not. 6. Sed vbi ipso iure non valet quod actum est, cum nihil operatur renuntiatio, ut actus valere possit. l. conuenire ff. de pact. dot. l. iurisgentium §. si paciscar. ff. de pact. Sanè

se-

renuntiatio operatur ut actus ualeat, ac robur accipiat ubicunque quid mero iure ualet, sed aliquo remedio infringi potest. Tiraq. d. l. si vnquam vero reuertatur num. 316.

Alia est, quoque ratio, quam assignat Ruin. d. conf. 158. num. 3. Nam vbi actus annullatur ratione prohibitionis tunc annullatio dicitur esse pœna, vt nor. Bald. in d. l. non dubium. Et quoniam pęna dicitur fieri in odiū ipsius prohibiti principaliter, & secundario fauore alterius, ideò per illum pœna remitti non potest, cum semper ostendi debeat quod principaliter agitur. l. si quis nec causam ff. si cer. pet.

Et licet in rescripto insit hæc condicio, nimirum si pars eo vtatur, tamen aliud dicēdū est in statuto vel constitutione si quidē decretum in constitutione adiectum facit vt illi non poss. renunt. secus in decr. apposito in rescripto. Ancharan. in c. statutum de præbend. lib. 6. Aretin. l. nemo potest col. 3. in fi. ff. de leg. 1. Selua de benefic. par. 3. q. 9. nu. 13.

7 † Sed & quamuis Barbat. conf. 12. col. 4. vers. & si quispiam lib. 1. voluerit renuntiari posse per l. 1. in princ. & l. si feriatis ff. de ferijs. tamen respondetur in dictis legibus actum nō esse nullum, nisi cum fit citra ipsius partis voluntatem. Quare valet si pars consentit, si quidem tex. vlterius procedit id declarando Nam ibi per vnùm fit prohibitione causæ decidantur diebus feriatis, deinde subiungitur nisi id partes consenserint. Tiraq. d. l. si vnquā ver. reuertatur num. 318.

8 † Contrariū tñ plures tenuerūt scilicet vt renuntiari posit quoties ius, cui adijcitur clausula decreti irritantis respicit fauorem renuntiantis. Dec. in l. pacta quæ contra num. ij. C. de pact. in l. posth. nu 10. C de bon. pos. contra tab. & in c. accesissent. num. 22. ver. sed. his non obstantibus de constitu. & in c. 2. col. a. ver. & casu quo de testi. Aretin. in l. nemo potest col. 4. ff. de leg. 1. Curt. iun. l. si quis in cōscribendo. num. 35. C. de pact. & in d. l. posthumo nu. 34. Barbatia conf. 42. col. pen. & conf. 12. col. 4. lib. 1. Gomes. in §. item si quis postulante. col. 15. Insti. de actio. Couarr. in c. quamuis pactum par. 2. §. 2. num. 6 ver. quorum opinio. de pact. lib. 6. Menoch. de arbitra. iud. casu 1. num. 7. Flamin. Paris. de resigna. benefic. lib. 3. q. 4. num 3. & faciunt quæ latè scribit Tiraq. in d. l. si vnquam. ver. reuertatur. num. 10. cum pluri. seqq. & hæc sententia verior esse videtur Couarru. d. c. quamius pactum. par. a. §. 2. num. 6. ver. quibus tandem rationibus. Et plures alios refert Gabriel d. conclus. 3. Nam clausula decreti irritantis non irritat nisi velit is, cuius fauore adiecta fuit. Tiraq. de legibus connubiali. glo. 8. num. 95. & pro hac sententia est tex. in l. 1. ff. de fet. vt per Barbat. d. conf. 42. col. pen & tex. Insti. de exhæreda. libe. in prin. in l. filio præterito. ff. de iniusto. testam. & in c. vit. §. 1. de offic. de lega. vt per Couarru. d. c. quamuis pactum. par. 1. §. 2. nu. 6. ver. huic verò sētētiæ, & huic sententiæ suffragatur tex. in c. statutū §. in nullo. & §. vlt. de rescript. lib. 6. & glo. in d. c. statutum vero committantur. Couarru. d. loco. Vbi ergo lex annullat actum ipso inte fauore alicuius apponendo clausulam decreti irritantis tum poterit is, cuius fauorem respicit ipsa nullitas renuntiare huiusmodi nullitati. Curt. iun. d. l. posth. num. 46. & in l. edita num. 85. C. de edē. Quare quoties actus annullatur a lege, vel a statuto fauore alicuius, poterit is, cuius fauore annullatur eo vti, non autem actus cōtra eum. l. cum interdictæ. C. arbit. tute. & ibi Bald. l. in h..nus. §. si quis colludente. cum §. seq. ff. de actio. emp. Decian. conf. 2. num. 35. lib. 5.

Sane vbi clausula decreti irritantis apposita fuit fauore renuntiantis tunc renuntiatio operatur, quoniam hæc clausula ita operatur si is, cuius fauorem respicit velit, non alias, & ita declaratur glo. in d. c. statutum, vt per Dominic. de S Geminia. ibi, & ita respondet Alex. con. 95. visis narratis col. 1. lib. 4. & plura cumulat Ias. in l. vniuersa C. de precib. Impe. offer. Et hæc perpetuo adnotanda esse admonet Curt. iun. in l. si quis in conscribendo. nu 35. C. de pact. Atq; actus annullatio intelligitur si pars, cuius fauorem respicit, noluerit. Tiraq. d. glo. 8. q. 10 & d. l. si vnquam ver. reuertatur. n. 10. vsq; ad n. 16. Dec. conf. 604. n. 4. Soc. conf. 78. n. 8. lib. 4. Osasc. decis. 29. nu. 12. Decian. conf. 2. num. 36. lib. 5. Nam & vbi actus annullatur fauore alicuius, certè eo volente actus valebit. glo. in l. & eleganter. in prin. ff. de dolo. Dec. d. l. pacta quæ contra. num. 11.

9 † Pro qua sententia facit quod clausula decreti irritantis vt quæ accessoria est, non debet mutare naturā ipsius principalis dispositionis, arg. tex. in clē. prima in fi. & ibi Cardin. not. de concess. prębend. Dec. d. l. pacta quæ contra. nu. 11. Gomes. c. 1. num. 57. de rescript. lib. 6. Quare quoties dispositio principalis respicit fauorem alicuius, tunc vtiq; & clausula annullat iua vti accessoria censetur illius fauore apposita. Et ideò si habens priuilegium cum decreto irritanti renuntiauerit ipsi priuilegio censebitur quoq; renuntiasse decreto irritanti. apostil. ad Roman. cōs. 330. num. 11. ver. puto.

10 † Præterea annullatio actus dicitur pœna quoties actus annullatur ratione prohibitionis vt not. Bald. in d. l. non dubium col. 2. sed pœna dicitur fieri in odium prohibiti, & fauore alterius. Aret in. l. gallus § quod si is ff. de libe. & posth. ergo & pœna. seu annullatio actus remitti poterit per eum, cuius fauore adiecta fuit. Atq; in vniuersum vbi aliquid prohibetur sub pœna fauore alicuius, tunc illo volente pœna non habet locum. Deci. conf. 604. num. 4.

11 † Item facit quod præceptum factum alicui in eius vtilitatem tantum, verius dicitur consi-

consilium quam præceptum l. cum pater §. mādo. ff. de leg. 2. l. 2. §. vlt. ff. manda. Castren. l. legis virtus. ff. de legi. sed hæc ratio non est vera, si quidem prohibitioni, seu præcepto, legis nunquam renunt. potest is, ad quem dirigitur ipsum præceptum, sed vtiq. renunt. poterit is ad cuius commodum, & fauorem refertur ipsum præceptum, quoniam iuris dispositio semper refertur ab uno supposito ad alterum, ut alibi dictum est. Quod autem dicitur partes renuntiare nō posse ubi apponitur clausula huiusmodi, per tex. singul. in d. c. dilecto & ibi glo. & doct. confunditur per tex. in l. 1. ibi, nullius momenti. ff. de for. ut inquit Barbat. cons. 15 col. 4 lib. 1. per glo. ualde singul. in auten ut sine prohib. matr. debit. §. quia uero ubi ita intelligit d. l. 1.

12 † Neq; uerum est quod supra dictum fuit, sic quod lex uideatur introducere formam, quoties apponit clausulam decreti irritantis ut per Bald. & alios in l. 1. ff. de libe. & posth. quia illud procedit ubi actus non est simpliciter prohibitus, sed traditur modus a lege, quo obseruato actus ualere potest. Verùm ubi lex simpliciter prohibet actū fieri, tunc decretū annullatiuū non pōt inducere formā cū forma tanquam qualitas, seu accidens non possit esse sine subiecto l. eius qui ff. si cer. pet. subiectū autem dari non potest sine prohibitione ità trad. Ruin. cons. 158. n. 2 l. 4.

Prætereà licet agatur de obseruatione formæ tñ renūt. potest, & formæ quę respicit priuatum fauorem l. filio præterito ff. de iniusto test. & ibi Bart. Dec. d. l. pacta quę cōtra nu. 11. Nam quod dicitur clausulam decreti irritātis inducere formam, & ipsi formę renūt. haud posse, id accipitur nisi forma introducta sit fauore partium, tex est & ibi not. Bald. & alij. in c. fin. §. de his de offic. delega. Dec. c. de causis. not. 3. ex eo. secus vbi forma respicit fauorem publicum. & ita procedit tex. in d. l. de his Dec. d. l. pacta quæ contra. num. 11. Quinimò, & iuramentum inducit formam c. ad nostram de iureiur. & tamen formæ inductæ per iuramētū renuntiatur. gl. in c. fin. de procura. ita Gomes. d. c. 1. num. 58. Et hęc maximè procedunt vbi lex annullando disponat vt actus non valeat in preiudicium alicuius, quoniam is poterit renuntiando sibi preiudicare, & facere vt actus valeat. Barbat. consil. 12. col. 3. ver. prætereà lib. 1.

Neque obest tex. in d. c. dilecto, quia ibi clausula annullatiua videtur adiecta in ecclesiæ utilitatem, non etiam priuato fauore. Couarru. d. c. quamuis pactum. par. 2. §. 2. nu. 6. uer. non obest tex. Dec. d. l. pacta, quæ contra num. 11.

13 † Neq; obst. gl. in d. c. statutum. quia ibi agitur non de priuato fauore, sed de mixto fauore partium, & Ecclesię Dei. d. l. pacta quę contra. num. 11. & in c. cum accessissent. num. 22. de constitu. Imò agitur de fauore publico, nimirum ne causę ecclesiasticę committantur personis nō cōstitutis in dignitate. Curt. iun. l. si quis in conscribendo. num. 35. C. de pact. similiter nō obst. glo. in l. a diuo pio. ff. de ritu nupr. quia ibi agitur de fauore publico. ut per Dec d. l. pacta quæ contra.

Et licet secundum aliquos, constitui uideatur differentia inter rescriptum, & constitutionem nempè ut clausulæ annullatiuę actus appositę in rescripto renunt. possit, secus ubi ea apponatur in constitutione quia hęc differentia non est uera, cùm idem dicendum sit tam in constitutione quam in rescripto. Dec. c. 2. col. 1. in ult. not. de test. & in d. c. cum accessissent. n. 24.

14 † Siue igitur clausula decreti irritantis adijciatur prohibitioni legis; siue iuri tradenti formam, utroq; casu semper inspiciē dum est an prohibitio siue forma inducta sit fauore priuato, an id minus. Nam si prohibitio, uel forma respiciat priuatum fauorem certè, & clausula annullatiua actus censebitur adiecta fauore priuato, proindeq; renuntiatio quæ operatur in ipsa principali dispositione operabitur etiam in clausula accessoria, quę semp sequi debet naturā ipsius principalis dispositionis, vt iam dictum est.

Ex quibus clarè constat nullam esse differentiam inter prohibitionem simplicem legis, & clausulam annullatiuam in lege appositam, tametsi, Ias. in l. non dubium nu. ... C. de legi. cōtrarium tenere uideatur. Nam qua ratione tolli potest principale, eadem tolli poterit eius accessorium. l. 3. ff. de pen. lega. l. 1. cum seq. ff. de pecul. lega. l. fundi. ff. de fund. instr. l. certum capuę §. fin. ff. de eo quod certo loco. l. eos C. de vsur.

XII. RENVNTIATIO IVRIS INDVCTI IN ODIVM.

SVMMA.

1 *Leges solent oriri ex malis moribus.*
2 *Iuri in odium inducto renunt. non potest.*
3 *Actus prohibitus odio alicuius non firmatur iuram.*
4 *Macedonianum S. C. auxilio renunt. non potest.*
5 *L. de his ff. de transact.*
6 *L. fin. C. de pact. pign.*
7 *Statutum prohibens maritum relinquere vxori.*
8 *Dispositio emanata odio extorquentium.*
9 *Iuri in odium inducto quando poss. renunt.*
10 *Ius inductum in odium an tollatur iuramento, dr. n. 12.*
11 *Praescriptioni, etiā odiosa renunt. potest cum iuramento.*
13 *Dispositio an sit in odium inducta quomodo cognoscatur.*
14 *Macedonianum S. C. fuit. inductum principaliter in odium.*

15 Pra-

15 *Præscriptio longissimi tẽporis dicitur principaliter inducta in odium negligentis.*

16 *Propositum principale fauoris vel odij quomodo col ligatur.*

17 *Lex principaliter respiciens tam odium, quam fauorem.*

18 *Odium, & fauor interdum non recipiunt separationem.*

N odium aliquorum ita demum
ferri lex potest, vt inquit Bald. in
l. 1. ff. de legib. si odium naturali
ratione nitatur. cùm sic odio ha
beãtur mali mores, & hominum
scelera, non etiam ipsi homines. c. odio. dist.
86. specul. rit. de teste. §. 4. in prin. leges porro
moribus cuiusq; ciuitatis, & loci, consonæ es-
se debent. Neq; sapientes legislatores de alijs
criminibus voluerunt leges ferri, quàm de ijs,
quæ in republica frequenter committerentur.
1 Et ideo † dici solet ex malis moribus bonas
leges ortas esse. Arist. rethoric. lib. 2. Macrob.
Saturnal. lib. 3. sic aliquando Calphurnia, impro-
bissima fœmina, inuerecundè postulans, & Ma
gistratum inquietans causam edicto dedit, ne
fœminæ pro alijs postularent. l. 1. §. origo ff. de
postul. Sic & improbus fœnerator, macedo
occasionem dedit Senatuscõs. Macedoniano,
a quo, & nomen habet ipsum senatuscõs. l. 1, in
prin. ff. ad macedonia. Qua ratione apud Aegi
neras, olim peccuniaria pœna mulctabatur is,
qui legis instituendæ occasionem præbuisset.
Cum itaq; accidit, vt lex principaliter feratur
in odium aliquorum, qui ex malis morib' cau-
2 sam dederunt legis instituendæ, tunc † ei le-
gi, vt iuri inducto in odium renunt. non põt.
glo. & doct. in l. tametsi. ff. ad macedon. vbi
ideò non renuntiat exceptioni macedoniani
filiusfam. quia ea exceptio non fuit causa, sed
in odium creditoris est inducta. habetur in l.
fin. C. de pact. pigno. doct. in l. si quis in cõscri-
bẽdo C. de pact. & ibi Paul. de Castr. circa fin.
not. in c. 1. in c. debitores. de iureiur. c. signifi-
cãte. de pignor. Bar. q. 1. l. ucana. q. 8. ver. e con
tra. Abb. in rub. ex. de rescript. num. 7. & c. fin.
ex. eo. Corne. cõs. 45. col. 1. lib. 1. Bal. cons. 288.
circa fin. vers. & distingue. lib. 5. & in l. pacisci
ff. de pact. Ruin. l. nemo potest, num. 74. ff. de
leg. 1. & ibi Bolognet. num. 265. & facit glo. fi.
in l. fin. ff. ad macedonia. vbi dicitur quod illa
exceptio non potest tolli facto filij, per quam
not. Roma. in l. 1. §. & post operis. nu. 11. ff. de
ope. non. nuntia. quod vbi exceptio est indu-
cta in odium alicuius, non potest pars aduer-
sa illi renuntiare. si quidem exceptio nõ est in-
ducta fauore ipsius opponentis. Nam fauor re-
pudiari potest non etiam odium, alioquin re-
nunciatione legis dispositio in odium indu-
cta, facilè eluderetur, vt inquit Bald. in repet.
l. 2. num. 123. ff. de iureiur. Vnde statuto indu-
cto in odium fœneratorũ renuntiari non põt.
3 Io. de Imola. cons. 85. col. 2. Imo † cùm actus
prohibetur odio alicuius tunc nõ firmatur iu
ramento quamuis iuramentum seruari debeat.
Bart. l. si quis pro eo. col. 4. num. 10. in sexta cõ
clusione principali ff. de fideiuss. per tex. in c.
debitores. & ibi not. de iureiur. & hanc con-
clusionem Bart. sequuntur communiter doct.
vt per Couarru. in repet. c. quamuis pactũ. p. 2.
§. 3. quod tamen intelligendum erit, vt infra
dicam.
4 † Hinc infertur macedoniano senatuscon. quod
odio inductum fuit, renuntiari minimè posse
Fel. in c. si diligenti. num. 32. de foro compet.
& latè suo loco dicam. Qua ratione etiam vide
5 tur vt renunt. non possit † l. de his ff. de tran-
sact. quoniam ea lex emanauit odio occul-
tantium testamenta, vt per glo. Bart. ibi num.
3. ver. quæro nunquid, & dicam infra de renun-
tiatione dict. l. de his, similiter renunt. non
6 potest dispositioni † leg. final. Cod. de pact.
pignor. vti odio creditorum inductæ. vt ibi
dixi. Hinc item fit quod renũt. non potest per
maritum, vel hæredes cum consensu mariti sta
7 tuto † prohibenti maritum relinquere vxori,
quoniã illud statutũ factu fuit odio vxorum, ne
& earum blanditijs, & instigationibus mariti
cogantur illis relinquere, vt trad. Plot. cõs. 17.
nu. 50. & illud quoq; hinc prodit, quod inquit tex.
not. in clem. 2. ibi, nullis pactis, vel remissioni-
bus super hoc valituris. de hæretic. vbi si inqui-
sitores officij prætextu aliquid extorserint ab
accusatis de hæresi, illud restituere teneren-
tur, etiam accedente remissione, & quietatio
8 ne accusatorum. Nam † non valet huiusmodi
remissio dispositionis emanatæ odio extor-
quentium, neq; renuntiatio prodesse poterit,
vt scribit Nicol. Arelatan. tract. de hære. in-
nor. 48. facit etiam quod quamuis omni asu-
ris exceptio excommunicationis, tamen iudex
poterit auctoritate propria repellere. c. excep-
tionem de exceptio. Roman. l. 1. §. & post ope
ris, num. 12. ff. de ope. nou. nunc.
Amplia modo, vt renuntiari non possit ex-
pressè aut tacitè exceptioni principaliter o-
dios. Iason. l. 1. n. 22. Cod. de iur. & fac. ignor.
9 † Limita autem secũdum Imol. in l. nemo pôt
num. 8. ff. de leg. 1. rùm dictam regulam proce
dere, cùm eadem ratio suadet, vt impedia-
tur etiam renuntiatio, vt patet in exceptione
macedoniani, quæ inducta fuit ne filij anhelẽt
ad mortem patris, quæ sanè ratio viget quoq;
in renuntiatione exceptionis, vt per eum.
10 † Verum videtur vt iuri in odium inducto
renunt. possit cum iuramento. cap. signifi-
cante. de pignorib. vbi pactum legis commis-
soriæ, odio prohibitum iuramento tolli
potest vt declarat Bart. l. si quis pro eo in 3. &
4. memb. prin. ff. de fideiuss. Alex. l. nemo po-
test ff. de leg. 1. & ibi Ias. num. 83. ver. & ita
teneat. Io. Annib. num. 553. Ripa. num. 111. &
Bolognet. num. 269. Gabriel. cons. 144. num.
57. lib. 2. Hero. in rub. ex. de præscript. num. 73.
Felin. c. si diligenti. num. 3. de foro compet.

Roland. consil. 25. num. 18. lib. 2.

11 † Et ideo videmus prescriptioni etiam odiosæ renunt. posse cum iuramento vt per Imol. in c.cum contingat.de iureiur. Felin.d.c.si diligenti.n.32. Ias.d.l.nemo pót. Roland.d.cons. 25 nu.18. Balb.de præscriptio.p. 4. quintæ p. q 6.nu.3.ver.primò.sed & renunt. potest cum iuramento prohibitioni l.fin.C.de pact.pign. quoniam iuramentũ firmat, huiusmodi pactũ c.significãte.de pign. Bart.in l.sæuis,& Augerius.nu.4.ff.ad l.falcid. Petruc. in l.1.num.146. effectu nouo ff.de iureiur. Seraphin. de priuileg.iuram.priuileg.131.nu.3.

12 † Sed quod dictum est valere renunciat.cum iuramento,& iuramentum confirmare actum, ita accipẽdum erit nisi ius inductum in odiũ habeat perpetuam causam prohibitionis,& creditor ex pacto vel contractu iniq; accipiat,quoniam hoc casu iuramentum non firmat actum, quamuis iuramentum seruari debeat, & ita procedit c. debitores. de iureiur. secus vbi creditor non iniq; accipit, vel vbi non est perpetua causa prohibitionis, sed variabilis, vt per Couarru. in c.quamuis pactum.p. 2. §.3. nu.3. Guter.de contract. iurat.c.43.nu. 3. Seraphin.d.priuileg.31.nu. 3.

Sed vt intelligatur quando ius dicatur in odiũ inductum,illud scire profuerit quando dispositio dicatur alicuius odio emanare.

13 † Cognoscitur autem quid esse inductum in odium principaliter ex causa, & ratione prohibitionis,seu dispositionis, quæ semper inspici debet, vt not. Bald. in l. fin. C. qui ad libert.peruen.non poss nec non mens præsumpta legislatoris, ac statuentium. glo.l.tale pactum. in fi.ff de pact.in clem. 1. ver.præsidentes.de rescript.doct.l.non dubium. C.de legi. Quæ sanè colligi possunt potissimum ex legis,vel statuti præfatione,vt per Bald.in l.intestatò ff. de legit. tut. vbi inquit quod statutum sit in odium,vel fauorem, id facilè ex statuti proemio elici posse. & benè facit l. fin. ff. de hæred. instit. Nam legem in odium inductam fuisse ex principali legislatores intẽtione, & causa qua motus fuit ad legem ferendã; quare si odium causa fuerit, cur legem tulerit, tunc sanè censetur lex in odium inducta. l. qui exceptionem in prin. vbi Bart. Bald. & alij. ff. de cond. indebi. l.1.vbi doct.ff. solu. matr.l.1. §.& generaliter.ff.de verit.inspic.l.si quis nec causam. vbi Bart. & alij. ff.si cer.pet. habetur in l. qui se debere ff.de cond.ob casu. Bald.l.1. col.10.ver.sed hic quæro de effectu C.de sum. trin.& in l.venia C.de in ius voc.& ibi Dec. n. 3. Roman.cons.32.col.2.cons.39.num. 2.cons. 328.col.2. Cepol.cons.278.num.102.lib.2. Craue.cons.242.col.1.late Tiraq.de retract. lign. §.30.glo.2.nu.5. Menoch. recupe. possess. remed. 1. nu. 28. Brun. de statu. fœmin.exclud. art.4.n.7. Virgin. Boccat. in constitu. March. glo.6.nu.79. Galia de verb.signific.lib.8.cap.5. nu.24. Alfon. Huieda de benefic. incompatibilib. parte prima capit. 29. num. 13.

14 † Quocircà licet macedonianum faueat, & subueniat filijsfam. tamen quia principaliter illud inductũ fuit odio creditorum & fœneratorum,censetur in odium emanasse. E conuerso Vellcianum Senatuscons. & si vertatur in odium creditorum,tamen inspecto principali proposito Senatorum. quod principaliter respicit mulierum fauorem, illud fauorabile dicitur,non etiam in odium inductum glo. in l.tamen si ff. ad macedon. l qui exceptionem. vbi doct. ff. de cond. indebi.

15 † Quò fit etiam vt præscriptio longissimi tẽporis dicatur inducta principaliter in odiũ negligentis l.fin.in fi.C.de anna. excep. glo.l. fin.circa fin.C.de edic.D.Adr.toll.quamuis et respiciat etiam fauorem publicum. l. 1. ff de vsucapio. Insti. eo. in prin.& huiusmodi præscriptio odiosa censetur l.sicut. & ibi doct.C. de prescript.30.ann.ex diuersò quia vsucapio triennalis est principaliter in fauorem possidentis inducta ea fauorabilis censetur.& si in consequens vergat in odium patientis rem præscribi,vt habetur in d.l.sicut.& in l.si post acceptum ff.de rei vend.

Qua ratione etiam prohibitio l. fin. C. de pact.pignor.dicitur odiosa.& inducta in odiũ captionum, Bart. in d. l. fin. & dispositio l. de his ff.de transactio. dicitur inducta in odium hæredum occultantium testamenta, vt per glo. ibi.

16 † Propositum porrò principale fauoris vel odij colligitur cùm verba dispositionis diriguntur ad eum,cuius odio lex mouetur ad statuendum, & tunc dispositio censetur principaliter odiosa.& si fauorem quoq; contineat, vt patet in macedoniano, cuius verba referũtur ad mutuantes filijsfamilias l.1.ff.ad macedon. cùm in Velleiano verba referantur ad fœminas ipsas, ne pro vllo intercederent. l.1. ff.ad velleian.d.l.qui exceptionem.in prin.vbi Bar. Aliud dicẽdũ est vbi lex respicit imbecillitatem,eiusq; principalis intentio est, vt succurrat, tunc non censetur esse in odium, inducta,& si fauorem consequatur odium, vt uidere est in velleiano. l. 1. ff. ad velleian. in fi. ibi, æquum autem visum est ita mulieri succurri, & propterea fauorabile, non etiam odiosum cẽsetur. sic etiam statutum ne mulier, vel minor contrahere possit sine consensu consanguineorum dicitur fauorabile,vt per Bart.d.l qui exceptionem.

Deinde vbi lex maximè cõsiderat dolum, & malos mores vt illis occurrat principaliter,& quando odium est principalis causa cur lex sanciatur,tunc dispositio dicitur in odium inducta,vt trad.Bald.in l.pen.C.de pact. sequitur Ias.d l.qui exceptionem. Menoch.recupe.possess. rem.1.n 22.

17 † Verùm cùm lex æq; principaliter respicit tam odium, quam fauorem ita ut dignosci minimè possit quid principaliter veniat, nec

qua-

le fit principale legis propofitum, tunc aut fauor, & odium poffunt feparationem recipere, & dic, vt per glo. in l. venia ver. liberis infi. C. de in ius voc. difpofitionem effe partim fauorabilem, & partim odiofam, vt per Tiraq. de retrac. in præfat. nu. 66 atque ita ex capite fauorabilis, vt ecce, difpofitio vetans parentes, & patronos in ius vocari fine venia continet ęquè fauorem parentum, ac patronorum, & odium libertorum ideò ex capite patroni, vt fauorabilis extenditur l. fed fi hac §. femper ff. de in ius voc. ex capite vero liberti, vti odiofa non extenditur ad libertum agentem nomine alterius fine venia l. quæfitum ff. de in ius voc. & hanc rationem adfert glo. in d. l. venia, & ibi Iaf. qui quatuor alius fimiles glofas refert.

18 † Sed cùm fauor & odium feparationem recipere minimè poffunt, tunc difpofitio cenfetur neq; fauorabilis, neque odiofa, & ideò eligitur quędam media via, ut uidemus in interemptione præfcriptionis mixtę, ex fauore & odio, in qua non requiritur fententia, vt in fauorabili pręfcriptione afq; ita non cenfetur fauorabilis l. fi poft acceptum ff. de rei uendic. neq; fufficit fola citatio, vt in odiofa, & proinde neq; uti odiofa cenfetur l. fin. cum ibi not. C. de anna. excep. fed eligitur quędam media uia, quia requiritur litis conteftatio l. more C. de rei uendic. doct. in l. ficut C. de præfcript. 30. ann. & de tali materia iudicamus ficut de neutrali l. fatis fcriptura ubi Bart. ff. de leg. 1. Verùm ubi huiufmodi difpofitio iudicari debetur fit fauorabilis, aut odiofa, túc difpofitio cenfetur fimpliciter odiofa, Tiraq. de retrac. in præfatione, num. 65. contrarium tamen tenet Bald. in l. fin. C. qui ad libert. peruen non poff. per glo. ibi, & refert Tiraq. in d. præfatio. num. 56. & d. num. 65. Menoch. recup. poffeff. remed. 1. num. 16. & quod in dubio fauorabilis cenfeatur, tenét Bart. et doct. in l. 2. C. quod mer. cau. quamuis glo. ibi teneat cõtrarium, enim d. l. qui exceptionē.

XIII. RENVNTIATIO IVRIS, QVO FRAGILITATI,

Seu in confultæ facilitati occurritur.

SVMMÆ.

1 *Facilitate fui qui labitur, is fibi imputare debet.*
2 *Facilitate fua lapfis interdum iura fubueniunt.*
3 *Aetatis minoris fragilitas.*
4 *Mulier ratione flagilitatis in duobus cafibus iuuatur.*
5 *Facilitas agentis in quibufdam actibus confideratur.*
6 *Iuri, quo fuccurritur lapfis fua fragilitate, feu facilitate, renunt. non poteft.*
7 *Renuntians qua fragilitate in principali obligatione lædi poteft, eadem an renuntiatur captari rurfus poteft.*
8 *L. doli ver. diuerfum ff. de nouatia.*
9 *Minor renunt. nõ poteft ratione imbecillitatis ætatis.*
10 *Fœmina pro odio intercedens iuuatur ratione fragilitatis.*
11 *Velleiano an pofsit renuntiari.*
12 *Velleiani renuntiatio ex interualla facta.*
13 *Conditioni indebiti eadem facilitate renuntiatur.*
14 *Facilitatis ratio facit, vt renuntiari non pofsit exceptiani non numeratæ peccuniæ, vel exceptioni nũ numer. dotis.*
15 *Mulier propter fragilitatẽ fexus non poteft dotis conditianem deteriorem efficere.*
16 *Simulationis exceptioni renuncians cenfetur ex facilitate renuntiari.*
17 *Maritus non poteft renunt. difpofitioni ftatuti prohibentis relinq. vxori.*
18 *Difpofitiani l. fin. C. de pact. pign. renuntiari non poteft.*
19 *L. cum hi. ff. de tranfact.*
20 *Fragilitatis ratio vbi ceffat renuntiatio permittitur.*
21 *Renuntiatio ex interuallo.*
22 *Iuramentum tollit præfcriptam fragilitatem.*

1
Erre † femper imputandum eft.
Nam qui fui facilitate læditur,
fuæ facilitati folùm id imputare
debet, qui fui facilitate labitur.
l. 1. § cuius rei ff. de feparatio §.
præterea Infti. quib. mod. re contr. oblig. Ve-
2 rùm † interdum iura ex æquitate fubueniũt,
fui facilitate, ac fragilitate lapfis. Aequitas au
tem fuadet vt vbi maius imminet periculum
læfionis ob fragilitatem, ac inconfultam faci-
litatem ibi iura adhibeant cautelam, ac re-
medium Cyn. auten. fi qua mulier C. ad velle-
ian. fi quidẽ alias sẽper vbi maius imminet per
culũ maior cautio eft adhibẽda c. vbi maius de
3 electio. lib 6 Maius periculum † vt quis fui faci
litate, ac fragilitate lædatur confideratur aut
ratione ętatis, quãdoquidẽ inter oẽs conftat
fragile effe minoris ætatis cõfilium, vt inquit
tex in l. 1. in prin. & ibi glo. in ver. auxilium ff.
4 de minori. Aut † ratione fexus, fed non paf-
fsim nam duobus cafibus tantum quibus ma-
ius periculum verfatur, mulier iuuatur, nimi-
rùm in intercefsione pro alio l. 1. ff. ad velle-
ian. & in eius dote his fanè cafibus mulieribus
fubuenitur, ne muliebris fexus fragilitas in
perniciem fubftantiæ earum conuertatur. In-
fti. quib. alien. lic. §. 1. Et inquit tex. in l. fin. in
prin. C. de donat. ante nupt. melius eft mulieri
bus propter fragilitatem fexus, quàm mari-
5 tus fubueniri. Aut † denique ratione actus
funt enim quidem actus in quibus quidem
verfatur graue periculum, vt quis fui facilitatẽ
lædatur vt in mutuo, atq; in dote in quibus cõ
fideratur fragilitas, & facilitas emittendi cau
tionem fub fpe futuræ numerationis, vt fuis
locis dicam necnon in difpofitione prohibẽ-
te relinquere ob præfumptam facilitatem, cũ
fim.

fim, Quoniam igitur inconsulta facilitas, seu
fragilitas præsumitur facilius in minore vel
in fœmina cum pro alio intercedit, vel de do-
te sua paciscitur, vel ex natura actus: ideò his
casibus, vt potè in quibus versatur maius peri
culum vt quis fragilitate, ac sui facilitate
labatur, iura meritó subueniunt inducendo
specialia auxilia, quibus inconsultæ facilitati,
ac fragilitati occurritur.
6 Huic † iuri, quod succurrit inconsulta quadã faci-
litate, ac fragilitate lapsis, renuntiari non po-
test l. doli. ver. diuersum ff. de nouatio. l. si in-
tra & ibi not. C. de in integ. resti. min. l. si iu-
dex circumuento, & ibi not. ff. de minor. Bart.
l. si quis in conscribendo, & ibi Dec. nu. 30. C.
de pact. Bald. l. 3. C. de decur. lib. 10. Abb. c. cũ
contingat num. 20. de iureiur. Felin. c. si dili-
genti num. 13 ver. quarto fallit. de foro com-
pet. Vital. de clausul. clausu. renuntiauit tit.
quib. iurib. renunt. poss. nu. 10. Dalner. de var.
7 iur. renunt. C. is. Cuius † rei ratio illa est,
quod qua facilitate, ac leuitate quis in con-
tractibus, & obligationibus labit, ac circun-
ueniri potest eadem quoq; renuntiando re-
medijs sibi competentibus lædi, & captari
rursus potest, cùm eadem semper fragilitatis
ratio quæ principali obligationi obuiat, ma-
neat tam in obligatione, quàm in renuntia-
tione, atq; cùm renuntiando pariter contra-
hatur d. l. si index circumuento Ange. in d. l.
dol. Neque enim potest quis renuntiando fra-
gilitatem & imbecillitatem tollere. Tiraq. l.
si vnquam in præfat. num. 100. C. de reuoc. do-
nat. Neq; potest in eodem contractu esse ma-
gis consulta renuntiatio, quam principalis o-
bligatio. Hinc ex æquitate, lex ob præsumptã
fragilitatem succurrit tam in renuntiatione,
quàm in principali obligatione, & contractu.
Si quidem, & renuntiatio est contractus. Atq;
vt renuntiando rursus contrahit ita in renun-
tiatione manẽte eadem fragilitatis causa rur-
sus lædi, & circumueniri potest d. l. doli ver. di
uersum Aret. l. si quis cum aliter, & ibi Ias. cir-
ca fin. ff. de ver. obl. Rimin. iun. cons. 342. nu.
125. Namq; vbi actus irritatur ex præsumpta
fragilitate, renuntiatio non nocet, quoniam
eadem fragilitas in renũtiatione quoq; consi
8 deratur. Gramatic. decis. 76. num. 18. Et † re
gula d. l. doli. ver. diuersum procedit cúm ra-
tio fragilitatis impedit contrahere, quoniam
hoc casu eadem fragilitatis ratio impedit re-
nuntiationem in eodem contractu factam ita
declarat Ias. in l. 1. nu. 11. ver. non obst. ratio ff.
de condict. indebi.

Neq; obstare potest quod quilibet suo be-
neficio. & auxilio pro se introducto renuntia-
re potest, & id ius est introductũ fauore eorum
qui ob fragilitatẽ labuntur; quia illud est verũ
nisi beneficium introductum sit ob imbecil-
litatem. Nam ea imbecilitas, quæ est in con-
trahendo, eadem item obstat renuntiationi
appositæ in ipso contractu. Ange. d. l. doli. nu.

8. & ibi Imola nu. 3. Et supradicta regula proce
dit in his quæ solo fauore ipsius renuntiantis
inducta sunt, vt alibi dictum est.
9 Quo fit vt minor nõ possit renuntiare benefi-
cio restitutionis in integrũ, vt not. in l. si intra
& ibi glo. C. de in integ. restitu. min. l. si iudex
circũuento ff. de minori. sanè consilij imbe-
cillitas in minore facit vt qua ratione eius im-
becilitati succurratur in obligatione, & con-
tractu. eadem quoq; in renuntiatione illis sub-
ueniatur. Namq; vt ait Cice. pro M. Cœlio. tẽ-
pus illud ætatis sua sponte infirmum, aliorum
libidine etiam est infestum. Sic etiam minor
non potest renuntiare ætatis beneficio, quod
tribuitur ad occurrendum ætatis imbecillita-
ti. Bart. & Bald. in l. cum decurionatus. C. de
decur. lib. 10. not. in d. l. si iudex, & in d. l. si in-
tra sic minor inductus ad contrahendum con-
tra solennitatẽ eadem facilitate inductus cen
setur ad iurandum. Abb. cons. 71. quinq; du-
bia col. 1. in fi lib. 1. & minor qui cum iuramen-
to renuntiauit successioni licet renuntiaue-
rit exceptioni doli in factum &c. præsumitur
eadem facilitate renuntiasse Bart. cons. 90. di-
lecto domino in fi. lib. 1. & de his dicam latius
suis locis.
10 Quod † autem diximus de minore id quoq;
voluit in fœmina quo a io intercedente pro-
cedere Bart. in l. fin. § pen. ff. ad velleian. & in l.
generaliter. C. eo Dec. l. si quis in conscriben-
do num. 3. C. de pact. Nam mulier renunciãs
velleiano censetur eadem facilitate qua con-
traxit renuntiare. Abb. d. cons. 71. nu. 2. & licet
in contrarium facere videatur d. l. fin. §. fin. v-
bi mulier renuntiare potest velleiano, tamen
Bart. tenet mulierem non posse renuntiare ni
si ex interuallo, quoniam tunc propter maio-
rem deliberationem cessat ratio leuitatis, &
sequitur Alcia. d. l. si quis in conscribendo, &
idem tenet Felin. in c. si diligenti in primo co
11 rollario fallent. 4. Ea † autem opinio quod
mulier renuntiare possit velleiano procedit
per tex. in d. l. fin. §. fin. in l. tametsi ff. ad ma-
cedon. auten. matri, & auiæ C. quan. mul. tut. of-
fic. & hæc est communis, vt testatur Dec. d. l.
si quis in conscribendo n. 30. Nec quicq; face-
re videtur quod velleianũ inductum sit ob fra
gilitatem mulieris, quemadmodum, & restitu-
tio in integrum ob imbecillitatem minorum
quoniam videtur vt sit maior imbecillitas in
minore, quàm in muliere, si quidem huic suc-
curritur solúm cúm intercedit. Quare mulier
renuntiare potest, non item minor. Pręterea
renuntiatio in muliere non est adeo præiudi-
cialis, cúm possit habere regressum contra ip-
sum principalem ita Curt. iun d. l. si quis in cõ-
scribendo nu. 30. opinio autem Bart. quæ vtĩ
probabilior magis mihi placet, nititur ratio-
ne d. l. doli ver. diuersum sed quod velleiani
auxilium concessum fuerit ob sexus imbecil-
litatem, satis patet ex l. 2. §. verba itaq; ff. ad
12 velleian. Ad † tex. autem in d. l. fi. respondet
ibi

ibi Bart. quod renuntiatio ibi sequuta fuit ex interuallo, non etiam in ipso contractu & ita respondet Dec. d. l. si quis in conscribendo nu. 30. Itaq; vbi mulier ex interuallo renuntiat, valet renuntiatio ob maiorem deliberationem, quę facit cessare pręsumptionem inconsultę leuitatis, Verùm cùm renuntiatur in ipso contractu dubium esse potest an valere possit renũtiatio per d. §. diuersum tametsi communis practica sit in contrarium, vt per Bald. in d. l. fin. §. fin. & ibi Bart. sed vide quę latę dicam infra de renunt. velleiani.

13 † Per errorem quoq; qui se obligauit renuntiauit conditioni indebiti censetur eadem facilitate renuntiasse. Alex. conf. 1. nu 9. lib. 6. & suo loco dicam.

14 † Prętereà ratio fragilitatis, & facilitatis facit ut renuntiari minimè possit exceptioni nõ numeratę pecunię, uel non numeratæ dotis, Nam cùm huiusmodi exceptionibus occurratur præsumptæ fragilitati, & facilitati, merito qua facilitate quis emittit cautionem, & confitetur, eadem quoq; renuntiare potest exceptioni non numeratæ pecuniæ, uel non numeratę dotis, ut de renuntiatione exceptionis non numeratæ pecunię uoluit Bart. in l. si ex causa C. de non nume. pecu. & de marito consentiente dot. Alex. conf. 165. dubitatur nu. 9. lib. 6. & dicam latè suis locis.

15 † Sed, & ratione fragilitatis mulier non potest renuntiando dotis conditionem deteriorem efficere l. attilicinus ff. de pac. dot. Neque hac ratione poterit renuntiando consentire alienationi fundi dotalis Inst. quib. alie. lic. in princ. l. unica. §. & cum lex. C. de rei uxor. act. De quare dicam alibi latius. Quamuis glo. in d. prin. Inst. quib. alien. lic. in uer. neq; consentientibus voluerit ideò renuntiari non posse, quia etiam reipub. interest. Quam rationem alibi reprobauimus.

16 † In Renuntiante quoq; exceptioni simulationis censetur eadem facilitas. Abb. d. conf. 71. col. 2. Bart conf. 65. in fi. lib. t.

17 † Hinc quoq; est quod maritus non potest renuntiare dispositioni statuti prohibentis ne vxori relinquere possit. Si quidem illud conditũ est, ut occurratur facilitati mariti ad relinquendum uxori, ad illius importunas preces, & instigationes. Natta cõs. 463. col. 2. n. 9. ver. quò ad primũ caput. Gallia de statu. q. 1. n. 5 & infra dicam de dispositione prohibente relinquere.

18 † Qua ratione etiam renuntiari non potest dispositioni l. fin. C. de pact pigno. & non ualet pactum quo renuntiatur iuri prohibenti pactũ legis commissorię in pignoribus vt suo loco

19 dicam † similiter renuntiari non potest dispositioni l. cum hi. in prin. ff. de transact. quoniam ea inducta fuit, ut occurratur facilitati, ut ibi dicam infra centur. 2.

20 † Non procedunt modo supradicta quando non subest ratio imbecillitatis d. l. doli. ver. diuersum ibi, quia si etiam nũc minor est rursum circumuenitur. Nam subsistente eadem fragilitate eo ipso quod renuntiat rursus læditur l. interdum ibi hoc enim ipso l. esse fiae §. restitutus l. ait pretor. in prin. ff. de minori. Aliud est dicendum sublata præsumptione fragilitatis, quia tunc potest renuntiari. Vnde non procedit quoties imbecillitas est ratione præsumptæ ignorantię quoniam eo casu accedente certioratione valet renuntiatio. Nam certioratio tollit ignorantiam. Vital. de clausul. rub. qui iuri renunt. poss. nu. 10. Gozadin. d. l. si quis in conscribendo num. 17. licet secus sit in minore, quia illi vel certiorato non nocet renuntiatio cùm fragilitas semper subsit ratione ætatis, vt per Gozadin d. l. si quis in conscribendo qui etiam differit circa rationẽ diuersitatis.

21 † Quo circa sciendum est renuntiationem interdum ex interuallo factam tollere auxilium inductum ratione fragilitatis. Hinc mulier cũ post biennium ab intercessione iterum se obstringit tunc non potest dici inconsulta læuitate facta intercessio, & proinde cessat velleiani auxilium, & renuntiatio valet l. si mulier 11. C. ad velleian. sic etiam licet alias mulier ob fragilitatem non possit consentire alienationi, siue obligationi rei donatæ propter nuptias, nisi seruata certa forma, vt habetur in auten. siue a me C. ad velleian. tamen cessat præsumpta fragilitas vbi mulier iterum post biennium cõnsẽtit, vt in d. auten siue a me. Qua ratione etiam renuntiatio exceptionis non numeratæ pecunię: vel non numeratæ dotis ex interuallo facta valet, cum incontinenti facta minime valeat, vt ibi dicam.

22 † Sed & iuramentum tollit præsumptam fragilitatem, & cessare facit auxilium inductum ratione fragilitatis, & imbecillitatis, Nam de minore habetur in auten. sacramenta puberum C. si aduer. vẽd. & suo loco dicam. Et alias semper iuramentum habet vim deliberati, & secundi consensus, vt per glo. in c cum contingat. in ver. seruare debet de iureiur. & ibi Abb. & Imola. & iurans semper videtur deliberatè consentire propter animæ periculum. Seraph. de priuileg. iuram. priuil 61 n. 1. Vnde videmus quod quemadmodum mulier secundo consentiens post bieunium non iuuatur velleiano ita idem dicendum est cùm mulier iurat. Seraphin. d. priuileg. 61. n. 1.

XIV. RENVNTIATIO IVRIS CONCESSI MISERATIONIS gratia.

SVMMÆ.

1 *L. vnica quam Impe. inter pupil. & uid.*

2 *Priuilegio concesso miserationis gratia, renuntiar an possit.*

3 *Beneficium vbi concessum est miserationis gratia, illud non intelligitur sublatum nisi de eo specialis mentio fiat.*

scit sententiæ, vt iam non sit ei liberum renuntiare suo beneficio, quod humanitatis ratione illi concessum fuit, vt alius possit pro eo prouocare quandoquidem illud non tantùm eius causa, quam bumanitatis, & miserat. gratia concessum fuit. Quapropter videtur vt renuntiari nõ possit dispositioni statu. mediola. c. 47. de summaria ratione facienda in certis casibus, vt per Foler. in praxi crimin. 1. parte secundæ part. vers. audiantur excusatores nu. 98.

6 † Contrarium tamen, vt renuntiari possit, censuit Cagnol. iu proœmio Digestorum §. illud vero nu. 289. ver. prædictis tamen noo obstantibus pro qua opinione citat Roman. cons. 269. non est dubium vbi auctoritate Cyni in d. l. 1. C. quando Imper. inter pupill. vel vid. tenet ad exclusionem eius beoeficij, quod miserationis gratia conceditur, requiri verba specialissima, ex quibus apparet speciatim renunciari posse prȩterea citat quoq; Ias. in l. qui Romȩ io prin. col. 1. ver. secundo moueor ff. de uerb. oblig. ubi uoluit renunc. posse per regulam l. si quis in conscribendo C. de pact. & pro sua opinione adducit etiam tex. in l. de die. cum l. seq. in uer. citeriori die ff. de pact. dot. & in l. iurisgentium §. quinimo in uerb. statim ff. de pact. ubi ualet paetum de dote restituenda statim soluto matrimonio, quamuis tempus anni, quod datur ad dotem soluto matrimonio soluendam miserationis gratia concessum fuerit, & facit l. sancimus, ibi, nisi tenor paeti. C. de fideiuss. ubi not. Bald. per pactum derogari prouisioni, & miserationi legis. Vnde iura quȩ admittunt purgationem morȩ, uera sunt, nisi actum si ut mora non possit purgari, ut per eum. Glosam uero d. l. unicæ non probare cum nihil alleget, & ideò non obstare respondet. Nec item obstare rationem Felini de misericordia tollenda respondet, cùm id beneficium tollatur renunciatione eius cuius, causa concessum fuit, imò illi imputandum est, qui renunciauit postremò pro bac opinione inquit esse tex. in d. l. unica ibi, ne terminos prouinciarum suarum cogantur excedere, ergò uolentes poterunt, renunciando eorum priuilegio. Et pro hac opinione facit etiam, Nam si hoc priuilegium cedi potest in fauorem personȩ non miserabilis, ut per Rebuff. de sentent. prouision. glo. ultim. numer. 20. cur non & ei renunciari poterit? & quod renunciari possit tenet etiam Herman. Vulte. ad d. l. unicam num. 15.

7 † Ego, bac in re sic arbitror distingueodum. Nam aut priuilegium ideò conceditur miseratioois causa, quia agitur de uitȩ periculo, & tunc renuntiari non poterit, iuxta sententiam glo in d. l. unica & ita procedit l. non tantum ff. de appellatio. ubi humanitatis ratione conceditur id beneficium ei, qui ad suplicium ducitur, ut alius pro eo possit prouocare, neq; ei beneficio renunciari potest, quoniam quis non est dominus membrorum suorum, ut infrà dicam. Hoc igitur casu pietas, & humanitas suadet ut etiam inuitis succurratur, quoniam, ut dicitur in cap. & qui emendat. in fi. 45. dist. multa bona prȩstantur inuitis, quando eorum consulitur utilitati, non uoluntati, quia sibi ipsis inueniuntur esse inimici, & ideò esset contra misericordiam, ut inquit Felin. d. c. si diligenti huiusmodi renuntiatio, & contra bouos mores. Aliud dicendum est, cùm agitur tantum de rei familiaris periculo, ueluti de dote statim soluenda, uel de fori priuilegio, & sim. quia tunc non uideo cur renuntiari non possit ex regula l. pen. C. de pact. & ideò hanc glo. opinionem non esse semper ueram trad. parpalea in l. 2. in prio. num. 28. ff. solu. matr. & esse cogitandum sed tamen hoc ita intelligendum ut exigatur expressa, & specialis beneficij renuntiatio, ut reetè sensit Cyn. in d. l. urica & sequitur Roman. d cons. 269. num. 2. & ibi apostilla in uer. specialissima. Franch. decis. 181. num. 8. Cagnol. in d. proem. Digestorum.

XV. RENVNTIATIO.

IVRIS DEROGANTIS.

SVMMÆ.

1 *Reditus ad ius commune fauorabilis.*
2 *Dispositio qua reditus fit ad ius commune, fauorabilis censetur.*
3 *Res facile eo redit vnde primum venit.*
4 *Renuntiatio per quam reditus fit ad ius commune facile admittitur.*
5 *Statuto deferenti sucessionẽ masculis exclusis fœminis facile masculi renuntiare possunt.*
6 *Renũciari potest vt causa summaria sit ordinaria.*
7 *Beneficio de fideiussoribus renunciari põt, & cur.*
8 *Abstineudi beneficium cur facile renunciatione tollatur.*
9 *Prælatus renuntiare potest in præiudicium ecclesiæ, cum per renuntiationẽ reditus fit ad ius commune*
10 *Mulier renuntiando potest deteriorem dotis conditionem efficere, cùm per renuntiationem reditus fit ad ius commune*
11 *Renuntiatio generalis refertur ad omuia cum reditus fit ad ius commune.*
12 *Renuntiatio per quam reditus fit ad ius commune fauorabilis.*
13 *Tacita renuntiatio facilius inducitur quoties ad naturam suam res reducitur.*

Vemadmodum recessus a iure cõi
dicitur odiosus. Crau cons 170 n.
1 3. ita † regressus ad id ius fauora-
bilis cẽsetur. c. ab exordio 35. dis.
Dec. cons. 3. n 5. Crau. cõs. 135. n.
38. Couarr. var. resol. lib. 3. c. 6. n.
4. Tiraq. de retrac. lign. in prȩfat. nu. 58. in fin.
Curt. iun. cons 5. n. 29. cons 6 n. 14. & cõs. 153 n.
2. Bursat. cons. 287. n 11. & cons. 281. num. 40.
2 Vnde † latissima fit interpretatio cùm ad ius
primæuum reuertimur. Dec. c. causamq; nu.

5.de rescript. Hincq; in correctorijs fit extensio, quoties reditus fit ad ius commune glo. in d.c.statutum Butri. in c.olim tibi de verb.sign. Alex. in l.si Constante col. 5.ff. solu. matr. Couar.var.resol.lib.3.c.4.in fi.Curt.iun.cons. 103. num.5.Ferret.cons.38.Osale.decis. 147.n. 20. imò & in tertij preiudicium,vt per Grammatic.decis.105.num.3. & generaliter quod alioquin fieri non permittitur,id ita permittitur,si ad ius commune redimus.Couarru.d.c.6.num.
3 4.Namque † facilè eo res redit vnde primum venerat,arg. l.si vnus. §. pactus ne peteret ver. quud in specie. vbi doct.ff.de pact. glo.in c. statutum in ver.numerandum de prebend. lib. 6. Quò spectat illud Boetij de consolat. philosoph. repetunt proprios quæq; recursus, redituq; suo singula gaudent.
4 Ex quibus † sanè fit,vt renuntiatio, per quam reditus fit ad ius commune facile admittatur. Tiraquell.de iure primigen.q.24.num 5.Quin renuntiatio, quæ aliàs non valet, certè valebit si per illam reditus fit ad ius commune. Curt. iun. cons. 273.col. fin. lib. 3. sic statuto facilius renunciatur,quoties ex illius renunciatione reditus fit ad ius commune.Ias. in l.properādum, in prin num.24.C. de iudic. Tiraquell.d.q. 24.
5 num 4.Proinde † statuto deferenti successionem masculis, exclusis fœminis, eo renunciare facile possunt masculi, quoniam renunciando reditus fit ad ius commune. Bald. in l. maximū vitium, col.4.C.de libe.præt.Tiraq.d.q.24.nu. 2.Hincq; renuntiatio statuti de consilio sapientis dando idcircò valere potest, quoniam per eam fit reditus ad ius commūne vt per Borgni. decis.72.nu.86.parte 2.
6 † Nam & partes renuntiare possunt, vt causa summaria fit ordinaria quoniam sic reditur ad ius commune.Ias.in d.l.si vnus §. pactus. nu.7. Tiraq.d.q.24 n.8.
7 † Qua ratione etiam ea conclusio quod fideiussor renūciare possit beneficio de fideiussoribus eò maximè procedit, quoniam renunciatione beneficij reditus fit ad ius commune antiquum, quo creditori permissum erat, quem mallet prius conueniendi, siue fideiussorem, siue principalem l. iure nostro l. non rectè C.de fideiuss.glo.in d.c.statutum. Tiraquell.de iure primigen.d.q. 24 num. 6.Couarru. lib.3. varia resolut.c.6.num.4. & dicam infrà lib.3. renunciat.74.
8 † Filius præterea poterit beneficio abstinendi renuntiare,& rursusq; esse suus, & necessarius quando res de facili redeat ad naturam suam. Bald.in l.vlt.nu.1.C.de repud.hæred.
9 † Quin etiam prælatus tùm renuntiare potest vel in graue præiudicium ecclesiæ,cùm per renuntiationem reditus fit ad ius commune Ias. in d.§.pactus.n 11.Felin. in c. cū accessissent n. 30.de cōstitu.Tiraq.d.q 24.n.7.Crot.in c.ex ratione nu.29.de appellat.
10 † Similiter mulier renunciādo ita potest deteriorem conditionem dotis restituendæ efficere, si renunciando reditus fit ad ius commune in præiudicium pacti facti per ipsam mulierem.Ias.d §.pactus nu. 13.
11 † Renuntiatio quoq; generalis refertur ad omnia maximè cùm reditus fit ad ius commune.Ruin.cons.59.n.13.lib. 3.
12 † Et in vniuersum lex multum fauet renunciationibus & pactis, per quæ redimus ad ius commune tex.est in c.1.de pact.lib.6. quē not. inquit Abb.in c.veniens.col 7.de præscript.
13 † Sed & tacita renuntiatio facilius inducitur quoties ad naturam suam res reducitur,per id, quod scribit Imola cons.52. in fi.sequitur Craue.cons 538.nu.7. per tex.in d.§. pactus ne peteret.num.7.

XVI. RENVNTIATIO

Iuris realis, & Iuris personalis.

SVMMÆ.

1 *Ius reale an tollatur simplici renunt. absq. pacto.*
2 *Ius reale possessionis tollitur simplici renunt.*
3 *Ius reale dominij non tollitur simplici renunt.*
4 *Dominium quando tollatur simplici renunt.*
5 *Actione in rem quæ vendicari possunt non veniunt in generali remissione.*
6 *Iuri in re, vel ad rem renuntiari potest.*
7 *Ius in re. & ius ad rem differunt.*
8 *Ius reale firmius esse quam personale.*
9 *Ius personale non tollitur simplici renunt.*
10 *Renunt.simplex quibus casibus operetur.*
11 *Act. personali renunt. videtur creditor qui minus idoneum pignus accepit.*

OMne ius siue reale sit,siue personale potest per pactū remitti, atq; de eo fieri potest pactum de non petendo l.si vnus §. pactus ne peteret ff. de pact.& ibi not.Sed †
1 videamus primò de iure reali,& dubium est apud doct.an ius reale tolli possit simplici renūtiatione absq; pacto. In qua re ex dictis p Bart. in l.1.C.de pact.duæ colliguntur conclusiones.
2 † Prima conclusio est quod ius reale possessionis amittitur simplici renūtiatione l. si quis vi §.differentia ff.de acq.pos.Bart.d.l.1.& omnes sequuntur,vt per Bolognet.ibi n.67. Quod tamen declarat procedere quando renuntians agit vt alteri non acquiratur,secus si vuult vt alteri acquiratur, quoniam tunc exigitur etiam voluntas acquirentis Bart.& doct l.si me in vacuam ff.de acq pos.Bolog.d.l.1.n.67. Nam ius possessionis potest nobis acquiri sine cōsēsu alterius, meritò, & tolli potest sine alterius consensu l.nihil tam naturale ff. de regu. iur.
3 † Altera conclusio est quod ius reale dominij non tollitur simplici renuntiatione d. l. si quis vi.§.differētia Bart.d.l.1.Vnde si cōfiteor meā rem esse tuā non præiudico mihi in dominio. Bart.l.cū falsa C. de iur.& fac ignor.sed cōtrà vide-

videtur nam ius reale amitti potest absq; eo quod in alterum transferatur. Et res haberi pôt pro derelicto ex simplici voluntate. l. 1. & l. 11. ff. pro derelic. §. pen. Inst. de re. di. facit l. fin. C. de legat. l. quoties, & per tot. C. de donat. quæ sub modo. Vasq. d. §. illud nu. 101. Vn de Dec. & doct. communiter intelligunt dictum Bart. procedere quãdo renuntians agit vt alteri acquiratur, secus vbi agitur se priuet tantum quoniam tunc simplex renuntiatio operatur, d. l. 1. ff. pro derelic. Bolognet. d. l. 1. n. 68. vbi ita distinguit, Aut vult renuntians priuari, vt alteri acquirat, & tunc haud dubiè interuenire debet consensus eius, cui est acquirendum. l. si me inuacuam, & ibi not. ff. de acq. pos. Aut quis vult simpliciter priuari non considerans vt alteri quæratur; & tunc doct. communiter concludunt, renuntiari posse simpliciter. per d. l. 1. & tot. tit. ff. pro derelic. Bart. d. §. liberationis verba col. 1. Verum secundũ Bolognet. d. nu. 68. seruanda est distinctio posita in d. §. differentia an scilicet recedat a possesione, an id minus, vt ibi not. † Dominiũ 4 igitur non tollitur renuntiatione ad hoc vt alteri quæratur, sed vt res habeatur pro derelicto sufficit. Zuccard. d. l. 1. n. 128. Nã vbi ex sola animo renuntiantis nõ penderet renuntiatio simplex, ea nihil operatur. Quarè vbi quis renuntiat dominio, & illud in alterum transferatur non præiudicat renuntiatio d. §. differentia. Si quidem dominia non sola volũtate trãsferuntur sed traditione l. traditionibus C. de pact. Imò etiam per pactum non præiudicatur dominio absq; traditione. Bart. l. cum falsa C. de iur. & fac. ignor.

Est igitur concludendum ius reale dominij tolli posse simplici renuntiatione ad hoc vt renuntians priuetur, ac res habeatur pro derelicto, non etiam quod dominium alteri acquiratur, quia tunc exigitur pactum, & traditio l. traditionibus C. de pact. Nam res pro derelicto habita statim desinit omittentis esse, non fit autem alterius nisi possessa fuerit l. 2. ff. pro derelic. Ius possesionis similiter amittitur simplici renuntiatione, vt dixi.

5 † Sciẽdum tamen est in generali remissione non venire ea, quæ actione in rem vendicari possit l. aurelius §. mæuia ff. de libe. lega. vbi not. glo. & doct. in generali remissione administratori relicta non venire ea, quę actione in rem vendicari possunt. Ratio est quia actio in rem diuersa est à redditione rationum, quæ versatur in his, quæ expenduntur, vt per Couarru. varia. resolu. lib. 2. c. 14. coll. 9. Vnde optimum est, vt in plenissima liberatione fiat quoq; mentio actionis in rem l. & vno §. eius rei ff. de acceptilat. vbi actionis in rem mentio fit in plenissima liberatione Couarru. late d. c. 14. las. l. sub prætextu ij. nu. 2. ver. secundo moueor C. de transact. cons. 171. col. 3. lib. 1. Socin. cons. 190. nu. 6. lib. 2. Ruin. cons. 25. n. 17. lib. 1. Mantua singul. 679. in facto. Gomes. Insti. de actio in prin. nu. 69. Cephal. cons. 39. nu. 22. Hinc generalis remissio facta a sorore fratribus de omni eo, quod sibi debetur non extenditur ad res, quas vendicare potest. Bal. l. pactum q. 12. C. de collatio.

6 † Est præterea notandum quod habens ius in re, vel ad rem potest illi renuntiare tàm expressè quàm tacitè, Paris. cons. 76. col. 1. lib. 4. verùm secundum eum facilius renuntiatur iuri ad rem quam iuri in re. Si quidem iuri ad rem renuntiari potest simpliciter, non etiam per pactum, vel ad fauorem, vt colligitur ex Innocen. in c. quod in dubijs nu. 1. de renunt. & est communis opinio, vt per Flamin. Paris. de resign. benefic. lib. 2. q. 23. Nam, secundum eũ ius ad rem est ius considerabile, cui renuntiari potest ex vulgata regula l. pen. C. de pact. At non habet eam vim vt possit in alterum 7 transferri, vt per eum d. q. 23. Ius † ergo in re, & ius ad rem differunt c. fin. in prin. de concess. præbend. lib. 6. ibi, in quibus ius non esset quæsitum in re, licet ad rem c. pen. de præbend. lib. 6. Dec. cons. 147. pro tenui nu. 4. Decian. cons. 33. n. 16. lib. 1. ius in re est ius quæsitum, ius ad rem est iui quærendum, vt patet in litteris expectatiuis ad vacatura benef. d. c. vlt. de concess. præbend. lib. 6. Dec. d. cons. 147. col. 2. Quapropter iuri ad rem facilius derogatur, vt facilius quoq; tollitur ius quærendo, quale est ius ad rem. Dec. d. cons. 147. col. 2. & ius ad rem facilius amittitur quam ius in re Paris. d. q. 23. in fi. Et iã electus ad beneficium renunt. simpliciter potest elect. Nec non præsent. præsentationi, & habẽs expectatiuam ad beneficiũ potest simpliciter renunt. illi gratię deniq; habẽs regressum, vel accessum ad beneficium potest renunt. simpliciter, vt de omnibus per Paris. d. q. 23. imò nõ est necesse quod renunt. eorum qui habent ius ad rem super aliquo beneficio fiat in manibus superioris glo. in c. si electio. de elect. lib. 6. Paris. d. q. 23.

8 Postremò † est scien. ius reale firmius esse quam personale, plen iusq; prouidere realem dispositionem quam personalem. l. si necessarios. §. si de vendendo ff. de pignor. act. l. in risgentium. §. pactorum ff. de pact. & ideo plus cautionis in rem est quam in personam l. plus cautionis ff. de reg. iur. ad quod alludit Martialis, qui ita cecinit, Cum rogo te num mos sine pignore, non habeo, inquis,

Idem si pro me spondet augellus, habes.
Quod mihi non credis veteri Telesine sodali,
Credis culliculis, arboribusq; meis.

Sed nunc transeamus ad ius personale. Ius ergo personale vt trad. Bart. in l. 1. C. de pact. 9 non tollitur simplici renuntiatione, sed exigitur pactum. Nã vbi per renuntiationem ius nõ tollitur vel obligatio tunc necesse est liberationem, & exceptionem debitori acquiri, sed hoc fieri non potest nisi ille consentiat, si quidem alteri per alterum acquiri non potest l. fideiussoris. & ibi not. ff. de pact. l. stipulatio

tio ista §. alteri ff. de verb. oblig. Quare necesse est vt pactum interueniat ad hoc vt sequatur liberatio, & acquisitio exceptionis in obligatum. Bart. & alij. d. l. 1. C de pact. Planè quemadmodum acquirere alteri nõ possumus etiam naturalem obligationẽ d. §. alteri ita n c per renuntiationem nostrã acquirere possumus Vasq. de successio. progres. ad l. si quã do §. illud nu. 100 C. de in offic. testam. Praeterea obligatio personalis semel contracta ita ossibus obligati inheret vt separari minimè posit nisi per certos modos, vt habetur Insti. quib. mod. tolli. oblig. Et l. obligationum ferè §. placet ff. de actio. & obliga. vbi quod semel deberi cœpit, id certis modis deberi desinit & Bart. in l. nemo potest ff. de leg. 1. inquit quod obligatio personalis est character inseparabilis inter quos modos, non est renuntiatio. Vasq. d. §. illud nu. 100. Et alias semper renuntiatio seu remissio facta fauore alicuius ita demum illi acquiritur si acceptauerit l. si ab oibus ff. de dona. l. certũ §. si quis absente ff. de confess. Non prodest igitur prodesse renuntiatio debitori, qui nõ acceptant. Vasq. d. loco. Pro qua opinione Dec. in d. l. j. nu. 33. hanc rationem adducit, nam quemadmodum contracta fuit obligatio duorum consensum, ita videtur vt tolli item debeat duorum consensu l. prout quisq; ff. de solutio. & secundum Reip. in d. l. 1. nu. 21. melius facit regula l. nihil tam naturale ff. de regu. iur. quoniam, secundum eum, d. §. alteri loquitur in pacto facto cum vno vt illud minimè prosit alteri. Et quamuis Bolognet. in d. l. 1. existimauerit ius personale ita dominum tolli simplici renuntiatione, si renstians agit vt alteri non acquiratur, tamen non video quomodo ius personale posit remitti quin statim debitor acquirat exceptionem, & quomodo ius personale abdicetur a creditore nisi per debitorem quæratur exceptio. Hęc enim propriè dicitur remissio vt alibi dictum est.

Qua ratione etiam quia confessio pendet ab vnius nempè confitentis voluntate tantũ, ideò si creditor confiteatur absente debitore illum non teneri, hæc confessio illi non preiudicat Bart. l. non solum §. liberationis in fi. ff de libe. lega. in l. certum §. si quis absente ff. de confess. felin. c. si cautio. col. 8. ver. fallit septimo de fide instrum. Dec. d. l. 1. nu. 23. C. de pact.

Similiter pollicitatio ideò nullam producit obligationem etiam naturalem neq; per eam vlli ius quæritur, quoniam fit fauore absentis, vel non acceptantis. Ias. in rub. ff. de verb. oblig. col. 2.

10 Simplex † quippè renuntiatio in his tantum operatur qui in solo renuntiantis animo consistunt, veluti repud. hæreditatis omissio posessionis l. si quis vi. §. differentia ff. de acq; pos. vt res habeatur pro derelicto l. 1. ff. pro derelic. Alcia. l. 1. ver. in iquum C. de pact.

Verùm ratio Bartoli in d. l. 1. sopra adducta non videtur bona, quoniam d. l. fideiussoris & d. §. alteri loquitur quando agitur vt alteri quæratur, quo casu dubium non est requiri eius consensum, cui acquiri debet actio vel exceptio, vt per glo. in l. idem in duobus in fi. & ibi glo. vlt. ff. de pact. At in casu nostro non quæritur an quis alteri acquirere posit, non accedente consensu eius, cui acquiri deber, sed quæritur an iuri personali renuntiari posit simpliciter ita vt tollatur simplici renuntiatione, non etiam pacto, neq; consideratur quod illud ius remissum postea, alteri quæratur. Vnde Bologne. d. l. 1. nu. 66. ver. si verò renuntiatio. ita distinguit, Nam aut renuntiatio fit animo vt alteri acquirendi, & hoc casu non valet nisi accedente consensu ipsius debitoris. Aut viro renuntiatio fit vt renuntians se priuet tantum suo iure non autem vt per renuntiationem alteri quærat, & tunc renuntiatio valet, quicquid dicant docto vt per Bolognet. d. loco. Nam qui ius suũ in alterum vult transferre non prius id amittit quam in illum transferat l. si ne in vacuam ff. de acq. pos. at qui solum amittere intendit id statim consequitur quod vult l. 1. & 11. ff. pro derelic.

11 † Creditor qui non idoneum pignus accepit non videtur propterea renuntiare personali actioni l. creditor qui non idoneum. ff. si cert. pet. Neguf. de pignori. in 2. memb. 3. part. n. 36. septima differentia.

XVII. RENVNTIATIO IVRIS FVTVRI.

SVMMÆ.

1 *Ius duplex est ius quæsitum, & quærendum, seu ius in re, & ad rem.*
2 *Ius quæsitum quod.*
3 *Ius quærendum.*
4 *Ius delatum.*
5 *Ius quærendum nondum delatum.*
6 *Ius quærendum ex causa de futuro.*
7 *Ius delatum minus habere incertitudinis, quam ius quæren. sed nondum delatum.*
8 *Ius futurum ex causa futura, est valde incertum.*
9 *Ius quærendum ex causa futura, differt a iure quærenda ex causa de præsenti.*
10 *Iuri futuro renuntiari an possit.*
11 *Spes quomodo fit aliqua res.*
12 *Ius futurum ipsum, & spes considerantur in iure futuro.*
13 *Ius futurum renuntiatione tolli.*
14 *Spes sine incertum quod remittitur semper minus valet, quàm ius ipsum, de quo est spes.*
15 *Læsio an consideretur in renuntiatione iuris futuri.*

16 Iuri

16 *Iuri futuro simpliciter, & citra pactum renuntiari non posse secundum receptam Doct. sententiam.*
17 *Iuri futuro cur renuntiari simpliciter non posit.*
18 *Iuris futuri simplex renuntiatio non valet etiam si verba dirigantur in futurum.*
19 *Iuris futuri renuntiatio facta parte præsente an valeat in vim pacti.*
20 *Simplex renuntiatio iuris futuri cum iuramento an valeat.*
21 *Iuris futuri renuntiatio simplex in iudicio facta an valeat.*
22 *Iuris futuri renuntiatio geminata.*
23 *Iuri futuro simpliciter renuntiari posse de iure Canonico.*
24 *Renuntiatio iuris futuri in scriptis facta.*
25 *Ius futurum fundatum in præsenti.*
26 *Iuri futuro ex causa de futuro renuntiari an posit per pactum.*
27 *Iuri futuro etiam simpliciter, & citra pactum renuntiari posse aduersus communem sententiam.*
28 *L. si ita scriptum. §. si sub conditio ff. de leg. 2. intellectus.*
29 *Ius nondum delatum cum repudiari minime posit.*
30 *Repudiatio solùm fieri potest de iure delato.*
31 *Repud. fieri non potest de iuri quærendo nondum delato.*
32 *Renuntiatio simplex fieri potest de omni iure etiã futuro præterquam de iure delato.*
33 *Renuntiatio an & quomodo trahatur ad ius futurum.*
34 *Filia quæ dote accepta renuntiauit bonis patris, poterit ea petere ex futura, & noua causa.*
35 *Iuramentum non operatur vt renuntiatio comprehendat ius futurum ex noua causa.*
36 *Renuntiatio de omni iure quod quis habet, vel habere sperat.*
37 *Voluntas renuntiandi etiam iuri futuro deprehenditur ex verbis.*
38 *Ius futurum cùm verificari non potest in iure ex causa de præsenti tunc intelligendum erit de iure ex causa de futuro.*
39 *Verba renuntiationis in dubio non debent referri ad ius futurum.*
40 *Iuri futuro facilius renunciatur quã iuri quæsito.*
41 *Ius quærendum facilius remitti, & cur censeatur.*
42 *Remissio iuris quærendi an, & quando alienatio.*

Voniam materia, quam aggressu
risumus confusa est, & inextrica
bilis ferè, maxime dum doct.
volunt non posse renuntiari sim
pliciter citra pactum iuri futu-
ro; operæ pretium facturos nos existimamus
1 si nonnulla prædocuerimus. Duplex † igitur
est ius, nempè quæsitum, & quærendum. l. fin.
& ibi not. C. de acq. poss. l. seruus C. de pact.
not. in l. 1. C. qui admitti, & aliàs dicitur ius
in re, & ius ad rem, vt per Dec. cons. 147. n. 4.
2 Ius † quæsitum illud dicitur quod de præsen
ti ita quæsitum est, vt eo quis vti, & frui pos-
sit l. 1. & toto tit. ff. de acq. re. dom. §. singu-
lorum Insti. de re. diu. Paris. cons. 9. num. 91.
lib. 2. Decian. cons. 7. nu. 109. lib. 1. Hoc ius cer
tum est, & indubitatum. Burri. c. 1. nu. 6. & ibi
Felin. nu. 9. de rescript. & id ius dicitur etiã
3 ius in re. Ius † quærendum id dicitur quod nõ
est quęsitum, sed spes est, vt illud acquiri pos
sit. Vnde non dicitur propriè, ius, sed potius
spes. l. cum arthemidorani; C. vt in possess. le-
gat. Bald. in c. 1. in rub. imperator Lotharius
col. 2. ver. sed per glo. in vsi. feud. quod & di-
citur ius ad rem, Dec. d. cons. 147. Hoc ius rur
sus est duplex, ius delatum, & ius nondum de
4 latum. Ius † delatum est ius quęrendum penè
competens, quod possumus acquirere, quan-
docunque ex libera voluntate. l. delata ff. de
ver. sign. l. 1. §. decretalis. ff. de success. edic
not. in l. 1. C. qui admitti. Bart. in l. is potest.
ff. de acq. hær. Et est ius quęrendum, nam &
hęreditas delata antequam sit adita dicitur
ius quęrendum. Paris. cons. 52. num. 15. lib. 3.
5 Ius † quęrendum non delatum, aut est quærē-
dum ex causa de præsenti, aut ex causa de fu-
turo. Illud est ius quod quærere non possumus
de pręsenti, vt ius delatum, spes tamen est vt
acquiri posit ex iure fundato in causa de pre
senti, veluti ius quod debetur in diē, vel sub
cõditione, & de hoc habetur in l. 1. C. de pac.
6 Ius † quærendum ex causa de futuro est ius q.
de præsenti non possumus acquirere, nęq; ex
iure fundato in causa de præsenti, sed solum
speratur acquiri, vbi superuenerit noua cau-
sa tribuens illud ius, veluti spes de succeden-
do consanguineo viuenti; quæ quidem spes
nullam habet causam de pręsenti. Et de hoc
7 iure habetur in l. vlt. C. de pact. Ius † delatum,
vt omittamus ius quęsitum, habet minus in-
certitudinis, quoniam illud potest quando-
cunque ex libera voluntate acceptari, verum
quia ius quęrendum est, & futurum illud certũ
dici non potest, vt ius iam quęsitum. Nam vix
etiam illa sunt certa, quæ manibus veluti tene
mus, vt id comprobat adagium illud peruul-
gatum, multa cadunt inter calicem, supre-
maq. labra, notumq. est illud, inter os & of-
fam multa interuenire posse. Ius autem non-
dum delatum est magis incertum quia non
possumus illud acquirere, vt ius ipsum delatũ.
Sed expectari debet dies, vel euentus condi-
tionis vbi ius est quærendum ex causa de præ
senti, vnde rectè dicitur conditionis incertũ
in l. 1. de pact. Cuius spei ratio a iure non im-
probatur. l. mulier. §. non est dubitandum. ff.
ad trebell. Bart. in l. qui romę. §. duo fratres
q. 6. ff. de ver. obl. Socin. iun. cons. 161 n. 122.
l. denique §. si quid minori. ibi spem. ff. de
8 minori. Ius † denique quęrendum ex causa fu
tura est valde incertũ, & est spes debilis, quo-
niam nondum delatum est, proindeque acqui
ri non potest, neque habet fundamentum vl-
lum in causa de pręsenti, si quidem causa ipsa
superuenire debet. Neque enim habenda est
ratio spei nisi vires capiat ex aliqua causa de
præsenti.

præsenti.§. ea quoque res. Insti.de legat. glo.
in l.gallus.§. & quid si rantum, & ibi Bart. ff.
de libe. & posth. idem Bart. in l.si post eman-
cipationem.§.1. ff. de libe. lega. in l. si vxor.
§.diuus.ff.de adulter. per illum tex. in l.cum
tutoribus. in prin.ff.de transact. est tex. in l.
cum seruus, & ibi glo. ff. de condic.ob cau.
Ias. in l. qui tomæ. §.duo fratres.nu.69. ff.de
ver.oblig. Ruin.cons.70. num.11.lib. 1. & la-
tissimè habetur per Tiraq. de legi. connub.
glo.2.num.36.Imò hoc ius non dicitur com-
petere spe, quoniam debet esse fundata spes
in potentia naturali.Rip.l.1.nu.25.C.de pact.
9 Differt † autem hoc ius a iure futuro ex cau
sa de præsenti; quod idem iudicatur de eo
iure, & de spe ex causa de præsenti quod de
ipso iure reipsa competente. Cephal. cons.
228.num.33. Nam spes quæ habet originem
ex causa præsenti dicitur spes formata, cum
altera spes ex causa futura dicatur informis.
Roma.l.si de certa C.de transact.num.7.
10 Videtur † autem vt ius futurum, seu spes
iuris acquirendi minime tolli posit renuntia
tione. Nam hoc ius, siue spes est veluti som-
nium, & ferè nihil.l.nec emptio.ibi,sine re.ff.
de contr. emp. vbi probatur spem non esse rē
aliquam, neq; comprehendi appellatione rei.
Roman.l.is potest.col.1.ff.de acq.hær. refert
Tiraq.d.glo.2.nu. 37. Et quod videtur esse
de futuro certè non est.l.Et quæ nondū sunt
ff.de pignori. Quodque est in spe non dicitur
esse in re.l.minus. ff.de regu. iur. Hinc alia est
æstimatio rei, & alia spei.l.in quantitate.ff.ad
l.falcid.l. propter spem ff. fam. ercis.l. si ser-
uus ff.de cond.furti. Cum autem renuntiatio
sit priuatio, & amissio, vt alibi dixi potest q̄s
priuari ea re, quæ non est, & quam nunquam
habuit, neque potest amittere, vt quod non
dicitur amitti, siquidem quod est in spe a-
mitti non dicitur, & proinde nec amitti.l.nō
videtur. l.non potest.ff. de reg.iur. l.titio.ff.
de cond. & demonst.l.1.in prin.ff.quib.mod.
vsusfr. amitt. Vnde plures voluerunt, nisi fu-
turum simplici renuntiatione nō tolli.specul.
tit.de fer.§.3.nu.1.Felin. c.si diligenti. n.33.
ver.decimo fallen. de foro compet.Boulr. in
singul. vir. renuntiatio.num.20.Tiraq.de re-
tract.lign.§.1.glo.9.num.111. num.121.& nu.
132. Decian.cons.30.num.24.lib.2.Vital. cla-
usu. renuntiauit. de renunt. iuris futuri.Eue-
rard.cons.129.num.2.Surd.decis.316.num.
11.Danth. in d.c.quamuis.nu.4.de pact.lib.6.
Dalner. tract. de var. iur. renunt. c. 16.
Tamen dicendum est ius futurum remitti
posse. Spes etenim acquirendi dicitur esse
in bonis nostris, & satis dicitur de præsenti
competere, & appellatur incertum. l. 1. C.de
pact. atque ideo potest deduci in contractum
d.l.1.l.nam hoc modo.ff.de hær.vel act.vend.
l.nec emptio. ff.de contr.emp. l.si. iactum re-
tis ff. de act.emp.l. spem. C. de donatio. Ti-
raq.d.glo.2. num. 38. cum seq. modò non sit
expectatio tristis euētus.l.inter stipulante.§.
sacrā.ff.de verb.oblig.§.1.Insti.de inutil. sti-
pul.
11 Neque † obstat quod spes nō sit aliqua res,
quia id intelligendum est ex mente Bal.in l.si
ea col.2.C.de vsur.quod spes non est res, hoc
est res præsentis, quæ in contractum deduci
solet, sed est tamē aliquid quod habetur pro
re. d.l.spem. Bart. in l. is potest.num. 6. ff. de
acq.hære. Castren. in l.1.num.3.C.de pact. Vn
de Bart. in d.l. si iactum, inquit esse quoddā
factum, quod rectè deducitur in contractum,
12 vt res ipsa. Enimuero †, in iure futuro duo
considerantur nempe ipsum ius futurum, &
spes, quæ appellatur incertum. primum non
dicitur esse in rerum natura, & nulli est quæ-
situm. Alterum, hoc est ipsa spes, siue illud in-
certum præsens est, proindeque rectè deduci
tur in contractum l.1 C.de pact.& ibi not. Ex-
pectatio quippe illa, quæ pendet ex quipiam
futuro euentu, quæ propriè dicitur spes, cum
sit res quædam præsens distincta a iure ipso
futuro certè ea deduci potest in cōtractum,
vt declarat Bald.in l.fin.lectu.2.num.3. C. de
13 pact. Constat † igitur ex ijs ius futurum de-
duci posse in contractum, proindeque remit
ti posse. Sanè renuntians iuri futuro, siue po
tius spei non videtur se priuare iure futuro q
non habet, sed priuat se expectatione, & spe
quam habet, ac videtur remittere rem aliquā
præsentem. Siquidem spes debitum iri est iā
quæsita remittenti, de præsentique illi com-
petere dicitur. Et qui renuntiat spei remit
tit id quod est in iure suo, & competit de præ
senti, nempe spei præsenti. Hinc remittens
spem, vt aliquid detur, dicitur impleuisse,
atque dicitur dare rem, hoc est spem, atque
ideo pro ea remissione iustè accipit, l. 1 & ibi
not. C.de pact. vbi renuntiatio non fuit facta
ipsi fideicommisso, quod nunquam fuit in re
rum natura, sed facta fuit incerto conditio-
nis, quod de præsenti competebat ipsi renun
tianti. Quare cùm causa ibi plenè sequuta
14 fuerit non datur repetitio. Verùm † spes si-
ue incertum quod remittitur semper minus
valet, quàm valeat ipsum ius de quo est spes si
competijsset, gl.in l.Lucius in fi.ff.ad trebell.
Bart. in l.2.col.2.C.de resc.vend.l.si quis cum
aliter.ff.de verb.oblig. & regulatur eius valor
secundum spem maiorem, vel minorem. Qua-
15 re † in renuntian. iuri futuro, seu spei modi-
co accepto non dicitur lędi, & quicunque euē
tus sequatur ratum manet quod gestum est. l.
1. vbi Bald. C.de pact. Nam in renuntiatione
iuris futuri non consideratur læsio, quia iuris
futuri extimatio non est in consideratione
seu dumtaxat quanti emeretur ille dubius e-
uentus, siue ipsa spes d. l. Lucius §. fin. & ibi
not. glo. Ex quibus fit, vt remissio iuris fu-
turi in d.l.1. ibi, non iniquis rationibus, ęqua
videatur. Cùm etenim quilibet posit renun-
tiare fauori suo, & spes, & expectatio sit qui-
dam

dam fauor, merito quis potest renunriare fauori suo & sua renuntiatione abiicere spem quam habet Ias. d. l. 1. nu. 5. sic valet pactum super spe de futuro. Bald. l. pactum inter ff. de pact. Et existens in potestate patris potest remittere id quod sperar sibi acquiri cùm erir sui iuris l. si tibi §. filiafam. ff. de pact. & ibi Ias.

16 † Verùm doct. concludunt iuri futuro citra pactum renuntiari non posse, quamuis per pactum possit glo. est in l. 1. in ver. te filio. ibi, primo quia C. de pact. per tex. in l. si ita scriptum §. si sub conditione ff. de leg. II. l. qui superstitis l. is qui in prin. ff. de acq. hær. l. qui potest §. quod quis ff. de regu. iur. l. 1. §. decretalis ff. de success︎. edic. Et pulcrè facit l. non potest videri desijsse. ff. de reg. iur. Quæ glo. in d. l. 1. Est communiter approbata vt p Socin. cons. 230. nu. 3. lib. 2. not. in d. l. 1. et ibi Bart. Bald. nu. 2. oppo. 2. Ripa nu. 12. Gozadin. 2. not. Cagnol. n. 57 & 69. vbi inquit doct. cōmuniter cum Bartolo rransire. Zuccard. nu. 25. & Iacob. a S. Georg. not. in l. qui romæ §. duo fratres ff. de ver. oblig. specul. tit. de ferijs §. 3. n. 2. Felin. in c. si diligenti. nu. 33. ver. decimo fallit de foro compe. Socin. reg. 338. ver. renuntiatio glo. in l. & hæredi. §. filia familias ff. de pact. & ibi Bar. & Alb. glo. & doct. in c. ex multiplici. de decim Bart. in l. homine nu. 4. ff. de optio. lega. in l. quamuis num. 6. ff. solu. matr. in l. in executione §. item si ita ff. de verb. oblig. Bald. in l. 4. §. quæsitum n. 31. ff. si quis cautio. in vsi. feud. tit. de eo qui fin. fec. nu. 4. Aretin. in l. is qui hæres. nu. 4. ff. de acq. hær. & ibi Albe. & Ias. nu. 25. Castren. in l. insulam. nu. 6. insi. ff. de præscrip. verb. Albe. in d. l. ita scriptum §. si sub cōditione in prin. vbi ita summat, Iuri non quæsito seu futuro renuntiare non possumus, & in l. 1. §. si quis ante ff. a qui appella. non pot. in l. accusationē C. qui accus. non poss. in l. 1. nu. 7. ff. si quis in jus voca. non ier. & in l. 4. §. quæsitum nu. 31. & ibi Ias. nu. 12. ff. si quis cautio. Petruc. in repe. l. 1. n. 90. ff. de iureiur. Cagnol. in l. qui potest §. quod quis. ff. de reg. iur. Tiraq. in præfat. l. si vnquam nu. 138. C. de reuoc. dona. & de retrac. lign. §. 1. glo. 9. nu. 111. & num. 121. Ant. Rosel. in repet. c. si autem in prin. 2. q. 6. nu. 6. Albe. tract. de statu. q. 18. nu. 6. vbi inquit staturis fururis simpliciter renuntiari non posse Mathesil. de success︎. ab intesta. 3. artic. princ. insi. 1. memb. pet. ferrar. in for. lib. vt pacta seruentur glo. pacta nu. 10. Roland. de lucro dot. q. 39. num. 21. Guid. de Suzaria in tract. de ord. iudic. nu. 152. Afflic. decis. 381. n. 3. Guter. de contracti iurat. c. 25. Roman. cōs. 32. num. 2. ver. contrarium Fede. de sen. cons. 326. in 2. [illegible]bio Signorol. con. 81. col. 1. ver. itē in simili. cons. 159. nu. 5. Paris. cons. 26. num. 4. lib. 3 cons. 7. nu. 60. lib. 2. cons. 5. nu. 158. lib. 4. Gorne. cons. 51. nu. 2. lib. 2. Ruin. cons. 123. n. 6. lib. 3. Gabriel. cons. 138. num. 9. lib. 1. Socin. iun. cons. 50. nu. 3. lib. 2. Cephal. cons. 148. nu. 30. cons. 620. insi. Decian. cons. 39. nu. 24. & 76. lib. 2. Beccius cons. 106. nu. 47. Surd. cons. 70. nu 4. & 10. cons. 398. nu. 5. Peregrin. de fideicom. artic. 51. nu. 10. Seraph. de priuileg. iuramen. priuileg. 109. in princ. & communis est opinio quod in iure quærendo multum intersir quod illi renūtietur simpliciter vel per pactum. Alberic. l. is qui in prin. ff. de acq. hęred. & ideo dicitur facilius renuntiari posse iuri præsenti quam futuro, per tex. in d. §. si sub conditione Socin. iun. cons. 128. n. 111. lib. 1.

Ex hac conclus. infertur qui si tabellio, vbi agitur de iure futuro vtatur verbo renuntiauit, runc vt actus valeat, intelligi debet de renunt. nō simpliciter facta, sed per pactum Iac. Butrig. l. 1. C. de pact. vt refert ibi Bal. num. 8. ver. ex hoc nota. sequitur Roland. de lucro dotis q. 39. nu. 22. Nam in renunt. iuris futuri non debent notarij vti verbo renuntiauit, sed debent dicere fecit pactum de non petendo. Alberic. l. & hæredi. §. filia fam. in fi. ff. de pact. ferrar. in for. lib. vt pacta seruentur glo. pacta ver. per hoc patet.

17 Huius † conclusionis plures adseruntur rationes, cur constituatur differentia inter renunt. & pactum, vbi agitur de iure quærēdo, & prima illa est quę colligitur ex glo. in l. 1. C. de pact. quoniā renuntiatio nititur cōsensu vnius tantum, pactum verò duorum consensu roboratur, & proinde validius operatur, vt tollat etiā futurum ita glo. in d. l. 1. quam sequitur ibi Bar. & alij, & glo. & doct. in c. ex multiplici. ex. de decim & hæc ratio est cōmuniter approbata, vt per Cagnol. d. l. 1. nu. 57. nam duo vincula, hoc est duorum consensus certè magis operari debet, §. sed hodie. Insti. de adoptio. auth. itaque C. communia de success︎. & hęc videtur communis opinio glossarum. & Odofre. d. l. 1. si hęc ratio non videtur vera, quia tantum operari debet voluntas vnius hoc est renuntiantis in his in quib. renunt. potest simpliciter, quantū voluntas duarum in dependentibus a plurium voluntate. l. per seruum. §. 1 ff. de vsu, & habita. l. qui in aliena. §. fin. de acq. hær. Ripa d. l. 1. n. 12. & ibi Zuccard. num. 110. Ant. Rosell. in repet. c. si autem in prin. 2. q. 6. num. 7. & hęc ratio est admodum fragilis, vt per Sichard. d. l. 1. nu. 18. Præterea, vt inquit Aemil. Ferret. in d. l. 1. num. 11. ratio d. §. si sub conditione, quę est vt iuri conditionali renunt. non poss. quia adhuc ad nos non pertinet, ita proced. in pacto, vt in renuntiatione, neque potest facere duorum consensus, vt id comperat, quod cōpetere non potest, quā naturam iuris conditionalis, vt per eum, vbi inquit, esse dubiam rationem hanc communem glo. Vnde Alber. in l. is qui in prin. ff. de acq. hęr. inquit quod hęc ratio non videtur multum sufficiēs, quoniam hac ratione non valeret ēt renuntiatio

etiā

facta iuri quæsito, vbi vnius consensus secundum non operaretur, vt per eum.

Secunda ratio est, quam adscrebat, Iac. Butrig. in d. l. 1. quia renũtiatio priuat eo iur. cui renuntiatur, ideo præsupponit habitum, & aliquod ius de præsenti, non etiam quid futurum, quod non est in pacto, quod potest recipere diem, & cõditionem l. omnia ff. si cer. pet. l. sub cõditione ff. de solut. cum sim. sed, & hęc ratio neque videtur bona, quoniam ea attenta neque posset per pactum renunt. iuri futuro, contra l. 1. C. de pact. vt per Rip. d. l. 1. nu. 12. Si quidem in pacto potest etiam esse renuntiatio, & remissio. l. cum proponas ibi, remissam asseris. C. de pact. Præterea in iure futuro considerari potest aliquod ius etiam de præsenti, quod est spes cui potest renunt. vt renunt. amittat eam spem, & expectationem quam habebat, de qua potest disponi, vt dixi, vt de re ipsa. Imò etiam quod ex certa die nobis debetur, id sanè dicitur etiam ad nos ptinere, licet id petere nõ possimus, quapropter renuntiatio saltem valere deberet in eo quod competit, & sub ea forma, vt competit, & ideo etiam in iure conditionali est habitus, vt per Ferret. d. l. 1. num. 13.

Tertia igitur ratio est secundum Burrig. in d. l. 1. quę melior videtur, vt per Rip. d. l. 1. nu. 12. quoniam in pacto reperitur verbũ præsens, veluti promitto, & verbum futurum, vt non petere, quod non reperitur in renuntiatione, quæ habet tantum præsens tempus, veluti renuntiatio non erit igitur mirum cur pactum tollat ius futurum non etiam renuntiatio, quandoquidem verba pacti conueniũt futuro iuri, verba autem renuntiationis, quę sunt præsentis temporis tantum, non item, ita Iac. Butrig. d. l. 1. quem refert ibi Bal. n. 9. ver. præterea addit. vbi inquit hanc rationẽ Butrig. esse subtilem. & refert Roland. de lucro dot. q. 39. nu. 23. Ferrar. in for. lib. vt pacta seru. glo. pacta nu. 10. Ant. Rosell. in d. repet. c. si autem in prin. nu. 8. Rip. d. l. 1. nu. 12. & ibi Cagnol. nu. 57. & hęc est omnium scribentium sententia, & ita concludunt omnes, quicquid dixerit. Dec. vt per Cagnol. d. l. 1. & in l. qui potest. §. quod quis ff. de reg. iur. Sichard. d. l. 1. num. 19. Ant. Rosell. in repet. c. si autem. num. 8. Verùm hæc quoque ratio nõ est tuta quia videtur verbalis differentia, vt per Ferrett. d. l. 1. nu. 15. C. de pact. & per Alberic. d. l. is qui ff. de acq. hęr. quoniam in renunt tione possunt apponi etiam verba futuri temporis.

Quarta ratio colligi videtur ex Abb. in c. ex multiplici. extra de decim. quia ex pacto tollatur ius futurũ, quia ex pacto oritur obligatio non autem ex renunciatione, & ideo si renuntiatio facta fuit in casibus in quibus nascitur obligatio tunc eum ipsa poterit tollere ius futurum, sed facile est respondere pistę rationi, nam vbi ex renuntiatione oriri potest obligatio, tunc non erit simplex renuntiatio sed pactum.

Alij dixerunt ideo differre in hac re pactũ a renuntiatione quoniam in pacto de non petendo sunt duo, nẽpè vis obligandi, & ius liberandi, quod non est in renuntiatione, vt refert Alberi. d. l. is qui, vbi etiam inquit, id sibi minime placere.

Vnde Alberic. d. l. is qui. ver. si ego reddo præter rationem quam assignauit, quam non refero, quia apud eũ videri poterit, duas alias affert rationes, & prima, vt ipse inquit, insurgit ex natura contrariorum, nam natura est contrariorum, vt inuicem mutuo se expellant, sed qui non potest acquirere non potest item repudiare l. is potest ff. de acq. hær. cum igitur nõ possim acquirere ius quod nondũ est delatum videtur dicendum est quod non possim repudiare. Et hæc ratio est vera, ac s. dicam. Altera ratio est vt euitetur repugnãria significatus verborum, nam renunt. præsupponit ius esse de præsenti, & ideo merito non valet renuntiatio iuris futuri, vt per eũ. sed hæc nõ videtur esse eadem cum secunda. & has duas posteriores rationes inquit esse veras Alberic. d. l. is qui. Ego autem sequar eam rationẽ quod repudiare id minimè possim, quod adhuc non est delatum, intelligendo tamen, vt constituenda sit differentia inter repudiationem, & renuntiationi, vt postea dicam, quoniam hæc ratio proced. tantũ in repudiatione non etiam in renuntiatione, nam non est bona ratio, quod renuntiare quis non possit illi iuri quod nondum delarum est, & quod non potest acquiri, licet id verum sit in repudiatione, quod est notan. ad intelligentiam, vt s. dicam.

18 Ampliatur† modò supradicta conclusio, si eã sequi volumus, vt simplex renuntiatio iuris futuri non valeat etiam si verba renuntiationis dirigantur in futurum. Bar d. l. 1. nu. 4. ver. quandoque est aliquod ius, & ibi Ripa nu. 24. ver 4. conclusio vbi inquit id esse magnum verbũ, vbi verum sit, sed contrarium tenent aliqui, vt per eum, per reg. l. in tempus ff. de hæred. instit. sed respõdet ibi Ripa, quod vbi renuntiatio fit omni iuri etiam competituro, ex noua causa lex resistit tẽpore inhabili, ne quis poss. abdicare ius quod non habet, quo casu non procedunt verba d. l. in tempus. Dec. tamen tenet, qui vbi verba renuntiationis respiciunt futurum, tunc tollatur etiam ius futurum, & sequũtur alij, vt per Cagnol. d. l. 1. nu. 38. & hæc opinio verior mihi videtur per ea, quæ posteà dicam.

19 Sed † hæc primùm intelliges proced. nisi renuntiatio iuris quærendi facta sit parte pręsente, quia tunc tamquam pactum facit, vt tollatur etiam ius futurum. Bar. l. 1. C. de pact. & ibi Alex. num. 5. vbi inquit hanc esse magis communem, Ias num. 15. Purpurat. num. 60. Ripa nu. 13. ver. fallit ista conclusio Zuccard. num.

num.134. Paul. de Castr.l.is qui. num.5. ff.de acq.hæred. Bar.l.homine. nu.4. ff. de optio. lega. Tiraq.de retr.lign.§.1.glo.9.num.122. Sociu.cons.114.nu.6. lib.1. Roland.de lucro dot.q.39.num.21. nam vbi renuntiatio facta est ad commodum præsentis, & tacentis, inducitur pactum. Alex.d.l.1. num.5. vbi tenet hanc opinionem vti communem, quod tamē declarat vt requiratur cōsēsus disponentis, & adhibitus animo obligandi. Ruin. cons.70. nu.9.lib.1.Cagnol.d.l.1. n.69. & ibi Sicard. num.30. quod proced.etiam modò iuri futuro expressè renuntietur. Decian.cons.65.n. 14.lib.3.per l.1.§. quod ait, & ibi Bar. ff. quorum legat. Declaratur præterea renuntiationem iuris futuri factam parte præsente valere tam in vim pactum, quo ad effectum liberationis de præterito, quantum etiam ad effectum obligandi renuntiantem ad non petendū in futurū. Bar.l. mænia §.fundus. ff. solu. matrimonio, vbi inquit, quod ex omni actu in quo fit liberatio saltem ex æquitate oritur quædam obligatio ad non peten.in futuru, & idem inquit in l.vbi pactum, per glo. C. de transact. quamuis contrarium voluerit Bal. in l.iubemus, per illum tex.iuncta auct.siue a me C. ad velleian.

20 Declaratur † secundo, vt renunt. poss. simpliciter iuri futuro cum iuramento, quoniam ex iuramento robur capit renuntiatio iuris futuri.c.quamuis de pact. in 6.not.in l.pacti C.de collat. & ibi Bal.q.9.Alex.l.si & si quis quæsitum, nu.4. ff.si quis caut. & in l.is qui heres, nu.7.ff.de acq. hær.vbi Ias. nu.31. Tira. l.si vnquam in præfatione num.138. C.de reuoc.don. Ferrar. in for.lib. quo agitur, vt pacta seruentur, glo. pacta num.9. & in glo.proprio iuramento num.1. Guter. de contr. iur. c.25.num.2.Ias.l.1. num.15. C. de pact. & Purpurat.num.64.Ripa num.17. ver.3.fal. Cagnol.nu.74. Zuccard.n.139.Sichard.nu. 21.Cuman.cōs.115.Antonius in 4.dubio. in contrarium autem.Dec.cons.31. & prænui.post num.2.& num.5.& cons.379. resitus num.10. Roman.cons.22.num.2.P. cons.26.num.4.lib.3.cons.5.num. 160.lib. Ruin.cons.123.nu.8. lib.3. Pertuccia in repet.l.1.num.97.ff.de iureiur. Gabriel.cl. 138.num.9.lib.1.Decian.cons.39 nu.72. 2.Afflict.decis.381.quædam num.5.Iacob. ph.tract.de priuileg. iuram. priuilegio. Mancia de iuramento par.4.effectu 27.

21 Tertio † declaratur non proced.in iio glo.in l.plurium in fi.ff.de acq.hæred.&l. ff.de cur. bon.don. ibi Bar.num.1. not. C.de pact.vbi Bart.num.4.Ias. num.19.Purpurat.num.57.Ripa num.16.Gozad. 2.Cagnol.num.73.Zuccard.num.145.Sichar.nu. 19.not. in l.postquam liti.C.de pact. homine.nu.4.ff.de optio lega.Ant.Rosel.repet.c.si autem in princ.2.q.6.nu. 8. C.de contr.iurat.c.25.num.3.Socin.reg.fallent.4.Ias.in l.pacta nouissima num. 10. C.de pact. in l.siue apud acta num.2. C. de transact. Pau.de Cast.l.plurimum nu.2. ff.de acq. hær. Alex.l.4.§.quæsitum ff. si quis caut.vbi Alberic.nu.n.14.Crot.in l.non solum. §.morte.n. 99.ff.de ope.nou.nunt.Ripa l.si vnquam num. 16.C.de reuoc.don.Roma.cons.22.nu.2.Soc. cons. 114. num. 1.lib.1. Roland. de dote q.39.num.5.

22 Declaratur † quoque vt renuntiatio iuris futuri valeat, si fuerit geminata.not. doct.in l.1.C.de pact.vbi Ias.num.15.ver.quartò considera.Purpurat.num.61.65.Ripa nu. 18.Cagnol.num.75.& Zuccard. num.142. Hieroni. Verius in repet.nu.6.ff.de ver.obl.num.131. Melch. Pala de maiorat.par. 1.q.22.num. 14. Cephal.cons.47.num.31. cons. 192. num. 20.

23 Fallit † etiam dicta conclusio de iure canonico, quo potest renunt. simpliciter iuri futuro. Butr. c. 1.ex de decim. Socin. reg. 338. fallent. 2.Gozadin.in l.1.2.not. C.de pact. & ibi Purpurat.num.68.

24 Fallit † quoque in renuntiatione facta in scriptis, quoniā scriptura sēper loquitur l.arriani C.de hæret. vt per Ripam l.1.n. 19.ver. 5.fallit.C.de pact. & ibi Purpurat.num.66.

25 Limitiatur † præterea quando ius futurū fundaretur in præsenti, quia per renuntiationem præsentis trahitur etiam ad futurum, Purpurat.l.1.n.68.C.de pact.per Bal.in l.postquam liti.oppo.1.C.de pact.

26 Et † quod diximus supra per pactum renunt. posse iuri futuro l. 1. & ibi not. omnes C.de pact.extenditur, vt poss. renunt.iuri futuro etiam ex causa de futuro, modò verba ita concipiantur in futurum, vt comprehendant etiam ius futurum ex causa de futuro, vel clarè exprimant renuntiātem remittere omne ius, quod habet vel habere posset etiā ex causa de futuro, & specifice renuntietur licet aliàs in dubio non videatur remissum ius futurum ex causa de futuro, Bar. d.l.1. C. de pact. & ibi Iac. a S.Georg. num.15. & Aretin.num.3.per l.nec ius.C.de captiu. & postlim.reu.l.1.§.quod ait ff. quorum legat. Soc. cons.230 num.3.ver.1.lib.2.Ruin.cons.70.n. 9.lib.1.cons.98.num.3.lib. eo.Bertazol.claus. 27.glo.13.nu.9.

Hactenus videmus eam conclusionem ab omnibus receptam, quod iuri futuro citra pactum renuntiari non potest, sed ego, vt tandem meum iudicium interponam, asseueranter affirmo contrariam conclusionem.

27 Quod imò † renunt. possit citra pactum iuri futuro, scilicet vt clarè liqueat hęc materia, illud hoc loco non est prætermitten. quod maxima est differentia inter renuntiationē, & repudiationem, vt latè dixi supra lib.1. neque enim opus est hic ea repetere scilicet eā differentiam tantum hic adferam ad rem nostram accōmodatissimam, quod repudiatio fit tantum de iure delato nondum tantum

quæsito,

quęsito, quod quis acquirere potest. l. 1. §. furiosi §. decretalis. ff. de success. edic. l. qui potest. ver. quod quis ff. de reg. iur. renuntiatio autem fit de omni alio iure, præterquam de iure delato; repudiatio igitur fit de iure delato tantum, non etiam de alio iure, renuntiatio verò non potest fieri de iure delato, sed fit de omni alio iure, vt dixi d. lib. 1. Hac differentia præcognita hinc facilè cognoscere possumus hallucinatos fuisse doct. circa hanc conclusionē dum fine vllo discrimine confundunt has dictiones. Nam doct. vt duo iura pugnantia submouerent, nempè l. 1. C. de pact. qui aduersari videbatur l. si ita scriptum §. si sub conditione ff. de leg. 2. cùm in d. l. 1. dicatur ius conditionale remitti posse, & in d. §. si sub conditione disponi videatur ius conditionale remitti non posse, responditerunt d. l. 1. proced. in pacto cùm situata sit sub tit. de pact. sed d. §. si sub conditione proced. in simplici renuntiatione citrà pactum hinc adnotarunt eam conclusionē quod iuri futuro simpliciter renunt. non potest de dispositione d. §. si sub conditione pacto autem renunt. potest ex d. l. 1. scilicet quemadmodum malè intellexerūt dispositionem d. §. si sub conditione ita malè enunciauerunt dictam conclusionem. Porrò non est constituenda hoc casu differentia inter pactum, & renunt. sed est constituen. discrimen inter repudiationem, & renuntiationem. Est igitur firmanda conclusio, quod iuri futuro renunt. potest non tantum per pactum, sed etiam simplici renuntiatione, & citrà pactum, sed quia huius controuersiæ cardo vertitur in intellectu d. l. si quis ita scriptum §. si sub conditione, qui probat evidenter dictam conclusionem receptā ab omnibus, vt per Cagnol. l. 1. nu. 69. C. de pact. ideò benè est vt prius circa eius intelligentiam immoremur.

28 Dicitur † ergo in d. §. si sub conditione q legitimum nō potest repudiari ante diei, vel conditionis euentum. Ratio autem est, vt inquit tex. quia non pertinet ad nos antequam dies veniat, vel conditio existat. Nam dubiū non est quod ius vbi nondum delatum est nō potest repudiari, vt in d. §. si sub conditione delatum autem dici non potest antequā dies veniat, vel conditio existat, sed dicitur ius quærendum ex causa de præsenti, ac dixi supra, quo casu non potest repudiari, cùm repudiatio sit declaratio volūtatis, qua quis declarat se nolle acceptare, quod delatum fuit, & non potest fieri, nisi de iure delato tantū, non etiam de iure quæsito, aut quærendo, nōdum tamen delato, vt est ius conditionale de quo in d. §. si sub conditione.

29 Ratio † autem cur ius nondum delatum minimè potest repudiari, illa est quia ius non dum delatum non potest acceptari, vt dixi, ergo neque repudiari, cùm certum sit id non posse repudiari, quod non potest acceptari, nam non potest nolle qui non potest velle. l. eius est nolle. ff. de reg. iur. l. qui potest, § 9 quis ff. eo. & ita intelligi debet illius dispositio, & concord. l. qui pot. §. 9 quis ff. de reg. iur. vbi inquit tex. quod quis si velit habere non potest, id repudiare non potest. Verum non rectè infertur ius futurum nondum delatum repudiari non potest, ergo neque illi renunt. potest; quia aliud est repudiare, aliud renuntiare, repudiationis materia est ius delatum tantum, renuntiationis uerò materia est omne aliud ius præter delatum, ecce igitur quam ridiculum sit opinari quod d. §. dispositio etiam intelligatur de renuntiatione. Quamobrem causa erroris tot doctorum fuit dum intelligunt d. §. si sub conditione, vt procedat in renuntiatione non etiam in pacto, vt apertè declarauit Purpurat. l. 1. nu. 5. C. de pact. cùm tamen falsum sit quod d. §. si sub conditione proced. in renuntiatione, sed proced. in repudiatione, unde dicitur in tex. repudiare, non autem renuntiare. Quapropter rectè dixit glo. in l. 1. C. de pact. quod d. l. si ita scriptum. §. si sub conditione d. l. si qui hæres. cum sim. loquuntur de repudiatione, sed non considerauit posteà differentiam inter repudiationem & renuntiationem. Et quia doct. hæc duo scilicet repudiare, & renuntiare simul coniungunt nulla differentia discernentes vnū ab altero ideo facilè eum falli potest. Nescio etenim qua ratione iuri futuro minimè poss renunt. cum tamen ita liberè disponi poss. de iure querendo & spe, vt de rebus ipsis l. nec emptio. ff. de cōtr. emp. l. si iactum retis ff. de act. emp. l. spē C. de donatio. Quamobrem si disponi potest de aliquo futuro, & de spe, cur etiam illi renuntiari non poterit. Neque dicendū est quod pactum sit validius, ac roboratum duorum consensu, quia, ut etiam dixi supra tantum ualet consensus unius in renuntiatione, qui unius uoluntate tantum perficitur, ut duorum consensus in pacto. Ad id quod posteà dicitur renuntiationem priuare, & proinde requirere habitum, quia, & spes ipsa est aliquis habitus, de præsenti, licet acquisitio sit futura, & ideo, ut habitus de præsenti, deducitur in contractum. In quam sententiam fac. glo. not. in l petens propè fin. ver. respon deo. C. de pact. ubi inquit in uenditione conditionali initio nasci ius, licet conditionaliter, propter quod uestitur pactum, iuxta eam appositum, ac si fuisset pura. Negatique pōt in iure competituro ex causa de præsenti, quia adsit causa qui est de præsenti, & qui cōperit tempore consensus, & renuntiationis, & ideo competēs de præsenti tolli potest in renuntiatione. Quibus quoque suffragatur quod cùm facilius remittatur, & abdicetur ipsum ius futurum, quam quæsitum, ut i. dicā ideò uidetur dicen. ut nō minus tollatur simplici

plici renunciatione ius futurum quam ius quęsitum cũ tñ videatur sm̃ dictã conclusionẽ contra iã difficilius tollatur ius quærendum, siquidem ad tollen. illud requiritur pactum, ad tollen. verò ius quæsitum sufficiat etiam simplex renũtiatio. Renũtiãs ergo iuri futuro, priuatur spe, & expectatione, quę est de præsẽti, licet acquisitio sit futura, & licet verba renuntiationis sint de presẽti, spes tamẽ est etiã aliquid de pręsenti, quod tollitur renuntiatione scilicet duabus potissimum rationibus adducuntur ad constituendam hanc differentiam inter renunt. & pactum, prima est quia renuntiatio priuat, pactum aũt non item. Altera est quia verba renuntiationis sunt præsentis temporis, quæ non possunt cõplecti futurum, verba autẽ pacti complectuntur, tam pręsens, quam futurum, licet hæ rationes non tam communem sententiam adiuuant, quam expugnant, ac prosternunt. Nam si veræ sunt cur posteà admittunt alteram cõclusionem qui renuntiatione facta præsenti, vt in iudicio rectè iuri futuro renunt. poss. vt diximus, renunt. poss. iuri futuro cùm, & hæc quoque priuet, & scientiam verba pręsentis temporis tantum, vt cæterę simplices renuntiationes, ex quibus euidenter constat omnes renuntiationes differentiæ inter renunt. & pactum satis refelli, nullamque rationem adferri posse, quæ omnem prorsus amoueat scrupulum. Imò hac in re variè se torserunt doct. dum rationem nullam vident probabilem differentiæ inter renunt. & pactum. Illa tamen ratio quam adfert tex. in d. §. si sub conditione videtur omnem dubitandi materiam subducere, quod est ideo ius conditionale repudiari non posse, quia non pertinet ad nos, & ante conditionis existentiam, quo casu nondum delatum dicitur, l. delata ff. de ver. sign. & proinde neque repudiari potest, quoniam repudiatio fit tantum de iure delato, & hanc rationem considerauit, etiã Alberic. in d. l. is qui. vt diximus supra. quamuis, & ipse sequatur errorem cæterorũ nullum faciens discrimen inter renũtiationẽ, & repudiationẽ.

Sequendo autem hanc conclusionẽ q̃ renuntiatio simplex possit etiam fieri de iure quærendo, & futuro subijciam quatuor conclusiones, vt per Bolognet. in d. l. 1. C. de pact. qui videtur rectè tradere hanc materiam præ cæteris, dum discernit repudiationem ab ipsa renũtiatione ex his sanè conclusionibus clarè liquebit hęc materia, quã doct. cõfusam reddiderũt.

30 Et † prima conclusio est quod repudiatio solum potest fieri de iure ita plenè delato, quod acceptari poss. ea libera voluntate citra vllum impedimentum, euentus diei, vel existentię cõditionis d. l. si ita scriptum §. si sub conditione ff. de leg. 2. l. qui potest. §. quod quis ff. de reg. iur. l. is qui hæres. in prin. ff. de acq. hær. Bolognet. l. 1. num. 86. C. de pact. & ibid num. 10. quod proced. etiamsi non repudiatio fieret, vt alteri quæreret, & animo faciendi pactũ quia non potest mutari natura repudiationis ex partium conuentione Bolognet. d. l. 1. num. 11.

31 Altera † est quod repudiatio non potest fieri de iure quęrendo nondum tamen delato, quod proced. etiamsi fiat in præsentia partis, vel in iuditio, aut cum iuramento quoniam id repugnat naturæ repudiationis, qui est vt fiat, vt dixi de iure delato tantum, vt per Bologuet. d. l. 1. num. 86. & num. 11. Ratio enim illa est quia ius debet referri ad ius quæren. vt conditionale nondum tamen delatum, quia impedit conditione poss. acceptari, vt in d. §. si sub conditione, & d. l. is potest. §. quod quis.

Tertia est conclusio quod renuntiatio minimè fieri potest de iure delato, quoniam illud tollitur tatũ repudiatione, vt sup. respõsũ fuit.

32 Quarta † conclusio erit renuntiationem simplicem fieri posse de omni iure etiam quærendo tam ea causa de præsenti, quam ex causa de futuro, vt per Bolognet. d. l. 1. num. 11. num. 86. & num. 79. neque ad tollen. ius futurum constituendũ est discrimen inter renunt. & pactum; quoniam tanta est potestas renuntiationis licet pendeat ab vnius voluntate tantum, vt ipsius pacti in quo interuenit duorum consensus, quod tamen ita accipien. erit si verba renuntiationis conueniunt arg. l. labeo. ff. de suppell. lega. vel si renuntiatio non sit ad alterius vtilitatem; quia eo casu requiritur etiam consensus illius, vt illi acquiri poss. l. fine in vacuã ff. de acq poss. Bologn. d. l. 1. n. 86. & n. 12.

Postquam vidimus de potestate renuntiãtis circa ius futurum, & an Iuri futuro simpliciter renunt. possit, aduersus receptam doct. sententiam, sequitur vt voluntatem renunciantis perscrutimur an & quando quis ex sua renũtiatione censeatur voluisse renunt. & iuri fu-
33 turo, & renuntiatio † trahatur ad ius futurum, & circa hanc conclusionem, & distinguen. Aut renuntiatio concepta fuit per verba præsentis temporis, aut per verba futuri temporis, Aut denique verba simpliciter proferuntur, vel alias sumus in dubio, sed est aduerten. quod verba in renuntiationibus dicuntur denotare temporis præsens vel futurum, circa rem ipsam siue ius non autem circa ipsam renuntiationẽ, vel dispositionẽ, quod debet esse semper præsentis temporis, veluti renuntiatio, & si fiat pactum promitto vel conuenio, circa autẽ rem ipsam seu vis, cui renuntiatur, consideratur tẽpus pręsens, vel futurum, vt si dicatur renuntiatio hæreditati competenti vel competituræ, vel quam habeo, vel habere spero, & ita decl. Bologn. d. l. 1. num. 81. sed vt redeamur primo casu quando renuntiantis verba significant vis patris tantum, tunc illi soli renuntiatur. l. si ita scripsisset ff de leg. 2. l. si ita stipulatus fuerim §. 1. ff. de ver. obl. & quando verba in renuntiatione sunt restricta ad præsens, tunc non videtur remissum ius futurum. Surd. cons. 418. nu. 25. & in dubio videtur remittentẽ non habere animum ad ius futurum nisi sunt verba respicientia tempus futurum. Bar. l. qui romæ. §. duo fratres. q. 6. ff. de verb. oblig. & dispositio regulariter non includit futura

ſcilicet reſtringitur ad præſentia pręſertim vti eſt concepta per verba pręſentis tẽporis. Surd. conſ. 152. nu. 24. vbi inquit id quoque proced. in contractib. vt per eum ibi, & in conſ. 216. n. 3. per l. ſi ita ff. de auro & arg. lega. cum ſim. vnde tranſactio generalis non trahitur ad ius ſuperueniẽs, niſi concipiatur in futurum. l. qui cum tutoribus. §. qui per fallaciam, & ibi not. Bar. & Iaſ. ff. de tranſactio.

Secundo caſu quando verba concipiuntur in futurum, veluti cùm renunciat quis omni iuri quod habet vel habere ſperat, tunc cenſetur renunt. iuri futuro ex cauſa de præterito, vel de præſenti, non autem ex cauſa futura, aut ſuperueniente. l. 2. ff. de ſtatu libe. vbi ſtatu liber ita demum dicitur habere ſpem in libertate ſi ſubeſt cauſa de præſenti, quia hęreditas eſt ſed ita per quem tea. ita ſcrib. Bar. in l. poſt emancipationem §. illud ff. de libe. lega. in l. quod ſeruius poſt glo. ibi col. 2. ff. de cond. ob cau. in l. qui cum tutoribus num. 1. ff. de tranſact. vbi etiam Iaſ. num. 2. in l. qui romę. §. duo fratres. q. 6. ff. de ver. obl. in l. ſi vxor. §. diuus in fi. ff. cum l. Iul. de adulter. in l. emptor §. huius ff. de pact. in l. Aurelio. §. Caius. col. vlt. ff. de libe. lega. in auct. hoc amplius. C. de fideic. not. in l. tres fratres ff. de pact. c. 2. de renunt. & ibi not. Bal. l. pactum n. 16. q. 13. C. de collat. Felin. c. ſi diligenti col. vlt. ver. decimo fallit. de foro compet. Pau. de Caſt. d. l. quod ſeruius. num. 9. Roman. l. ſi de certa num. 7. C. de tranſact. Butr. c. cum inter. num. 11. de renunt. Socin. l. 1. §. veteres. not. 1. ff. de acq. poſſ. Abb. c. petitio circa fin. de iureiur. d. c. cum ius. n. 6. 11. & 28. Socin. conſ. 147. num. 6. lib. 1. not. omnes in l. 1. C. de pact. vbi Bar. Ripa num. 26. Cagnol. n. 80. & ibi Bolognet. num. 86. uer. ſi uerò uerba, & num. 82. & Zuecard. num. 159. & Franc. Curt. num. 31. Ripa d. §. duo fratres n. 11. & n. 77. Tiraquel. l. ſi unquam in præfat. n. 149. C. de reuoc. don. Corn. conſ. 11. n. 14. & 20. l. 3. Pariſ. conſ. 49. n. 42. lib. 3. Ruin. conſ. 12. n. 3. lib. 3. conſ. 11. n. 6. lib. 1. Aretin. conſ. 93. n. 8. Grat. conſ. 60. col. 2. in princ. lib. 1. Afflic. deciſ. 350. Rimin. Sen. conſ. 662. n. 2. Gigas conſ. 70. n. 170. Ant. Gabriel tit. de iureiur. concl. 7. n. 5. Boer. q. 147. n. 12. Bouer. in ſuis ſingul. iur. renuntiatio n. 26. Viuius deciſ. 316. n. 11. Capra conſ. 12. circa fin. Bero. conſ. 130. nu. 36. lib. 2. Curt. iun. conſ. 192. n. 54. conſ. 52. col. vlt. conſ. 101. nu. 7. 10. conſ. 199. num. 14. conſ. 266. nu. 19. Cephal. conſ. 526. n. 78. Alba. conſ. 380 n. 6. Menoch. conſ. 359. n. 13. conſ. 335. n. 9. conſ. 848. n. 19. 20. conſ. 401. n. 94. conſ. 371. n. 6. cõſ. 749. n. 21. Decian. conſ. 52. n. 16. lib. 1. Burſat. conſ. 347. nu. 19 & nu. 42. Surd. conſ. 15. n. 28. conſ. 123. n. 33. cõſ. 267. n. 5. & n. 23. conſ. 418. n. 24. conſ. 308. n. 27. 30. Seraphin. de priuileg. iuram. priuil. 74. nu. 139. Maſcard. de probat. concluſione 1157. pax. n. 8. concl. 1265. nu. 13. 20. Myſinger. centur. 2. obſeru. 7. in fi. Petra de fideic. q. 14. n. 20. Surd. deciſ. 165. n. 13.

Et id quidẽ generalis eſt vt omnis diſpo cõcepta per uerbũ infinitiui modi reſpiciẽtis tp̃s futurũ intelligatur ex cauſa de pręſenti ſm̃ gl. in c. ad noſtram 2. de iureiur. Ripa l. 1. nu. 26. ver. 4. ampliatur C. de pact.

Supraſcriptę concluſionis non eſt quia renũtians non potuit cogitare de cauſa noua, & ſuperueniente Bal. l. pactum. n. 16. C. de collat. pręterea renuntiatio facta in vno caſu nõ licet ad aliũ trahi. Alex. conſ. 118. n. 3. li. 7. & de hoc dixi ſuo loco. Quinimo in dubio appellatione ſpei venit ſpes illa tantũ q̃ oritur ea cã de p̃ſẽti vel de p̃terito. Bolog. l. qui romę §. duo fratres n. 154. ff. de ver. obl. q̃m illud propriè dicitur ſpe deberi quod eſt in potẽtia ex cauſa de p̃ſẽti. l. nõ ſolũ §. ſi libertus ff. de excuſ. tut & ſup etiã dixi de iur. q̃ſito ex cauſa de pręſenti. Quib. accedit, q̃ ſẽper renũtiatio intelligi dẽt reb. ſic ſtãtib. Bar. l. qui ſeruius n. 4. ff. de cõd. ab cau. latè per Burſat. conſ. 171. n. 21. ver. q̃ tertio cõprobatur.

34 †. Ex his fit vt filia q̃ dote accepta renuntiauit bonis patris poſſ. illa petere, ſi pater eã inſtituerit, & p̃inde ex noua cã, quia minimè excluſa videtur ex ipſa renũtiatione. glo. & doct. in c. 2. de renũt. Felin. c. ſi diligẽti col. pen. vlt. uer. 10. fall. de foro compet. Bolog. l. 1. nu. 85. c. de pact. ſimiliter filia quæ renuntiauit hereditatẽ patris non prohibetur eandem hęreditatem poſtea petere ex noua cã ſucceſsionis fratris etiam in eiſdẽ bonis patris veluti fratrẽ decedẽte Dec. conſ. 266. Corne. latè cõſ. 305. in hac quæſt. lib. 4. Ang. conſ. 52. Roman. conſ. 168. in prin. Aret. cõſ. 161. col. pen. & in l. 1. §. veteres. not. 1 & ibi Iaſ. n. 23. Soc. n. 3. ff. de acq. poſ Bolog. d. l. 1. n. 85. C. de pact. & in d. §. duo fratres n. 151. Decia. cõſ. 3. n. 123. li. 1. Men. cõſ. 401. n. 113. ver. non obſt. 2. & generaliter qui renũtiauit hæreditatẽ non prohibetur illã petere ex noua aliqua cã etiam ſuperueniente Cor. conſ. 80. li 4. Goz. conſ. 20 n. 5. ver. 4. claro. Gig. cõſ. 70. n. 169. ver. quinimo licet de hac latè dicã infra renuntiatione hęreditatis. Qua ratione etiã qui feudo renuntiauit poterit id petere vbi superuenit noua cã tex. eſt in c. 1. de eo qui ſi. per agna. Bal. l. 2. col. pen. ff. de re. diu. cũ frater qui renuntiauit omni iuri q̃ habet vel habere ſperat in feudo patris cenſetur renunt. ſucceſſioni tãtum patris in eo. Aretin. conſ. vlt. num. 7. Bolognet. d. l. 1. nu. 85. Hinc quoq. fit vt permittens non offendere aliquem ſub pœna cenſeatur permiſiſſe nõ offendere ex cã de præſẽti, vel de præterito, non etiam de futuro. Bolognet. d. l. 1. n. 84. vbi ẽt infert ad eũ qui promiſit de euictione, & non mouere controuerſiã ſup aliqua re, vt ea promiſsio intelligatur niſi noua cauſa ſuperuenerit, item ad eum qui renuntiando benef. promiſit illud non petere, vt promiſsio non petendi intelligatur ex collatione & iuri præſenti, non autem ex noua collatione vt per eum d. nu. 84. & generaliter renũtiãs admittitur ad id quod ex caſu ſuperueniente ex legis diſpõne vel ex culpa poſt renuntiationem capitur Guid. Pap. q. 218. ex dicto proceſſu, ſequitur Burſ. conſ. 171. nu. 23.

35 Am-

35 † Amplia modo prædicta proced. ẽt si renũtiatio esset iurata, quia iuramẽtũ nõ facit vt renuntiatio comprehendat ius futurũ ex noua causa c. cum inter. de renunt. Ias. l. stipulatio hoc modo concepta col. 6. & 7. ff. de ver. obl. in l. qui seruius. n. 7. ff. de cond. ob cau. Paris. cons. 95. nu. 29. lib. 3. Mascard de probat. conclus. 1265. n. 18. Menoch. cons. 335. nu. 11. Ripa §. 1. nu. 26. C. de pact. vbi Bolognet. nu. 82. & in d. §. duo Fratres nu. 154. Habet sanè iuramẽtum tacitam clausulã reb. sic stãtib. l. fin. ff. qui satisd. cog. l. si. ff. ad municip. l. fin. C. de non num. peccu.

36 † Ampliatur quoq; proced. etiam si renuntiauerit quis omni iuri q habere sperat, vel habere potest quamuis verbum potest extendatur ad futurũ Ripa l. 1. n. 26. ampliatione 3. C. de pact. neq; constituen. est discrim. inter renunt. factam omni iuri qđ quis habere potest, & illam de omni iure q quis habere sperat Surd. cons. 267. n. 26.

Sed hæc intellige vt videlicet renũtiatio comprehendat etiam ius futurum ex futura & noua causa, quãdo clare apparet de expressa voluntate renũtiantis quod uoluerit etiã illi iuri renunt. l. continuus §. cum ita ff. de verb. oblig. cum sim. & ideo vbi quis renuntiauit omni iuri q habet vel habere sperat in futurum in aliquib. bonis, tũc renũtiatio comprehendit etiam causam de futuro quoniam apparet renuntiantem voluisse excludi in perpetuũ sua renuntiatione ab illis bonis Menoch. cons. 371. nu. 6. cons. 401. num. 116. ver. aliquando vero.

37 † Secundo loco hæc intelligenda sunt nisi ex verbis appareat de voluntate renuntiantis vt cogitauerit etiam de iure futuro ex superueniente causa, veluti si verba sint, vt dicitur prægnantia glo. & doct. in l. si de certa C. de transact. & ibi Bolognet. n. 22. & in l. 1. nu. 86. vers. sed si sunt C. de pact. Mascard. de probatio. concl. 1265. nu. 21. & ideo quando renũtians saltem implicite potuit cogitare de noua causa, & scire ius sibi competiturumẽt ex causa super veniente, tunc ex ea implicita scientia, renuntiatio ad illud ius extenditur, modo tamen verba conuenire possint Angel. in l. frẽs ff. de pact. Roman. cons. 22. col. 2. & fac. tex. in l. qui iure militari ff. de testamẽto milit. id aũm maximè pced. qñ expresse dicitur de iur. futuro ex futura, ac noua causa. Bar. l. s. nu. 3. vbi Ripa nu. 26. C. de pact. & ibi Cagnol. nu. 80. & Franc. Curt. n. 35. Abb. in c. ex multiplici de decim. Bal. & Salicet. l. hæred. in princ. ff. manda Boer. 9. 547. nu. 12.

38 † Intellige tertio prædicta non proced. quando ius futurũ non potest verificari in iure ex causa de præsenti quoniam tunc intelligen. erit de iure futuro ex causa de futuro Dec. l. 1. in tertio artic. Bar. & ibi Cagnol. nu. 80. 84. & Bolognet. nu. 86. ver. sed si est aliud Cod. de pact. Bar. l. qui romæ. §. duo Fratres q. 6. ff. de verb. oblig. Menoch. cons. 749. nu. 13. 15. de præsumpt. libr. 3. præsumptione 115. num. 34. 37. vel quando de vna tantum causa apparet quando illa videtur nominatim expressa Bar. d. §. duo Fratres q. 6. qui communiter approbatur, vt per Alex. ibi col. ante pen. Paris. cons. 71. num. 15. lib. 3.

39 Tertio † casu, quando verba renuntiationis non possunt referri magis ad præsens tempus, quam ad futurum, aut aliàs sumus in dubio, tũc non censebitur, quis renuntiasse iuri futuro l. si ita stipulatus fuerim. §. 1. leg. a colono ff. de verb. oblig. l. si ita scripsisset. ff. de leg. 2. Alberic. l. si maritus. §. si negauerint. num. 1. ff. ad l. iul. de adulter. Tiraq. l. si vnquam vero omnia, vel partem nu. 14. vers. idem quoque Paris. de resign. benefic. lib. 1. qu. 18. num. 24. & renunt. in dubio non includit ius futurum. Surd. cõs. 418. num. 10. cons. 70. num. 7. imò contra naturam renuntiationis est, vt ad futura extendatur, vt not. Bal. in vsibus feud. tit. Imperator Lotharius. num. 4. & ideo renuntians priuilegijs non censetur renunt. futuris. Angel. l. s. circ. fin. vers. vlt. Scias. ff. si quis in ius voc. nõ ier. Similiter repudiatio nunquam trahitur ad ius futurum, sed ad ius plenè competens, & delatum. leg. si ita scriptum. §. si sub condit. ff. de leg. 2. & aliàs semper dispositio in dubio non compræhendit futura. not. Imola. in leg. damni infecti. num. 11. ff. de dam. infec. & dispositio regulariter non includit futura, sed restringitur in dubio ad præsentia. Fœlin. latè in c. fin. de constitu. colum. fin. Surd. cons. 152. nu. 24. vbi inquit, id quoq. procedere in contractibus, & cons. 216. nu. 3. per tex. in l. si ita. ff. de auro, & arg. lega. cum simil. Verum si statutum prohibuerit aliquem renuntiare cuipiam iuri suo intelligitur etiam de iure futuro. Tiraq. in l. si vnquã in ver omnia, uel partẽ n. 14. uers. idẽ quoq. sequitur Lamberteng. de contractib. eorũ in constit. Match gl. 8. nu. 21. cũ seq.

Iam ijs expositis, quæ ad potestatem, & uo-
40 luntatem renuntiantis iuri † futuro, pertinent, restat, vt doceamus iuri futuro, & quærendo facilius renuntiari, & facilius præiudicari in iure quęren. tex. est in l. qui autem. ff. quę in frau. cred. in l. si sponsus. §. si maritus hęres. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. fin. C. de acq. pos. clem. gratiæ. de rescript. facit tex. in cap. si tibi absenti. de prębend. lib. 6. l. per retentioné C. de vsur. glo. & doct. in l. seruus C. de pact. Abb. in c. ex ore. pen. glos. de his quæ fiunt à maio. par. capitu. Socin. cons. 598. n. 2. ver. benefacit. lib. 3. Dec. cons. 269. num. 8. ver. sed cùm in casu nostro. Paris. cons. 5. num. 140. cum seq. lib. 4. Gozadin. cons. 26. num. 15. Menoch. cons. 411. num. 28. Surd. cons. 351. num. 38. Bursat. cons. 280. nu. 31. Barbatia. cons. 41. num. 13. lib. 1. Natta cons. 67. nu. 3. Tiraq. de retrac. lign. §. 1. glo. 9. nu. 123. Et in omni materia facilius tollitur

G 2 ius

ius quærendum quàm ius quæsitum, vt per Craue.conſ.114.nu.14. faciliusq. remittimus quę ſperamus quàm damus quæ poſsidemus, vt not. glo.in l. ſi fideicommiſſa §. itē ſi quis certam per illum tex.ff.de leg.3.Nam inquęſitis agitur de retentionē, quæ fauorabilior eſt l.per retentione C.de vſur.

Hinc illud eſt,quod licet tacens præſumatur cōſentire proteſtationi,vbi agitur de illius præiudicio, tamen id procedit in iure quæſito, non etiam in iure futuro, quoniàm vbi de præiudicio eius agitur, is cui fit proteſtatio non contradicendo conſentire videtur l. cum in plures §. locator hortei ff. loca l.fin.§.ſi prædixerit ff.nau. caupo. & ſtabul.Crot.in l.non ſolum §. morte nu.102. ff. de ope nou.nunt.Quaratione etiam ius quęſitum non poteſt tolli cum mala fide etiam ſpatio 30. ann. ius vero quærendum tollitur dicta præſcriptione,vt per Pariſ conſ. 49.n. 34.lib.2.Nam iuri adeundi præſcribitur ſpatio 30. anni etiam in fauorem cohæredis ſcientis tale ius competere, cúm non dicatur eſſe in mala fide antequam conſtet an velit adire, vel repudiare. Balb. de pręſcript. par.5.quintę part.princ.q.3.in fi.quem ſequitur Roland. conſ. 21. col.fin. lib.2. Quapropter licet princeps non poſsit auferre vaſallo vtile dominium quęſitum, poterit tamen vbi eſt futurum propter ſpem ſuccedendi. Pariſ.conſ.1.nu.138.lib.2.Et princeps poteſt facilius præiudicare in iure quęrendo. Dec. conſ.269.nu.8.Imo legitimando aliquem pręiudicat alijs in ſpe ſuccedendi. Pariſ.conſ.5. nu.142.lib.4.Vnde etiam facilius pręiudicatur iuri quærendo ſuper feùdo Becius conſ. 56.nu.36. cum ſeq. Hincq. licet renuntiatio non extendatur ad legitimam,tamen id procedit quoties quis renuntiauit iuri quæſito poſt mortem patris,ſecus eſt quando renuntiatio generalis fit ipſi patri, quoniam tūc cenſetur renuntiatum iuri legitimæ futuro. Decian.conſ.71.nu.67.ver. non obſtat quintum lib.4. Vnde etiam priuilegium contra priuilegium illud tollit vbi agitur de iure quærendo. Abbas cap. veniens col. ſexta de præſcriptio. quod dictum notabile inquit Curt. iun. conſ. 147. col.fin.Et non tantum poteſt, quis facilius in iure quærendo præiudicare ſibi, ſed etiam alteri, cúm ſit regula indubitata, vt inquit Barbatia conſ. 66 num. 9.ver. ex iſtis iuribus lib. 4. quod is qui non poteſt alicui præiudicare in quæſitis, poſsit tamen in quærendis, idemq; inquit Curt.Iun.conſ. 147.col.fin. Atq. facilius præiudicatur alteri in quærendis, quàm in quęſitis.Imola l.inter eos num. 5.ff. de re iudic. Et ideo licet in acquiſitis quis ſuis creditoribus præiudicate non poſsit, at certè poterit in acquirendis l.qui autem ff. quæ in frau.cred.Bald.in l. maximum vitium num. 11.circa fin. C.de libe. prer. Alex. conſ. 210. num.15.lib.2 Pariſ.conſ.127.nu.17.lib.1.Barbatia d.conſ.66.nu.9. Tiraq. in l. ſi vnquam in ver.donatione nu. 182. C. de reuoc. don. Franch. deciſ.101. Et eſt regulare vt in quærendis debitor præiudicet creditori Surd. conſ.116.nu. 81. Boſsi. in pract. tit. de bon. public.nu.29.Tiraq.de iure primigen. q. 24. in prin. Quinimo renuntiari poteſt iuri quærendo etiam in tertij præiudicium. Caſtren. conſ.112.nu.2.lib.1. ſic & maritus poteſt renuntiare lucro dotis in pręiudicium creditorum.Dec.conſ.260. Pariſ.d. conſ.127. nu. 18.Socin.Iun.conſ.109.lib.3.Surd.conſ.116 nu. 79. Roland. de lucro dot. q.39. nu.6.vbi inquit hanc ſententiam eſſe veriorem. Et pater poteſt in pręiudicium creditorum, vel fiſci renuntiare vſufructui quem habet in bonis aduentitiis filio Curt. Iun. in l.1.n.29. C.qui admitti.Surd.conſ.116.nu.85. Tenuincante.86.nu.9. ſed & poteſt tutor & curator præiudicare pupillo vel minori in iure quærendo ſalice in l.pactum curatoris C. de tranſact. Qua ratione poteſt etiam filius vel ſeruus in quærendis patri,vel domino præiudicare l.filius l.ſeruus. C de pact. Bal. l.contra iuris §.ſi filius ff de pact. Pariſ.conſ.5. num. 141. lib. 4. Deniq. poteſt prælatus ſolus præiudicare eccleſiæ in quærendis.glo.in c.illud ſtatuendum. 16. q.6. Abb.c.quæ in eccleſiarum num.71.de conſtitu. in cap.1.de dolo & contumac. l. iubemus nullam vbi Bart. & Bald.C.de Sacr.Eccle.Bar.l.tutor.nu.3. ff.de bon.poſ.Bal.l. pupillum C. de repud. hæred. Roma.conſ.184.Felin.c. in præſentia nu.57. ver.decimo quero.de probat.vbi hanc communē eſſe ſententiam trad..Dec.in cap. eccleſ.S.M. nu. 53. ver. 3 concluſ. de conſtitu. Craue.conſ.152.n.9 Roland. 15.nu. 33. conſeq.num.1.Iaſ.in l.legatum ff.de leg.1. Pariſ. conſ.5.nu.140.lib.4 Curt. Iun.in l.contra iuris in prin.num.7.ff.de pact.& conſ.147.col. fin.ſede.de ſen.conſ.9.& licet Alex.in l.legatum nu.2.ff.de leg.2.contrariam ſententiam magis cōmunem eſſe aſſeruerit tame Iaſ. ibi eam reprobat,& ſequitur etiam in conſ. 408, nu.2.lib.1.Dec.conſ.269.nu.8.in fi.barbatia conſ.66.nu.9.lib. 4.conſ.41. nu.13.lib.1. Sed an prælatus poſsit repudiare relictum eccleſiæ dixi lib.1.cap.2.

41 † Facilius ergo remittitur ius quærendū ac facilius pręiudicatur iuri quęrendo, nec mirum quoniam nulla læſio conſiderari poteſt in eo qui renūtiauit iuri quęrendo,& remittens incertum lędi non dicitur l. 1. C. de pact.l.ſi ea lege C.de vſur l.de fideic.C.de trāſactio Imola conſ. 1.n.9. ver. item non obſt. 3.ratio Iaſ.conſ.133.col.11.lib 4 Craue. cōſ. 114. num. 15. conſ. 661.col. fin. ver. conſequenter.Decian.conſ.6.num.52.lib. & ideo minor qui renuntiauit iuri quęrendo vt i minime lęſus non reſtituitur in integrum Craue. conſ. 114. numero 15. & remiſsio

iuter

incerti euentus impedit remed. l.2.Cod. de resc. vend vt per Bald. ibi col. 2. vers. huc accedit,& ibi purat tale limit. 34. sequitur Decian. cons. 39. num. 113. lib. 2.

42 Sed † neque renuntiatio iuris quęrendi dicitur verè alienatio, aut donatio quoniam remissio iuris incerti, vel debiti non liquidi, aut difficilis exactionis non dicitur donatio, & ideo potest illam facere tutor, & quilibet administrator l. preses C. de trāsact. glo. in l. cōtra. §. si filius, & in l. Imperatores in glo. 1. in fi. ff. de pact. & iterum in l. pactum curatoris, vbi Bar. Angel. & Salicet. C. eo. Dec. cons. 297. non patitur col. vlt. Curt. iun. cons. 47. col. 3. ex quo illud proficiscitur qui non eget insinuatione huiusmodi renūtiatio, vt donatio Bart. Bal. & Angel. in d. l. contra. §. si filius doct. in leg. tale pactum in princ. ff. de pact. & in d. leg. pactum curatoris. Bal. cons. 231. libr. 1. & in l. illud nu. 11. C. de sacr. eccle. Barbatia cons. 41. num. 15. libr. 1. Ant. de Canar. de insinuat. q. 46. pari ratione cùm non censeatur donatio non proced. in ea dispositio l. si vnquam Cod. de reuoc. don. vt per Tiraq. ibi verò donat. largitus nu. 180. Hinc preterea illud narrat, qđ prohibitus alienare donare nō prohibetur renunt. donat. ante acceptationem Sociu. cons. 53. nu. 25. lib. 4. Pau. de Cast. cons. 171. num. 1. lib. 2. & mulier alienare prohibita poterit tamen remittere ius quęrendum. Dec. cons. 269. num. 8. in fin. sequitur Crau. cons. 661. numero. 9. vnde stante statuto requirente solemnitatem in donationibus, vt alienar. mulierum, vel minorum, certè illud non procedit in renuntiatione iurisquęrendi, Paul. de Cast. cons. 11. in causa pręsenti, cons. 171. num. 6. lib. 2. Feliu. cap. 2. colum. 4. num. 7. vers. ad idem qui ext. de constitut. Ias. l. legatum in fin. num. 13. ff. de leg. 1. in leg. fin. nu. 49. ff. de constit. princ. Tiraqu. de legib. conub. glos. 5. num 31. Craue. cons. 114. nu. 15. Menoch. de arbit. iud. casu 185. num. 33. Item minor poterit, absq; solemnitate repudiare ius quęrendum. Rub. cons. 12. num. 7. Craue. cons. 114. col. fin. sed de minore contrariū tenere videtur, Ruin. consi. 101. n. 4. lib. 5. vnde Bertazol. clauf. 10. gl. 2. n. 15. distinguit vt ius quęren. in spe ex causa futura possit repudiari sine solemnitate, secus si ius iam delatum fuerit, vt habetur in l. pupillorum, vbi Bal. Cod. de repud. hæred.

Hoc tamen quod diximus renūtiationem iuris quęrendi faciliùs admitti, atque in eo faciliùs preiudicari, tàm sibi quàm alteri cū huiusmodi remissio non sit alienatio, aut donatio quadam moderatione temperandū esse censeo, vt cognoscamus quādo renūtiatio iuris quęrendi donatio, vel alienatio censeatur, & proinde aliquib. casibus prohibeatur est igitur distinguen. Nam aut loquimur de iure delato, aut de iure quęrendo ex causa futura. Aut verò de iure quęrendo ex causa futura. Primo casu cum † agitur de iure delato, est rursus distinguen. aut fit repudiatio iuris delati, aut renuntiatio. Vbi fit repudiatio iuris delati, tunc id ius non dicitur alienari, aut donari, & ideo qui non potest alienare, poterit repudiare, quoniam repudians agit tantum vt non acquirat, & ne locupletetur; non etiam vt patrimonium suum diminuat, & nolens acquirere, qđ potest non dicitur alienare, l. qui autē in princ. ff. qui in fraud. cred. vbi qui non potest alienare in fraudem creditorum, potest repudiare. Qua ratione etiam maritus alioquin vxori donare prohibitus poterit repudiare hæreditatē, vel legitimā. vt repudiatio prosit vxori fortè substitutę, vel hęredi ab intestato, quoniam ex ea repudiatione maritus non fit pauperior, neq; diminuit suum patrimonium, licet non acquirat, aut locupletetur, vt est tex. in l. si sponsus. §. si maritus hęres. ff. de donat. inter uir. & vxor. similiter repudiando quis facilè potest alteri preiudicare leg. fin. in fin. Cod. de acqu. poss. vbi seruus non potest facere deteriorem conditionem domini, hoc est illi pręiudicando in iure quęsito, licet possit etiā repudiando agere ne domino acquiratur. Sed huic conclusioni obstare, videtur text. in leg. magis puto. §. fundum. ff. de reb. eorum, vbi pupillus, ideò non potest fundum legatum repudiare sine auctoritate Pretoris, quia ita repudiando alienare videtur. Quapropter, vt harum legum antinomiam dissoluamus Illud notan. est, quod semper inspicienda est rō, cur quis simpliciter prohibeatur alienare, aut donare, aut verò non possit alienare nisi cum certa solemnitate, Vnde si ratio ꝓhibitionis fuerit, ne quis alienando pauperior fiat, aut suum diminuat patrimonium, ac deniq; ne quis ex alienatione damnum patiatur, uel etiam ne ex alienatione, alterius conditio deterior fiat, tunc repudiatio non prohibetur quoniam ex ea quis non fit pauperior, neq; alterius conditio fit deterior, Vnde quia donatio inter virum, & vxorem ea ratione prohibetur ne mutuo amore inuicem se spolient l. 1. ff. de don. inter virum. & vxor. ideo non prohibetur maritus repudiare, si quidem repudiando non dicitur se spoliare, neq; fit pauperior, atq; ita proced. tex. in d. §. si maritus hæres. similiter debitor prohibetur alienare in fraudem creditorum ne ex deminutione patrimonij ipsius debitoris fraudētur creditores, sed quia id contingere minimè potest ex repudiatione ideo meritò permittitur repudiatio, vt ex tex. in d. l. qui autem in princ. pari ratione seruus qui non potest præiudicare domino in iure quæsito, neque potest domini conditionem deteriorem efficere, poterit tamen agere,

ne domino acquiratur lucrum, quoniam lex considerat, ne per seruum deterior conditio domino fiat, qui sanè non fit repudiando leg. fin. in fi Cod. de acq. poss. in pupillo autem aliud dicendum est, nam lex illi prohibet alienat. nisi cum certa solemnitate non tantum ne diminuat patrimonium suum, & proinde damnum patiatur, sed et ne facilè, & temerè repudiando ob infirmum consiliũ sua repudiatione amittat ius delatum, tam certum, & quòd veluti manibus tenet; prouidet igitur lex pupillo, tam ne faciat deteriorem conditionem suam, quàm ne agat, vt conditio sua melior minimè efficiatur, ne infirmitas consilij impediat acquisitionem tã certam, unde meritò adhibenda est pretoris auctoritas, & ita proced. d. l. si fundum. cuius ratio non ita militat in superioribus casibus in quib. non consideratur infirmitas consilij ne ex ea amittatur etiam lucrũ, scilicet consideratur secundum damnum, ne per alienationem deterior reddatur conditio, aut pauperior, fiat ipse alienãs, aut alter, cui preiudicare potest alienatio, & ita ferè sentire videtur Tiraqu. de legib. connubiali, glo. 5. numer. 32. dum inquit pupillum non solum actus continentes alienationem sed, nec alios quoq; praeiudiciales, & clarius Lamberteng. de contractib. eorum, glos. 4. vers. vel distractu num. 10. dum inquit pupillum non posse repudiare ob imbecillitatem. Neque constituenda est differentia inter repudiationem legati, aut donationis, ut per Lamberteng. dicto loco.

Secundo casu, vbi renuntiatur iuri delato tunc huiusmodi renuntiatio est alienatio quia renuntiando quis priùs acceptare videtur, vnde de eo iure iudicatur, vt de iure quesito arg. l. ad rem mobilem. & l. ad legatum ff. de procur. & decl. Paul. de Castr. l. si actionem. C. de pact. & in leg. pactum, quod dotali Cod. de collatio. Ripa d. l. si vnquam qu. 11. num. 21. Franch. decis. 101. nu. 12. Roland. cons. 11. num. 24. libr. 1. Guter. in rep. capit. quamuis pactum num. 28. de pact. lib. 6.

Altero principali casu cum agitur de iure quaerendo ex futura causa, veluti cum renuntiatur haereditati viuentis, tũc non dicitur alienatio, & proinde in ea, neq; locum habet dispositio leg. si vnquam Cod. de reuoc. donat. vt ibi per Ripam nu. 21. quem approbat Guter. in d. c. quamuis pactum num. 28. & Roland. d. cons. 11. num. 24.

Tertio casu vbi agitur de iure quaerendo ex causa praesenti, & spe probabili, vt quando quid debetur in diem, vel sub conditione tũc dicitur alienatio, & donatio in qua locum habere poterit dispositio d. l. si vnquam vt per Ripam ibi qu. 11. nu. 21. quamuis ibi tenere videatur, quod repudians ius delatum indistinctè donare censeatur, quod est sanè intelligendum, vt statim dixi, sed ego existimauerim hanc conclusionẽ procedere, vbi agitur de debito in diem, vel sub conditione ex causa non lucratiua, quoniam si causa fuit lucratiua renuntiatio non dicitur alienatio, vt neque repudiatio dicitur propriè alienatio, nam si potest amitti repudiatione ius delatum est magis certũ, multò magis amitti poterit ius in diem, vel conditionale quod est minus certum, praetereà lex alioquin prohibens alienationem permittit iuris delati repudiationem considerat ius delatũ vt lucrum, & ideo dicta l. qui autem in prin. loquitur de repudiatione haereditatis, & cõsiderat, quod repudians non locupletatur, & in d. §. si maritus haeres loquitur etiã de repudiatione haereditatis, & legati, in d. l. fin. in fi. consideratur lucri amissio, vt ibi sibi lucrum per seruum acquiri desiderat. Cùm itaq; non agitur de amissione lucri tunc dici potest alienatio, vt dictis iuribus.

XVIII. RENVNTIATIO IVRIS CONTROVERSI, siuè litis.

SVMMAE.

1 *Lis qua ratione vtrinq. licita esse possit.*
2 *Lites sunt abhorrendae.*
3 *Litium incommoda.*
4 *Litium expensas immoderatas esse.*
5 *Lites abbreuiandas, & quam citissimè terminãdas esse.*
6 *Lucrari satis dicitur, qui à lite recedit.*
7 *Litis remissio per transactionem.*
8 *Transactio est salubre remedium quo finis litibus imponitur.*
9 *Bona plura prodire ex recto litium vsu.*
10 *Litigantium officia.*
11 *Lis renuntiatione finitur.*
12 *Exceptio renuntiationis litis dicitur exceptio litis finitae.*
13 *Renuntiatione litis extinguitur non tantum lis ipsa, sed etiam effectus per litis contestationem inductus.*
14 *Liti renuntiari potest, in totum, & pro parte.*
15 *Liti renunciari an possit inuito aduersario.*
16 *Actor non potest liti renuntiare inuito reo.*
17 *Actor quando non possit renuntiare liti inuito reo.*
18 *Actor reconuentus non potest in praeiudicium reconuenientis renuntiare.*
19 *Renuntiatio litis fieri potest, tam ante litem contestatam, quam post.*
20 *Praelatus liti renuntiare an possit.*
21 *Feudatarius non potest renuntiare liti de feudo motae, absq; domini consensu.*
22 *Minor an possit liti renuntiare.*
23 *Procurator, an possit liti renuntiare.*
24 *Renuntiatio litis quemadmodum conueniat cum transactione.*

25 Rei

Ropter naturalem hominum ad
dissentiendum facilitatem, vt
inquit tex. in l. item si vnus. §.
principaliter. ff. de arbit. oriun
tur lites, si quidem opinionum
diuersitas est causa litis. Arist. Methaphis.
5. Et habetur Ecclesiastes 3. & mũdum tra-
1 didit disputationi eorum. Hinc † dubie-
tas opinionum facit, vt lis vtrinq; licita esse
censeatur. Et quamuis absurdum videatur,
vt æquo iure vtraq; pars litiget; quandoqui-
dem si iustè quisquam contendit, necesse est
eum, qui contrarius est, iniustum esse: tamen
illa dubitatio, & diuersitas opinionum facit
vt vtrinq; iusta videatur lis, & controuersia.
Quare, vbi euidens non est iustitia, vel iniu-
stitia, sed vtrinq. ancipites sunt sententiæ,
certe dicendum est vtrosque non iniustè li-
tigare. Nam & quilibet conuentus in libe-
rali causa potest de statu suo transigere, pa-
cisci non item l. fin. C. de transact. leg. nec si
volens Cod. de libe cau. Ratio autem est quo-
niam si manifestũ sit aliquem esse liberum, is
paciscendo conditionem suam mutare mi-
nimè potest. At si dubium sit iura permit-
tunt, ut transactio valeat. Cùm ergo cõstat
euidenter de iniustitia alterius ex litiganti-
bus, is iniustè dicitur litigare, Verùm si du-
bium sit vter iustam causam foueat, tunc v-
traq. pars optimo iure litigare dicitur, ac lis
vtrinque licita esse potest. Sic quoque bella
ratione dubij vtrinque licita esse possunt, vt
voluit Alcia. Paradox. lib. 2. c. 21. Vnde non
est mirandum cur in litibus vtrinq; sint ad-
uocati, si quidem vbi iniustitia non est eui-
dens ibi licita lis esse potest.
Et quoniam tranquilla, & quieta vita demum
vitę est simillima, ob idq; cunctis mortalibus
2 expetenda, Cicer. de finib. libr. 2. Optima †
ratione, prorsus abhorrendæ sunt lites, vt
quæ mortales tranquillitate, & quiete animi,
diuino quodam bono frui minimè patiuntur.
Quod ignorasse non videtur poeta ille, dum
ita deprecatur,

Sit nox cum somno, sit sine lite dies.

Vnde meritò felices dici poterant populi
Taprobanæ Insulæ apud quos, si credimus
Plin. histor. libr 6. cap. 22. nulla lis, nullumue
forum erat. In quam sententiam extat lepi-
dissimum Epigramma Martial. lib. 5. qui in-
quit,

Si tecum mihi, chare Martialis,
Securis liceat frui diebus,
Si disponere tempus otiosum,
Et vera pariter vacare vita;
Nec nos atria, nec domus potentum,
Nec lites tetricas, forumq. triste
Noscemus.
Et rursus alibi ita cecinit,
Vitam quæ faciunt beatiorem,
Iucundissime martialis, hæc sunt;
Res non parta labore, sed relicta,
Non ingratus ager, focus perennis,
Lis nunquam, toga rara, mens quieta.

Quò etiam spectat illud Cic. pro A. Cluen
tio, dùm ita inquit, & vitam illam tranquillã
& quietam remotam a procellis inuidiarum,
& huiuscemodi iudiciorum anfractu sequi
maluisse. Et ad Attic. ita scribit, Nihil bono
viro, ac quieto magis conuenit quàm abesse
a ciuilibus controuersijs. Quotus enim quis-
q; litigantium inuenitur, qui litium anfrac-
tibus implicitus tranquillo, ac quieto animo
3 esse possit? Si quidem † tanta litigantem
circumueniunt mala, et incommoda, vt
rectè is dicatur crater malorum, hoc est rè-
ceptaculum malorum, vt habetur in adagijs
per Manutium collectis. Nam multi, ma-
gniq; sumptos, impensæ, labores, ac mole-
stiæ sequi solent litigantes, etiam si victo-
riam reportarint, vt satius sit semel vinci,
quàm sępius vincere, aut diutius litigare,
vt tradit Tiraq. de retrac. lign. §. 8. glo. 7. n.
20. Quæ sane mala clarè exprimunt verba il-
la in marmore incisa, quæ legere est in præ-
torio Ciuitatis mediolani, ita pulcrè admo-
nentia in controuersijs caussarum corpora-
les inimicitiæ oriuntur, fit amissio expensa-
rum labor animi exercetur, corpus quotidie
fatigatur, multa & inhonesta crimina conse-
quuntur, bona, & vtilia opera postponuntur,
& qui sæpè credunt obtinere, frequenter suc
cumbunt, ac si obtinent computatis labori-
bus, & expensis nihil acquirunt. Enimverò
lis est causa multorum malorum. Luc. de
pen. in l. litibus C. de agrico. & censit lib. 11.
Atq; litis prosecutio est res sumptuosa, labo-
riosa, & molesta. Rebuff. in proem. concord.
in ver. sumptibus. Tiraq. d glos. 7. num. 20.

Deniq;

Deniq; lites sunt flagella hominum durissima. Rebuf. regul. de subrogandis collitig. glo. 1. Hinc optima ratione, ira deprecatur ecclesia, vti pia mater, extingue flammas litium. In primis autem litigans cùm tota mente incumbat in vnam curam litis parum de Deo cogitat, quoniam nisi in pacis tempore, (hoc est cùm minimè litigatur) bene colitur pacis auctor. clem. dudum. de sepultur. Prætertá hæc ferè consequuntur eos, qui litigant, nempè bonorum operum cótemptus, magna animi perturbatio, attox odium, solicitus dubij euentus timor, impatientia, difficultas rei numariæ, & egestas, præduri labores, propensio ad omne crimen & peccatum, ac deniq; interdum desperatio. Nam vt inquit text. in d. clem. dudum lites, & dissensiones prauis actibus aditum preparant, rancores & odia suscitant, & illicitis moribus ausum præbent. Atque ex litibus rixæ nascuntur leg. seruus vers. sed si aliqua ff. de actio. & oblig. Suntq; lites occasiones criminum leg. properandum in prin c. ibi, materia criminibus creare noscuntur. C. de iudic. d. clem. dudum. Luc. de pen. in d. l. litib. colum. 1. & dicitur Eccles. c. 28. Abstine te á lite, & minues peccata. Et quod ex lite præsumatur orta inimicitia pulcrè differit Menoch. de præsumpt. libr. 5. præsumpt. 43. num. 3. & Blanch. tract. de indic. nu. 114. cum pluribus seqq. Quod maximè procedit inter sanguine coniunctos, & cognatos, qui ex litibus inter ipsos magis mutuo flagrãt odio. Cuius rei ratio est, vt per Arist. de repub. 7. quoniam quemadmodum inter has personas maximè viget naturaliter amor, ita vehementissimum est odium. Nàm cum illi, qui sunt nobis sanguine coniuncti naturaliter debeant, & teneantur nobis prodesse, maximè indignamur dùm obsunt, non tantùm quia ledimur, quantum etiam sui tenentur ob naturę vinculum, & ius sanguinis nobis prodesse. Tantum autem abest, vt obesse audeant. Quæ quidem ratio non ita se habet in cæteris. Vnde etiam magis indignamur aduersus eos, qui nobis aliqua ratione sunt obligati, quàm aduersus alios. Quocirca rectè prouident ea iura municipalia, quę dispo-nunt, vt fieri debeant compromissa inter has personas, nimirum, vt ea ratione lite, quàm citissimè, & faciliore ratione terminata, iurgia inter has personas auferantur, & dissensiones mitescant.

4 His † incommodis accedunt magni sumptus, qui omninò fieri debent, etiam si quis habuerit bonam causam, vt per Bald. in cap. cum dilecti, colum. pen. de dolo, & contum. Alber. in leg. etiam in prin. ff. vt lega. nomi. caue. Hinc prudenter Martial. Epigram. libro secũdo suadet amico, vt potius soluat, quàm litiget, per hæc verba.

Et petit iudex, petit, & patronus,
Soluas censeo, sexte, creditori.

Et licet sperare possit litigans quod aduersarius condemnari debeat in expensis, tamen plures sunt causę ex quibus absolui poterit. Sed fac etiam vt aduersarius condemnetur in honorarijs sanè multa solent erogare partes, quę in taxationẽ nõveniũt. Rebuf. tract. de expẽs. artic. 5. gl. vnica n. 24. Vnde inquit speciem esse miraculi litigare nomine suo, & ditari, cùm lites ad paupertatem ipsos litigantes inducant. tex. est in auten. vt different. iudic. §. 1. Nam quomodo vis morborum pretia medentibus, sic fori tabes pecuniam aduocatis fert, vt refert Alciat. dispunct. lib. 3. c. 9. Et facit tex. in l. minoribus 25. annis subuenitur ff. de minori. ibi, cùm intersit ipsorum, litibus, & sumptibus non vexari. Est glo. in §. neq. tamen in ver. ne vllum. Insti. de aucto. tut. Adde & tex. in l. si procurator ff. rem rat. habe. ibi, eo quod litigat, quod consumit, quod aduocat, quod damnatus soluit. Nam, vt inquit Rebuff. in regu. de subrogandis collitig. gl. 1. quamuis lites sint procuratoribus, & aduocatis cibaria dulcissima, tamen ipsis partibus sunt valde amarę.

Et non tãtum litigantes anguntur, & cruciantur quod continue erogare debent pecunias, sed etiam anxiè solicitantur ob longas moras, atque incertum litis euentum, cũ difficile sit obtinere sententias, & rem iudicatam, longeq; difficilius ipsam executionẽ l. quod debetur ff. de pecul. Ad quod alludens martialis epigram. lib. 7. ita scripsit.

Lis te bis decimæ numerantem frigora brumæ
Conterit vna tribus, Gargiliane, foris.
Ah miser & demens, viginti litigat annis
Quisquam, cui vinci Gargiliane, licet?

Vere igitur Cice. in orat. pro Cecin. appellat solicitudinem, ac periculum litium. Et in omnes in prin. C. de episc. & cler. dicitur turbulenta obseruatio prætorij, in l. 2. C. pręscript. longi tempo. inquietudo litis vocatur ex in clem. dudum de sepult. dicuntur dissidiorum vepres, & litigiorum anfractus. Quó fit vt magnum sit incommodum, ac damnũ litibus vexari l. 3. §. si rem ff. de leg. 3. Hinc minor pro tali damno restituitur l. minoribus 25. annis ff. de minori. Dec. c. vt debitus nu. 5. de appellat. Quin lites sunt res adeò odiosa, vt plura a iure statuantur odio litium glo. in l. postquam liti ver. renuntiasti C. de pact. Et propter euitandas lites plura cõcedũtur, quæ alias non cõcederentur. Felin. c. in nostra. de rescript.

Cùm autem tot mala maneant ipsos litigatores, mirum non est, cum plures potius eligant, re de qua litigãt carere, quã tot mala litigando experiri l. item si res §. fin. ff. de alien. iud. mut. cau. Fac. Felin. c. 2. in prin. extra de præscript. Vnde Cic. de offic. 2. ita pulchre inquit, A litibus verò, quantũ liceat,

& nesciò an Paulo plus etiã, quam liceat ab-
horrentem, est enim non modo liberale Pau
lúm nonnunquam de suo iure decedere, sed
interdum fructuosum.

Sunt igitur lites fugiendæ tanquam exe-
crabiles cap. constitutionem §. statutum de
verb. sign. lib. 6. Grauat ad Vestri lib. 3. c. 1. n.
13. Hinc laudandus est is, qui lites execratur,
& fugit d. l. item si res §. fin. omnesq; boni
viri id faciunt Ias. l. fil. pater. not. 1. ff. de
leg. 1. Vnde inquit Diu. Paulus ad Timoth. c.
2. seruos Dei non oportet litigare c. sicut. 2.
q. 7. Quinimó consilium est seruatoris nostri
in Euangel. Math. c. 5. scilicet si quis volue-
rit tunicam tuam tollere, & in iudicio contē
dere, da ei & pallium. Sed & lites fugiendas
esse, Alcibiadis exemplo admonemur, qui
cùm è sicilia ab Atheniensibus citaretur,
abdidit se negans litigandum esse, si quomo
do liceret effugere, & subijcientibus non-
nullis, quod minimè confideret patriæ, respō
dit, Imo ne matri quidem crediderim me-
tuerem enim ne foris imprudens albi calcu-
li loco nigrum immitteret. Inde factum est
prouerbium, cúm licet fugere, ne quære litē.
Nam litis metus dicitur iustus metus. Rip. l.
1. §. sublata nu. 19. ff. ad trabell. Hinc ne popu
lus temere litigandum accederet M. Cato
Censorius forum Romanum iuxta Comitiū
muricibus siue acutis lapidibus sternendum
esse sensuit. Tiraq. de nobilita. c. 29. n. 7. Itaq.
lites & litigatores sunt veluti pestis fugien-
di c. negotiatorem 87. dist. quoniam, vt in-
quit Seneca, quem refert Bald. cons. 21. col. 2.
lib. 3. cum pari contendere anceps est, cum
superiore furiosum, cum inferiore sordi-
dum. Quibus adde quod propter execratio-
nem litium quis potest dimittere ius suum
indiscussum. Abb. in c. nihil & ibi Felin. nu. 1.
de præscript.

5 † Sed quia interdum fugere non possumus
lites, atq; inuiti litigare cogimur, aliter iura
nostra consequi non valentes l. fin. ff. de sepa
rat. ne ius nostrum indefensum relinquamus
l. illud §. in prædonis ff. de peti. hęr. debent
lites abbreuiari, ac quàm citissimè termina-
ri l. non distinguemus §. quęsitum ff. de ar-
bit. l. terminato C. de fructi. & lit. expen. l.
properandum C. de iudic. Alb. l. etiam in
prin. ff. vt legat. nomi cauc. luc. de pen. l. liti-
bus col. 1. in fin. C. de agrico. & censi, lib. 11.
Interest enim reipub. etiam principaliter,
vt lites abbreuientur, not. doct. in d. l. prope
randum in prin. in c. finem litibus, de dolo &
contum. Vasq. de success. lib. 1. §. 7. n. 40. cum
seq. & eo lib. §. 10. num. 14. cum plurib. seqq.

6 † Vel etiam debemus aliqua ratione a lite,
vbi fieri potest discedere si quidem satis lu-
crari dicitur qui a lite discedit. Abb. in c.
quinta vallis. de iureiur, magnumque conse-
quitur commodum qui a lite recedit l. lucius
§. fin. ff. ad Trebellian. glo. in cap. pen. et ibi
Butri. de emptio. & vend. Abb. c. 1. not. 1. de
transact. Alex. cons. 222. visa facti narratione
col. 4. lib. 2. Dec. cons. 216. col. 2. Decian. cons.
103. nu. 3. lib. 3. Vnde si partes noluerint fu-
gere lites, debent iudices persuadere, vt a
lite recedatur, vt not. Dec. in c. vt debitus 2.
not. de appellatio.

Cum igitur tot. mala & incommoda affe-
rant lites, ipsaq. lites inter ciues rempub. lę-
dant l si quis §. in ciuilibus ff. de captiu. &
post lim. reu. leges varia induxerunt remedia
tanquam naturæ conuenientia, & amica qui-
bus conseruaretur litibus quantum fieri po
test remotis, illa cognatio, quam natura in-
ter ipsos homines constituit l. vt vim ff. de
iusti. & iure. Nam quoniam, vt inquit Luceret.
poeta lib. 3. Nec radicitus euelli mala posse
putandum est certe lites ipsas penitus tolli
impossibile est, propter naturam hominum
ad dissentiendum facilem l. item si vnus §.
fin. ff. de arbit. l. quia poterat ff. ad trebell. Ve
rùm iura maximè student, vt lites abbreuien
tur, atq. vt saltem finis litibus imponatur.
Dec. cons. 630. nu. 4. Cùm reipub. intersit vt
lites, quantum fieri potest, tollantur. Bald. l.
fratris C. de transact. Est aūt maximum reme
dium, vt a lite recedatur, remissio litis, siue
per renuntiationem litis.

7 †. Sed primùm videamus de remissione per
transactionem. In qua te sciendum est quod
pacta tam nuda, quàm correspectiua aut fiūt
ad obligandum, aut ad remittendum l. 1. §.
conuentionis, & ibi glo. ff. de pact. Pactum re
missionis transactio in genere dicitur, quan
do quidem transactio dicitur omnis actus,
quo ab obligatione receditur d. §. conuen-
tionis ibi transigendi. Eorum autem quę re-
mittuntur, quędam sunt confessata per par-
tes, & indubitata, hinc fit pactum. Quædam
sunt negata, & dubia, hinc transactio. Nam
vbi indubitata remittuntur gratis dicitur
pactum gratuitum. Vbi autem rei du-
biæ remissio fit gratis dicitur pactum nudū
At vbi fit re aliqua data est transactio in spe-
cie accepta. Pactum ergo gratuitum distin-
guitur a transactione in specie, & propriè ac
cepta l. 1. ff. de transact. Nam cùm in tit. de
transact. disserendum esset de transactione
in specie acepta, primum ea distinguitur a
pacto, quo res certa donandi animo remitti
tur licet enim huiusmodi pactum dici pos-
sit transactio in genere sumpta, tamen nulla
ratione dici poterit transactio proprie ac-
cepta, quoniam quisquis transigit non re-
mittit donationis causa rem certam, & qui
remittit donationis causa transigere nō di-
citur l. 1. ff. de transact. Nam ibi illa verba do
nationis causa iunguntur cum verbo paçisci
tur, non etiam cum verbo remittit, vt rectè
obseruauit Duaren. ad l 1. §. 1. ff. de pact. &
ita intelligi debet d. l. 1. ff. de transact. alio-
quin alterum ex his verbis superfluum esset,
nempe

nempe donationis causa vel liberalitate ſanè Iuriſc. in d. l. 1. declarat tranſactionem propriè eam dici, quæ diſtinguitur a pacto, quo gratis remittitur res certa, & indubitata. Planè in tranſactione exigitur vt remiſſio fiat de lite, deinde vt cemiſsio non ſit gratuita, ſed aliquo dato, retento, vel promiſſo l. tcanſactio C. de tranſact. Quare vbi remittitur gratis res quæpiam certa huiuſmodi remiſsio non poteſt dici tranſactio in ſpecie accepta, ſed erit pactum. Cum etenim in tranſactione ſint hæc nempe remiſſio, deinde remiſsio litis incertæ, denique pro remiſsione alicuius rei præſtatio d. l. trāſactio. recte fit vt remiſsio rei certæ donationis cauſa dicatur pactnm donationis cauſa, non etiam tranſactio in ſpecie ſumpta. Itaq. aliud eſt tranſigere, & aliud paciſci donationis cauſa. Nam quiſquis tranſigit litē remittit, qui vero donationis cauſa paciſcitur rem certam, ac non dubiam remittit. Cùm autem hæc opponantur per affirmarionem, & per negationem, ſcilicet res dubia, & ces non dubia, recte ſequitur vt pactū donationis cauſa factum opponatur tranſactioni. Nam & alias ſemper quoties nomen generis alicni ſpeciei opponitur, pro ſpecie poni ſolet, vt de adoptione dicimus cùm opponitur arrogationi l. 1. ff. de adoptio. Quare in d. l. 1. non quodlibet pactum diſtinguicur a tranſactione, ſed id duntaxat qnod fit donationis cauſa. Et ſenſus eſt ibi, videlicet omnis tranſactio fit de re dubia, ergo pactū donationis cauſa factum non poteſt dici trāſactio. Certè ad hoc vt pactnm fiat ex cauſa donationis requiritur vt remittatur res cerca, & indnbitata, & ita loquitur tex. in d. l. 1. vt ibi per Iaſ. in fi. Cùm autem in pacto donationis cauſa ſemper requiratur remiſsio rei certæ, fit vt huinſmodi pactum nunquam dici poſsit ttanſactio propriè accepta, in qua ſemper remittitnr res dubia, atq; lis Incerta. Vt igitur ſit tranſactio propria primum oportet fieri remiſsionem actionis, vel exceptionis, & quod remiſsio non ſit gratuita, ſed fiat aliquo dato, vel retento, item quod fiat ſuper actione, vel exceptione negata. Et quoniam in pacto donationis cauſa facto remittitur res inter partes non negata, proindeq; haud dubia, ideo huiuſmodi remiſsio non dicitur tranſactio, quæ fit de re dubia, & per partes negata. Nam toto tit. ff. & C. de tranſact. agitur non de tranſactione impropria, quæ eſt actus, quo ab obligatione receditur; ſed de remiſsione actionis, vel exceptionis ad effectum recedendi a lite, aliquo dato, vel promiſſo. Neq; ibi agitur cùm res quæpiam haud dnbia cemiticur donationis cauſa, ſecundum intellectnm d. l. 1. Porrò liberalitas, & ces haud dubia faciunt vt pactum donationis cauſa duntaxat omninò a tranſactione propria diſtinguatur. Remiſsio igitur aut ſit per pactum nudum, veluti cùm remittitur res quæpiam donationis cauſa d. l. 1. Aut per pactum correſpectiuum, ſeu contractum innominatum l. 1. C. de pact. Aut denique per tranſactionem propriè acceptam, de qua agitur ſub titu. de tranſact.

8 † Tranſactio eſt remedium optimum, atq; dicitnr res ſalubris, proindeq; a iure comendatur, tex. eſt in c. 1. ibi, ſalubrē, & ibi noc. Abb. de tranſact. ſi quidem per hanc finis litibus imponitur l. fratris. C. de tranſact. Nam negari non poteſt conſultius eſſe litem tranſactione remittere, quam temere litigando incertum litis euentum ſubire, vbi fieri poſſit, vt lis amittatnr. Tranſigere quippe eſt meritorium, & laudabile. Caccialup. de tranſact. q. 19 Hinc Rebuff. regu. de ſubrog. collitig. glo. 1. monet litigantes per hæc verba, Crede mihi, vt ſi poſsis componere nunquā litiges. ſtudereq; debent ſemper iudices vt partes tranſigant, & ad concordiam reducantur cap. fin. de tranſact. c. ſtudendum 90. diſt. c. ſi primates. 5. q. 2. c. ſi quis membrorum 23. q. vlt Conſilium itaq; erit vt quiſq; ante omnia quærat omnino ius ſnum conſequi, vel defendere abſq; lite, atq; ſugiat quo ad eius fieri poterit litium anfractus. Quod ſi id efficere non poterit, priuſquam periculo, & dubio euentui litis ſe comittat conſulat omnino iuris peritos. l. ſi auiam in fi. ibi, ſi cum peritioribus tractatum habuiſſes facile cognoſceres C. de ingenu. manum. Rebuff. in proem. Conſtitu. glo. 5. nn. 152. conſulit vt quis nunquam litiget quin prius habeat conſilia Iuriſcōſultorum, iurium allegacionibus plena non autem iurium citationibus nuda; quandoquidem hæc dicuntur conſilia mortua. Cœpta autem lite quærat litigator litem componere, & ad tranſactionem deuenire, nc litis malum vlterius progrediatnr. Quod ſi etiam id fieri minime poterit, & credidecit ſe ex peritorum opinionibus insſouere, audacter experiri in iudicio de iuribus in iudicio de Iuribus ſuis poterit. Neq; illi timendum eſt litis pericula quoniam confidere debet de Iuſt. & illius miniſtro Iudice qui medius eſt quidam in terminandis, vel componendis ſiue affectu litib., & ad Iuſt. inter ipſas partes exequendam, & qui ab omni ſuſpicione abeſſe debet l apertiſsimi C. de Iudic. Et quamuis lis videatur eſſe quid mali, tamen cum nil reperiri poſsit, quod boni aliquid non includat vel non dirigatnr in bonum aliquod, & eorum qui nobis occnrrunt, rectè Epictetus ſtoicus dixerit, duas eſſe anſas vnam boni, & alteram mali, iudicando nos
9 poſſe eis vel recte, vel perperam vti; † Ideo ex litium recto vſu prodibit vtilitas, ex deprauato damnum & læſio. Nam lites habent pro fine pacem, & concordiam, & per litium finem gratior litigantibus redditur pax. Ad

hæc

nec ex litibus varia prodeunt bona. Nam lis reddit litigatorem ipsum cautum, prudentem, vigilantem accuratum, & minime otiosum. Vnde Plutarch. opusc. Edidit, in quo varias retulit vtilitates ex aduersarijs, & inimicis capiendas si igitur spectemus finem litis 15. bonus est, & ex eo amor etiam inter
9 coniunctos reintegratur, quoniam per litem priuantur vnione, & amicitia qua summopere delectabantur; vnde litigando molestiã, & lęsionem percipientes transacta, & terminata lite, postea vehementius ad concordiam, & vnionem aspirant. Vnde fit illud Terẽtianum amantium irę, amoris redintegratio est. Monendi autem erunt litigantes. vt in iudicio odium, & omnem iram deponant, quoniam ira rationem aufert, vt inquit ille apud Terent. in Heautont.

Pra iracundia.

Menedeme non sum apud me,

Et alter apud eundem in Adelph.

Ah me miserum non sum compos animi

Ita ardeo iracundia.

10 † Quisquis .n. vult in iudicio supperare litium anfractus, & pericula, oportet illum in primis timere Deum, atq; ita vitare poterit crimina, quę ex litibus oriri possunt deinde debet esse fulcitus consilijs peritorum, ne sua fraudetur opinione d. l. si auiam in fi. 3. debet esse patiens laborum, & moræ litis 4. debet recte vti lite 5. omnem curam, ac diligentiam adhibere ac vigilare debet d. l. pupillus in fi. ff. quæ in frau. cred. ibi sed si vigilaui meliorem meam conditionem feci, sed vt magis incumbere posit in curam litis deposito odio, sedato, ac tranquillo animo esse debet, ne perturbationibus animi commotus litem aut negligat, aut cuncta perturbet. Et non tantum transact. finitur lis, sed etiam renuntiatione, de qua nunc dicendum erit. Quę materia est multum inuoluta, vt exorditur Castren. in l. pòstquam lit. C. de pact. Adhęc renuntiatio litis est res valde periculosa & primo vt est renuntiatio C. quam periculosum 7. q. 1. deinde vt est litis renuntiatio, cuius sane odium, sumptus, labor, periculum, deniq; animi perturbatio facile compellunt litigantem aliud agentem, & inconsulte ad liti renuntiandum non animo renuntiandi dum credit posse etiam causam prosequi, sed execratione litium. Quapropter caueant litigantes, ne facile effundant verba renuntiationem litis denotantia, quoniam etiam pręter & illorum mentẽ non poterunt amplius litem prosequi, aut instaurare, vt pro Purpurat. in d. l. postquam liti. Renuntiatio .n. pendet ab vnius voluntate nempe ipsius renuntiantis. Vnde fit per quæcumq; verba cúm sit declaratio animi, vt alibi dixi quocunq; igitur modo quis ostenderit se a lite recedere is recte liti renuntiasse dicetur.

11 † Finitur igitur lis eius renuntiatione l. postquam liti ibi, finitam, & ibi not. doct. C. de transact. quem textum ad id notab. inquit Roman. ibi in princ. & est tex in l. 1. §. inde quęritur ff. de op. nou. nunt. vbi ita scribitur. Quid enim aliud agebat Pretor, quam hoc vt controuersias eorum dirimeret? a quibus si sponte recesserint, debebit id ratũ habere, & est tex in c. 1. de lit. contestat. lib. 6. late habetur per Lancellot. de Attenta parte 2. in præfatione c. 4. nu. 243. quemadmodum & transact. dicitur lis finiri, & extingui Doct. d. l. postquam liti. Crauet. cons. 182. nu. 4. Paris. cons. 47. nu. 43. lib. 4. Lancellott. d. c. 4. nu. 246. Nihil .n. interest vtrum ideo a lite recedat, quod litem aduersario remittere velit aliquo accepto, an quod liti diffidat, Nam qui renuntiauit liti, amplius non auditur Bal. l. sicut C. de repud. hęred. ac postea repellitur Bart. l. 2. ff. ne de sta. defunct. si quidem renuntiatio litis facit renuntiantẽ perpetuo silere. Signorol. d. l. postquam liti not. 3. ex quibus recte infertur, quod si iurans persistere in lite vsq; ad finem liti renuntiauerit, certe is non poterit dici periurus quoniam ex renuntiatione litis, illi finis imponitur, vt in d. l. postquam liti. Bal. in auct. generaliter col. 3. C. de episc. & cler. Ias. in d. l. postquam liti nu. 7. & ibi Purpurat. nu. 100. Similiter si quis defendiderit causam in principio, & medio, sed postea agnoscens se malam fouere causam dèstitit, & renuntiauit liti certe is dicitur legitime, & plene defendisse, quia vlterius procedendo non potuisset in suam sententiam trahere iudicem. Bald. in l. ingenuum col. 1. ver. sed quomodo ff. de stat. homin. sequitur Ias. d. l. postquam lit. nu. 7. Et ideo facta renuntiatione litis, lis non dicitur amplius pendere gl. l. incerti uers. quæstionem C. de interdict. Alberti d. l. postquam liti nu. 7. Lancelot. di attenta parte 2. in præfatione c. 4. nu. 244.

Similiter post renuntiationem litis res nõ dicitur amplius litigiosa glo. fi. in c. significauerunt, vbi Abb. col. 3. de testibus. Ias. c. 2. col. pen. vers. limita notabiliter C. de edend. Afflict. in Const. in c. eorum fraudibus rubr. 41. nu. 19. Crauet. cons. 182. num. 4. cons. 279. col. 1. osasc. pedamont. decis. 144. nu. 9 Balb. de pręscript. 6. parte princ. partie. 3. q. 4. nu. 45. Cancellot. de Attentat. parte 2. in pręfatione c. 4. nu. 245. Nam & per transact. cessat vitium litigiosi l. cum mota, vbi Barth. & alij C. de transact. Quinimò facta litis renuntiatione omnia acta pereunt. Angel. in l. cum mota per illum tex. C. de transact. Balb. de pręscript. 6. parte princ. 2. q. 4. nu. 45. Asim. in praxi §. 2. c. 15. nu. 12. Balb. in suis cõmun. cent. 5. conclu. 441. Pręterea quia lis finitur renuntiatione, ideo sententia post renuntiationem lata non valet Lancell. de Attenta d. c. 4. nu. 250. & vbi renuntiatur liti, renuntiatioq;

tione est nota Iudici, non requiritur alia sententia Bal.c.dudum 11.col.7.de elect.Ias.d.l. postquam liti nu.7. Vnde quando aliquis cedit liti, debet notificare id Iudici, & vbi is admiserit cessionem, non est necessaria alia Sententia quoniam lis satis dicitur finem accepisse, vt per Bal.d.c. dudum.Rebuff. tract. de Appellat.art.15.glo.1.nu.30.

Et quia diximus renuntiatione litem finiri, Ampliatur procedere etiam in causis beneficialib., in quibus cessio facta liti licet nõ inducat cessionem iuris, tamen habet vim pacti de non petendo Lancell. d.c.4.nu 248.

Et non tantum finitur renuntiatione expressa, sed etiam tacita videlicet patiendo aduersarium tanquam dominum tenere, & possidere Mil. in repert. in verb. lis finita sequitur Decian cons.24.n.104.lib.1.Verum intellige vt ita demum lis renuntiatione finiatur. si possessio rei litigiosæ tradita, vel habita fuerit.Lancellot.de Attenta parte 2. in præfatione c.4. nu.253. refert, & sequitur Bursat.cons.362.nu.34.

12 † Quo fit vt exceptio renuntiationis litis recte dicatur exceptio litis finitæ vt exceptio transactionis, iurisiurandi, & rei iudicatæ,& ideo opponi poterit contra processum etiam ante litem contestatã ad impediendã litis contestationem, & litis ingressum, vt not.in c. 2. de litis contesta. lib. 6. Barth. l. nam, & postea in princ. ff. de Iureiur. & per tex.notab.in d.l.postquam liti.vbi not.Bart. vlt.not.Castr.Bal.fulgos.& alij.Bal.in l.eleganter §.si quis post num.14.ff. de cond.indeb. Aret.instit.de exceptiori vers.7.exceptio renunt. Vnde hæc exceptio impedit etiam compromissum Dec.d.l.postquam liti not.3. nu 10.& hæc exceptio poterit opponi etiam in vim dilatorię, & peremptorię Roman. d. l.postquam liti nu.4.impeditq; etiam processum inchoari, & impedit inchoatum, priusquam exceptio ista competeret. Salic. d. l. postquam liti num.1.opponiq; potest etiam inter mercatores,vt per Marant.in spec.parte 6.ti.de except.n.49.Nam quęlibet exceptio litis finitæ impedit litis ingressum c. 1. de lit.contestar.lib.6. & quemadmodum ex Iuramento oriuntur duæ exceptiones dilatoria,& peremptoria Innoc. in c.cum venissent de Iustitut. Aretin. Inst. de exception. quarum diuersus est in opponendo effectus, ita in renuntiatione litis.

Similiter transactio est exceptio litis finitæ l.eleganter §.si quis post & §.sed si post ff. de cond.indeb.

Ex hac autem conclusione quod renuntiatio litis producat exceptionem litis finitæ colligunt nonnulli doctores post Bal. in d.l. eleganter §. si quis post col.1.& refert Curt. iun. d.l.postquam liti nu. 12. quod renuntiatio plus operatur per pactum, siquidem nullibi reperitur exceptionem pacti, dici exceptionem litis finitæ, quæ litis ingressum impediat, quemadmodum dicitur de hac exceptione, ita tenet Curt.Iun d.l.postquam liti n. 12. Hinc infertur, quod renuntians liti, non tenetur amplius respondere positionibus, vt per Bal.in l.2 §.quod obseruari. C. de Iuran. Calum.Et ibi Curt.Iun.nu.131. ex doctr. Innoc.in c.dudum 11.ext.de elect.quoniam renuntians liti non est amplius fatigandus, ex quo finem lis accepit per renuntiationem l. si reus paratus ff.de procurat. Infertur etiam quod vbi Dominus renuntiauit liti propter quam constituerat procuratorem tunc præsumitur reuocatum mãdatum, quoniam per renuntiationem dicitur lis finita propter quam constitutus fuerat ipse procurator.Vãtius de nullitar.tit.de nullit.ex defect. mandanti nu. 168. sequitur Menoch. de præsumption.lib.2.præsumpt.36.7.coniectu.

Et adeo lis dicitur finita renuntiatione, vt ea instaurari amplius non possit per tex in d. l. postquam liti ibi causam finitam instaurari,& renuntians liti amplius non auditur, vt not. Bal.in l. accusationem nu.2. C.de ijs, qui accus. non poss. & postea repellitur, vt not.Bart.in l.2.nu.2.ff.ne de stat.defunct. & ad litem renuntiatam amplius non datur regressus Affic.decis.220 nu.19.Cephal.cons. 284.nu.7.similiter qui semel renuntiauit, amplius ad eam redire non potest l. accusationem C.de ijs,qui accus.non poss.& ad querelam transactione extinctam non datur regressus l. cum mota, & ibi notat. C. de transact. quo fit vt renuntiatio litis inducat ius accrescendi, quoniam non potest renuntiãs redire ad ius renuntiatum sed illud alteri accrescit,vt est casus in l.si proponas §.fin.ff. de inoff. test.& ibi not. Bal.quod renuntiatio litis inducit ius accrescendi, vbi subdit etiam id videri mirùm.Neq; potest amplius renuntiantem pœnitere, etiamsi ex renuntiatione resultet contractus innominatus,vt si quis renunciet, vt illi dentur decem nam, & si is, qui promisit non dederit, non potest renuncians pœnitere, quod contra naturam contractus innominati est, in quo licita est pœnitentia, & hoc quia is contractus ordinatur ad finiendam litem,& propter odium litium ita subtiliter tradit Castr.d.l.postquã liti nu.2.& ibi Ias.nu.4.Vnde si dominus renuntiauerit liti,quam ipsius procurator agere cepit, non poterit procurator obstante renuntiatione perficere Iac.d.Aret.in l.1.§. procurator in fi.ff.de procurat.

13 † Ampliatur hæc conclusio vt remissione litis extinguatur non tamen lis ipsa sed & eius effectus per litis contestationem inducti veluti interruptæ pręscriptionis, & similes l.cum mota C.de transact.& ibi not.Bart, col.1.vers.,& nota 4. vbi inquit id esse menti tenendum,& ibi Alex.Abb.in c.significauerunt col.3.de testam.Dec.in l.2.nu. 56.vers.

retenta

rrtēta tñ C.de eden.quãuis ibi contrariũ te
nere videatur,vbi tribus modis respõdet d.
l.cũ mora.Quinimo lite finita per renuntiat.
cessat vitiũ litigiosi Osaic.decis. 44.n.9.Pu-
teus decis.438.li.2.Crau.cõs.182.& cõs.279.
Ver.decil.310.par.1 decis.171.& 172.par.2.
Declaratur tñ vt renũciãs posit pœnitere
& renũt. reuocare quãdo illa nõ fuit a parte
acceptata Salic.d.l.postquam liti col pẽ. vbi
Socin.nu.5.Aret.col.fin.vers.sin autem non-
dum Decian.num.7.8.& infra etiam dicam.
Quod ẽt declaratur procedere de Iure cõ
muni secus de Iure speciali, vt in minore gl.
vlt.in d.l.postq̃ liti,& ibi Salic.n.235.q.13.&
ibi Dec.n.30.verb.in gl.fi.vbi re,pbat gl. ibi
eo q videatur sẽtire,q ẽt minor renũtiãs de
Iure cõi excludatur, & de Iure cõi nõ posit
litẽ instaurare,sed sequẽdo gl Deciũ re,pbat
Alc.in d.l. postq̃ liti,in prin.&ibi Bolog.in fi.
vbi sequitur opin.gl.q minor renũtiãdo mi-
nime posit litẽ instaurare de Iure cõi,sicu-
ti maior,quamuis postea posit petere resti-
tutionem in integrum,vt per eum .
Declaratur quoq; ,pcedere,vbi renũtiatũ
fuit liti motæ sup re sua priuata,& familiari,
sec9 aũt si de re pub.l.iurisgẽtiũ §.si paciscat
ff.de pact.vbi Bal.in 4.not.q in malefitijs, in
quib.ex forma statuti nõ operatur cõcordia
nõ valeat renunt.litis,imo q renũtiãs posit
,psequi cãm suã ẽt non obstante renuntiar.
14 † Et qa nemo cogitur litigare l.1. ibi, cede
re,ff.de edẽ.ac ibi notãt Iac.a S.Georg.& a-
lij,ideo põt qs liti renuntiare in totũ l.postq̃
liti C.de pact.l.destitisse ff.de Iud. Bar.l.natu
raliter §.nihil cõe.ff.acq.poss.eũ quo trãseũt
omnes scribẽtes in d.§.nihil cõe,vt per Lud.
Bol.ibid.n 45. & ibi Claud.Marner.nu.100.&
est cõis opin.Bert.cõs.338.in fi. li.1.gl.man-
ruæ clas.10.q.42. Similiter causæ renuntiari
põt.Bar.d.l.postq̃ liti in prin. Et non solũ in
totũ, sed ẽt in parte põt quis liti renũtiare l.
,pmittẽdũ ff.si pars hæred. pet. & ibi Ang.&
in l.1.n.3.ff.de edẽ. Afflict.c. dilationes rub.
n.17.39 Iac.a S.G.in rep.l.edita n.33.C.de e-
dẽ.& in l.1.n.8.ff.eod. imo põt renũtiare vni
articulo Sal.d.l.postq̃ liti n.17.q.7.& d.l.post
quã liti dispositio ,pcedit ẽt in par.litis,quo
niã reg.l. q de tota ff. de rei vindic. ,pcedit
ẽt in Iud.Bol.d.l.postq̃ liti n.17.Ex eo vero,
q d.est qnẽ renuntiare posse parti, quemad-
modũ ẽt renũtiare põt liti in totũ,illud cõse
quitur, q facta renunt.partis põt renũtians
ẽt post litẽ contestatũ emẽdare libellum de-
trahẽdo illi parti, cui renũciatũ fuit, vt pul-
cre p Bar.in l.edita col.2.ver.aut post litẽ cõ
testatã C.de edẽ.& ibi Cur.Iun. nu.141. q tñ
declaratur duob.modis,& 1.vt ,pcedat refe-
ctis expẽsis ipsi reo Cur.Iun.ibid.2.in casu l.
2.in casu l.1.C. de plus pet. quoniã ibi delin-
quitur in duob.in plus petẽdo,& in plus cau
tionẽ per dolũ exigendo,vt p Bar. d.l.edita.
Quinimo renũtiatio litis permittitur, vt
ẽt trãsactio,in criminibus ingerentib.pœnã
sãguinis l.trãsigere,ibi, paciscí & ibi Bol.n.
49.C.de trãsact.Quinimo renũtiãs causæ ci-
uili videtur itẽ renũciasse causę criminali de
scẽdẽti ex eod.facto vt notat Alb.in l.2.ff.ad
Turp.& in rub.ff.eod.n.3.Renũtiãs tñ causæ
criminali citra abolit.incidit in S.C.Turp.l.
1.C.ad Turp.sed procedi poterit p abolit.im
petrãdo facultatẽ a Iudice Abb.c.1.n.5.ve.
4.de Col.det.sed qũo pos.transigi & recedi
a lite super crimine late Clar.§.fi.q.58.Neq;
dubiũ ẽt põt,quin tã actor quã re9 posit ac-
cedẽte volũtate, & cõsẽsu aduersarij liti re-
nũtiare d.l.postq̃ liti Ang.l.destitisse in pri.
15 ff.de Iud.† Sed dubitari põt an qs posit li
ti renunt.inuito aduersario,cũ lis inter ipsos
cõis sit,& qa renũt. pẽdet a volũt.renũtian-
tis tãtũ,vt alias dixi,ideo cõstitui põt regu-
16 la,q † actor põt liti renuntiare inuito reo
d.l.postq̃ liti;vbi Ang.n.2.ver.ex præd. Pau.
de Castr.in prin.Alc.in c.q sedẽ n.31.de off.
ord.vbi inqt idẽ esse notãdũ.Ripa post Bart.
in l.naturaliter §.nihil cõe n.11.ver.3.cõt.ff.
de acq.pos.Fer.in for.li.actor.real.verbo sal-
uo Iure in prin.& ad id facit l.si reus paratus
ff.de procur. vbi reus nõ cõpellitur litigare,
si vult soluere,ergo pari rõne actor nõ debet
cõpelli ad litẽ ,psequẽdã vbi vult illi renũtia
te,vt p P.de C.in d.l.postq̃ liti col.fi.Vnde p
tex.in d.l.si reus paratus idẽ dicere possum9
de reo,vt renũtiare posit liti ẽt inuito acto-
re.Qua ratione ẽt tertius nõ põt cogere reũ,
vt litiget, sed reus põt renũtiare liti ẽt inui-
to ipso tertio,quãuis posit tertius reũ, q li-
ti renũtiauit,ẽt inuitũ difẽdere, vt est tex.in
l.prin.in fi.C.de libe.cau.Benintẽd.decis.75.
n.2.Quod max.,pcedit quando iud.est nullu,
tũc actor potest liti renuntiare ẽt inuito reo
Alex.cons.122.lib.5.decis. Genuæ 179.nu.7.
Declaratur tñ suprascrip.cõcl.vt nõ ,pce-
dat secũdũ aliquos,qñ renunt.fit parte pñte
in iud.vel ẽt absẽte,sed Iudic.recipiẽte tãq̃
publica psona,q tñ cõdẽnare poterit actorẽ
expensis,si cognouerit eũ mala fouere cãm,
vt per Ang.in d.l. poq̃ liti n.2.vers. ex præd.
17 † Sed tñ declara melius,vt d.cõcl.nõ proce
dat in duob.casib.1.est vbi rei intersit,vt fera
tur sententia l.vtiq: & ibi gl.sing.ff.de rei vẽ-
dic.Doct.in d.l. postq̃ liti limitat. 1.& ibi P.
de C.col.fi. & Corneus q inqt hãc opin. esse
æquã,& rationabilẽ,& idẽ P. de C.in l.desti-
tisse in fi.ff.de Iud.Bal.in rub. fi.de rei vẽdi-
cat.in addit.n.5.& in d.l.vtiq; nu.1.vbi inqt
id esse mẽti tenẽdũ,& in l.edita in rep.n.49.
ver.3.opponit.C.de edẽ. q ẽt notã.esse inqt
Alciat.in c.q sedẽn.31.ex de off.ord.Ripa in
l.naturaliter §.nihil cõe n.110.ff.de acq.pos.
& ibi Bol.p.2.n.135.Rim. sen.cõs.469.nu.23.
Io.Bolognet.cons.26.n.9.Quando igitur ad-
uersarij interest renuntiatio litis,fieri mini-
me potest eo inuito per gl. in d.l. vtiq; quæ
elatius loquitur quã alia,q actor nõ põt renũ
tiare liti inuito reo,quãdo ipsius rei interest
sẽtẽtiã ferri,quę glo.est singularis. Lãfranc.

de Oriano tract. de petit. col. fi. n. 27. & ita limitat ur d.l. postquã liti, vt p Aug. d.l. vtiq; n.2. vbi tñ inquit, q illo casu, de quo in d. gl. actor poterat renũciare ẽt inuito reo, qm ipsius rei illo casu interesse nõ poterat, q inqt notat. dignũ, & sabbile, Vnde vbi aduersarij interest, ne renuntiatio litis fiat forte ,ppter fructus, ac cõmissionẽ stipulationis de euictione, vel ,ppter sũptus litis, siue ,ppter graues iniurias latas tã in psonã suã, quam in testes, tũc renũt. litis nõ debet fieri inuito aduersario. Vnde p Aug. in l. destitisse ff. de Iudic. & ibi Iac. a S. Georg. n. 9. sed an interesse possit ipsius aduersarij, ne sequatur renũt. & an admitti debẽt renũt. litis vel inuito aduersario, an id minus, Iudicis arbitrio relinquitur, vt p Ange. in d.l. destitisse. Qua ratione vbi actor vult renũtiare liti, citari debet ipse reus qm illius interesse põt ferrar. in for. lib. actori real. verb. saluo Iuten. 3. vbi inquit ẽt quod actor debet curare, vt scribatur etiam admissio renuntiationis facta per Iudicem.

18 † Similiter non porerit actor recõuẽtus in præiud. ipsius recõuenictis renũt. liti, quin reconueniri possit corã eod. Iud. & nõ obstante renũt. litis Vnde clericus reconuẽtus nõ põt renuntiare liti in præiud. reconueniẽtis quin recõueniat ur nõ obstãte renũt. Afflic decis. 173. in cã vbi in fi. inqt ita iudicatum fuisse, idq; merito esse tenendũ. Vnde recõuẽtio põt fieri cõtra actorem, & si is liti renuntiauerit Alex. l. 3. n. 7. ff. q qsq; Iur. V iu. decis. 138. in fi. Maran. in suo spec. de Iudic. p. 4. dist. 6. n. 46. Afflic. decis. 173. Mẽ. de arb. Iud li. 1. q. 44. n. 5. Clericus igitur actor, ideq. recõuẽtus non euitabit recõuent. per litis renunt. Marãt. d. dist. 6. n. 46. Vrsill. ad Afflic. d. decis. 173. n. 5. & dixi ẽt supra li. 1. Secundo casu requiritur cõsẽsus aduersarij, vt ipsi reo acquiratur exceptio, qua possit repellere actorẽ, qui renũtiauit, ne amplius possit litẽ instaurare iuxta d.l. postquã liti, etenim hoc casu requiritur voluntas aduersarij, qua possit illi acquiri, & ideò requiritur aduersarij pñtia, vel alterius p eo recipiẽtis Vel nũtius, aut epist. l. cõsẽsu ff. de act. & oblig. vt p Paul. de Castr. d.l. postq̃ liti in fi. quẽ sequitur Corn. ibi vbi inqt hãc opin. esse multũ æquã & rationabilẽ. Nã ante acceptat. aduersarij, & ante quæsitã exceptionẽ renũtiãtẽ penitere põt, vt dix statim. Põt igitur vt cõcludam⁹, renũt. lit. inuito aduersario, quãdo aduersarij minime interest, quo casu si aduersarij consẽsus accesserit, illi quæritur exceptio litis finitæ, ne possit renũtiãs amplius litẽ instaurare, alias secus, & ita scitè declarat. Paul. de Castr. in d.l. postq̃ liti col. fi. vbi inqt ita declarari recte materiã d. l. postquã liti, difficilẽ, & perperam per doct. declaratã. Idẽ tenet Rõ. ibi n. 20. Quapropter vbi non fuit acceptata renũc. põt ante acceptat. ex pœnitẽtia renũtiãtis reuocari, vt p doct. in d.l. postq̃ liti. Ruin. cõs. 164. n. 2. lib. 5. Capic. decis. 133. nu. 4. Surd. cons. 136. n. 40. & conf. 311. nu. 69.

Ex hac declaratione infertur, q vbi renũtiatio fieri põt inuito aduersario, põt itẽ fieri eo absẽte, & nõ cõsẽtiẽte, aut nullo pro eo recipiente. Pau. de Castr. d.l. postq̃ liti, & ibi Rõ. n. 20. in fi. & ita intelligitur gl. in d.l. postquã liti ver. renũtiasti, ibi absẽte aduersario vbi tenet renũt. litis factã parte absẽte valere. Bal. post. Innoc. in c. cũ pridẽ n. 3. extr. de pact. in rub. C. res inter alios acta in auct. in success. in fi. C. de legit. hæred. in l. Labeo ff. de Iurejur. & in l. 4. §. quæsitum n. 11. ff. si quis caut. & in l. & hered. §. fi. ff. de pact. Alex. in d. l. postq̃ liti, & ibi Purpurat. in fi. Butrius c. 2. n. 9. de restit. in int. vbi inqt id maxime ,pcedere in eo, qui iniuste litigat. & opin. gl. q nõ requiratur præsẽtia aduersarij defẽdit Bal. d. l. postq̃ liti q. 2. ver. tu dic. vbi cõcludit cõsẽsũ aduersarij nõ exigi nisi illius intersit & idẽ tenet in d. c. cũ pridẽ nu. 3. & saliç. in d.l. postq̃ liti Ang. in l. Põponius ff. de neg. gest. & quamuis Alex. in d.l. postq. liti nu. 10. dicat hãc opin. esse valde dubiã, tñ adhæret illi opinioni, quod renũt. fieri possit parte absẽte Verũ Iac. Butrig. vt refert Bald. & Ang. in d. l. postq. liti n. 10. q. 2. distinguit vt tacita renũtiatio possit fieri parte absẽte expressa autẽ ita demũ possit fieri si aduersarius cõtumax fuerit. Bart. autẽ & Ang. in d.l. postq. liti existimãt nõ valere renũtiationẽ factã parte absẽte, nisi Iudex vel Not. acceptauerit p absẽte. Et cũ opin. Bar. transeunt Fulgos. in d.l. postq̃ liti, & Dec. ibi Bart. etiã in l. nõ solũ §. liberationis ff. de liber. lega. existimauit, vt in iudicis realibus possit actor in absẽtia partis liti renũtiare, & ita intellexit ibi d.l. postquã liti. Sequitur Zasius in l. certũ §. si qs absẽte n. 4. ff. de confess. sed circa hãc dubitat. amplectẽda est doctr. P. de C. in d.l. postquã liti, vt renũt. litis facta parte absẽte valeat quo ad ipsum renũtiãtẽ, vt non cogatur amplius inuitus litigare, siue sit actor, siue reus quod tñ nõ ,pcedit si ipsius aduersarij intersit litẽ ,psequi, vt est gl. sing. in d.l. vtiq; ff. de rei vindicat. in fauorẽ autẽ absẽtis aduersarij nõ valebit renũt. quia vbi renũtiãtem penituerit, tũc aduersarius q nõ acceptauit, neq; cõsẽsit, nõ poterit de renunt. opponere, & hanc opinionẽ approbat Iac. & a S. Georg. in d.l. postq̃ liti col. fi. vers. mihi placet, & hac ratione inqt cõciliari posse suprascriptas opiniones. Vnde renuntiatio litis facta absente aduersario illi non proderit nisi sequuta ratificatione, & ante ratificationem reuocari poterit. Bero. cap. in præsentia numer. 77. de probat. & ita quoq. videtur sentire Bolog. in d.l. postquam litis n. 43. vers. puto tamẽ vbi concludit renuntiat. factam a renunciãte, vt a lite recederet, posse fieri parte absente, verum minime valere in præiud. aduersarij, vbi eius interesse potest & renũciãtẽ reuocare posse ante accept. Vbi vero renunt. facta fuit animo, vt alteri quæratur, tunc renunt. non valet nisi accedente

cedente

cedēte cōsēsu partis vt illi acquiri possit, & ante consensum renunt. reuocari posse vt per eum. Tu tamen indistincte tene renunt. fieri posse parte absente in præiud. renuntiantis, non autem in præiud. aduersarij, vbi illius interesse potest, neq, etiam in fauorem aduersarij, vbi non cōsensit. Et hæc est vera resolutio.

Vt autem quæri possit exceptio aduersario, quæ compellere possit renuntiantē ne amplius litem instaurare possit iuxta d. l. postquā liti; debet acceptari ipsa renūt. alias aduersario nō consentiente non dicitur lis finita. Quocirca renunt. vt operetur, & finem liti imponat, ne, amplius lis instaurari possit etiā inuito renuntiāte, dēt obtinere vim pacti, vt p Paul. de Cast. d. l. postquā liti in fi. Vnde intelligit ibi Paul. de Castr. col. fi. vers. breuiter intelligendo, vt d. l. postquam liti; loquatur non de propria renūt. consistente in voluntate renuntiantis tantum, sed de illa, quæ habet uim pacti. Nam vbi non habet vim pacti, nō pōt quæri aduers. excep. litis finitæ. Verū tamen est, quod potest fieri, vt dixi, renunt. parte absente in præiudic. renuntiantis tantum, non autē ad fauorē aduersarij.

19 † Ex quibus infertur renunt. litis fieri posse tā ante litem contestatam, quam post, quoniā renunt. litis habet vim pacti, vt per P. de Castr. in d. l. postquā liti in fi. quāuis alias simplex renūt. ante litem contestatā minime valeat, quoniam lis non dicitur nisi lite contestata l. causas C. de transact. præterea renūt. iuri futuro cui simpliciter renūtiari nō potest, vt not. in l. 1. C. de pact. Vnde gl. in d. l. postquam liti in ver. renunt. ibi, lite tantum mota, vult quod requiratur pactū, nō etiā simplex renūt. Qua ratione etiā voluit Iac. But. quod renūtiās liti ante litē cōtestatā non censeatur renuntiatum iuri, & causæ. cum lis non dicatur nisi post eius contestat. & hanc opinion. But. sequitur Salic in d. l. post q̄ liti & Butr. in c. veniens de renunt. Sed Petr. & Cyn. limitant hanc Butrigarij opin. procedere nisi renunt. facta fuerit consentiente reo, vel corā Iudice, quia valet. Quam Butrig. opin. cum declarat. Petr. & Cyni sequitur Iac. a S. G in d. l. postquam liti nu 12. vers. vnde sequamini, & d. Butrig. sequitur quoq. Roman. ibi Bal. autē in d. l. postquā liti dicit ꝙ renuntians liti atq. litī contestatæ videtur quoq renunt. iuri, & causę, quoniam vis, & causa sunt de præsenti, subdit tamen quod huiusmodi renunt. non finit causam hoc est instantiam, quæ nondum est, sed solum producit obstaculū, ne lis inchoari possit Hanc opin. sequitur fulgos. ibi. Deniq. Bar. voluit quod renunt liti ante litem contestatā nō videatur renuntiare iuri, & causæ solum instantiæ sequendo igitur opin. Pau. de Castr. in d. l. postquam liti, quam sequitur Corne. ibi vt d. l. postquam liti, loquatur non de simplici renunt. quę, vt dixi, non potest quærere exceptionem aduersario, sed de ea renunt. quæ habet uim pacti, & per eam quæritur exceptio aduersario, ne possit amplius lis instaurari, tollitur omnis difficultas, & concludendum est renunt. litis fieri posse etiam ante litem contestatam, vt per Corn. d. l. postquam liti. Est igitur concludendū renunt. litis, vbi valet in vim pacti, & valet in terminis d. l. postquam liti, posse fieri etiam ante litem contestatam, vt per Petr. Cyn. Angel. fulgos. P. de Castr. Corn. & Ias. in d. l. postquam liti. Similiter liti future, & vbi nullas lis mota fuit non potest renuntiari, nisi per pactū, vt tradit gl. in d. l. postquam liti, sed contrarium tenet ibi Alex. vbi distinguit, vt quattuor casus etiam distinguit Bolognet. ibi n. 38 sed concludendum est, vt dixi statim de renunt. litis ante litem contestatam.

Nō est aūt omittēdū id ꝙ scribitur in l si seruus cōis ff. de noxa. actio. vbi qs pōt cedere liti ante lit. cōtestatā nō etiā post. & ibi not. doct.

Ex his igitur clare cōstat renunt. etiā simplicē litis fieri posse aduers. innito, & proinde eo etiam absente, modo eius nō intersit. sed hoc casu nullā quęri exceptionē aduersario, & ideo renūt. nō imponere finē liti etiā inuito renūt. vt loquitur d l. postquā liti, quæ procedit secū dū opin. P. de Cast. nō in simplici renunt., sed in ea, quę hēt vim pacti, & proinde huiusmodi renunt. obtinens vim pacti poterit fieri etiam ante litem contestatam.

20 † Modo vidēdū est de psonis quæ possūt liti renunt & sanè renunt. possūt illæ personę, quę possūt libere disponere, & alienare, & ideo recte quæritur, an possit prælatus liti renunt. & hęc quęstio est quotidiana vt inquit Abb. in c. cum pridem col. 1. ver. & ex his infero. de pact. vbi concludit nō posse nisi super re litigiosa haberet liberam disposit. veluti in re quęsita ecclesiæ, quemadmodum neq. potest rem in iud. deductā alienare, vt per eū nō potest igitur prælatus liti renuntiare Socin. in c. scripta n 23. de collus. deteg similiter clericus litigans in beneficialibus nō poterit liti renunt. sine epi licentia c. admonet c quod in dubijs de renunt. Nā quemadmodū in beneficialibus nō potest quis directo resignare benef. nisi in manibus superioris, nō etiā in manibus alterius personæ quę non habeat potestatē recipiēdi, ita neq. indirecte poterit liti super eo renūt. Abb. c. cū pridē ext. de pact. Masc. de probat. cōcl. 347. n. 64. v. 2. Alex. d. l. postquam liti, & hanc opin. sequitur Ripa in l. naturaliter §. nihil cōe n. 203. vbi inquit idē dicēdū etiā de lite super feudo, vel in lite super off. magistratus per l. pen. ff de off. Præsid. vt per eum imo in causis beneficialibus quis renuntiando liti intelligitur solū renūt. instantie, non etiā iuri, & actioni, quoniā deficit potestas Petruc. l. 1. n 425. ff. de iureiur. Ex quibus fit, quod licet Audit. Rot. Rom. minime possint recipere resignat. beneficiorū, tū pñt recipere renūt. litis corā ipsis pēdētis super benef. quoniam aliud est renuntiare liti, & aliud iuri, vt per Paris. de resignat benef. lib. 7. q. 18. Imo non valet renunt. litis super causa beneficiali pecunia recepta, quoniā tūc committitur

Symonia c. constitutus de transact. Beron.c.nō
21 sine mulcta n. 31. de arbitr. † Qua ratione nō
potest item feudatarius, renuntiare liti d.feudo
motæ sine ipsius domini consensu Bald. in
auct.in success.C.de suis, & legit.in fi. Ripa d.
§.nihil commune num. 107. & Fac.l. legatus.
ff.de off.præsid. Quo fit vt in beneficialibus, &
feudalibus renuntians liti. censeatur solum renuntiare
instantię, non etiam iuri, & causæ, si
quidē beneficij renūt.nō potest fieri nisi in manibus
ipsius superioris c.admonet. de renūt.pariq;
rat. idē dicendū est de feudo Bal. auct. in
success.C.de suis,& legitimis idē tenet Alex.in
d.l.postquā liti. Sed Dec.ibi contr.tenet,quod
imo etiam valeat renūt. respectu litis, & causæ
quoniā eo respectu renūt est tacita,& proinde
valet,& sequit Bolog.in d.l.postq̃ liti n.18.vbi
respondet ad d.c. admonet,vt procedat quādo
fit renūt.ab eo,qui hēt ius q̃situ perfectè,& ius
certū, secus vbi ius nō est certū,& renunt.solū
liti,& causæ,nō aūt iuri, & actioni quia tūc valet
renūt.Neq, obst.sm̄ eū decis.Rot.306.alias
301.in nouis tit.de renūt. vbi dicitur quod ab
huiusmodi personis renuntiatur instantiæ, nō
iuri, quoniā illa decisio procedit sm̄ eā opinionē,
quod per renūt.tollatur actio,& ius, siue cā
primordialis, quæ sane nō tollitur per renunt.
quoniā sm̄ eū vere per renunt. extinguitur tn̄
eā cōis, quę est accidētalis, & nascitur ex cōflictu
allegationū partiū, sed actio,& primordia-
22 lis eā remanet. † Et ideo sm̄ eū minor sine decreto
poterit liti renūtiare, quāuis per restitututionem
in integrum possit lis instaurari l. in
causæ §.fin.ff.de minorib.& ibi Bal. Bolog.d.
l.postq̃ liti n.18.v & ideo infertur. Et q̄ renūt.
litis facta p̄ minorē,vel p̄ Prælatū valeat, licet
aduersus illā peti possit rest. in integr. videtur
esse gl.in d.l.postq̃ liti,vbi not.Bal.vbi inqt id
esse mēti tenēdū,& ibid. Ias.n.53.sed illā glo.
nō ita intelligit Rom.ibi pōt.gl. etiā intelligi,
q̄ in minorē renunt. litis fit nulla speciali iure
& ideo distinguit ibi Rom. Aut lis est de reb.
circa quarū alienat.requirētur decretū, & tūc
si renūt. fiat ex cā onerosa, requiritur ea solēnitas
quæ requiritur in alien. rerū minoris, si aūt
fieret ex causa lucratiua est dicendum in l. 1.
C.si aduers.donat. vt per eum.
23 † Habens præterea mādatū gn̄ale non poterit
liti renūt. Ruin.cons.67 n.9.li.5. & ideo p̄curatur
renūtiās liti sine speciali mād. nō nocet
dn̄o Bar.d.l.postq̃ liti n.10.requiritur aūt spāle
mād.Bar.l.cū mota C.de trās.Alex.cōs.22.li.1.
24 † Cōuenit renūt.aūt litis cū trāsact.si accipiam⁹
trāsact.prout lato modo cōp̄hēdit omnē actū,
p̄ quē a lite receditur, & liti finis imponitur,
vt in l. trāsacta ff.de verb. sign.sm̄ hanc signif.
renūt. litis est trāsact. Vnde tex.in c. sollicitæ
de test.Spol.q̄ de renūt loquitur,locū ēt habebit
in transact. vt per Purpurat. in rubr. C. de
transact.col.vlt.vers.vlt.infertur, vnde prohibita
transact.criminis,prohibetur pari ratione
renunt.litis super crimine.Decian.tract. crim.
lib.3.c.34.n.45. Diferre tamen videntur, quia
renūt.litis potest fieri simpliciter,& sine pacto
transactio autem requirit vtriusq, partis cōsensum,
vt est cōtractus. Præterea renunt. litis, vbi
fit nihil datur, aut recipitur, sed fit vel ob execrat.
litium,vel alijs de causis; In transact.autē
receditur a lite aliqua re data,dimissa, vel recepta,
vt per Exeam tract. de pact.col.1.n. 8.ver.
secundo. Item in renunt.litis quis debet confiteri
se ius non habere, vt infra dicam,in trans.
autem transigens non censetur confiteri, quia
ideo a lite recedit, quia aliquid pro lite consequitur.
Bart.l.si maritus §.si negauerit in prin.
ff. ad l. Iul. de Adult. Sed an transigens super
crimine censeatur fateri delictum, vide late
Gabriel.in suis comm.tit.de Crim.concl.13 li.
7.Nam quattuor modis quis potest renuntiare
liti & a lite recedere. Et primo ex propria volunt.
ipsius renuntiantis forte propter execrat.
litium, vel quia cognoscit se ius non habere,&
hæc dicitur simplex renunt. litis. Secundo fit
renunt. litis accedente voluntate aduersarij,
vel etiam ad eius preces. & tunc dicitur pactū
Tertio fit per transact. quando fit per pactionē
non gratuitam. Quarto fit per abolitionem videlicet
impetrando facultatem a Iudice recedendi
ab accusat. ita trad. Abb.in c.1.n.5.vers.
& pro intellectu ext. de collus. deteg. Si consideramus
tamen effectum nihil differt a transactione
renuntiatione litis. Si quidem nihil interest
vtrum quis ideo a lite recedat, quod litē
remittere velit a iquo recepto, an quod liti diffidat,
ideo nolit in lite periculosa perseuerare,
& ideo renunt. litis permittitur, vt etiam transactio
in criminibus ingerentibus pœnā sāguinis
l. transigere, ibi, pacisci, & ibi Bologn.nu.
29, C. de transact. Cum nihil aliud sit transactio,
quam de re incerta, & lite dubia pactio
non gratuita.
25 † Differr renunt.litis a pacto de non petendo
quoniam illud non extinguit litem, vt renunt.
l.siue apud actaC.de transac.& ibi not. Bolog.
n.27.nā renunt. priuat, & extinguit, pactu aut
impedimentū tunc præstat, neq, tollit litē, aut
obligat. vt dixi alibi. Vnde promittens nō mouere
controuersiam, nō molestare cū sim, videtur
facere pactū de nō petendo l.cū posteaq̃ &
ibi not. Bal. Sal.& Dec.in prio. C.de pact.obligatur
in futurū Ias.l.tale pactū in prin.in 2.p.
gl.ff.de pact.& ibi Ange. At renunt.quæ respicit
p̄ns tēpus, statim tollit,& extinguit, vt dixi.
Et quia transactio fieri potest tā per pactū, quā
per acceptilat.l.2.ff.de trāsact.cōsultius erit, vt
fiat renūt. ipsius litis, causæ, & actionis, & liberatio
per acceptilat. quoniā hac ratione quis
ipso iure liberatur l.vt respōsū C. de trāsact. §.
itē per acceptilat.inst.quib.mo.toll. obl. per pactū
aūt actio nō tollitur, sed ex eo excep.tātū datur
l. cū proponas l.si quidē l.si maior C.de trāsac.
Vnde tutius liberatur ipso iure reus, ne qua
iure ciuili supersit actio, quā manere ea.de act.
p̄ except. defedatur, quia nisi opponatur agēti

nihil

nihil nocet, vt notatur in l. creditori C. de pact. Atq; hęc causa est, cur tam crebra fiat sub titulis ff. & C. de trāsact. Aquilianæ stipulationis, & acceptilationis transigendi causa interpositæ mentio l. Aquiliana. C. cum Aquiliana l. pacto conuento ff. de transact. l. age. l. actione l. vt responsum l. vbi pactum C. eod. optimum est quoq; vt docet Paulus in l. pacto ff. eodem pacto cōuento act. Aquilianæ stipulationi pœnalem adijcere stipulationē, vt metu pœnæ quandoq; contra transactionē non veniatur. Cauti sint igitur Notarij, vt in transactionibus opponant renuntiat. litis, causæ, & actionis cū per liberationē per acceptilationem, & aquiliam stipulationem, ac demum adijciant pœnalem stipulationem.

26 † Circa renuntiationem litis suboritur etiam illud dubium, an per renuntiationem litis censeatur renuntiatum instantiæ tantum, an vero etiam causæ, & iuri. Sed priusquam hanc quæstionem aggrediamur, primum omnium quærendum videtur quid sit causa, lis, & instantia, Pro declaratione igitur sciendum est in primis semper notanda esse ipsam facti speciem. Deinde considerandum est id, quod est conflictu iurium partium exoritur, veluti ex intentione actoris, & defensionibus rei; quod uia autem ex ipsa facti specie, quæ in iudicio deducitur, & quæ res habet in se controuersiam in dicendo positam inter certas personas oritur l. si ex plagis §. in cliuo ff. ad l. Aquilian. id
27 dicitur causa † a casu seu facti specie, quod ita de ea contingat tractari C. forus de verb. sign. & dicitur causa, quia causa est materialis, & origo ipsius contentionis, & dissensionis inter ipsos litigantes, & materia ipsius litis d. c. forus. Quapropter causa est ipsum ius in iudicium deductum l. properandum in prin. Cod. de iudic. iuncta l. 1. in prin. vbi glo. ff sol. matr. Paulus de Castr. d. l. postq lit. in primis verbis, & dicitur causa tam ante litem contestatam, quam post auetent. qui Semel C. quomodo, & quando iud. & not. in l. causas C. de transact. Si quis igitur petierit centum ex causa mercedis locationis, & reus negauerit se conduxisse, partes in eo dissentiunt an locatio facta fuerit, & hæc quæstio definita dicitur, quam græci hypothesim dicunt, quę est an actor locauerit reo conuento, & hæc quæstio dicitur causa, Vnde rogatus actor cur litiget, respondebit, quia locauit. Hæc igitur dicitur causa ipsius litis, quia controuersiam habet inter ipsos litigatores, Nam id in quo partes potissimum dissentiūt, id causa dicitur, quæ a rhetoribus etiam status seu cōstitutio dicitur, & nos punctum difficultatis appellamus.

28 † Instantia dicitur terminus, & tempus a iure assignatum ad contendendum, & ad litē ipsā terminandam l. properandum. C. de iudic., & hoc tempus incipit a tempore litis contestatę; quoniam ante litis contestationem non dicitur quis agere, sed agere velle glo. l. fin. §. illud C. de tempo appell.

29 † Litis vero nomen & instantiam, & cām seuius in iud. deductam complectitur l. 2. ff. iud solu. & ibi notat l. litis nomen ff. de verb. sign. l. litis de procuratoribus gl. in d. l. properandū §. fin. & ita accipitur in d. l. postquam liti. his igitur cōstat ex causa vt materia, quoniā causa præbet materiam litis, instantia, vt forma temporis assignati ad contendend.

30 † Sed vt ad rem redeamus renuntians liti intelligitur renuntiare tam in quam causæ, vt in d. l. postquam liti, & ibi not. gl. Bar. Alex. Ias. communem intellectū, vt per Dec. ibi in prin. Bar. in l. naturaliter §. nisi ff. de acqu. poss. quā alij sequuntur, vt per Ripam ibi n. 106 & in c. postquam liti n. 9. vbi inquit id esse notan. per gl. ibi, quæ est communiter approbata, vt per Curt. Iun. ibi in prin. Abb in c. cum pridem. 3. de pactis Butrius in c. veniens de renunt. n. 30. vers. si autem Ang. l. si profundo n. 2. C. de transact. Vrsill. ad Afflic. decis. 220. n. 21. vbi Afflic. in fine inquit Iudicatum fuisse, vt per renuntiat. litis censeatur item renuntiatū iuri, siue causa iuxta opinionē Alex. in d. l. postquā liti. Petruccia in repet. l. 1. n. 424. vers. septimū est ff. de iureiur. & hęc regula est communiter approbata, vt per Purpurat. d. l. postquam liti n. 12. & hæc conclusio procedit tam in reo, quam in actore. Nam quemadmodum actor renuntians liti in dubio dicitur renuntiare tā instantię q̄ iuri, & amittit actionem vt in d. l. postquam liti, pari ratione reus renuntians liti videtur renuntiare iuri suo hoc est iuri defendendi, & suę defensioni. Iacob. de Aren. in l. 1. C. de pen. iud. qui male iudici. Cuius regulæ adferuntur tres rationes prima est odium ipsarū litim, vt per gl. d. l. postquam liti in uerb. renunt. Altera est, quoniam renunt. super una re trahitur ad alteram, quæ erat necessarium illius præambulum, & proinde renunt. litis trahitur ad ius, quod est necessarium præambulum litis, ut pur Bart. d. l. postquam liti. Verum hæc ratio Bart. communiter reprobatur, ut per Bal. Alex. Aret. & alios, quāuis Bart. defendere conetur Socin. 3. est ratio quia uerbum lis ex propria ipsius significatione tam instantiam, quam causam compræhendit Bald, Alex. Aretin. Alciat. & aiij in d. l. postquam liti, Dec. tamen non uidetur probare hanc ratione. Sed licet causa secundum Bologn. d. l. postquam liti n. 31. substantia differat a lite, tamen quia causa est materia ipsius litis renuntians liti censetur etiam rennntiare causa litis, & principalis intentio renuntiantis est, ut renuntiet ipsi causę, ut per eum. Vnde quamuis Bart. in d. l. postquam liti existimauerit ideo renunt. litis compræhendere renuntiat. causę ex quodam pręambulo, non etiam ex propria significat. uocis, tamen plures contrarium tenent, quod imo lis etiam propriè compræhendat tā instantiam, quam ius ipsum in iud. deductum, & ita uoluit glo. in d. l. postquam liti, & omnes

alij Doct. vt per Paulus de Castr. ibi n. 4. vers. dic ergo, & cõtra Bat. tenent Bal. fulgos. Pau. de Cast. Rom. & alij in d. l. postquam liti, & quamuis verbum litis varie accipi possit, tamẽ in hac materia accipitur etiam pro iure in iudicium deducto, vt per Alex. conf 22. nu. 4. lib. 1. renuntians igitur liti videtur renũtiare tam instantiæ, quam iuri, & causæ, quoniam hæc omnia veniunt sub nomine litis, vt communiter per doct. in d. l. postquam liti. Surd. decis. 282. n. 20. Quapropter renuntians petitorio iud videtur renunt. liti, & instantiæ, vt per Bar. in d. §. nihil commune. Verum Rube ibi n. 198. ver. circa secundam lecturam tenet contra Bart. vt videatur solum renuntiare instantiæ per tex. in cap. forus de verb. sign. & in Clem. 1. de can. poss. & propriet. c. dudum 11. in fi. de elect.

Declaratur tamen suprascripta conclusio, vt non procedat in beneficialibus, seu in feudalibus, vt dixi supra 2. non procedere in renuntiatione litis coram arbitris pendentis, quoniã tunc per renuntiationem litis censetur renuntiatum compromisso tantũ, nõ etiam iuri, vt per Bal. in l. si diuersa. C. de trã sact. sequitur Ripa in l. naturaliter §. nihil commune nu. 109 ver. limita. 2. Quinimo renuntiatio litis facta in compromisso non habet effectum nisi sequuto laudo Bal. in l. si diuersa C. de transact. Ias. d. l. postquam liti n. 8.

Declaratur etiam quod si in instrumento dictum fuerit quod ipsæ partes renunciauerunt lite, & instantię ipsius litis hæc renuntiatio censetur facta instantiæ tantum ipsius litis; Vnde dictio, & ibi accipi debet, pro idest, vt declarat Alex. cons. 22. nu. 5. lib. 1.

Quarto declarant quod vbi renuntiatio facta fuit liti saluo Iure, tunc censebitur facta renuntiatio ipsius instantiæ tantum, quoniam & si hæc protestatio videtur contraria facto, tamen trahi potest ad sensum conseruationis Cephal. cons. 222. nu. 13. Salic. in d. l. post liti nu. 5. Porrò in dubio per renuntiationem litis, censetur renunciatum tam instantiæ quam Iuri, vt per Glos. in d. l. postquam liti. Sed vbi non sumus in dubio, atq; vbi fit protestatio, tunc censetur renunciatum instantiæ tantum, vt per Salic. d. loco.

Quinto non procedit in tacita renuntiatione ex temporis lapsu, quoniam tacite renuncians ex lapsu trienij videtur renunciasse instantiæ tantum, non autem Iuri, & actioni, vt concludunt doctores, vt per Salic. in d. l. postquam liti num. 54. ex hac autem inspectione an ex renuntiatione litis censeatur renuntiatum causæ, & iuri illud sequitur, quod vbi renuntiatum videtur etiam causæ, & iuri, tunc ex ea renuntiatione actoris, quæritur reo exceptio pacti, vel doli, ex renũtiatione autem rei, si actor habebat exceptionem, quæ elidebatur exceptione, quæritur actori replicatio, verum si actor carebat actione ex ipsa renuntiatione illam minime consequi poterit, vt per Bar. in d. l. postquam liti nu. 7. vers. quæro vlt.

31 † Diximus autem per renuntiationem litis censeri item renuntiatum instãtiæ, ad ẽ contra secus est, quia per renuntiationem instantiæ nõ censetur renuntiatum liti, quam ius aliud voluerit gl. in l. 2. §. præscriptio ff. ne de sta. defuncti, quam reprehendit Cyn. in d. l. postquam liti, & refert Bar. in d. §. pręscriptio & quamuis Bar. in d. l. postquam liti existimauerit, quod renuntiando instantiæ, quis censeatur etiam renuntiare iuri, & causę, nisi in renunciatione ius reseruatum fuerit. Si quidem secundum eum, soli instantiæ renuntiari minime potest, ne inutilis sit renuntiatio auct. qui semel C. quõ, & quando iud. not. in l. edita C. de eden. tamen Barth. fuit solus in hac opinione, & doct. in d. l. post quam liti tenent contrarium, quoniam renũtiari etiam potest soli instantię, vtraq; parte volente, vt per Alex. cons. 22. nu. 6. lib. 1. & contra Barth. tenent Bal. & alij & est contra eum communis opinio, vt Purpurat d. l. post quam liti nu. 40. vbi considerat quinq; casus, vt per eum & Iac. Butrig. tenet contra Bar. & cum eo communiter omnes vt per Salic in d. l. post quam liti q 5.

32 † Est tamen notandum, quod quamuis renuntians litio iuri, & causæ censeatur renuntiare, tamẽ non videtur renuntiare dominio vt per Bar. in l. naturaliter §. nihil commune 2 lect. in prin. ff. de acq possess. cuius opinionem sequitur Pau. de Castr. d. l. post quam liti col. 1. Ias. ibi in prin. Idem Bar. in l. si pro fundo C. de transact. vbi etiam Bal. per tex. ibi l. pen. C. de vsucap pro emptore l. exceptio ff. de except. rei iudic. & eius opinionem sequuntur communiter doct. vt per Bolognet. d. §. nihil commune parte 2. nu. 139. Verum contra Barth. tenent Angel. Roman. Salicet. & alij, vt per Bolognet. d. num. 139. vbi tum inquit opinionem Bar. esse probabiliorem, & ęquiorem magisq; conuenientem voluntati partium, & naturæ renuntiationis, vt per eum ibid. nu. 140. Vnde infertur, quia ex renuntiatione litis, & causæ non transfertur dominium, sed contra actionem paratur exceptio tantum l. si pro fundo & ibi not. Bar. in fi. & Bal. C. de transact. Ideo renuntiatio litis, seu transactio non prębet titulum ei, cui dimittitur res super qua transigitur, qm̃ is recepit tanquam suam, non tamquã de nouo concessum. Corn. cons. 268. col. 1. lib. 1. & quemadmodum per transactionem, vel per sententiam non transfertur dominium, ita neq; per renuntiationem litis Bolognet. l. siue apud acta n. 27. C. de transact. Hanc igitur Bar. opinionẽ vti communem omnes fere sequuntur, & hæc opinio verior videtur, quod renuntians liti abdicat a se dominium vt per Curt. Iun. in d. l. si profundo nu. 36. vbi

tamen

tamen limitat id procedere, nisi verba transactionis essent aperta, & clara tendentia ad translationem dominij, vt per eum, & cum hac opinione communiter transeunt doct. Acorambon. in repetit. d. §. nihil commune nu. 69. vbi sequitur & ipse Bar. opinionem vt per eum nu. 72. in fi.

Diximus ergo supra per renuntiationem litis extingui, & tolli instantiam, & causam, seu ius ipsum non tamen amitti dominium
33 sequitur modo vt videamus, † quid paratur ipsi aduersario per litis renuntiationem operatur autem renuntiatio litis, quod si actor carebat actione tunc ex renuntiatione rei illi actio minimè quæritur; si autem habebat actionem, sed reus excepit, tunc per renuntiationem actoris, quæritur exceptio reo, vt per renuntiationem rei quæritur replicatio actori per exceptionem rei ita Alberic. d. l. postquam liti nu. 5. Bal. autem ibi dicit, quod etiamsi actor careat actione eo quia renuntiatio habet in se tacitæ confessionis reus condemnabitur, vt confessus, quod etiam vult fulgof. ibi quando renuntiatio fit in iudicio, vel extra iudicium parte tamen præsente idem vult Roman. d. l. postquam liti nu. 23. sed Bar. vult quod ex renuntiatione actoris, quæratur ipsi reo exceptio tantum, & ex renuntiatione rei quod actori non quæratur actio, sed replicatio tantum, neq; operatur vt ius comperat actori, qui nullam habebat actionem, sed Bal. tenet contrarium, & cum Bar. tenent Fulgos. & Alex. ibi, vbi Dec. n. 29. pro concordia distinguit duos casus primus est quando constat actori actionem minime competere, & tunc procedit opinio Bar. 2. est casus, quando actoris intentio fuit fundata, sed propter probationes res redditur dubia, & hoc casu ex renuntiatione litis veluti remoto obstaculo remaner fundata actoris intentio, vt per eum. Præterea renuntians liti non tribuit aduersario possessionem, imo si aduersarius apprehenderet possessionem propria auctoritate posset renuntians agere contra eum interdicto recuperandæ Ias. d. l. postquam lit. nu. 7. & in l. naturaliter §. nihil commune. nu. 59. Quinetiam Iudex non potest statim spoliare renuntiantem liti de re ipsa, cui renuntiauit Angel. in l. destitisse in fi. ff. de Iudic. per glos. singul. in l. sciendum §. si fundum ff. qui satis dare cogant.

34 † In hac materia consueuit quoq; dubitari an renuntians liti censeatur fateri, & dicendum, est vt non censeatur fateri tex. est singul. in l. si te. C. de ingen. manum & ibi notat Bal. liti renuntiantem minime fateri, & in l. sicut C. de repud. hæred. l. destitisse ff. de iudic. quem ad id norab. dixit Iac. a Sancto Georg. Bal. & Ias. in d. l. postquam C. de pact. Felin. c. olim l. fin. de rescript. Ias. l. naturaliter §. nihil commune nu. 58. & ibi Ripa nu. 1136. Alex. col. 25. Dec. d. l. postquam liti notab. 2. Roman. singul. 790. dicit lex & hęc est verior, & magis communis opinio, quod renuntians non videtur fateri aduersarium, ius habere, vt per Surd. decis. 282. num. 22. quamuis contra Barth. tenuerit Bal. Alex. Fulgos. & Curt. in d. l. postquam liti, vt per eũ & contra Bar. tenet Curt. iun. in d. l. postquã liti nu. 27. & mouentur contra Bar. hac ratione. Nam si renuntians videtur fateri se ius minime habere, vt statim dicam ergo necessario quoq; videtur ius aduersario competere, vt per Curt. Iun. ibi, Vnde Goadin. ibi, nu. 3. pro concordia constituit. 4. conclusiones cuius doctrinam bonam, sed imperfectã esse inquit Bolognet. d. l. postquam liti num. 23. vbi distingnit aliquos casus, vt per eum ibi & ad tex. in d. l. si te respondet Aretin. in d. §. nihil commune, vt intelligi debeat, quod assertio renuntiantis liti non prodest, neq; nocet quoad tertium, vt per eum. Neq; enim qui renunciat liti continuo fateri videtur se nullum ius habere re in litigiosa, vt per Tiraquell. in l. si vnquam in verb. donatione nu. 204. C. de reuoc. donat. vbi plures citat, & inquit hanc opinionem minime probari ex d. l. si te; quam ad id omnes aduocant, sed p alium tex. nempe l. alia C. de his, quib. vt indign. vbi succumbere non videtur, qui liti renuntiat, sed desistere videtur, quod sane est diuersum, & ibi not. doct. Quod & voluit gl. in l. is qui contra ff. de vulg. & pupill. Barth. in l. post legatum in prin. col. 3. ff. de his quib. vt indign. Nam & gl. in d. §. nihil commune ponit vt diuersa hæc nempe succumbere, & renuntiare liti. Sed & not. Ias. in d. l. postquam liti, quod liti renuntians non propterea fateri videtur ius remissum ipsi aduersario competere. Porrò diuersum est, quod nullum ius comperat renunciantì, vel quod quis fateatur ius competere aduersario. Res. n. potest esse neutrius l. si inter in fi. ff. de exceptiori rei iud. Tiraquell. in d. l. si vnquam ver. donatione nu. 205. Verum Bal. in d. l. postquam liti col. 4. ver. quarto quęro voluit ex litis renuntiatione induci tacitam confessionem, quod renuntians non habeat vel non credat se ius vllum habere per gl. in d. l. si maritus §. si negauerit quam sequitur Cuman. in d. §. nihil commune nu. 8. & ita tenet Alex. in d. l. postquam liti circa finem, & Fulgos. Ibiq; Curt. Sen. nu 22. asserit ita communiter tenere recentiores, & voluit Aret. in d. §. nihil commune col. 5. ver. ad Secundũ dictum, vbi respondet ad tex. in d. l. si te Bal. in l. transigere oppo. vlt. C. de transact. vbi; inquit id esse menti tenendum. Sane in dubio quis videtur renuntiare liti, quia malam habet causam gl in d. §. si negauerit arg. si. aduersarius C. de fide instrumentorum & in c. per tuas de syrum ita scribitur tanquam male conscius liti cessit. Aret. in l. si aduersarius

rius C de fide instrumentorum Ripa Resp. 2.nu.2.tit. de appellat. Similitar renuntians appellationi ideo renuntiare videtur, quia credit se malam habere causam Ripa dicto respon.2.nu.4. atq; secundum Bal. in tit. de pace iuram.firm.in §.iudices nu. 10.videtur fateri se malam causam habere, per l.3.C. de fide instrumentorum; sic,& renuntians vsui instrumenti suspecti de falso, fateri videtur instrumentum falsum d.l 3.Verum vt scribit Bal.in d.§.iudices nu. 10.tacita renuntiatio non inducit confessionem.

Pro conciliatione Felin.in d.olim in fi.ita distinguit. Aut ius actoris est dubium, propter deducta a reo, & tunc si reus renuntiauerit fundatur intentio actoris. Aut de iure actoris nihil constat,& tunc quemadmodum expressa confessio rei nihil prodest,ita neq; tacita inducta per litis cessionem Gozadin. autem in d. l. postquam liti aliter distinguit constituendo quattuor conclusiones vt il ic omnibus videre promptum est & Bolognet. in d.l postquam nu.23.ver.vnde ego puto.distinguit inter actorem & reum. Sed & aliqui tenuerunt, quod tacite videtur fateri, & quod d. l.si te intelligatur de expressa confessione nulla interueniente concordia, secus si propter concordiam fiat litis renuntiatio.

Est igitur in hac magna cōcludendū quod renuntians non dicitur confiteri. Alia enim est vox renuntiantis, & alia confitentis, aliudq. est renuntiare, & aliud confiteri l. si-cut.C.de repud.hæred. & ibi not. Bal. Vnde renuntians liti vt dixi nec dicitur confiteri. Nec obst.l.si maritus §. si negauerit ff. de adulter. & ibi gl. neq; l. 3. C. de fide instrum. quoniam renuntians liti ideo videtur fateri se habere malam causam, quia lex præsumit fieri renuntiationem ex dicta causa. Non dicitur autem renuntians eo casu fateri, sed ex renuntiatione lex ita præsumit Bal.d.l.3.nu. 2., lex etenim coniecturam capit ex renuntiatione quasi ex tacita renuntiantis confessione Verum is qui facit actum, ex quo elicitur præsumptio non dicitur proprie fateri; Imo plures sunt casus in quibus ex cessione litis non colligitur huiusmodi pręsumptio, vt per doctores distinguentes.

Est tamen verum, quod renuntians liti simpliciter præsumitur id facere, quoniam intar litigandum, animaduertit sibi ius minimè competere in re controuersa,& videtur fateri se ius non habere,[vt per gl.in l.si maritus §. si negauerit ff.de adult. Bal. in d. l. postquam liti q.4.& in l.transigere oppositione vlt.C.de pact.Ripa l.si vnquam q.12.C.de reuoc.donat. quod sane præsumendum est, vt excludatur donationis præsumptio, & ne quis censeatur iactare suum, vt late per Tiraquell.d.l.si vnquam verb.donatione largitus nu. 203. versic. intelligit sexto C. de reuoc. donat. Ripa dicto §. nihil commune nu.153. Aret in.l.si aduersarius.C. de fid.instrumentorū, & Cuman. dicto §. nihil commune nu. 8. inquit hunc esse verum intellectum d.l. postquam liti Bursar.cons.345.num.50.Nam simpliciter renuntians præsumitur diffidere de suo iure Bal.d.l.postquam liti q.3.Nam si putaret se fouere bonam causam certe ex verisimili mente non renuntiaret, alius præsumeretur iactare suum, & donare contra præsumptione c.super hoc de renuntiat. C. cum de indebito ff. de probationibus, & quamuis Socin.cons.20. col.4.ver. sed etiam ex alio lib. 4. videatur velle, quod renuntiatio litis censeatur donatio. In contrarium sentit Rube. in repetit. l.titia §. imperator ff.de leg.2.nu.127.ver. tertio declaratur, vbi ita arguit a sufficienti partium enumeratione, quod renuntiatio litis non censeatur donatio. Nam inquit aut quis renuntiat liti simpliciter, & hæc renuntiatio censetur ideo facta, quia renuntians, liti diffidens noluit in lite suspecta perseuerara, vt dixi. Vnde hac pręsumptione excluditur donatio. Aut vero quis renuntiauit, vt aliquid acciperet, & tunc non censetur donatio. Vnde concludit ibi dispositionem l. si vnquam C. de reuoc.donat.non procedere in renuntiatione litis, sed an transigens super crimina, censeatur fateri delictum, vide Gabriel. in suis comm. tit. de criminalibus concl. 23.lib. 7. vbi late explicat is igitur adeundus.

35 † Ex quibus infertur, quod renuntiatio litis non requirit causæ expressionem sufficit .n. causa præsumpta, quæ est vt quis ideo præsumatur remittere, quia credit se ius minimè habere.Bal. d.l. postquam liti num. 12. Nam in renuntiatione tam tacita, quam expressa non est necessaria aliqua causę expressio, quia renuntiatio inducit pactum d.l.postquam lit ib.sed in pacto liberatorio, quod vim exceptionis tenet non est necessaria causa, ergo non requiritur causa in renuntiatione tam expressa, quam tacita, vt per Bar. in d.l.postquam liti col.fin.ver.sed quæro numquid, & idem tenet Bal. ibi, vt non requiratur causa, vt in pactis liberatorijs,& sequitur Roman.ibi nu.26.Nullam ergo causæ expressionem exigit litis renuntiatio Bal. l. si aduersarius C. de fide instrument.& in l. t. C. quod cum eo in l. illud C. de Sacros. Sanct. Eccles.Petruc.l.1.n.426.ff.de Iurajur.quod tamen fallit secundum eum renuntiatione facta per administratorem reipubl. quia tunc necessaria est causę expressio. Idem inquit Ias.in d.l.postquam liti in fi.medic. tract.de acceptilatione q.9.nu.20.

36 † Sed quamuis liti renuntians simpliciter, vt dixi, censeatur ideo renuntiare, quia diffidit de iure suo tamen non propterea dicitur succumbere, sed potius desistere l. alia vbi Bal.& Salic.in vlt.not. C. de his, quibus ve-

in-

indign. Rebuff. tract. de expensis art. 1. glo. vnica nu 13. Vnde Bal. in d. l. alia vlt. not. inquit id esse perpetuo monitioneu. & ideo renuntians liti non comprehenditur in stat. facientem mentionem de succumbente in lite Ias. l. naturaliter §. nihil commune n. 60. ff. de acquir. possess.

Est tamen aduertendum, quod licet cedés liti non dicatur proprie succumbere, tamen habetur prouicto, quoad expensas liti Bal. d. l. postquam liti col. fin. q. 5. in auct. contra qui propriam num. 2. C. de non num. pec. & ibi Paul. de Castr. nu. 4. Ias. in l. properandum §. siue alterutra num. 2. C. de iudic. Gabriel. cons. 16. num. 5. lib. 1. & est regula trita, quod renuntians liti debet in expensis condemnari. Bal. cons. 146. nu. 2. lib. 3. Rube. in repet. l. naturaliter §. nihil commune nu. 214. ff. de acq. poss. Petruc. l. 1. n. 425. ff. de iureiur. Rebuff. tract. de expen. art. 1. gl. vnica nu. 12. Crauett. cons. 809. col. 1. nam quia ex conscientia mala litis creditur renunciasse ideo in expensis cōdemnari debet. Salic. d. l. postquam liti q. 8 Corne. ibi nu. 2. Roman. nu. 24. Bolognet. dicto §. nihil commune parte 2. n. 144. Ad id autem quod dicebatur supra, quod ideo renuntians non sit condemnandus in expensis, quia non dicitur succumbere per d. l. alia C. de his, qui vt indigni respōdetur, quod condemnatur non propter succumbentia sed propter temeritatem, Praeterea imo dicitur succumbere quoad ipsam litem Bolognet. d. §. nihil communem parte 2. nu. 145. Quare recte disponitur ex stat. Ciuitaris Nouariae lib. 2. sub rubr. Quod commissioni interloquutoriae &c. quod commissioni interloquutoriae renuntiari non possit nisi renuntians expensas restituat alteri parti.

Non procedit tamen hac conclusio quoties causa, ob quam fit renunriatio litis de nouo superuenit, & renuntians retrohabuit iustam litigandi causam, quoniam tunc excusatur ab expensis. Bal. d. l. postquam liti q. 5. & ibi Salicet. q. 8. Bal. circa fi. Corn. nu. 2. Bolognet. d. §. nihil commune p. 2. nu. 146. Aufret. in decis. Cappell. Tholos. decis. 5. Petrucina l. 1. nu. 425. ff. de iureiur. & ideo cautus sit litigans, quod vbi primum cognouerit se ex instrumento ab aduersario producto malam causam habere, renuntiet liti, quia hac ratione excusabitur ab expensis doct. in l. si quis inficiatur ff. depositi, & ibi Bart. & in l. destitisse ff. de iudic. Socin. c. scripta nu. 24. de collat. de teg. & in c. calumniam de poen. Lanfran. de Oriano c. quoniam contra ver. expensa nu. 4. 5. de probat. Felin. c. pastoralis in fin. ext. de iudi. Bal. auct. generaliter C. de episc. & cler. Nicolit. in repet. c. quoniam contra nu. 567. de probat. Ang. in l. distitisse ff. de iudic. Roman. d. l. postquam liti num. 25. Rebuff. tract. de expens. art. 1. glo. vnica nu. 14. 15. Gail. obser. 24. nu. 2. lib. 1. Quapropter consulunt doctores, vt quamprimum viso instrumento vel didicitis attestationibus reus renuntiet liti, vt ea ratione euitet expensas Cotta in memorial. in verbo expensae debēt Ruin. cons. 217. in fin. lib. 1. Menoch. retin. poss. remed. 30. nu. 656. Cumia. de ritibus magnae Curiae c. 73. nu. 21.

Verum id procedit in reo non etiam in actore, qui non potest excusari, quoniam debebat venire instructus, vt per Paul. de Cast. in d. l. destitisse Bart. l. qui in alterius ff. de reg. Iur. sed Ruin. cons. 217. col. fin. lib. 1. tenet vt id procedat etiam in actore, vt per eū. Quod tamen sublimitatur non procedere, quando instrumentum vel publicatio testiū deponerēt de facto proprio ipsius renuntiantis, quia tunc renuntiatio non facit vt euitetur sumptus litis Mathesil. sing. 82. Nota practicam Boer. in singul. verbo. expensas num. 19. Cumia. de ritib. magnae Cur. c. 73. nu. 21. Si quis tamen malitiose differret proferre instrumentum vsq; ad finem litis, vt aduersarium fatigaret expensis condemnari debet in expensis. Bal. c. exceptionem circa prin. de except. Felin. c. ad audientiam ij col. 12. ver. placuit de rescript. Gail. d. obser. 24.

Deniq; si renuntians liti esset consanguineus non potest condemnari in expensis siquidem quemadmodum sanguinis coniunctio tollit praesumptionem doli. Aret. cons. 146. ita facit cessare praesumptionem calumniae idem Aret. cons. 80.

Sed quaeri etiam potest an per renuntiationem litis euitetur pœna statuta contra accusantem, vel in ius vocantem, & similia agētem, & concludendum est euitari pœnam quoniam renuntians liti dicitur vere pœnitens, vt per Bal. in l. quamuis ff. de in ius vocan, vbi notat. quod non dicitur quem penitere nisi renuntiet per illum tex. vbi si libertum, qui in ius vocauit patronum sine venia penituerit, is euitabit pœnam, sed cum pœnitere ita demum dicitur, si liti renuntiet. Ratio autem est, quia per penitentiam res reducitur ad pristinum statum l. hoc edicto ff. de alieni iudic. Sed per renuntiationem litis remittitur etiam actio; vt in d. l. postquam liti, ergo per remissionem litis & proinde actionis sequitur vera pœnitentia, ex quo non potest renuntians iterum habere regressum ad actionem, cui renuntiauit Gomez §. pœnales nu. 31. ver. tenendo tamen Inst. de action. Similiter accusans testamentum d. falso, & postea succumbens amittit legatum ex eo, vt per gl. & Barth. in l. si testamentum ver. vlt. quaerit gl. ff. de petit. haered. l. post a vbi Bar. in 3. not. C. de his, quibus vt indign. Verum si accusans renuntiauerit liti, certe consequi potuit legatum, vt ibi per doct.

Vnde inferri etiam potest an renuntians liti motae super actione famosa, ex qua vbi

condem-

condemnatus fuisset, effectus fuisset infamis euitet infamiam per renuntiationem litis, & videtur dicendum, quod sic, quoniam soluens ante condemnationem ex qua infamis effici poterat euitat illam infamiam ex cons. Bal. per illum tex. in l. si reus paratus in 3. not. ff. de procurat. vbi inquit id esse verum secundum Bart. tam in ciuili, quam in criminali causa quamuis secundum aliquos id non procedat in criminalibus, vt per eum. Idem ergo dicendum erit in eo, qui ante condemnationem renuntiauit liti. Est tamen aduertendum, quod vbi quis pecuniam dat, vt is, qui intentauit contra eum actionem famosã liti cedat ipso facto efficitur infamis, quod est notandum ad materiam l. transigere C. de transact. vt per Bal. in l. quoniam col. 1. 2. not. ff. de his qui not. infam. In criminalibus igitur transigens, & renuntians liti, vt redimat vexationem, euitat Infamiam gl. est in l. quoniam ff. de his, qui not. infam. In dubio tamen præsumendum est contra transigentem, nisi aliter appareat de innocẽtia ipsius rei, & de calumnia actoris, quia tunc ex transactione euitat infamiam, vt ex ea nulla resultet confessio, vt per Bal. in l. quoniam q. 3. ff. de his qui not. infam. sed vide quod dixi lib. 2. c. 2.

38 † Dubitari etiam potest an in casibus, in quibus sententia prodest, vel nocet, ita obsit quoq; litis renuntiatio &c. in hac quæst. Bal. in l. 2. C. quibus rei iudic. non noc. col. 3. vers. quæro numquid inquit quod non per l. si te. C. de in gen. manum. Quapropter sententia lata in casu nobilitatis, & si ius faciat inter alias personas tamquam in causa status lata, tamen aliud dicendum est, si fuerit liti renuntiatum in causa nobilitatis, quoniam tunc renuntiatio cæteris minime nocebit vt ipsa sententia. Tiraquell. de nobilit. cap. 37. nu. 13.

Et illud quoq; notandum, quod renuntiatio litis facta ab hærede non nocet fideicõmissario. Casus est in l. si facta §. si hæres ibi aut lite cesserit, ff. ad Trebell. nam factum actoris non præiudicat successori, qui habuit causam anteriorem l. si a te §. si. l. si mater. in prin. ff. de except. rei iudic. l. si superatus ff. de pignorib. Vnde renuntiatio a primogenito facta liti super bonis maioratus quoad ipsius præiudicium valebit non tamen in præiudicium successorum, vt per Melchor. Pallat. in tract. Maiorat. b. 27. col. fin. vers. præterea circa istam quæstionem. Verum renuntiatio litis facta per coniunctos, & consortes, præiudicet cæteris, & minori parti fauore pacis, & liberationis l. maiorem cum l. seq. ff. de pact. Ancharan. cons. 52. col. 1. vers. & quoad primum.

40 †. Quæri vlterius etiam potest per quæ verba censeatur quis renuntiare liti, & certe dicendum est renuntiationem litis fieri posse per quæquam verba habilia, & aptá ad ostendendam voluntatem renuntiandi, cũ vt alias dixi renuntiatio nihil aliud sit quam declaratio voluntatis, & ideo quęcunq; verba sufficiunt. Purpurat. d. l. postquam liti nu. 27. Vnde renuntiare videtur qui dixit, repudio litem, vt per Alex. l. sicut. col. fin C. de repud. hæred. vel si dixerit cedo liti Bal c. dudum ij col. 5. extr. de elect. vel per hæc verba nolo amplius venire ad causam gl. in d. l. postquã liti, verbo renuntiasti vt ibi Bart. nu. 9. vel si quis dixerit numquam veniam ad causam, vt per Bart. d. l. postquam liti, & ibi Purpurat. num 39. secus si dixerit nolo venire ad causam. Alex. d. l. postquam liti vbi Purp. nu. 38. Renuntiare quoq; quis videtur per hæc verba, nolo litigare. Butr. cap. ex tenore num. 3. extr. de rescriptis sed Alex. in d. l. postquã liti nu. 6. contrarium tenet nisi dixerit nolo amplius litigare sequitur Purpurat. ibi dicitur. nu. 38.

41 † Sed non tantum verbis, sed etiam factis liti renuntiatur. Nihil .n. interest, quod voluntas verbis, vel factis declaretur si quidem etiam factis voluntas declaratur l. reprehendenda C. de Instit. & substit imo magis est volũtatem actu, quam verbis declarare Rom. cons. 291. Cum iste nu 4. Vnde per actum contrarium quis liti renuntiare videtur, vt est casus in l. si filius ff. de minoribus l. nihil interest ff. de inoff. testam. & qui sua arma tradit aduersario videtur cedere liti. Bal. c. cum pridem de pact. Imo relinquens instrumenta in manu iudicis videtur potius facere pactũ de non petendo, quam renuntiare liti. quoniam Iudex videtur obtinere locum partis, vt per Bar. d. l. postquam liti nu. 9. Verum ponens se in manibus aduersarij non dicitur renuntiare liti. Bal. c. cum pridem de pact. Ias d. l. postquam lite nu. 8.

42 † Quæro etiam quis renuntiare videtur nõ tantum per actum cõtrarium, sed etiam per omissionem; vt per lapsum fatalium intelligitur quis renũtiare liti & instantiæ, quamuis non videtur renuntiare possessioni ipsius rei gl. in l. sciendum §. si fundum, & ibi notat Ange. vbi inquit id esse perpetuo menti tenendum ff. qui satisdari cogant, & renuntiare liti videtur, quid intra tempus constitutum litem prosequutus minime fuit. Vnde ex temporis lapsu inducitur renũtiatio litis Rom. cons. 431. omnipotentis. Verum vbi instantia cursu temporis lapsa est non pereunt ea, quę continent litis decisionem, vt pereunt omnia ubi renuntiatum fuit. Asin. in praxi §. 2. c. 15. nu. 12. per lapsum ergo instantiæ, & proinde per tacitam renuntiationem instantiæ non uidetur renũtiatum causę, seu Iuri nisi a Iure uel iudice statutum esset tempus instantię, & causę, Tunc .n. per lapsum temporis uideretur renuntiatum instantię. Bar. d. l. postquam liti col. 1. Declaratur

tur tamen dicta conclusio, vt quis non censeatur renuntiare liti per actum necessarium sed requiritur actus voluntarius, vt renuntiatio inducatur l. si filius ff. de minoribus. Notat Alex. l. cum aliquis nu. 3. C. de Iure deliberandi, & ibi Bal. nu. 3.

Declaratur etiam, vt non censeatur quis renuntiare, nisi quatenus actus potest ostendere; vnde renuntians testibus, vel instrumẽtis non videtur renuntiare liti, nisi quatenus dependet ex ipsis instrumentis, vel testibus, quibus est renuntiatum. Bal. c. cum pridem nu. 4. ex de pact. per l. si aduersarius, vbi est tex. notab. C. de fide instrum.

Tertio declaratur, vt per actum inutilem quis non censeatur renuntiare liti, & ideo per cessionem factam post litem motam de actione & iure litigioso, ac proinde inutilem quis non videtur renuntiare liti motæ, imo potest non obstante cessione litem prosequi l. 2. in fi. C. de litigios. & ibi not. Bal.

XIX. RENVNTIATIO, SVBSTANTIAE, Et substantialium.

SVMMÆ.

1. *Substantia quid sit.*
2. *Substantia conflatur ex materia & forma.*
3. *Definitio bona necessario ponit substantiam definiti.*
4. *Substantialia quæ dicantur.*
5. *Substantialia contractus quæ dicantur.*
6. *Substantialia Iudicij quæ sint.*
7. *Substantia vt differat a forma.*
8. *Substantialia non possunt tolli renuntiatione, aut pacto, vt nihilominus actus existat.*
9. *Substantialia actus remitti non possunt*
10. *Substantialia dispositionis obseruare debet, qui vult eam facere.*
11. *Pactum in venditione, vt dominium in emptorem non transeat.*
12. *Renuntiatio contra id quod est de substantia actus, non valet.*
13. *Substantialia iudicij non possunt etiam de partium consensu omitti.*
14. *Consuetudo contra substantialia actus non valet.*
15. *Renuntiatio substantiæ actus vel pactum contra substantialia quid operetur.*
16. *Pactum contra actus substantiæ quando faciat transire contractum in aliam speciem*
17. *Pactum contra substantiam, quando vitiet, aut vero vitietur, vbi remissiue &c.*

SEd nunc ad renuntiationem substantiæ, & substantialium transgrediamur 1 † Est autem substantia cuiusuis rei essentia vel id quod vnumquodque est Bald. l. in vendentis col. 2. vers. vendo hoc C. de contrahend. emption. in l. etiam col. 1. C. de execution. rei Iud. Siue est id proprie per quod ipsa res est id quod est, & ab alia re secernitur 2 † Hæc autem conflatur ex materia & forma, materiæ competit perfectio, vt deferenti formæ, vt causæ & origini, compositum ex materia, & forma exacte per factionem vniuersam includit, & proprie substantia dicitur; Vnde in stipulatione adest materia quæ est consensus, & forma, quæ est illa verborum conceptio ex his fit compositum quod substantia est ipsius stipulationis per quam stipulatio dicitur, & secernitur à pactis nudis. Quare ei in stipulatione tollatur materia hoc est consensus non potest esse stipulatio pari ratione si tollatur forma, quę est verborum conceptio, neq; erit stipulatio l. 1. ff. de verborum oblig. Cõcurrentib. autem duorum consensu, & verbis aptis, conflatur stipulatio, & substantia stipulationis ex quibus patet id quod conficitur ex materia, & forma esse substantiam.

3 † Vnde bona definitio quia constat ex genere vt materia, & differentia, vt forma, vt dicam infra de forma, necessario ponit substantiã ipsius definiti, quæ ex materia, & forma ipsam perficientibus conflatur, vt notatur in l. prima § dolum. ff. de dolo malo, & in l. omnis definitio ff. de reg. Iur, Sed vt quod docetur exemplo notius fiat: Ecce si queratur quid est homo respondetur esse animal rationale, animal est materia, rationale est forma, Vt ergo est animal, ac vt est rationale est homo substantia igitur hominis conficitur ex duobus nempe ex materia, quia est animal, & ex forma quia est rationale. Et substantia genneraliter definitur, vt sit omne id quod ad rei essentiam necessario requiritur, atq; ideo comprehendit materiam, & formam, nec non ordinem, & solemnitatem, modo hæc sint de substantia Alciatus in l. mulieris §. res abesse ff. de verb. signifi.

4 † His intellectis facile etiam erit nosse quæ sint substantialia, & sunt quæ necessario exiguntur ad essentiam ipsius rei, & sine quib. actus consistere non potest l. fin. ff. de fundo instructo item pretium Instit. de emptio. & vend. Bart. in l. prolaram C. de Senten. & interlocu. om. Iud. Beous. in Rub. extr. de Appellar. nu. 12. materia enim & forma dicuntur de substantialibus & ideo in contractibus vt dixi, consensus est materia, & proinde est vnum ex substantialibus in contractibus l. 1. §. conuenctionis ff. de pactis. In emptione, & venditione pretium est forma, & ideo pretiũ dicitur vnum ex substantialibus §. item pretium,

tium Instit. de emp. & vend. vt in locatione
forma est merces §.1. Instit. de locat. & con-
duct. Et in Emphyteusi substantiale est Ca-
nonis solutio. Bart. l.2. C. de Iure Emphiteu.
Cæterum alia requisita quæ minime produ-
cunt rem ad essentiam non possunt dici sub-
stantialia, sed formæ accidentales, vel solem-
nitates vt autem breuiter concludamus sub-
stantialia actus nihil aliud sunt, quam ipsa ma
teria vel forma, cum cætera sint accidenta-
lia, & hæc fuit singularis methodus in hac
materia. Christoph. de Castellio, siue Signo-
rol. in repet. l. vti ita donatur col. 2. ff. de do-
nat. causa mort. Quam doctrinam cõmendat
ex ea de pact. num. 451. Vers. sed tu vide. Et i-
5 deo substantialia † contractus, ea dicuntur, si-
ne quibus cõtractus perfici, vel subsistere ne
quit. l. Qui Romæ §. Flauius ff. de verb. oblig.
glos. in l. conuenta ff. de contrahend. empt.
Ias. in l. edita col. 5. l. de edendo. Alberic. in
6 d. l. pacta col. 4. vers. colligo ergo † Substan-
tialia Iudicij dicuntur libellus, litis contesta
tio, cum similibus, quoniam sine ijs iudiciũ
subsistere non potest l. prolatam vbi Bart. C.
de senten. & interlocut. omni Iudi. Clement.,
dispendiosa de Iudicijs, & quæ sint substan-
tialia cuiuspiam rei, facile dignosci poterũt
ex eius definitione. Bald. l. cum quis col. 4 C.
de Iuris & facti ignor. Ias. & Aret. in l. 2. vers.
2. nota ff. de vulg. & pupil. Quoniam definitio
substantialia, non etiam accidentalia cõple-
cti debet glos. in l. omnis definitio ff. de reg.
Iur. Berous in Rub. extr. de appellat. num. 12.
Vers. accidentalia. & quia hæc substantialia
interuenire debent, ad perficiendam substã-
tiam, ideo non possunt abesse præter subie-
cti corruptionem l. Iulianus §. si quis rem ff.
ad exhibendum. Berous d. Rub. nu. 13. Imo
tum interuenire debent substantialia, cum
actus conficitur, non etiam post perfectio-
nem glos. in clem. cum deuoluta de election.
Ias. l. vniuersa n. 11. C. de præcibus. Imper. of-
fer. & est gloss in cap. ordinationes 8. distinc.
quæ inquit & esse substantialia alicuius actus
quæ incontinenti in ipso actu debét adesse.
7 † Differt autem substantia à forma, quoniã
forma est causa, & origo ipsius substantiæ,
atq; interuenit ad perfectionem substantiæ,
vt dixi, Neq; placet & differentia quam assi-
gnat Io. Crot. in repet. Rubricæ extra de ap-
pellationib. n. 4. Quod remota substantia ac-
tus omnino non valeat, remota autem for-
ma potest valere alio modo, vt valere potest,
Vnde secundum eum consensus est de sub-
stantia ipsius stipulationis, & eo remoto non
valebit etiam, vt pactum nudum, si vero defe-
cerit forma, hoc est conceptio verborum,
valebit saltem vt pactum nudum manente cõ
sensu. Nam uerum est, consensum esse de sub-
stantia, & esse substantiale, sed non est ipse to
ta substantia, & ratio cur deficiente consen-
su stipulatio non valet vt pactum nudum, sed
non ita deficiente forma hoc est verborum
conceptione illa est quoniam consensus in
stipulatione est vt materia, ac loco generis,
quod complectitur tam pacta nuda quam sti-
pulationes cũ etiam pactum nudum debeat
habere consensum l. 1. §. conuentionis ff. de
pactis forma vero in stipulatione est differen
tia, quæ facit differre stipulationem a pactis
nudis, & ideo licet tollatur forma & differen
tia non tamen tollitur genus, & materia, per
quam conuenit cum pactis nudis Nam in scy
pho argenteo tolle formam erit adhuc mas-
sa argenti, tolle materiam nihil erit, quia
forma non potest esse sine materia, & hæc est
ratio eius quod dixit Crot. in d. Rubri.
8 † Quæ cum ita se habeant, illud certum est
substantialia actus minime tolli posse renun-
tiatione, aut pacto, vt nihilominus actus exi-
stat; quoniam vt inquit Alciatus Paradoxo-
rum lib. 5. cap. 16. non possunt facere partes,
vt contractus cui substantia desit valeat, nã
pugnantia simul hæc sunt actum valere, & in
substantia deficere, & quamuis contractus
ex conuentione legem accipiant l. pacisci ff.
de pact. l. 1. §. si conuenerit, & §. sæpe. ff. de-
positi tamen id ita accipiendum est, modo
de substantia nihil mutetur. Nam si de eo,
quod ad contractus substantiam pertinet pa
ciscentes conuenire voluerint, non valebit
conuentio l. nec prætorio l. neq; pignus §.
priuatorum ff. de reg. Iur. l. pacta conuenta
ff. de contra emptio l. 2. ff. de vsufr. earum,
quæ vsu consum. neq; enim valet renuntia-
tio, vt actus valeat, sine illius substantialibus
non magis quam si quis voluerit massam ar-
genti informam esse Scyphum argenteum, &
illam habere ad vsum Scyphi & quia ars imi-
tatur naturam §. minorem Instit. de adoptio
ideo quæ sunt tradita pro forma, & substan-
tia rei ab ipsa arte iuris debent omnino ser-
9 uari † Quæ sunt igitur substantialia actus
ea remitti non possunt l. cum præcario ff. de
præcario, & ibi Bart. l. nemo potest, vbi Bart.
& alij ff. de leg. 1. Bart. in l. vbi ita donatur ff.
de donat. caus. mortis & ibi doctores glos. in
l. pacta conuenta ff. de contra emptio nota-
tur in l. 2. in prin. ff. si cert. petatur Alex. cõs.
18. col. fin. lib. 2. Dec. cons. 265. col. 3. cons.
293. col. 1. in fin. & col. vlt. cons. 521. col. pe-
nult. & in rubr. extr. de appellat. col. 1. Ma-
rant. de ordin. Iudic. parte 2. n. 42 & pacta cõ
tra substantiam rei improbantur l. si quis au-
tem ff. de acquir. possess. l. 1. §. si quis ita ff. de
verb. oblig d. l. cum præcario d. l. obligatio-
num fere §. placet. l. 1. §. penult. ff. depositi.
10 † Nam lex tradidit certos modos, ac for-
mas in actibus, & dispositionibus hominum
omnino obseruandos, ad perfectionem actuũ
quos vti limites transgredi non est permis-
sum, quæ sanè omitti, remitti aut mutari mi-
nime possunt, sed qui vult facere quampiam
dispositionem, debet seruare substantialia
illius

illius dispositionis, alioquin confunderẽtur actus hominum, nisi ex substantialibus distinguerẽtur actus, siquidem ex substantialibus dignoscitur contractus quis sit. Bart. l. 1. §. 1. ff. de superfic. & actus essent indifferentes, atque ita confunderentur, & impedirentur commercia, neq; distingueretur vnus contractus ab altero. Quamobrem optima ratione constitutum fuit, ne tolli possint substantialia actus, vt actus etiam valeat ne sequatur maxima confusio, & ne peruertatur ordo, & forma tot vigilijs elaborata in constituendis tot speciebus actuum, ac dispositionum, ad conseruandam hominum societatem, & ideo nemo potest facere quin leges disponentes circa huiusmodi substantialia locum habeãt in suis dispositionibus leg. nemo potest. ff. de leg. 1. quæ lex ita est intelligenda.

11 Qua † ratione etiam videtur non valere pactum, vt dominium in emptorem nõ transeat leg. cum manu sata. §. fin. ff. de contr. empt. Dec. cons. 440. superioribus diebus in princ. Afflict. decis. 338. Sed tu dic id pactũ non esse contra substantiam. Nam nec res nec pretium, nec consensus abest; ergo pactum non est contra substantiam Forcatul. Necyomant. Dialogo 4. nu. 3. Valasc. de iur. emphyt. quæst. 19. num. 3. Sed verius est esse contra effectum dumtaxat. Bald. in Rub. C. de contr. empt. quæst. 11. Forcatul. d. dialogo. 4. nu. 3. Effectus quippè est, vt re tradita emptor fiat dominus. §. per traditionem instit. de rerum diuisione. Et secundũ Bald. in d. quæst. 11. à quo remouetur naturalis effectus, remouetur species. d. §. fin. Quemadmodum gerentes actum, non videntur velle conficere eum actum, à quo remouent eius substantiam, sed videntur potius celebrare eum contractum, qui pacto conueniat, ita & paciscentes contra effectum ipsius actus, & sta intelligi debet dispositio d. §. fin.

12 Quæ † cum ita sint ideo non valet renũciatio, aut pactum quod vẽditio valeat etiam sine pretio, vel locatio sine mercede, vel qđ commodatum non sit gratuitum, vel quod in mutuo non transferatur dominium d. l. nemo potest. leg. obligationum fere. §. placet. ff. de actio. & obligat. Neq; fieri potest pactum in mutuo, vt eadem res mutuo data restituatur, quandoquidem id substantiale est in mutuo, vt non restituatur eadem res, sed idem in genere leg. secunda. §. mutui, & ibi glos. magna, & DD. ff. si cert. petatur. Et quia id substantiale est in societate, vt morte societate, vt morte socij societas dissoluatur, neque ad hæredes transeat, cum in societate potissimum eligatur industria personæ, at nequis inuitus illi socius efficiatur, vt in am vult, atq; ex electione tãtum constituatur societas, vt ipsa quoque amicitia, ideo non valet pactum vt societas transeat ad hæredes leg. actione. §. morte. l. nemo potest leg. adeo. ff. pro socio. Item in societate sit damnum, & periculum nõ est cõmune non valet pactum, vti contra substantiam societatis. Abbas cons. 77. Videtur primo colum. 1. libr. 1. Similiter non valet pactum, quod nunquam redimi possit pignus Glos. in l. qui Romæ in princ. in verbo obtulerit. ff. de pignorib. Cuius rei ratio est quoniam in perpetuum debitor priuatur facultate redimendi, quod est contra pignoris substantiam, immò est potiùs alienatio, quã pignus per quod non fit alienatio. l. pignus ff. de pignorib. & de substantia pignoris est vt soluto debito pignus restituatur Ias. leg. qui Romæ in princ. num. 27. ff. de verborum obligat. de dotis quoq; substantia illud est, vt deseruiat oneribus matrimonij saltem aptitudine, & potentia quapropter non valebit pactum, vt dos nũquam deseruiat oneribus matrimonij l. si pater la sec. in fin. ff. de iure dotiũ, & notatur in rub. ff. solut. matrim. Pari ratione, neq; valet pactum, quod fructus dotis in totum sint mulieris leg 4. ff. de pact. dot. quoniam est contra substantiam dotis Ias. leg. si fundo num. 4. ff. solut. matrim. Renuntiatio præterea, quod conductor non possit petere remissionem mercedis, etiam si locator non præstiterit patientiã vtendi, & fruendi nõ valet uti cõtra substantiam locationis. Menoch. cons. 761.

13 num. 17. Consensus † item partium non potest facere, vt omittantur substantialia iudicij, & nihilominus iudicium valeat, & sententia; notatur in leg. 1. ff. de ferijs, vbi Bart. & ibi Roman. inquit hanc esse communem opinionem cap. de causis de officio delegati. Bart. in leg. societatem. §. arbitrorum colum. 3. in fin. ff. pro socio in l. quoties Vers. vltimo nota. Cod. de priuilegijs scolarium lib. 12. glosa, & doctores in antẽt. offeratur Cod. de litis contestatione notatur in leg. prolata C. de sentent. & interloc. Ias. in leg. si conuenerit colum. 1. ff. de re iudicata. Maranta in suo speculo parte 2. vers. iudicij tela num. 38. cum seq. Crauetta de antiq. temporibus part. 2. num. 14. Vnde non valebit pactum quod Iudex proferat sententiam omissis substantialibus iudiciorũ, & nihilonimus valeat, vt sententia, vt notatur in cap. quoniam contra de probationib. & ibi Io. Bapt. Ferret. num. 10. Nam sententia lata ommisso ordine iudicij non potest valere etiam ex consensu partium in vim sententiæ Bald. cons. 427. in causa lib. 1. Quinimo Iudex etiam de uoluntate partium non potest procedere lite non contestata, vel ommissis alijs substantialibus Ruin. cõs. 30. n. 8. lib. 4. Guid. Pap. q. 126. Iudex, Verum interdum substantialia iudicis remitti tacitè possunt nihil opponendo Dec. l. vinum col. pen. vers. Sed respõderi põt. ff. si cer. pet.

Crau.de antiq. temp.p.2.n.26.cõſ.182.n.12. verſ.9 tamen videtur. Sed de renũciatione ordinis iudiciorum latè dicam alibi. Neq; valet proteſtatio contra ſubſtantiam actus ſiue contractus, vt latè per Felin.in cap.cum M.num.72.verſ.ſecunda concluſio de cõſtit.

14 Quinimò † non valet etiam conſuetudo quæ videtur tacita renunciatio,& conuẽtio contra ipſa ſubſtantialia actus gl.nſ. eſt ſingularis in cap.2.de conſuetudine lib.6.Dec. conſ.280.in caſu propoſito in fin. verſ. vlterius Felin.in d.cap.cum M.nu.72. verſ. ſimiliter dicitur.

15 Ex † renũciatione autem, aut pacto contra ſubſtantiam appoſito, illud conſequens fit, quod aut diſpoſitio, quam partes facere voluerunt ſine ipſis ſubſtantialibus eſt nulla l.cum pręcario.ff.de pręcario l.cũ manu ſata §.fin.ff.de contr.emptio. Vel qñ verborũ ſignificatio patitur diſpoſitio trãſit in aliam ſpeciem,& fit, vt dicunt DD.transfuſio l. 2. ff.ſi cert.pet.leg.vbi ita donatur,& ibi Bar. ff.de donat. cauſ. mortis Bald.leg.2. num.4. Cod.de iur.emphite. Nam valet pactum cõtra actus ſubſtantiam, quoties verba ſunt habilia, vt contractus tranſeat in aliam ſpeciem contractus Caſtrenſ.conſ.312.in prin. lib.1.Natta conſ.123.num 9. Redoanus de Reb.Eccleſiaſt.rub.33 caſu 30.quęſt.24.ſaue ſubſtantialia actus ea ſunt, quæ non poſſunt deeſſe,& ſi deſunt non eſt ille cõtractus, ſed ſi verba ſunt habilia tranſit in alium prout in emphitheuſi, ſolutio canonis in recognitionem dominij, quandoquidem ſi ea remittitur, non poteſt eſſe emphyteuſis in feudo fidelitas, quæ quidem ſi ex pacto non debetur tranſit in allodium, donatio cauſa mortis, vbi non poteſt reuocari non poteſt eſſe talis, ſed tranſit in aliam ſpeciem Caſtrenſ. d.conſ.312.Abb.cõſ.72.num.2.libr.1. Aliud dicendum eſt, vbi pactum eſt contra naturalia, vel accidentalia, quoniam diſpoſitio ſine his ſubſiſtit. Surd.conſ. 243. nu.31.

17 Pactum † igitur contra ſubſtantialia interdum viriat ipſam diſpoſitionem interdum vitiatur aliquando facit, vt alia cenſeatur facta diſpoſitio. Sed quando pactum appoſitum contra ſubſtantiam vitiet, vel ipſũ vitietur DD. variè ſentiunt, variè diſtinguẽtes, vt per Bart.in d.l.vbi ita donatur,& in auct.ingreſsi colum.2. C. de ſacroſ.Eccleſ. Bald.poſt Cyn.ibi in leg.ſi pater lectura.2. ff.de adoptionib.vbi inquit verba Cyni eſſe aurea,& notanda, cum cæteri doctores circa hanc materiam, vt ipſe ait freneticent, & per eundem Bald.in cap.1.§.fin. per quos fiat inueſtitura, & latè habetur per Signorol. in repet. d.leg.vbi ita donatur Curt.de feud.part. 1.quæſt.6.num.27.

XX. RENVNTIATIO FORMAE.

SVMMAE.

1 *Formam accipi duobus modis.*
2 *Forma quid.*
3 *Forma ſubſtantialis duplex, ſcilicet conſtructiua, & deſtructiua.*
4 *Forma accidentalis.*
5 *Forma in dubio præſumitur ſubſtantialis.*
6 *Formæ renuntiari minimè poſſe.*
7 *Forma cur renuntiari non poſsit.*
8 *Decretũ annullans actum factum omiſſa forma.*
9 *Formæ etiam cum iuramento renuntiari non põt.*
10 *Formæ quanda renunciari poſsit.*
11 *Forma priuato fauore inducta renũtiari an poſsit.*
12 *Renuntiari an poſsit formæ priuato fauore inducta, vbi adeſt clauſula annullãtiua.*
13 *Forma quando data cenſeatur.*
14 *Ordo, & forma.*
15 *Ordo ſubſtantialis, & non ſubſtantialis.*
16 *Ordini priuato fauore inducto renuntiari poteſt.*

NVnc res ipſa mouet, vt ad renuntiationem iuris inducẽtis formam tranſeamus. Eſt igitur ſciendum in quocũq; actu interuenire ſubſtãtiam, quæ quidem comp etur ex pluribus ſubſtantialibus. Hęc autem ſubſtantialia, quę concurrunt, vt compleatur ſubſtantia vniuerſalis differunt inter ſe, atq; eſſentiam ſeparatam habere dicũtur. Inter hæc connumerantur ea, quę conſiſtunt in materia,& forma, ex quibus ſanè ipſius actus ſubſtantia conflatur. Signorol.in repe. l.vbi ita donatur in princ. ff.de donat.cau. mort.

1 Forma † accipi poteſt duobus modis,& primo pro tota ſubſtantia ipſius actus, ſeu pro ſubſtantia vniuerſali; atq; ita formę appellatio comprehendit omnia ſubſtantialia requiſita ad actum,& ita accipitur per Doct.in l.ſciendum.ff.de verb.oblig. 2
Altero modo accipitur ꝓpriè pro forma inducente eſſentiam, & de hac habetur in l. ſi is qui.§.quędam.ff.ad l.falcid.in l.Iulianus .§.ſed,& ſi quis.ff.ad exhiben. Nam quemadmodum apud Phyſicum entia naturalia conueniunt in materia,& inuicem differunt ſuis formis, ita apud logicum, ſingulę ſpecies contentę ſub vno genere, conueniunt in genere, quod ſe habet, vt materia,& differũt á ſe inuicem ſuis proprijs differentijs, quę emanãt á proprijs formis. Quò fit vt forma certę ſpeciei nomen tribuat. Alcia.leg.mulieris.ff.de iur.ſign. Itaq; materia dicitur id ex quo aliquid vetò id dicitur, ad quod deducitur ac formatur ipſa materia. §. item quæritur ſi cum aurum inſti. loca.§.cum ex aliena cum.§.ſeq. inſti. de re. diu. leg. mulieris. & ibi Alciat. de verb. ſign. leg.Iulianus .§. ſi quis rem ff. ad exhib.en. leg.

ſi is

si is qui §.quædam ff. ad l.falcid. Bald.c.1.in
prin. de noua forma fideli Alcia. paradox.
lib.3.c.16.Vnde secundum Bald.in l.ius ciui
le num.10.ff.de iusti.& iure materia dicitur
quasi mater rei & forma dicitur quasi for-
mosa & bene ordinata compositio alicuius
dispositionis vel dispositi . Sed quoniam ex
sententia Arist.metaphisic.lib.8. forma est
ratio eius , quod res est , & est ratio ob quam
id quod est dicitur id esse , quod est , forma
4 † duplex est , vt voluit Bald. cons.283. Iu-
ri publico in prin.lib.4.nempe constructiua,
& destructiua , constructiua dat esse rei l. iu-
lianus §.si quis rem ff.ad exhib. qui tex. pas-
sim ad id ab omnibus citatur, vt per Tiraq.
de legib.connub.glo.4.num.3.d.l.si is qui §.
quædam l. cum hi §. si prętor ff. de transact.
c. dilectæ vbi Felin. & alij, de rescript. Bald.
in l.pacta conuenta nu. 7.ff. de contr. empt.
Nam forma & ens conuertuntur idem Bald.
in l.1.§.pro secundo C.de caduc.toll.& for-
ma est perfectio substantialis ipsius tel l.quę
situm §.illud fortasse ff.de leg.3.Nicouit.in
rub.ff.de ope.non.nunc num.3.& secundum
Bald. in l. aduersus C. de loca. formæ sunt
perfectiones tam rerum materialium, quàm
artificialium. Quia forma nihil aliud est quā
substantia actus Bald.l. comparationes col.
3.C.de fide instr. Felin. c. cum dilecta de re-
script.Alciat. paradox.lib.5. c.16. Euerard.
in loco a defectu formæ & nonnisi ex consu-
matione contingit d.l. si is qui §.1. Ex for-
ma quippè quælibet dispositio essentiam, &
substantiam capit. Bald.c.1. de noua for. fi-
deli. quoniam ea rem ad substantiam dedu-
cit.Bald.l.quia indignus col.1.ff. de senatori
Cephal.cons.421.nu.35. Alciat. paradox. d.
c.16. in prin. Destructiua autem dicitur ea
forma , qua destructa distruitur esse rei l. qui
vsumfructum ff.de vsufruc.Ex quib. rectè fit
quod forma debet exactè obseruari, ne vel
ex minimo illius defectu corruat actus at-
que vitietur ipsa dispositio,dict. leg.cum hi
§.si prętor.vbi Ias.not.& in leg.1.vbi òmnes
ff.de libe.& posth. Felin.dict. cap. cum dile-
cta Decian.cons.532. num. 5. Roland. cons.
30.num.5.lib.3.Tiraq.de retrac. ligna. §.1.
glo.21.numer.11.vbi extendit idem proce-
dere vbi agitur de fauore piæ causæ . Et i-
dem de retract.conuent.§.4.glo.6.numer.
31.Rimin.iun.cons.467. numer.14. & num.
42. cons. 247. numer. 28. Cephal.cons.421.
numer.48.cons.662. numer.27.Bursat. cons.
73. numer. 23, Beccius cons. 12. numer. 29.
libro 1. seraphin. de priuileg. iur. priuileg.
130.in princip. Menoch.cons.444.numer.2.
Viuius decis.335.in prin. Neuizan.cons.70.
numer.6.Surd. cons.124. numer.6. Quia for-
ma debet adeò obseruari ad vnguem, vt il-
li addi, aut minui nihil possit. Ias.leg.1.col.
4.ff.de libe. & posth. Neuizan. dict.cons. 70.
numer.6, debetque obseruari etiam si cessa-
ret causa,propter quam, inducta fuit. Neui-
zan.dict.numer. 6.Nam veritas non excusat
a forma socin.cons.33.col. 3.ver. nec obst.
libro 1. hæc quæ procedunt etiam si actus
expediretur in melius Felin.cap.causam col.
penult.verb.contra hoc de iudic. Comes §.
fuerat Insti. de actio . Neque satis est for-
mam impleri per æquipollens. Bald. & An-
gel.in leg.1.ff.de libe. & posth. Socin. cons.
33.col. 3.libro 1. Quamobrem constat ex
formæ absentia , & inobseruantia interimi
substantiam rei, siue dispositionis dict.leg.
iulianus §.si quis rem. & actus est ipso iure
nullus Socin. dict. cons. 33. col.3. nam forma
non obseruata substantia propriè perire di-
citur.Viuius decis. 335. numer.3. in fin. for-
maq. rei remota remouetur esse rei. Bald. in
l.non sunt liberi num. 2. ff.de statu hom. Et
forma mutata substantia rei perempta esse
videtur Bald.leg.1.numer.27. C.de iure em-
phit. Atque forma ab ipsa cùm receditur
dicitur a substātia recedi Bald.leg. si quis §.
si coram numer.1.ff.de acquir.hęr.Imò cùm
deficit forma nihil actum esse intelligitur l.
pen. in fin. C. de his quib. vt indign. Nam-
que formę omisio reddit actum nullum .
Bald. l. qui per salutem numer. 1. ff. de iure-
iur. actumque vitiat idem Bald.l.diligenter
numer. 1. ff. manda.atque in actu vel fauora-
bili impedit dispositionem legalem . Bald.
l.idemque numer.2.ff.de pigno. act. in l.cel-
sus numer.4.ff.de recep.arbit. & in l. qui ro-
mæ §. flauius numer. 1. ff. de verb. oblig.
Quin etiam vitiatur actus non modò si ti
fiat contra formam, sed etiam si fit præter
formam. Rimin.iun. cons.467. numer.9. Et
ea deficiente deficit & rei essentia , & pro-
inde nomen quoque rei deficit Bald.cap.vlt.
col. 4. vers. quæro vtrum sit differentia de
consuetu.in l.qui indignus ff de senatori in
l.1.in fi.ff.de re diu. Afflict. decis. 378. num.
4.375.num.5.Vnde paria sunt rem desinere
esse in rerum natura, vel eiusdem formam
mutari, Tiraq.de retrac.conuent.§.7.glo.1.
numer.16.Hincque id exhiberi non videtur
quod mutata forma exhibetur d.l. iulianus
§.si quis rem.Vnde videmus etiam in rebus
corporeis ex formæ absentia rem perimi .
Nam si ex scypho argenteo massa facta sit ,
& proinde deficiat illius forma certè peri-
mitur & substantia scyphi d. l. iulianus §. si
quis rem . similiter si vinum acessat , muta-
tione formę desinit esse vinum, & fit acetum
l.in venditionibus ff.de contr.empt. l.si quis
vinum ff.de trit.vino & ol.lega.Sic & in vlti-
mis voluntatibus materia & genus est volun
tas , cui forma accedens dat esse , & nomen
constituitque speciem vltimę voluntatis, v-
bi autem forma in ea deficit, vel inutile pror
sus est negotium , vel illud transit in aliam
naturam leg. qui par salutem ff. de iureiur.
leg. vbi ita donatur ff. de donat. cau. mort.

l. cum præcario ff. de precar. Itaque in testamento voluntas est materia, hæredis institutio est forma l. 1. de hæred. institu. §. ante hæredis institutionem Insti. de legat. quare si in testamento forma, nimirum hęredis institutio defecerit, perimetur & substantia testamenti, & erit codicillus, si tamen forma codicilli adsit l. non codicillum C. de testam. sic quoque in contractibus formę additione, vel detractione mutatur contractus species l. pacta conuenta ff. de contr. empt. Atque ita transfusio vnius formę in alteram rem perimit, & ideò actio ex stipulatu addita constitutioni dotium perimit rei vxorię actionem l. 1. §. cum autem & §. nemo potest C. de rei vxor. act. & de seruitute habet in leg. si prius ff. de aq. pl. arc.

Sed hec omnia velim intelligas procedere in forma substantiali, quę dat esse ipsi rei, & quę est id, quod ipsa res consistit. Niconit. in rub. ff. de ope nou. nunc. num. 17.

4 Aliud † iuris est in forma accidentali, nam ecce iudicium non desinit esse idem, neque mutatur & si in locum demortui iudicis alter subrogetur leg. proponebatur ff. de iudic. Accidens quippe aliud est a substantia, & potest adesse, vel abesse preter subiecti corruptionem, secundum Porphirium in lib. de predicabilibus c. de accidente Bald. l. a. ante fin. C. quon. prou. non est nec. Quoniam autem forma, quę non est substantialis, non dat esse rei, sed ducitur a substantia, ideò non dat, aut tollit substantiam. Bald. cap. quia propter col. 2. ver. dic ergo de electio. Niconit. d. rub. nu. 13. Planè forma accidentalis non perficit rem, & proinde non dat esse rei vt forma substantialis, sed adijcitur actui iam perfecto. Bald. leg. 1. ver. extra quero C. ne lice. ter. prouoca. leg. vniuersa C. de preci. imper. offer. Bald. in rub. C. de rescind. vendit. in leg. si cum sententia colum. 2. C. quan. prouoc. non est nec. Vnde si dispositum fuerit quod de quolibet contractu soluatur gabella, certè ea non soluta contractus non erit ipso iure nullus, ratione formę non seruatę, sed obstabit exceptio tantum. Bart. & Bald. dict. leg. vniuersa idem Bartol. leg. 1. num. 6. ff. de testament. Bald. cap. questioni in fin. de appella. Afflict. decis. 278. num. 4. atque ita distinguit substantialem formam ab accidentali Vant. de nullita. tit. quot & quib. mod. nullit. in iud. prop. non. nu. 52. Beninc. de pauperta. q. 3. nu. 38. Nam vbi aliquid exigitur ad substantiam rei, vt ipsa res in esse deducatur, id dicitur forma, veluti consensus propinquorũ in contractu re pupilli ex dispositione statuti. Bald. in d. rub. C. de rescind. vend. nu. 9. vel forma tradita de iure communi obseruanda in alienationibus rerum minorum de qua in leg. magis puto §. ne. possim. ff. de reb. eorum vel testamentis forma tradita in l. hac consultissima C. de testam. Cæterum vbi forma non substantialis, adijcitur rei iam in esse deductæ, veluti, vt iam dixi, quod de quolibet contractu soluatur gabella, vel quod quælibet donatio intra certum tempus insinuari debeat tunc non seruata forma actus non redditur nullus Beninca. pauperta. d. q. 3 numer. 39. forma autem accidentalis non adijcitur tempore, quo actus celebratur, sed ex post facto adhibetur, & ideò non reddit actum nullum illius inobseruantia, seu illius defectus, quoniam ea, vt accidens potest adesse, & abesse prater subiecti corruptionem, Beninca. d. q. 3. numer. 39. Ex quibus rectè infertur ad declarat. Constitu. dom. mediola. tit. de vlt. vol. & cert. contr. registr. nam ibi forma non dicitur substantialis, sed accidentalis, quoniam adijcitur dispositionibus iam perfectis, & in esse deductis. Et ideò sapienter ibi cauetur, quod licet forma, de qua ibi, non fuerit obseruata, non propterea dici poterit de nullitate, si quidem ea forma non est substantialis, & proinde non reddit actum nullum. Cognoscitur etenim forma substantialis cùm ea exigitur ad rem aliquam in esse deducendam, vt illi det esse si quidem forma interdum dicitur substantialis. Ias. leg. cum quis num. 10. C. de iur. & fac. ignor. alias forma accidens actui, & dispositioni perfectæ non erit substantialis, sed accidentalis, Est tamen sciendum, quod forma substantialis est duplex vna ex iuregentium, quæ requiritur ad substantiam dispositionis, vt ea valida sit de iuregentium veluti in emptione pretium. Altera est quæ a iure ciuili inducitur, accidens actui iam perfecto de iure gentium, quæ dicitur etiam solennitas substantialis, quæ requiritur ad actus essentiam, vt is sit validus de iure ciuili. Nam forma siue ad actum in esse deducendum exigetur a iuregentium, siue a iure ciuili, dicitur forma substantialis, quoniam priore casu facit vt actus valeat de iure gentium, altero casu operatur vt actus validus sit de iure ciuili.

5 Illud † verò non est omittendum quod forma inducta in dubio præsumitur substantialis. Bald. leg. comparationes oppo. 3. in fin. leg. de fide instrum. in leg. si cum sententia col. 2. C. quan. promoc. non est nec. Alex. cons. 50. num. 5. lib. 5. Dec. cons. 10. numer. 2. in cap. consuluit. numer. 89. de offic. delega. seraphin. de priuileg. iurament. priuileg. 73. numer. 53. Surd. cons. 124. numer. 5. Ruriat. cons. 140. numer. 16. vbi inquit hanc esse communem sententiam cons. 339. numer. 14. & hæc est vera, & communis conclusio. Vasq. de success. creat. lib. 1. § 4. nu. 27. Osasc. decis. 165. num. 15.

Et

Et quoniam lex veluti faber, subiectæ materiæ dat eam formam, quam vult, vt inquit Bald. de Vbald. in l. in suis. num. 20. ff. de libe. & posth. & certo ordine disponés hominum actus leg. certa forma ff. de iure fisci l. forma ff. de certi. ideò omnino uult formam, quam tribuit, seruari. Quia uult vt etiam partium consensus nihil operetur circa illius omissionem, aut mutationem.

6 † Quo fit vt formæ renuntiari minimè possit per partes l. quidam decedens. ff. de admin. tut. l. si unus C. de testam. l. cum precario ff. de præcar. l. cum hi. § si prætor. ff. de transact. l. testandi C. de testam. l. diuus. ff. de in integ. restitu. l. & si nihil ff. de reg. iur. l. nemo potest ff. de leg. 1. auten. iubemus, & ibi doct. C. de iudic. facit tex in l. 1. C. de præd. de cur. libro 10. ibi infirma enim erit uenditio, si hæc fuerit forma neglecta glo. in l. a diuo pio. ff. de ritu nupt. in cap. dispendia. in capit. statutum de rescript. libro 6. Abb. & alij, in c. dilecto de præbend. Imola in leg. & facto. in princ. ff. de vulg. & pup. Roman. l. posthumo. num. 14 Cod. de bon. pos. contra tab. doct. in auth. hoc ius porrectum. Cod. de sacr. eccle. Bart. in l. fin. nu. 5. C. de vend. reb. ciuit. libr. 10. Bald. l. fin. Cod. de suis, & legit. in leg. contractus Cod. de fide instrum. Roman. conf. 402. nu. 3. cõs. 403. in fi. Felin. d. c. cum dilecta nu. 20. in cap. si diligenti nu. 7. vers. 2 fallit de foro compet. Dec. l. si quis in conscribendo. num. 27. C. de pact. in c. olim. num. 51. de excep. doct. in d. l. nemo potest. Bart. l. de suls. ff. de transact. in l. ius publicũ. ff. de pact. Bald. in auth. si quis in aliquo. C. de eden. in auth. iubemus C. de iudic. Brun. cons. 136. num. 16. Ias. l. sed & si quis. §. quæsitum. colum. 5. ff. si quis cautio. Surd. cons. 318. num. 11. Decian. cons. 75. num. 29. lib. 2. Gozad. cons. 88. col. pen. & iuri statuenti certam formam renuntiari non potest. Boer. decis. 1. nu. 47. Osasc. decis. 172. num. 22. formalibus renuntiari non potest. Maranta in specul. de ordi. iudic. part. 2. nu. 42. Nam illud certum est formam omitti minimè posse etiam de partium voluntate. Angel. §. tripli. col. 7. insti. de actio. Ias. leg. non dubium colum. 4. in fin. Cod. de legib. Felin. c. fin. col. 1. de probat. Neuizan. cons. 70. nu. 6. in fin. Quin ex partium consensu non pôt forma, vel in minima parte renuntiari. Ruin. l. 1. §. qui præsens. s. nor. num. 5. ff. de verb. oblig. Neque propter absentiam formæ valere poterit actus, tametsi recessum fuerit á forma de voluntate, & consensu partium. Bart. d. §. si prętor. Viuius decis. 335. nu. 4. Quapropter partes non possunt consentire vt forma minimè obseruata habeatur pro expressa, perinde, ac si fuisset plenè obseruata. Imola in l. quicquid adstringendæ. ff. de verb. oblig. Ruin. d. §. qui præsens. nu. 5. Viuius d. decis. 335. num. 4. Tanta quippe est substantia formæ, vt ea partium consensu remitti minimè possit. Roland. cons. 60. nu. 31. lib. 4. Vbi igitur in actu conficiendo exigitur certa forma, illi expressè renuntiari non potest. Io. Annib. in repet. l. nemo potest num. 318.

Hinc fit quod non possunt partes velle, quod aliquis actus sit stipulatio etiam non interueniente verborum conceptione. vt not. doct. in leg. 1. ff. de verb. oblig. & ibi Alciat. nu. 10. Iac. de Nig. num. 30. & not. in l. si quis ita ff. de verb obl.

Hinc item fit, quod formæ l. comparationes Cod. de fide instr. renuntiari non potest, quoniam comparatio aliter fieri non potest quàm per d. leg. glo. in d. l. comparationes. ver. in semetipsum in si. glo. in leg. filius fam. §. veterani. ff. de procurat. & ratio est quoniã in d. l. comparationes traditur certa forma similiter formę l. apertissimi C. de iudic. non renuntiatur. Felin. c. si diligenti. n. 10. quinto Coroll. de foro compet. Qua ratione etiam formæ iuris pretoris pacto minimè derogatur l. scire debetis C. vt in poss. legat. l. in conuentionalibus ff. de verb. obl l. quos prohibet ff. de postul. l. cerdonem. ff. de oper. libert. vt neque forma iuris ciuilis derogari potest l. quod de bonis §. 1. ff. ad l. falcid. l. si patronus. ff. de donatio. l. seruus. ff. de quæst. l. fil. familias. §. miles. de procurat.

7 † Ratio autem cur formæ renunciari non possit, illa est, quoniam forma est iuris publici. l. 3. de testam. leg. nemo potest ff. de leg. 1. l. non dubium. Cod. de testam. Bald. l. ius publicum. ff. de pact. censeturque inducta ob publicum bonũ. Paul. de Cast. l. testãdi nu. 3. C. de testam. & proinde partis priuatorum tolli minimè potest leg. ius publicum. ff. de pact. l. testandi. C. de testam. l. quidam decedens. ff. de pact. l. testandi C. de testam. leg. quidã decedés ff. de admin. tut. Imol. l. quidquid adstringendæ. ff. de verb. oblig.

Prætereà qui formam seruare recusat, is actum etiam ipsum facere recusat leg. nonnunquam. ff. de collat. bon. Paris. cons. 19. nu. 61. lib. 2. Rimin. iun. cons. 336. num. 5. Quin etiam formæ defectus est potentior expressa renuntiatione, quoniam iis iuribus, quib. expressim renuntiare non possumus, illis tacitè possumus renunciare formam traditam non obseruando, Paris. d. cons. 19. num. 146. Rimin. iun. d. cons. 336. num. 4. Nam impossibile est actum subsistere posse sine sua substantia, seu forma, quæ dat esse, & proindè impossibile est velle rem, quæ careat substãtia ipsius rei, quam volumus, quoniam formę defectus inducit priuationem facultatis faciendi actum. Rimin. iun. d. cons. 336. num. 6. Est sanè sibi contrarius, qui vult actum facere sine sua forma requisita, sine qua impossibile est actum subsistere, atque in rerum natura deduci. Bolognet. in leg. nemo potest

nu. 276.ff. de leg. 1.

Extenditur modò id maximè procedere
8 quando adijcirur decretum † annullans actum factum ommissa forma. Tiraqu. in l.si vnquam vers.reuertatur nu.321. Cod. de reuoc.don.Bursat. cons.339.nu.14. Alba.cons. 612.nu.30.Burg.in repet.c.quæ in Ecclesiarum num.65. de constit. & quod renunciari non posit, vbi adest clausula annullatiua, videtur esse casus in c. dilecto de præbend. vt per Gomez. in repet.cap.ipso iure de rescript.nu.52. Et ideò non potest renunciari formæ iuramenti traditæ à constitut. dom. Mediola.tit. de donatio.quoniam ibi traditur forma cum decreto annullatiuo. Alba d. cons.612 num.26.vsque ad fin.

9 Amplia † etiam,vt nõ possit renunciari formæ,etiam cum iuramento.Bart.l. cum hi in fin.princ.ff. de transact.in l.eum filius familias.§.diui.ff.de leg.1.Alex cons.95.in fi. lib.1.Ruin.l.nemo potest nu.24. ff. de leg.1. Socin.cons.24.nu.23.lib.1. Bursat.cons.339 nu 13.Couarru.in c.quamuis pactum part.2. §.6 num.3.de pact.libr 6.Osasc: decis.172. nu.22.

Imò iuramentum non supplet defectum formę,sed nouam inducit formam,vt faciat actum valere alio modo, vt per Seraphin.de priuileg iuram.priuileg.130.num.5. Neque enim iuramentum operatur,vt etiam omissa forma actus valeat,sed facit vt actus aliter valeat,vt põt valere,vt per eum d. loco nu.3. Verum si forma non fuerit substantialis, & proinde si partes poterunt illi renunciare, tunc illi renunciatum censetur ex vi iuramenti,vt per Seraphin.dict.priuil. 130 circa fin.si forma itaque fuerit substantialis iuramentum facit, vt actus valeat aliter, modò tamen valere possit; cæterùm formæ non substantiali, cui partes renunciare possunt, ex vi iuramenti renunciatum censetur.

10 De † clara tamen tùm formę renunciari posse, cũ ea ob certam causam inducta fuit & causa cessauit, quoniam ea cessante illi renunciari poterit.Gerard.sing.4 num.11.Sed contrarium voluit Galiau.in rub. ff.de verb. obl. refert Neuizan. cons.70.num.6.

Declara etiam prædicta procedere in forma substantiali,nõ etiam in forma accidentali,nam quia forma substantialis est pars essentialis ipsius rei, ideò nulla ratione ea omitti potest,vt actus sine sua forma valeat. Verùm poterunt partes aliquando facere, vt dispositio,quę alioquin omissa forma nõ valet,operetur saltem,vt informis materia, non autem perinde,ac si suam formam haberet. Vnde fieri potest quod stipulatio,quę sine verbis valere non potest, valeat saltem, vt materia,& genus, quod vt iam diximus, est pactum. Sic & artifex non potest efficere vt massa informis argenti sit scyphus, nisi illi formam scyphi tribuat, poterit tamen vti massa argenti, absque forma saltem, vt informi materia.

11 Sed † videamus modò,an quis renũtiare possit formę priuato eius fauore inductę, qua in re nonnulli voluerunt formæ priuata partium vtilitate inductæ renuntiari posse, pro qua opinione est glos. in clem. causam vers. deuolutæ de electio. vbi cum tradatur forma intimationis, vt patet ibi, per illa verba, ita demum, & ibi non aliter, tamen potest illi renuntiari, & est tex.in l. filio preterito ff.de iniust.testam. vbi filius potest remittere nullitatem præteritionis,quę est de forma est preterea tex. in c.tuis,& ibi Felin. de testi. vbi iuramentum, & si sit de forma in teste leg.iurisiurandi.C.de testib. tamen remitti potest.glo. in l.1.ff.de fer.& suo loco etiam dixi,& facit leg. non putauit.§.si quis sua manu.ff.de bon. pos. contratab. c. fin.§. is autem. & ibi Abb.in 2.not. de offic. delega.vbi forma data de procedendo personaliter potest à partibus omitti. Vbi etenim forma est inducta priuato cuiuspiam fauore tùm actus contra illam factus, ita demũ nullus est,si is velit d. clem.causam, & ibi not. Bart.l.1.ad fin.princ. ff.de tutel.Ias.l.scimus in prin. C. de inoffic.testam. Ruin.cons.89. col.fin. lib.5.& quamuis forma specificè,& exactè impleri debeat, neque satis sit æquipollens, tamen potest vberius impleri fauore eius,cuius gratia tradita fuit. Surd. cõs. 198.nu.3. Et hanc opinionem tenet Angel. cum quo transit Alex.in l.si quis posthumos. §.si filium .ff.de libe. & posth. Bart. Bald. & Paul.de Cast.In leg.filio præterito. per illum tex.ff.de iniusto testam.Bart.leg.1.§.si filius ff.de leg.2.vbi indistinctè tenet renunciari posse,per d.l.filio præterito. Abb. c.fin. per illum tex.in 2.not.de offic. delega.Dec.in l. hac consultissima.col.2.C. qui test. fac.poss. c.l.pacta quæ contra nu.11.C.de pact. in c. in nomine domini nu.16. de testam. in c. 2. de testi. in c.prudentiam nu.105. vers.& notandum de offic.delega.in c. olim nu.25. de except. in c.cum accessissent nu.23. de cõstitu. Aretin.in rub.ff.de liber.& posth. Felin. d.c. dilecta col.15.vers.Sed quicquid dicatur de rescript. vbi tenet renunciari posse duobus concurrentibus. Barbatia cons.12 colum.4. vers.&plus etiam l.1. Ruin.cons.46.in fi. lib. 5. Boer.q.1.nu. 48.Seraphim.de priuileg.iuram.priuileg.70.num.4.& priuil.130. num.7. & hæc opinio est communis, vt per Vasq. de success. creat. lib. 1. §.4.num.9. quanquam ipse contrarium tenet Bero.cons.171. circa dubium nu.20. lib.1.Gabriel.cons.149.num. 89.lib.2.Bursat. cons.74. nu.56. Bolognet.l. nemo potest nu.278. Decian.cons.2.nu.33. lib.5.Namq; vbi forma est inducta principaliter fauore priuato inest clausula nimirum nisi partes aliud velint.Cuman.cons.50.stanti statuto ver.ad primum.

Con-

Contrarium tamen voluerunt Bart. Bald. & Paul. de Castr. in l. si quando. §. fin. Cod. de inoffic. testam. vbi volunt ex defectu formæ testamentum non valere, tametsi filius consentiat idem tenet Imol. in l. si quis posthumos. §. si filium ff. de libe. & posth. Aretin. in l. si filius qui in potestate. ff. eo. est glos. in l. a dino pio. ff. de ritu nupt. in c. dispendia. ver. processus de rescript. libr. 6. Socin. cons. 14. num. 23. lib. 1. Sim. de Prę. de interpr. vltim. vol. inspect. 1. dub. 3. nu. 44. & hanc esse communem asserit. Crot. in leg. nemo potest. nu. 41. ff. de leg. 1. & hanc partem tenet Vasq. de succeff. creat. lib. 1. §. 4. num. 29. cum seq. vbi respondet d. l. filio præterito. Et hanc opinionem sequitur Trentacinq. varia resolut. lib. 1. tit. de legib. resol. 1. num. 13. quam declarat procedere quoties formæ prætermissio vitiat ipso iure dispositionem, quod est quando forma desideratur ad perfectionem dispositionis, secus est quando aliquid requiritur à lege ad incertitudinem vitandam, vt habetur in l. 1. ff. de libe. & posth.

Alij itaque ita distinguendum putauerũt, vt formæ substantiali, quæ exigitur ad essentiam rei, etiam introductæ fauore partium renuntiari minimè possit, quoniam ea res, ex absentia formæ, subsistere non potest, vt iam dixi. Aliud iuris est in forma non substantiali, fauore partium inducta, si quidem illa potest partium consensu tolli, ita distinguit Galiau. in l. 1. in prin. nu. 11. ver. vel melius puto ff. de verbot. oblig. & idem sentire videtur Petr. Stella in l. si duobus. §. si prius num. 28. ff. de bon. pos. contra tabul. Et hanc distinctionem ego magis probo, quin asseueranter affirmo formę substantiali minimè renuntiari posse; formæ autem non substantiali tùm demum renunciari posse, cum ea est inducta priuato partium fauore, per ea quę hactenus dicta fuerunt. Imò testamentũ ex prætiritione, solius filij causa vitiatur, vt animaduertit Alcia. paradox. libr. 3. c. 5. per tex. In auten. vt cum de appell. cogn. §. hæc autem disposuimus, vbi hęc verba adscribũtur, sola enim est nostræ serenitatis intentio á parentibus, & liberis iniuria pręteritionis & ex hæredationis auferre. Et rursus ibi paulò superius imperator dicit se ea statuisse, vt parentes, & liberos a testatorum iniuria liberaret. Ex quibus sanè solo liberorum fauore, nimirum, vt iniuria ab eis arceatur inductam fuisse dispositionem d. l. filio pręterito, non etiam, vt traderetur forma substantialis.

12 Sed † ex his oritur quoque dubium, an possit renuntiari formæ priuato fauore inductæ, vbi adest clausula annullatiua, & Felin. in cap. cum dilecta num. 7. ver. sed quicquid dicatur de rescript. tenuit ita demum valere renunciationem si forma introducitur fauore ipsarum partium tãtum, & ita voluit Dec. c. olim num. 14. de except. & in l. pacta, quę contra num. 11. Cod. de pact. Gomez. in repet. c. ipso iure num. 59. de rescript. contrarium tamen voluit Socin. cons. 24. nu. 23. lib. 1. per glo. sing. in c. 1. in c. dispendia, & in c. statutum de rescript. libr. 6. & est tex. in c. dilecto, ibi nisi fortè, & ibi Abb. colum. 4. de præbend. & in c. prudentiam num. 106. de offic. deleg. & ita tenet Ruin. in l. nemo pôt num. 8. ff. de l. 1. sed prior opinio magis mihi placet, vt renunciari possit, quoniam vbi actus annullatur fauore alicuius, illo volente actus valebit. Imó lex ita demum annullat actum, si velit is, cuius fauorem respicit annullatio glos. in l. & eleganter in prin. ff. de dolo, & in leg. iurisgentium. §. prętor ait. ff. de pact. Dec. d. l. pacta, quæ contra num. 11. vbi inquit clausulam decreti, vt accessoriam minimè mutare principalem naturam dispositionis.

Prędicta autem declara procedere in litteris iustitię, quia in litteris gratię, vt in odiosis non potest renunciare formę traditę in eis, etiam priuato fauore. Ruin. leg. nemo potest num. 8. ff. de leg. 1. in leg. si quis posthumos. §. si filium. ff. de lib. & posth.

Quando autem renunciari potest formę, si actus fiat ab eo, qui potest derogare formę tunc illi renunciatum videtur. Bald. in leg. 1. ff. de legib. Bolognet. l. fin. num. 48. ff. de iur. om. iud.

13 Planè † dignosci facilè poterit, quando forma data esse censeatur ex his, quę mox dicturi sumus. Et primò forma substantialis ea esse videtur, per quam res definitur, Bald. leg. cum quis colum. 3. C. de iur. & fac. ignor. Nam forma substantialis ea esse videtur, quę facit differre specie ab alijs, qui sunt sub eodem genere, veluti in homine forma substantialis est, vt sit rationalis, si quidem ex hac differentia, & forma differt a cæteris animantibus rationis expertibus. Sic in stipulatione verborum conceptio est forma, hoc differt á cæteris conuentionibus, & ideò cũ lex tradit aliquid quod respicit substantiam actus, cuiusuè omissio substantiam actus lędere, aut mutare potest, tunc id pro forma traditum censetur. Menoch. cons. 695. num. 8.

Dicitur pręterea quid de forma, quando lex, vel statutum expressim vocat, quod obseruari vult formam, tam in rubr. seu titulo, quàm in ipso text. Ruin. in rubr. ff. de verb. obl. nu. 6. Felin. cap. cum dilecta in decimo, & vlt. signo de rescript. Menoch. cons. 695. num. 7. vers. re tamen ipsa Bursat. cons. 158. num. 20. cons. 201. num. 83.

Forma quoq; dicitur quoties lex vlterius procedit ad actus annullationem doct. in l. 1. ff. de liber. & posthum. Ruin. in rubr. ff. de verb. oblig. num. 6. & est doctrina Bal. in d. l. 1. ff. de lib. & posthu. quæ communiter approbatur

probatur

probatur, vt per Dec. in c. olim n. 20. de exceptio. Galian. l. 1. num. 10. ff. de verb. obl. Vasq; de success. creat. lib. 1. §. 4. nu. 14. 15. §. 7. nu. 18. lib. eo. Alba cons. 612 nu. 57. Bursat. cons. 140. nu. 25. cons. 158. nu. 50. vbi hanc sententiam communem esse asserit cons. 201. nu. 84. Viuius decis. 335. in fi. osasc. decis. 165. nu. 12. vbi inquit idem procedere etiā stantibus his dictionibus, penitus nullatenus, nullo modo, & sim. quæ idem operantur quod clausula decreti.

Pro forma id tradi quoque videtur, quando lex vtitur his verbis, ita demum, vel aliter fieri non possit Bart. l. fin. C. de vend. reb. Cin. lib. 11. Ias. l. sed & si quis §. quæsitum nu 24. ff. si quis cautio. Felin. c. cum dilecta vel septimum signum de rescript. Viuius decis. 335. nu. 6. vel vtitur his verbis, nō aliter, nec alio modo Bursat. cons. 263. n. 24. cons. 297. nu. 4. cons. 307. nu. 59. Osasc. decis. 165. nu. 13. Ruin. in rub. ff. de ope. nou. nunc. nu. 7. vel etiam quando sunt hæc verba, ita tamen, dum tamen, Cephal. cons. 480. n. 31. cum seq. cons. 598. nu. 85. Viuius decis. 335. nu. 6. vel ad sint verba si tamen, vel casu quo Osasc. decis 165. nu. 12. ver. item in illis verbis. Item verbum omninò importat formā l. græcè §. illud & ibi glo. ff. de fideiuss & ibi not. Bart. Ruin. in rub. ff. de ope. nou. nunc. num. 7.

Item quando adijcitur conditio, tunc forma constitui dicitur Felin. d. c. cum dilecta signo secundo Menoch. cons. 695 n. 10. nam conditio importat formam Bald. in auth. matri & auiæ C. quam mul. tut. offic. Dec. cōs. 11. nu. 9. Vasq. de success. creat. lib. 1. §. 4. nu. 26. vt quando conditio adfertur per ablatiuos absolutos, vel per alia verba osasc. decis. 165. nu. 15. Vasq; de success. creat. lib. 1. § 7. nu. 28.

Sed & quando aliquid datum est per prius, vel posterius, id dicitur pro forma traditum. Felin. d. c. cum dilecta sexto Signo. Viuius decis. 335. nu. 6.

In dubio id dicitur quoque formam respicere cuius omissio offerre potest graue præiudicium. Bart. l. 2. §. prius ff. de vulg. & pup. Ruin. in rub. ff. de ope. nou. nunc. col. 3. ver. sed quid si dubitetur. Felin. d. c. cum dilecta num. 24. tertio signo. Euerard. in loco ab ordine nu. 10.

Forma quoque inducta censetur cum actui explicando tempus adijcitur auth. quæ supplicatio. ibi, sub hac forma C. de preci. imp. offer. Felin. d. c. cum dilecta n. 33. ver. octauū signu. n. Surd. cons. 124. nu. 4. 5. Beccius cōs. 63. nu. 44 lib. 1.

Inducitur præterea forma vbi aliquid a statuto exprimitur aliter, quām requiratur a iure communi, & aliquid noui inducit, sub quibusdam modis. Felin. d. c. cum dilecta. Signo nono Aretin. l. 1. ff. de libe. ei posth. Socin. cons. 92. col. 3. lib. 4. Roland. cons. 71. nu. 61. lib. 3. Surd. cons. 154. nu. 3. Cephal. cons. 421. nu. 39 osasc decis. 165. nu. 11.

Sed & pro forma id dicitur cùm aliquid interuenire debet ad ipsius actus perfectionem, atque eo tempore, quo ipse actus conficitur non etiam post ipsum actum vt not. in l. obligari §. tutor. ff. de auct. tut. doct. in l. si quis mala bona §. iussum ff. de acq. hær. Felin. d. c. cum dilectā num. 6. Signo quarto Vnde insinuatio, quæ potest ex interuallo interuenire non potest dici de forma, vt per eum ibi, Aretin. cons. 122. Alba cons. 615. nu. 36. Osasc decis. 165. nu. 8.

Forma item illa est, vbi aliquid exprimitur ab homine, quod inerat a iure nō de necessitate, sed ex honestate, aut de iustitia Felin. d. c. cum dilecta signo primo.

Et generaliter ea, quæ desiderantur ad consumationem, ea ad perfectionem dispositionis, & censentur esse de forma Vasq. de success. creat. lib 1. §. 9. nu. 10. ver. quæ in re.

Ad cognoscendum igitur, vt breuiter concludamus, num aliquo casu forma inducta esse censeatur, prius inspiciendum erit an quod requiritur contineatur in definitione dispositionis, & proinde an illius substantiam respiciat; deinde an interuenire debeat ad ipsius dispositionis perfectionem in tempore quo conficitur dispositio. Tertio verba ipsa sunt consideranda. Quarto inspiciendum erit an illius omissio graue sit allatura præiudicium, aut actus annullationem.

Atque hæc quidem de forma dixisse sufficiat, quoniam autem forma, & ordo videntur in hac materia capi vt synonima Felin. c. cum dilecta nu. 6. de rescript. videndum
24 iam consequenter † est de ordine. Nam interdum quid fieri oportet per prius, vel per posterius, & tunc ordo censetur pro forma traditus Felin. d. c. cum dilecta signo sexto. & ordo a lege traditus forma dicitur Bald. l. 2. C. quan. prouoc. non est nec. Quia forma nihil aliud est quam ordo in actibus hominum, Bald. in rub. ff. de re diu. Dec. l. hac consultissima nu. 10. C. qui testam. fac. poss. Nam quemadmodum formosissima mundi moles a chao solo ordine secernitur ita res omnes a confusione solo ordine distinguuntur, est autem ordo modus entium, vt per Bald. in proem. Digest. nu. 4. Qua ratione conuenit, vt inquit tex. in c. conuenit de consecra. dist. 5. ordinem æquabiliter ab omnibus custodiri.

25 Ordo † duplex est quemadmodum etiam suprà diximus de forma, nimirùm substantialē, & non substantialem. Aretin. c. exhibita nu. 19. de iudic. Vnde ordo iudicij substātialis est atque est de substantia ipsius iudicij l. prolatam, & ibi not. C. de sent. & interloc. clem. sæpè in fi. de ver. signi. Quod autem dixi-

diximus de forma, id quoque dici poterit de ordine nimirum vt illi renunciari non possit, si is fuerit substantialis, & substantiã actus respiciat l. ius publicum & ibi Bart. n. 2. ff. de pact. glo. c. de causis, Et ibi Felin. latè de offic. delega. Barr. auth. offeratur. nu. 5. C. de lit. contesta. Et ideò ordini iudiciorum etiam per taciturnitatem renunciari non potest Niconit. in repet. c. quoniam cõtra nu. 1032. de probatio. & dicam late de renunt. ordinis iud. Cæterùm vbi ordo non est substantialis, tunc inspiciendum erit an is sit priuato partium fauore inductus, an id
16 minus † Nem ordini priuato fauore inducto renunciari potest. Boich. in c. qualiter nu. 2. de accusatio. & ideò potest tolli ordo vt a captura incipi possit, Aretin. l. nemo potest num. 3. ver. sed posito ff. de leg. 1. sic quoque fideiussor potest renunciare beneficio excussionis, siquidem ille ordo respicit fauorem renunciantis. Aretin. d. l. nemo potest, nu. 3. ver. ergo videtur. Planè vbi ordo non est datus pro forma, tunc non est de eo curandum, quoniam omitti potest glo. in c. pen. in ver. iuris ordine de purgar. canon. in c. nihil. ver. compleantur 7. q. 1. Bald. in tit. quis præced. deb. an inuesti. an fed. in vsi. fend. nu. 3. Bart. in l. 2. §. prius ff. de vulg. & pup. Bald. l. præposteri. C. de testam. Bnerard. in loco ab ordine nu. 10. Verùm in dubio ab ordine scripturæ non est recedendum; quando aliàs de mente non apparet. l. quoties ff. de vsufr. l. si alij & ibi Bart. ff. de vsufr. lega. & in l. qui duos. ff. de leg. 1. Felin. d. c. cum dilecta num. 4. de rescript. latè Cephal. cons. 543. nu. 8. Mens autem disponentis quod voluerit omninò ordinem traditũ obseruari; colligitur quando alias illius omissione sequeretur absurdum, vel actus nullitas, vel repugnaret aliqua iuris dispositio, vel etiam communis loquendi vsus. Bart. l. non dubium col. 3. in fi. C. de legat. Cephal. cons. 543. nu. 13. Sed quod diximus in dubio ordinem esse obseruandum intellige id non procedere vbi de mente disponentis apparet, vel quando aliàs clarè patet quod dispositio nullam vim facit an ordo obseruetur, an id minus. Felin. d. c. cum dilecta nu. 5. ver. primo nisi & ver. quintò declara. sed & ad cognoscendum quando ordo traditus seruari debeat vt forma, recurrendum erit ad ea, quæ suprà de forma diximus, ne alibi adnotata iterum repetamus.

XXI. RENVNTIATIO, Naturalium, & Accidentalium.

SVMMA.

1. *Naturalia quæ.*
2. *Accidentalia simpliciter quæ dicantur.*
3. *Naturalia vt differant ab accidentalibus simpliciter.*
4. *Naturalia & accidentalia renunt. tolli.*
5. *Pactum contra naturalia contractus valet.*
6. *Pactum quod venditor non teneatur de euictione valet.*
7. *Naturalia duplicis generis esse.*
8. *Voluntas partium omnia regit tam in naturalibus quam in accidentalibus.*
9. *Pactum contra naturalia, vel accidentalia valet.*
10. *Naturalibus quando renuntiari possit.*

DICTVM est supra de substantia & forma; nunc rectè, atq; ordine sequitur, vt de ijs, quæ non sunt substantialia, dispiciamus. Omne igitur Ens aut est substantia, aut Accidens. Substanriam conficiunt materia, & forma, & proinde quælibet res ad eius substantiam exigit materiam & formam. Cætera præter substantiam sunt accidentia. Hæc autem sunt aut naturalia, aut præter, vel extra naturam. Nam accidentale in quopiam actu id dicitur quod adhæret actui iam perfecto. Bald. l. in vendentis col. fin. q. 4. in fi. C. de contr. empt. Et de naturalibus, & Accidentalibus nunc dicendum erit.
1 Naturalia † igitur sunt quædam accidẽtalia præter substantiam, quæ ex quadam assuetudine alteram efficiente naturam facta sunt naturalia. Vnde cùm diu obseruatũ fuisset passim in omnibus emptionibus, & venditionibus pacta interponi vt venditor teneretur de euictione, ex obseruantia huiusmodi, quasi natura, factum est vt id esset naturale in contractu emptionis, & venditionis, vt venditor teneretur de euictione l. ex empto, in prin. ff. de actio. emp. glo. in l. pacta conuenta ff. de contr. empt. Quare accidentalia ex diuturnitate naturalia efficiuntur. Bologne. in l. nemo potest n. 9. ff. de leg. 1. Et quoniam hæc accidentalia transierunt per consuetudinem in quandã naturam, tacite semper intelliguntur esse in actu, tametsi non exprimantur glo. in d. l. pacta conuenta. Et licet hæc omissa fuerint, tamen semper videntur acta esse inter ipsas partes, atq; perinde ac si expressa fuissent, seruari debent l. cum quid ff. si cer. pet. qui quidem tex. vt ibi inquit Bologne. in hoc est famosus, hæcq. est propria materia d. l. cum quid Vnde secundum eum, naturalia contractus tacitè semper acta esse videntur inter partes, ac pendent a placito partium possuntq. adesse, vel abesse præter subiecti corruptionem vt cætera accẽtia, dec. Bologne. d. l. cũ quid nu 7. & ideo dicuntur etiam accidentalia secundum quid quoniam quod dicitur de accidentalibus idem quoq. dicen. est de naturalibus glo. in l. pacta conuenta. ff. de

contr.

contr. empt. Naturalia igitur accidentalia
vt funt præter fubftantiam quoniam quic-
quid non eft fubftantia, protinus eft accidēs
& ideo poffunt adeffe, & abeffe præter fubie
cti corruptionem, vt accidentia, verùm dif-
ferunt à cœteris accidentalibus, quę funt
pręter naturam, quoniam naturalia, & fi non
dicantur pręftāda funt, accidenealia autem
ita demum præftantur fi dicta funt leg. in
vendendo. ff. de contr. empt. vnde fi confi-
derauerimus euictionem in contractu em-
ptionis, vti quid naturale, euictio femper in
eo contractu præftanda erit etiamfi de ea
pręftanda nihil dictum fuerit fi verò acci-
piamus euictionem, vti quid accidentale
tunc poteft fieri pactum in contrarium, vt
venditor non teneatur de euictione, quoniā
vt accidens poteft abeffe, & emptio, vel ven
ditio poteft fine ea fubfiftere dict. leg. in
vendendo funt autem hæc naturalia, vt in
contractu emptionis, & venditionis, quod
venditor de euictione teneatur, vt dixi, vel
quod venditor non teneatur ad dandū, vel
ad traden. leg. ex empto. ff. de action. empt.
leg. fi ita §. 1. leg. clauibus. ff. de contr. empt.
Item quod vēditor teneatur de morbo, fiue
vitio animalis venditi. Bart. in d. l. vbi ita
donatur in mutuò, vt reddatur æquè bonum
dict. leg: cum quid in contractu depofiti ex
eius natura venit dolus, & lata culpa fecundū
in locatione venit culpa leuis, in commoda-
to etiam leuifsima leg. fi vt certo. §. nunc
viden. ff. commoda in cōtractu emphiteufis
quod D. pofsit expellere emphiteotam ob
canonem non folutum, not. in leg. 2. Cod. de
iur. emphit. vbi Bart. Quę fint autem natu-
ralia iudiciorum, vt pulchrè narrant in fpec.
parte 2. nu. 1. iudicij tela nu. 29. ver. fic etiā
in iudicijs funt, & pleraq; alia fim quia no-
bis recenferi operæ pretium non eft.

2 Accidentalia † fimpliciter dicuntur, quę
pręter fubftantiam, & naturam actui adhæ-
rent, veluti fi in venditione adijciatur pa-
ctum de eundo Romam, & quamuis natura-
lia vt dixi fint quoq; accidētalia, tamē acci-
dentalia fimpliciter funt præter naturam, &
extra naturam l. iurisgentium. §. vt putà, ibi
extra naturam contractus conueniat, & hæc
dicuntur quoq; adminicula, vt in l. pact. con-
uenta. ff. de contr. empt. vel circūftantię, vt
per Ber. in rub. extra de appell. n. 12. Hæc ac-
cidētalia fimpliciter, vel pręter naturā, quia
non habuerunt certam regulam in actibus
ac variæ obferuata fuerunt, ideo non pofsūt
dici naturalia, quæ tacitè etiam intelligūtur
accidentalia non item Bolognet. dict. leg.
inquid num. 8.

3 Inter † naturalia igitur, & accidentalia
præter naturam illud intereft quod natura-
lia pręftari debēt in contractu etiam fi non
dicantur, accidentalia autem fimpliciter
ita demum præftantur fi dicta funt, vt in d. l.
in vendendo. ff. de contr. empt. cęterum in-
ter naturalia, & accidentalia nullum eft di-
fcrimen quoniam funt accidentia, & pofsūt
adeffe, & abeffe præter fubiecti corruptio-
4 nem, & proinde † renuntiatione, & pacto
tolli pofsunt, leg. in emptionibus l. pacifci
ff. de pact. leg contractus l. nec ex prætorio
ff. de reg. iur. leg. 1. §. fi conueniat ff. depofi.
in leg. pacta conuenta ff. de contr. emp. & ibi
glo. leg. fi mulier. ff. de pact. dot. leg. in reb. ff.
commoda leg. Lucius. ff. depofi. leg. in nouę.
ff. loca. leg. pignus leg. qui fortuitis Cod. de
pignor. action. leg. iurisgentium §. fcilicet
cum nulla. ff. de pact. leg. naturalis §. fcili-
cet fi facio. ff. de præfcript. verb. vbi dici-
tur quod poteft mādatum ex pacto naturam
fuam excedere, & hoc eft quod dicitur in d.
l. 1. §. fi conueniat, quod contractus ex con-
uentione formam accipiunt, vt per Fulgof.
in l. negotium Cod. de negot. geft. vbi not.
per illum text. pacto mutari poffe naturam
contractus, vel quafi contractus, & eft glof.
in d. leg. in emptionibus, vero feruari in fin.
quam fignandam, ac perpetuò menti te-
nendam inquit, ibi Curt. iun. ad hoc, quod
poteft fieri pactum contra naturalia. Bal. l. 1.
colum. fin. verf. 22. nunquid Cod. de vfufr.
Dec. l. 2. vlt. lect. nu. 17. ff. fi cer. pet. not. in l.
5 cumquid, & ibi Doct. ff. eo. Valetq; † pactū
contra naturalia contractus licet non valeat
contra fubftantialia Natta conf. 49. num. 20.
conf. 82. num. 8. cum feq. & conf. 123. num. 9.
Caftrenf, conf. 312. circa id. in princ. libr. 1.
Brun. conf. 68. num. 4. Curt. iun. conf. 56. nu.
2. Butigel. in repet. leg. omnia. num. 12. ff. fi
cert. pet. Crot. in leg. non folum. §. morte
nu. 123. ff. de ope. no. nunt. Corne. conf. 259.
num. 5. libr. 3. Idq; perpetuum eft in quonis
contractu, vt naturalia illius ex pacto tollan-
tur, vt inquit Crauet. conf. 294. colum. 1. verf.
Secundò. Neuizan. conf. 91. nu. 22. Maranta
in fpec. parte 4. verò iudicij tela. numero 44.
Nam poffunt ex pacto naturalia contractus
alterari leg. inter debitorem, & ibi Iaf. ff.
de pact. & 12. Felin. in cap. fi diligenti nu. 32.
verf. nono fallit de foro compet. dixerit nō
valere renuntiationem cōtra naturam actus
per leg. cum precatio. ff. de præcar. tamen
ibi accipitur natura pro fubftantia, vt dici-
tur ibid. per eum, nu. 33. ver. item hanc fal-
lētiam, vbi inquit haud dubiè renunt. poffe
beneficio contractus de naturalibus intel-
6 ligendo. Quamobrem † valet pactum, quod
venditor non teneatur de euictione leg. em
ptorem. §. qui autem ff. de actio. empt. fimi-
liter natura locationis, & depofiti eft vt do-
minium remaneat penes locatorem, vel de-
ponentem, tamen ex pacto aliud fcien. eft. l.
in naue faupheli. ff. loca. leg. Lucius ff. depofi.
Item quamuis in contractibus id naturale
fit, vt præftari minimè debeant cafus for-
tuiti, tamen ex pacto præftantur l. 1. C. com-
moda

moda, nam etsi negotiorum gestor. haud teneatur de casu fortuito, tamen ex pacto certè tenetur l. negotiorum. C. de negot. gest. & ibi Fulgos. not. & dicam postcá de renût. casuum suo loco, & de prestanda culpa habetur in leg. 1. ff. depositi. Qua ratione etiam renunt. potest in inuestitura iuri expellendi non soluen. quoniam etsi id naturale sit in emphiteosi, Bart. Bald. & Salicet. in leg. 2. vers. 6. quomodo C. de iure emphit. Felin. c. si diligenti num 33. vers. vnde in inuestitura de foro compet. Castrens. cons. 312. in princ. lib. 1. Abb. cons. 72. circa med. lib. 2. & de pacto, vt emphiteuta possit alienare habetur per Clar. in §. emphiteusis quæst. 13. vers. sed pone, & per Corbul. de cau. priuat. ob alien. ampliat. 2. sed & quamuis secûdum naturam emphiteusis non soluens canonem infra triennium, vel biennium cadat tamen valet pactum, quod cadat breuiori, vel longiori termino. Ias. leg. 2. in princ. & nu. 118. Cod. de iure emphit. In contractu prætereá feudali possunt apponi etiam pacta contra naturã, & naturalia feudorum. Roland. consil. 16. num. 8. libr. 3. vbi inquit hanc esse communem conclusionem, sed & naturalia iudicij renuntiatione, & pacto tolli possunt, vt latè per Maran. part. 2. verò iudicij tela nu. 42. vers. quintò, & quamuis in termino id naturale sit vt præcedés testamentum tollatur posteriore insti. quib. mod. testam. infirm. tamé huic naturę derogari potest per testatorem quoniam potest testator in primo testam. apponere clausulam derogatoriam per quam minimè tollatur per sequens leg. si quis in principio testamenti, & ibi Bart. ff. de leg. 3. l. si mihi, & tibi. §. in legatis. ff.
7 de leg. 1. Verùm † sciendum est naturalia esse duplicis generis. Nam quędam sunt naturalia simpliciter, & hæc si alterentur nô immutant contractum leg. pacta conuenta, & ibi glo. & doct. ff. de contr. empt. Alia verò sunt naturalia substantialia, quæ quidem si alterentur immutant contractum, Castrens. in leg. iurisgentium. §. quinimó colum. 2. ff. de pact.

Hæc autem quæ diximus de naturalibus multò magis procedunt in accidentalibus, quæ sunt præter naturam, hec enim nô sunt solita plerumq; fieri, sz. aliquando ex partium voluntate interueniunt, neq; tacitè intelliguntur si omissa fuerint, vt diximus de naturalibus glos. in leg. pacta conuenta. ff. de côtr. empt. not. in leg. cum quid. ff. si cer. pet. & horum exempla sunt infinita, vt infinita sunt quoq; pacta quę fiunt in contractibus, & quia accidentalia in contractibus adsunt ex partium volũtate expressa, ideo per easdem quoque partes tolli possunt leg. eius est nolle. ff. de reg. iur. leg. pacta conuenta. ff. de contr. empt. & ibi glos. Maranta in spec. par. 2. vero iudicij tela col. fin. vers. sextò.

8 Tam † igitur in naturalibus, quam in accidentalibus voluntas partium omnia regit, vt per Bolognet. leg. nemo potest num. 182. ff. de leg. 1. & licet dict. leg. nemo potest disponat neminem cernere posse quin leges in eius dispositionibus locum habeant, tamen dict. leg. proced in substantialibus tantum, non autem in naturalibus, & accidentalibus quia in his partes possunt liberè disponere. Bolognet. dict. leg. nemo potest num. 15.

9 Itaque † pacta regulariter valent contra naturalia, & accidentalia contractus, non ét contra substãtialia. Abb. cons. 72. circa med. & cons. 77. in princ. libr. 1. Corne. cons. 259. num. 5. libr. 3. Brun. cons. 68. num. 4. Curt. iun. cons. 56. num. 2. Natta cons. 82. num. 8. cons. 49. num. 20.

10 Sed † quod diximus naturalibus renuntiari posse intellige modo ea sint inducta fauore priuato, non etiam si inducta fuerint ex publica vtilitate, vt in dote restituenda leg. 2. ff. de pact. dotal. vel aliter restituendis, quàm lex disponat leg. de dic. ff. de pact. dot. Bologne. dict. leg. nemo potest, numer. 182. Qua propter naturalia iudicij constituta ob publicam vtilitatem, veluti est peremptio instantiæ per lapsum triennii non pot tolli per pactum leg properandum Cod. de iud. Maranta in specu. part. 2. vers. iudicij tela num. 42.

XXII. RENVNTIATIO SOLENNITATVM.

SVMMA.

1 *Ius gentium introduxit commercia, & contractus.*
2 *Ius ciuile induxit solennitates.*
3 *Solennitates non tribuunt substantiam dispositioni.*
4 *Solennitas quid.*
5 *Solennitas vnde dicatur.*
6 *Solennitates sunt de iure ciuili.*
7 *Solennitas differt à forma, & à substantia.*
8 *Legitima dispositio dicitur largè, strictè, & strictius.*
9 *Ciuile ius cur solennitates introduxerit.*
10 *Solennitas substantialis, seu intrinseca, & accidentalis, seu extrinseca.*
11 *Solennitates requisitas obseruandas esse.*
12 *Solennitatis requisitæ omissio.*
13 *Solennitas quomodo dici possit substantialis.*
14 *Solennitatum plura genera.*
15 *Solennitatem, & formam interdum promiscuè accipi.*
16 *Leuis solennitas remitti potest.*
17 *Leuis solennitas quæ.*
18 *Solennitati leui renuntiari potest.*
19 *Leuis solennitas quando omitti non possit.*

20 So-

20 *Solẽnitati suo fauori indulta quemlibet renũtiare posse.*
21 *Solennitati indulta fauore publico principaliter renunciari minime posse.*
22 *Solennitatibus iudiciorum renuntiari an possit;*
23 *Solennitati probatoria renuntiari an possit.*
24 *Solennitas qua non est de substantia triplex:*
25 *Substantialia actus considerari posse dupliciter.*
26 *Pactum ne nullitas ex solemnitatis defectũ allegari possit.*
27 *Iuramentum an suppleat defectu solennitatis.*
28 *Solennitas quando omitti possit.*
29 *Actus, qui omissa solẽnitate non valet de iure ciuili, an valeat saltem in foro conscientiæ.*
30 *Actus factus sine solennitate statuti, an valeat si contrahentes extra territorium statuentium accesserint.*
31 *Solennitatis, cui renunciari non potest effectus.*

VNC de solennitatibus videamus. Sed pro intelligentia scien. est, quòd ius gentium cũ animaduerteret in reb. humanis, quod alias aliorum opera, & rebus indigere, ac sine communicatione & cõmutatione nullam societatem ciuilem
1 durare perdiù posse introduxit † commercia, & contractus, leg. ex hoc iure. ff. de iustitia, & iure, nec non test. glo. in l. quoties in princ. ff. de hered. instit. & in cap. ius naturale distin. 1. doct. cõmuniter in rub. extra de testam. Couarr. var. resol. libr. 3. cap. 6. nu. 7. Crass. de success. lib. 1. §. 1. nu. 4. Vt autem plures species contractuum confici possent, sumpta est materia apta ad confectionem contractuum, quę est consensus. l. §. cõuentionis. ff. de pact. Huic materiæ plures accesserunt formę, quemadmodum, & plures species contractuum constitutę fuerunt, nam materia omnium contractuum est eadem, sed quisque contractus sua constat forma, quę distingnit vnum contractum ab altero, facit vt ex ea cognoscatur quia sic contractus. Vnde in contractu emptionis, & venditionis, atq; in contractu locationis, & conductionis, nam est eadem hoc est consensus, sed forma autem non item quoniam forma in emptione est pretium. §. pretium insti. de emp. & vend. in locatione autem est mercedis interuẽtus leg. 2. in princ. ff. loca. & conduc. ex materia, & forma simul iunctis conflatur substantia cõtractus, hoc est species contractus, ex consensu etenim, vt materia, & pretio, vt forma constituitur substãtia ipsius emptionis, & ipsa emptio. Hi igitur contractus apud omnes gentes peręquè obseruantur.

2 Contractibus † ex iuregentium sic introductis ius ciuile, & praxi, & obseruantia collegit nonnullos cõtractus præter materiam, & formam, alijs adminiculis egere quibus cautius contraheretur, & proinde excogitauit solemnitates certis casibus adhibendas, nam solennitas requiritur, vt ciuilis inducatur obligatio. Bal. dict. leg. ad exactionem in fi. & ita intelligitur l. obligationum substantia. ff. de actio. & oblig. in donatione, in qua quis donando grauem pati potest iacturam, ac Bald. leg. ad exactionem in fin. Cod. de dot. proin. sim. constituit, vt donatio notabilis quantitatis esset insinuanda necnon in testamentis plures ordinauit solennitates quoniã in his agitur de vniuersali successione. Ratione quoq; personarum contrahentium plures induxit solennitates veluti in contractibus pupillorum, in alienationibus rerum minorum, item in testamento cęci, & plura huiusmodi. Idq; rationem habet quadoquidem, vbi maius est periculũ ibi cautius est agen. si vbi igitur maius periculum est tam ratione contractus, quam ratione personarum, ibi ius ciuile solennitates excogitauit. Quandoquidem solennitas est quodda vestimẽtu rei, circa q̃ interuenit leg. 1. ff. de test. milita. Luc. de pen. in leg. 2. Cod. de fide instrum. lib. 10. & propriè dicuntur solennia cuiusque rei, quæ pręter eius naturam adiecta sunt extrinsecus. Quin, & statuta pro locorum varietate in contractibus alienationum, donationum, & sim. indu-
3 xerunt plures solennitates. Verùm † solennitates non tribuunt substantiam dispositioni, vt materia, & forma, imò actus carens solennitatibus subsistere potest, quoniam solemnitates non sunt substantia, sed actum, faciunt solemnem. Vnde emptio facta sine solemnitate statuti non desinit esse emptio scilicet est emptio non solennis, & proinde non patit ciuilem obligationem. Præter hæc sunt, & in contractibus sua accidentalia veluti varia pacta quæ contractus inseruntur; sed interdum aliqua accidentalia ex assuetudine, quæ facit alteram naturam, fiunt naturalia, cum cætera sint accidentalia pręter naturam, & hæc vt accidentalia possunt adesse, & abesse præter subiecti corruptionem cum sint in huius dispositione. Ex supp. autem facilè colligi potest, quid sit materia, forma, substantia, solennitas, naturalia, & accidentalia. Sed vt ad id, vnde paululum digresai sumus reuertamur, solennitas
4 est † qualitas extrinseca per quam actus fit solennis, veluti auctoritas tutoris in contractibus pupilli, vel consensus agnatorum in obligationibus mulierum ex statuti disponen. Bald. leg. etiam Cod. de execu. rei iud. Alciat. in rubr. ff. de verb. oblig. num. 28. & in leg. in princip. not. 1. ff. eo. cum forma sit quid intrinsecum, à quo actus sumit essentiã vt per Alciat. dict. loco.

Nam quicquid eius ciuile exigit in aliqua dispositione pręter substantialia requisita ex iure gentium id dicitur solennitas. Bal. leg. & in exempla quæst. vlt. Cod. de fideic.

folen-

solemnitas quippe actui perfecto extrinse-
cus accedit veluti tutoris auctoritas, & con-
sensus aguatorū. Alciat. l. mulieris. §. res ab-
esse. ff. de verb. sign. quandoquidem solem-
nitas est quoddā vestimētū rei, circa quā in-
teruenit. l. 1 ff. de test. milita. Luc. de pen. in
l. 2. C. de fide instr. lib. 10. Et propriè dicūtur
solemnia cuiusque rei, quæ præter eius na-
turam adiecta sunt extrinsecus solemnitas
igitur facit actum solemnem secundum di-
spositionem iuris. Bal. l. prolatam num. 10. C.
5 de sent. & interloc. om. iud. Dicitur † autem
solemnitas, quia solet adhiberi, vbi exigitur
vti solemne solitum dicitur. Cicer. ad Atticū
lib. 7. tantum igitur nostrum illud solemne
seruemus, & solēnitas alias dicitur, quę quo-
tannis celebrari solet. Gellius lib. 2. cap. 24.
inquit, per dierum varias solemnitates, &
solemnitas ab eo quod solet nomē accepit.
Cassane. in consuetud. Burg. rub. 1. §. 2. in
tex. ibi, iusques à ce. Luc. de pen. in l. 2. C. de
fide instr. lib. 10. dicitur ergo solemnitas
quasi solita l. si stipulata. §. si vxor, ibi solem-
ne. ff. de donat. inter vir. & vxor. vnde solem
nia munera appellantur ea quę præstari solēt
statis diebus, veluti munera, quę dātur festis
natalitijs. l. tutor secundum dignitatem. §.
in soluendis ff. de admin. tut. solemnitates,
6 igitur non † sunt de iuregentium, quoniam
non custodiuntur per æquè apud omnes gen
tes, sed sunt a iure ciuili inuentæ, & intro-
ductæ. Bal. de perusio in repet. l. in suis. n. 21.
ff. de lib. & posth. nam solemnitas testamen
torum est de iure positiuo. Alex. cons. 209. n.
6. lib. 2. & solemnitas testium. Corn. cons.
7 259. num. 8. lib. 4. Differt † a forma siue sub-
stantia solemnitas, quoniam forma dat sub-
stantiam, substantia autem est ipsa rei essen-
tia, & per quam res ipsa quod est, solemnitas
autem est modus seu qualitas quę adhibetur
circa rem &, vt ita dicam qualificat, hoc est
solemnizat actum, secūdo differunt quia ea,
quę sunt de substantia fuerunt introducta a
iuregentium, vt dixi, selemnitates autem a
iure ciuili, vt dixi, tertio defectu eorum, quę
sunt de substantia non oritur etiam natura-
lis obligatio secus est vbi deficit solemnitas,
quoniam tūc oritur naturalis obligatio. Bal.
l. ad exactionem in fi. C. de dot. prom. quo
circa pupillus sine tutoris auctoritate natu-
raliter obligatur. l. obligari. §. tutor ff. de
auct. tut. non solemnitas requiritur, vt ciui-
lis inducatur obligatio. Bal. d. l. ad exactionē
in fi. & ita intell. l. obligationum substantia
ff. de actio. & oblig. quarto substantialia te-
stamenti septem testibus probari debent,
cum solemnitas duobus testib. probari poss.
Bar. l. 2. C. de bon. pos. contra tab. quinto so-
lemnitates a lege ciuili, vt ab ea introductæ
auferri possunt, cùm tamen substantialia ne-
queant. Innoc. c. cum dilectus. de consue-
tud. Ac vt denique agnoscatur differentia
inter substantiam, substantialia, & solemnita
8 tes dic legitimam † dispositionem dici pos-
se largè, strictè, & strictius, largè contractus
legitimus dici potest, vbi interuenit secun-
dum ius naturale materia hoc est consensus
tantum, nulla tamen fuit seruata forma,
strictè dicitur vbi ex iuregētium contractus
fuit factus, in eo interueniente, tam materia
quam forma, ac nulla interueniente solemni
tate, strictius denique dicitur legitimus, vbi
interuenerunt substantialia, & prætereà so-
lemnitates requisitæ. ita pulchrè Innoc. a-
gnouit hanc differentiam, dum declarat quę
dicatur canonica electio. in c. qui sicut. col.
2. ver. canonica electio. de electio. Nam cer-
tum est aliud esse solemnitatem; & aliud for
mam contractus. vt not. doct. in l. 1. §. qui po
test. & §. si quis ita ff. de ver. obl. Bolognet.
in rub. ff. eo. num. 30.
9 Ratio autem cur ius ciuile introduxerit so
lemnitates, sunt mali, mores cuiusque po-
puli, ex quibus solent bonæ oriri leges, nam
lex ciuilis ad ea potius adaptari dicitur, quæ
frequenter, & facilè accidunt, l. nam ad ea ff.
de legib. & licet esse pro locorum morib. ap
ta. c. erit autem lex. dist. 1. neque absimilis
esse dicitur regulæ sestiæ, quę ad negotia in-
clinatur, vt inquit Arist. politic. lib. 3. Quo-
circa irridetur Plato ab Atheneo lib. 12. di-
pnosophiston c. 25. qui videatur leges fictitijs
hominibus scripsisse, ita ut posteà inquirere
oporteat gentem, quę illis vtatur, pro morū
igitur corruptorum varietate, & frequentia
leges ciuiles prouident, non secus quam me-
dici qui pro morborum varietate adhibere
pharmaca solent ad morbos expellendos cō
uenientia locorum quippè, & temporum di
uersitas cogit legislatores deflectere a iure-
gentium vnde iura ciuilia, & municipalia
ex particulari quadam loci, & personarum ra
tione constantur. l. ius ciuile. l. omnes populi
ff. de iustitia & iure. quamuis igitur contra-
ctus, & testamenta sint a iure gentium intro
ducta, vt perfecta cum suis substantialibus.
Vnde cum obseruaretur plures, & plurimum
abuti illis contractib. cum iniuria alterius,
ideò optima ratione excogitauerunt solem
nitates, vt illis occurreretur varijs contra-
ctuum abusib. Vnde Zasius in l. scien. nu. 5. ff.
de ver. oblig. dixit solemnitatem esse quan-
dam cautionum obseruationem ad firman-
dos actus ciuiles excogitata, qua efficiunt
cautiores in actis ciuilibus, vt sint firmiores
actus. Imò secundum eum sine solemnitate
nudum esset ius nostrum. Quamobrem ad
euitandas fraudes, & falsitates inducta fuit
in testamentis solemnitas subscriptionis te
stium, & testatoris. l. iubemus C. de testam. §.
sed cum paulatim. Insti. eo. Gabriel. cons. 3.
num. 5. lib. 1 & interdum maior testium nu-
merus exigitur ne quid falsitatis incurratur,
l. quæstionem. C. de fideicom.
10 Solemnitas † est duplex, substantialis, quę
& intrinseca dicitur, & Accidentalis quæ di-

citur extrinseca. Inttinseca comprehendit substantialia, quę in actu debent interuenire, & ita accipitur in l. scien. & ibi not. omnes ff. de ver. oblig. Accidentalis, & extrinseca ideo dicitur quia extra substantiam dispositionis requiritur veluti auctoritas tutoris in stipulatione pupilli, decretum iudicis in alienatione rerum minoris, & sim. extrinseca solemnitas rursus est secundum Bart. in dicta l. sciendum in 3. oppo. est ea quę ex natura verborum prolarorum comprehenditur, extrinseca verò est illa quam verborum prolatio non comprehendit. & Bar. omnes sequuntur, vt per Ias. ibi. extrinseca, vt placuit Menochio de præsumpt. lib. 2. præsump. 23. num 3. & lib. 3. præsumpt. 132. num. 3. est illa quę ut a simul cum ipso actu dum est in fieri, concurrit, vt interrogatio, & responsio in stipulatione extrinsecaverò est illaquę extra actum ipsum fit, & actus sine illa stare potest; licet posteà lex non approbet actum illum vtiminus solemnem. Sed in hac natura solemnitas intrinseca non dicitur propriè solemnitas sed est forma, & essentia rei, Altera verò dicitur propriè solemnitas, quę debet differre, vt dixi, a forma, & substantia.

11 Et † quoniam huiusmodi solemnitates a legislatoribus multis vigilijs excogitatæ, ac inuentæ fuerunt, vt dicitur l. si quando in princ. C. de inoffic. testam. ideò meritò obseruari debent, nam paria sunt actum non gerere, vel sine solemnitate gerere l. sui. C. arbit. rute. Sard. consil. 3. numer. 34. & qui nō adhibet solemnitatem, cùm possit, non censetur velle. l. quia ratio ff. de constit. instit. Bal. l cum quis col. 3. C. de iur. & fac. ignor. Imò vbi requiritur solemnitas, si ea omissa fuerit actus non valet. l. non modo. C. de emācipar. libe. arg. l. 1. & ibi glo. ff. de iniusto testam. nihil enim de solemnitatibus est omitten. aliàs actus viriatur l. diuus post prin. ff. de restit. in integ. vt not. Paul. de Cast. l. cum hi. §. si prætor. num. 5. ff. de transactio. Nisi obseruarentur solemnitates frustrà illæ introductæ fuissent, & solemnitates summis vigilijs excogitatæ contemprui, & ludibrio essent. l. litigatores. ff. de recip. arbit. l. vlt §. fin autem hæc. C. de iure delib. l. fin. §. fin. ver. non autem C. de bon. qui libe. sed & omissio solemnitatis ex sola consuetud. inductæ vitiat actum. Abb. in proem. decr. in ver. gregorius ij. n. 14. per glo. in §. si qua verò. ver. auctore anct. vt præpon. nomen imperar. Felin. in l. 1. de fide instrum.

12 Quinimò † solemnitatis requisitæ omissio inducit vehementem doli præsumptionem glo. in l. 1. C. de fide instr. lib. 10. ver. malafide facit, qui contra iur. de reg. iur. lib. 6. l. quemadmodum C. de agricol & censit lib. 11. Roma. cons. 54. num. 5. Paris. cons. 49. nu. 33. cōs. 100. num. 67. lib. 1. Boet. q. t. num. 54. Tiraq. l. si vnquam ver. reuertatur. num. 67. C. de reuoc. donat. & mala fides præsumitur glo. d. l. 1. cuius doctrinam not. inquit Bal. cum contra. C si vend. pigno. Bar. l. cum plures. §. quę bona. ff. de admin. tut. in l. 1. C. de præd. cur. lib. 10. Bal. l. quoties. C. de rei vendic. in fin. Roma. l. fin. col. pen. ff. de vsucapio. Ac vt intelligatur quando omissio solemnitatis vitiet actum ipso iure sciendum est interdum solemnitatem requiri aut: actū, interdum in actu, quandoque post actum, & denique aliquando omni specie. Bar. & alij in l. vniuersa C. de precib. imp. offer. in l. si itaquis. §. ea. lege ff. de verb. oblig. Cephal. cons. 47. n. 6. Quare, vt ad rem redeamus, lex vult solemnitatem quampiam interueoire tempore quo actus conficitur, tūc si actus fiat omissa solemnitate non valebit ipso iure. Bar. in d. l. vnioersa. Felin. c. quoniam frequenter col. 3. vt lite nō contesta. Tiraq. l. si vnquam ver. reuertatur. num. 69. C. de reuoc. donat. & de legib. connub. glos. 4. num. 4. & cōis. est regula, quod vbi lex vel statutū requirit quampiā solemnitatem interuenire tēpore actus tunc ea solemnitas in dubio censetur formalis. Aretin. cons. 69. num. 2. & hoc casu solemnitas dicitur formalis, & substantialis: & proinde omissa vitiat ipso iure. l. 1. C. de præd. decur. lib. 10. Bal. in rub. C. de rescin. vend. post med. & est indiuidua l. furiosum. C. qui testa. fac. poss. Bero. in rub. extra de accus. col. fin.

Si verò solemnitas interuenire dēt post actum perfectum, tunc solemnitas omissa nō vitiat actum ipso iure, sed actus non valet in effectu, nisi per legem aliter exprimatur. Bar. d. l. vniuersa non vitiat ipso iure sed a iudice annullatur, vel exceptionis ope. glo. Bar. & Bal. d. l. vniuersa. Bar. l. si itaquis §. ea lege. ff. de verb. oblig. in l. filio prętcrito, ad fin. ff. de iniusto testam. Bal. l. ambiguitatem. C. de testam. Aretin. cons. 97. ante fin. Dec. c. 2. nu. 13. de testi. Felin. c. rodulpus. post num. 24. de rescript. nam quando aliquid potest interuenire post actum numquam illud dici potest de forma, sed dicitur solemnitas quę robur tribuit actui iam perfecto, vt insinuatio in donatione, & sim. Felin. c. cum dilecta. n. 26. 27. de rescrip. Sequitur Cephal. cons. 171. num. 12. Et hæc nō dicitur substantialis, sed accidentalis. Paul. de Cast. l. 1. ff. de libe. & posth. Bero. in rub. extra de accusat. col. fin. Bal. in rub. C. de resc. vend. post med. veluti, vt registretur donatio, vt per Cephal. cons. 170. n. 19. 20. Imò omissio huiusmodi solemnitatis non reddit actū nullum ētsi lex dicat non valeat omissa solemnitate, qm̄ non intelligitur ipso iure sed ope exceptionis glo. & Bar. in d. l. vniuersa, & alios refert, & sequitur Felin. in c. qm̄ frequenter. col. 3. ver. tu verò attende. vt lite non contest. vbi decl. tamen non proced. quando lex expresse disponeret quod actus sit nullus ipso iure. Tiraq l. si vnquā ver. reuertatur. num. 69. C. de reuoc. dona. & de legib. connub. glo. 4. n. 4.

Et

Et quia diximus solemnitatum, alias esse substantiales, alias verò accidentales, cum supra etiam dixerimus solennitatem non connumerari inter substantialia actus, & a substātia, & substātialibus plurimum differre, ideò illud hoc loco nō est prætermitten. quod solennitas non tribuit substantiam actui, cum nō sit materia, neque forma ipsius actus, vt dixi,
13 tamen † considerando solennitates inter se aliæ sunt substantiales, aliæ accidentales, præterea dici potest, vt etiam dixi supra dispositionem considerari dupliciter primo, vt est introducta à iuregentium, & hoc modo solennitates non sunt substantialia disponis quę potest esse sine solennitatibus. Aut verò cōsideratur dispositio vt legitima de iure ciuili & tunc solemnitas potest esse de substantialibus, quoniam sine ea actus non valet de iure ciuili, licet secundum ius gentium valere posſit, ve supra declaraui.
14 † Non est quoq; omitten. quod solennitatum aliæ dicuntur probatoriæ quoniā inductę fuerunt probationis gratia vt occurreretur fraudib. l. quęstionem. C. de fideicom. aliæ respiciunt auctoritatem vt in auct. tutor. auct. hoc ius porrectum C. de Sacr. Eccl. Aliquando solennitates inducuntur per modū consumationis actus, veluti quod testam. fiat vnico contextu l. hęredes palam §. fin. ff. de testamen. sed cùm non posſit dari certa regula, cùm ob varias causas inducantur solemnitates ex effectu & causa propter quam inducitur facile intelligi poterit cuius gen. sit solemnitas Gabriel. conf. 3. nu. 5. lib. 1.
15 † Sciendum est etiam solemnitatem & formam promiscuè accipi, quod tamē velim intelligas non de ea forma quam iusgentium tradidit in contractib. veluti pretium in emptione sed de ea forma tradita a iure ciuili dispositionibus de iuregentium perfectis, & hæc dicitur etiam solemnitas, vt videre est ex Felino in cap. cum dilecta de rescript. vbi trad. signa per quæ dignosci poss. quid est de forma nam & ius ciuile certas tradit formas vt actus validus quòq; sit de iur. ciuili, licet alioquin valere posſit de iuregentium.

Solemnitatum deniq; alia est leuis & modica. Alia verò est non leuis, harum rursus, quędam sunt introductæ priuato fauore partium, Aliæ autem ob publicum commodum & ad publicam vtilitatem circa has igitur solēnitates tres constitui posſūt conclusiones, prima est quod solēnitati leui renunt. potest, eaq. potest omitti, Altera est quod solemnitati introductæ fauore suo quisq. renunt. pōt. Tertia est quod solēnitati publico fauore introductæ minimè renunt. potest.
16 Prima † conclusio est igitur leuem solemnitatē remitti, & omitti posse sed prius sciēdum est quid sit leuis solennitas, & illa dicitur cuius omisſio parum aut nihil releuat, vt inquit Bar. in l. 1. §. fin. per illum tex. ff. de vent. inspic. in l. cum hi. §. si prætor. ff. de transact. Ias. l. 3. §. purè. circa fin. ff. de libe & posth. vbi etiam dicit eam esse leuem solennitatem, quę non est magnæ importantiæ considerato effectu. Pau. de Cast. l. vniuersa. C. de precib. imp. offer. Ias. d. §. si prætor. Albert. Brun. tract de forma & solennita. artic. de poten & effectu formæ, & solemnita. col.
17 46. vers 2. prædicta regula. Et leuis solemnitas dicitur quę non habet admodum firmam rationem. Bald. l. hac consultisſima circa medium, & ibi Ias. l. qui testamen. fac. poss. vbi inquit quod ea dicitur leuis solennitas, quę non est munita aliqua ratione per id quod habetur in l. Gallus. §. primo. ff. de libe. & posthum. Sequitur Alexand. consilio 14. viso, & considerato themate. col. final. libro secundo. Ias. leg. si vnus. post princ. Cod. de testamen. ea quoque dicitur leuis solemnitas qua omissa parum nocere potest. leg. prima. §. final. ff. de vent. inspicien. & ibi Bart. & alij. Alexand. consilio 141. numero decimo. libro secundo, est quoque leuis solemnitas secundum Bart. in leg. prima. §. si plures. numer. 13 ff. de exercito. actio. ea quę non immutat facti substantiam, & ideo leuis solennitas non est magni ponderis. Paul. de Cast. in dict. leg. vniuersa post Bart. ibi, Niconit. sub. ff. de oper. nou. nunc. numero 110. non est enim magni ponderis inspecto effectu, & eius omisſio nihil aut parum nocet. Ias. leg. tertia, §. purè circa fin. ff. de libe. & posthum. leuis igitur dicitur solemnitas secundum veriorem, & receptiorem sententiam ea, quandò id quod omittitur, vel nullius aut modici est momenti, vt inquit Ias. post alios in leg. hac consultisſima colum. prima. C. qui testamen. fac. poss. refert ac sequitur Vasquez de successio. creatu. libro primo, §. 9. numero 10. & leuis solennitas a Bald. in proemio decretal. numer. 2 [illegible] dicitur abusiuè, & perfunctoriè solennitas, consideratur autem ad agnoscen. num sit leuis solemnitas ratio, secundum Bald. in d. leg. hac consultissima, quoniam secundum eum ibi, leue est quicquid non est ratione munitum. Et ideo solemnitas, quę requirit, vt duo notarij interueniant non potest dici leuis, quoniam fundata est in ratione, vt scilicet euitentur falsitates, & errores. Alexan. consilio 141. colum. final. libro secundo. omisſio, quid sequi potest ex illius omisſione an magnum vel modicum præiudicium, vt per Ias. dic. l. hac consultisſima, & in l. si vnus primo notab. C. de testam. [illegible] quod in consilio debeat fieri propositio per vnum. vt per Bar. in l obseruare. post med. C. de decurio. lib. 10. in l. vniuersa C. de precib. imp. offer. & ibi Pau. de Cast. vbi trad. exemplum de propositione fienda per priores antianorum, & ideo in doctorum natura temporis designatione libri datio est de forma, ac

osculum, chitotheca, & tegmen capitis est leuis solemnitas, cùm ea nihil ad doctrinam spectet. Bal. in proem. decretal. nu. 25. Alcia. paradox. lib. 1. c. 16. si tamen habuerit rõnē veluti causa falsitatis euitadæ, vel aliã tũc nõ dicitur leuis. Ias. l. si vnus 1. not. C. de testam.

18 Qua ratione † leui solennitati renunt. põt tamersi ea remoueatur nihilominus quę agũtur valida sunt l. 1. §. fin. ff. de vent. inspic. & ibi Bar. in l. cum hi. §. si prætor. ff. de transactio. in l. 1. §. si plures ff. de exercitor actio. glo. c. nostrates 30. q. 5. Bar. & alij. l. 2. §. prius ff. de vulg & pup. in l. si opus. ff. de nou. oper. nunc. in l. si quis ex argentarijs §. si initium. col 4 ff. de eden. in l. fin. in prin. vbi doct. not. Alex. C. de iur. delib. & ibi Pau. de Cast. nu. 6. Ias. cons. 26. n 2. lib. 1. Alex. l. iurisgentium §. qui fere. num. 8. ff. de pact. Ias. in l. si vnus in 1. not. C. de testam, vbi inquit ita cõmuniter tenere doct. tametsi aliqui doct. voluerint, 9 imò omissio leuis solennitatis vitiet præterquam in rustico; & si regionis mos aliter se habeat ita intelligẽdo tex. in d. l. 1. §. si. vt p eũ. glo. fin. & ibi Salic. in l. rẽ nõ nouã C. de iudic. l. fin. §. sin autem & ibi not. C. de iur. de libe not. in rub. ff. de noui oper. nunc. & ibi Alex. vbi communem dicit, & Nicoll. num. 109. Bal. l. hac consultissima num. 11. C. qui testam. fac. poss. in l. 1 . col. vlt. C. qui admitti. in d. l. vlt. §. 1. col. 11. C. de iure delib. & in rub. C. de success. edic. in l. fin. C. de sentent. ex breui. recit. Dec. c. de appellationibus, col, fin, ver. secundò cõclud. ext. de appellatio. Felin. c. ex parte post prin. ext. de constitu. Paris. cons. 19. num. 180. lib. 2. Socin. cons. 11. in fi. lib. 4. Tiraq. tract. de indic. in reb. exig. feren. col. 3. ver. secundo est tex. Bolog. l. nemo potest. num. 280. ff. de leg. 1. Nam quando solẽnitas est leuis & postea fiat actus habens fere eandem vim proinde ac si solennitas ipsa interueuisset, tunc illius omissio non vitiat, Bar. l. obseruare post med. C. de decurio. lib. 10. vbi inquit quod licet in consilio fienda sit propositio puta per vnum ex syndicis, tam si de ea non appareat, modò cõstet de voluntate consilij, valebit actus. & idẽ inquit in l. vniuersa. C. de precib. imp. offer. Sequitur Fel. in c. qm̃ frequẽt. col 4 ver. præd. limitantur ext. vt litẽ non contesta. vbi decl, non proced. vbi statutum disponit, quod aliter actus ipse non valeant, vt per eum. Non põt sanè vitiare actum huiusmodi omissio c qm̃ solennitas est leuis. l. leuia. vbi Bar. & alij ff. de accusatio. auct. nisi breuiores C. de sentent. et interlocut. Felin. d. c. cum dilecta. ampl. 10. Paris. cons. 20. num. 18. lib. 4. Galin. de verb. sign. lib. 10. c. 25. in prin. & communis intellectus tex. in d. l. 1. §. fin. ff. de vent. inspic. est quod ibi omissio non vitiet qm̃ leuis sit solemnitas, vt testatur Ias. l. cum hi. §. si prætor. num. 1. ff. de transact. refert Gutet. d. l. nemo potest. num. 116.

Sed quod leuis solemnitas omissa vitiet facit glos. in leg. ambiguitates Cod. de testam. l. testium. §. si quis signum. ff. de testam. §. sed cum aliquis institu. cod. verùm non est receden. á suprascripta regula, ve per Bolognet. dict. leg. nemo potest nu. 280. vers. tamen non est receden. vbi respondet ad dicta iura.

19 Declaratur † tamen supradicta conclusio, vt non proced. quando solemnitas, & si leuis data fuit pro forma, quoniam eũc eius omissio non vitiat actum doct. leg. 1. ff. de libe. & posthum. & ibi Bald. Felin. cap. quoniã frequenter colum. 4. vers. si tamen statutum extra, vt lite non contesta. Dec. cap. de appellationibus col. 2. vers. tertius cons. extra de appellat. nam secundum eum, vbi quod traditur pro forma dicitur potius considerari forma, quam ratio, & vbi agitur de forma attenditur etiam leuis solemnitas, licet parum sit effectus, vt per eum, nam vbi lex tradit aliquid pro forma in dubio ea interpretari dẽt, vt maximũ pondus habeat, Ias. & Aretin in l. 2. §. si prius. ff. de vulg. & pup. Socin. in rub. ff. de ope. no. nunc. numer. 23. Tiraq. de retr. lign. §. 8. gl. 2. num. 3. in tract. de iudic. in rebus exig. feren. col. 3. vers. hoc tamen intellige. Io. Anib. in repet. leg. nemo potest n. 321. ff. de leg. 1. A fin. in praxi §. 3. cap 36. num. 6. Osasc. decis. 172. num 17 modos autem agnoscendi, quando quid censeatur traditum esse, vt sit de forma, pulchrè docet Felin. in cap. cum dilecta extra de rescript. Quamobrem quando quid traditum fuit sub conditione tunc id non dicitur traditum pro leui solemnitate, quoniam conditio importat causam finalem. Felin. d. cap. cum dilecta col. 6. Paris. cons. 19. numer. 183. lib. 2. Bal. & Alex. l. 1. in fi. ff. de libe. & posth. Bal. auten. matri Cod. quando mul. tut. offic. Dec. c. de appellationibus col. 2. vers. secũdus casus extra de appellatio. Neque censeri dicitur leuis solemnitas, vbi lex, vel statutum proced. vltrá annullando ipsum actum factũ non obseruata solemnitate Paris. consil. 19. num. 187. lib. 2 Bal. cons. 333. nu. 2. quando. n. statutum annullat contractum ipso iur. si nõ fuerit obseruata quæpiam solemnitas tunc videtur apponere formam, & proinde non possunt partes illi renunt. glos. cap. dilecto de præbend. Bald. cap. 1. quod successo. tene. Barbatia cons. 6. col. pen. vers. & facit glos. libr 4. Vnde cùm lex vlterius proced. disponendo, vt actus etiam valeat tunc renunt. põt glos. clem. causam de electio. Bolognet. l. nemo potest num. 279. ff. de leg. 1. Quando igitur constat de mente, quod stat lex, vel statutum velit omnino solẽnitatem obseruari, ea quamuis leuis esse videatur non dicitur omitti, & ideo quando statutum speciatim disponit de quapiam solemnitate, ea quãuis leuis esse videatur non debet omitti arg.

leg. t.

leg. 1. §. dixerit aliquis. ff. nau. caup. & stabul. Bolognet. in rub. ff. de ope. nou. nunc. nu. 62. similiter quando constat de mẽte testatoris quod voluerit solemnitatem quandam, vel leuem omnino obseruari, tunc ea censetur esse de forma. Paris. cons. 19. num. 186. libr. 2. Omittitur igitur leuis solemnitas quando sumus in dubio, quoniam tũc existimari põt legem, vel statutum parum curare num ea solemnitas interueniat, an id minus. Dec. d. c. de appellationib. col. 2. vers. secus si aliquid At quando clarè constat de voluntate, quod lex vult, & max. curat, vt ea solemnitas obseruetur, tunc licet videatur esse leuis tamẽ non debet omitti, neq; perquirenda est alia ratio, cùm constat de voluntate, & hoc casu ẽt nimia subtilitas requirenda est l. fin. §. fin. C. de testam. neque debemus considerare num sit leuis solemnitas tradita, vel nõ leuis, quia sufficit voluntas pro ratione l. fin. C. de fideicom. ibi, vel nimia subtilitas requirenda est leg. prospexit. ff. qui & à quibus & ita responderi potest. ad gl in l. ambiguitates. C. de testam. ad leg. testium. §. si quis signum. ff. de testam. d. leg. fin. §. fin. Cod. de testam. cum sim. qui videntur cõtrarium adstruere.

90 Altera † est conclusio, quod solemnitati inductæ suo fauore quis potest renunt. leg. filio preterito. ff. de iniusto testamento not. in l. 1. ff. de libe. & posth. & ibi Paul. de Castr. c. de causis extra de offic. deleg. vbi not. glo. & doct. leg. 1. ff. de ferijs l. vlt. in fin. C. de tempore, & repar. appell. auct. generalis C. de ep. & de cleric. c. tuis, vbi plenè Abb. extra de testib. Paul. de Castr. l. inter cetera. ff. de libe. & posth. c. 1. de rest. spoliat. c. cum nobis de electio. c. ad apostolicæ de regula c. requisiuit de testam. c. gratum extra de offic. delega. gl. in d. c. de causis, & ibi Abb. & Dec. de offic. delega. Alex. l. si conuenerit col. 7. ff. de re iudic. glo. in clem. sepè de ver. sig. vbi oẽs in l. ius litigantium. ff. de arbir. doct. & max. Alex. & Ias. in d. l. 1. ff. de ferijs Ias. d. l. nemo potest, col. 4. vers. fundamentum ergo, & ibi Bolognet. nu. 278. Damas. reg. 22. Casiodor. tit. de appellatio. decis. 9. n. 8. Boer. q. 1. n. 48. Alciat. paradox. lib. 3. c. 5. Curt. iun. l. posth. nu. 49. C. de bon. poss. contra tabul. Decian. cons. 44. nu. 21. lib. 1. & ideo solemnitati instrumenti partes renunt. possunt cùm solùm eorum commodum respiciunt. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsump. 45. nu. 5.

Nam quando solemnitas quępiam est inducta fauore alicuius tunc potest is ommitmittere solemnitatem, modò tamen faciat contractum sibi vtilem, & commodum, aliàs solemnitas inducta in fauorem retorqueretur in odium, & damnum contra leg. quod fauore C. de legib. & est glo. in l. quicunque Cod. de bon. qui libe. quam Bald. ibi dicit esse perpetuò menti tenendum, quod pater alioquin prohibitis alienare bona aduentitia filij, potest alienare in vtilitatem ipsius filij potest sanè omitti solemnitas statuti quando is cuius fauorem respicit solemnitas facit contractum sibi vtilem. Ruin. cõs. 64. num. 7. lib. 1. & lex prohibens, quod fieri sine certa solemnitate intelligi debet nisi actus prohibitus fiat ad illius vtilitatem cui lex fauet. Gomezius. §. omnium num. 18. instit. de action. & latè habetur in addit. ad Marthesil. sing. 155. n. 9. & solemnitatib. cessantibus qui aliás requirebantur, res si benè geritur valet actus, qui aliàs nõ valeret si malè gereretur Felin. c. causam eli. de iudic. vbi decl. trib. mod. Craue. cons. 206. col. 1. ver. 1. ver. ideo videmus Ias. leg. is cui bonis col. 2. vers. 4. adde. ff. de ver. obl. Simoncell. tract. de decret. lib. 3. tit. 8. num. 124. vbi latè Menoch. cons. 733. num. 15. & not. Bald. in leg. neque Cod. de contr. & comitt. stipul. quod statutum prohibens contractum mulieris sine propinquorum præsentia intelligi dicitur de contractibus, qui possunt afferre damnum mulieri, non autem vtilitatem, & generaliter, vt inquit Imola in leg. cum lex circa fin. ff. de fideiuss. quando actus prohibetur fauore alicuius, & actus geratur ad vtilitatem eius, cuius fauore facta fuit prohibitio, ac interfit eius potius actum valere quam annullari, tũc non obstat defectus solemnitatis, vel alius. Socin. iun. cons. 58. nu. 11. lib. 2. & ideo mulier, quę non potest aliàs contrahere sine consensu mariti, poterit tamen sine ea solemnitate facere contractũ sibi vtilem, & commodum, vt latè concludit Tiraq. de legib. connub. glos. 8. quęst. 8. pro quib. optimè fac. text. in leg. cum hi. § eam transactionẽ. ff. de transact. vbi alimentarius qui non poterat transigere super alimentis sine solemnitate poterit nihilominus transigere meliorem eius conditionem faciendo etiam sine solemnitate, & ibi glos. & alij not. & inferunt ad alias quæstiones. Vnde. vbi solennitas requiritur fauore minorum ne scilicet decipiantur, aut lædantur, tunc cessantibus prædictis valet contractus non obstante solemnitatũ defectu. Decian. consil. 121. numer. 55. lib. 3. vbi latè per text. in dict. §. cum eam transactionem, & ibi glos. & hæc est communis sententia, vt per eum. nam cùm dicitur minorem non posse aliquẽ actum gerere sine curatoris auctoritate id intelligi debet de his, quę sunt minori nociua, non autem proficua. Cùm etenim iura, tam solicitè minoribus prospiciunt, hoc nõ faciunt alia ratione, quam vt ipsis minoribus opitulentur, qui si per se ipsos res suas rectè curauerint, tum sententia legum est impleta. Imò quando solemnitas respicit fauorem minoris tùm actus nullus ex defectu solemnitatis validatur superueniente consensu eius, cuius fauorem exigitur solẽnitas

Bar.leg.1.§.si filius.ff.de leg.3.Cephal.cōs. 316.num.81. & minor poteſt approbare cōtractum nullum ob ſolemnitatum defectum Menoch.conſ.655.nu.3. & licet contractus minoris factus fuerit minus ſulemniter tamen valet ob vtilitatem minoris, ſecundum receptam opinionem,vt per Menoch.dict. conſ.655.nume.9. Alienatio quoque rerum eccleſię facta in eccleſię vtilitatem valet ēt abſque ſolemnitate gloſ.in dict.leg. cum hi §.eam tranſactionem Decian. conſ.121. nu. 55.lib.3. ſtatutum prætereà diſponens contractus mulierum fieri non poſſe niſi fiant cum præſentia propinquorum non procedit,quādo mulier ſine illis contrahens rem commodè gerit; quoniam ratio ſtatuti eſt impleta, quę introduxit ſolemnitatem ne mulieres deciperentur.

Et quod dicitur quem poſſe renunt, ſolemnitati illius fauore inductæ pro ſe etiam ſi in diſpoſitione ſit clauſ. annullatiua ,quia annullatio reſpicit quoque fauorem renuntiantis.Dec.c.2.de reſtib.cap.cum acceſſiſſent num.9.de conſtit. per text.in dict.leg. filio præterito.& Ibi Bart.

21 Tertia † eſt concluſio, quod ſolemnitati ob bonum publicum principaliter introductæ renunt.minimè poteſt leg.teſtādi C. de teſtam. leg.nemo poteſt.ff.de leg.1.vbi Iaſ.in ſecunda lectu. nu,14.leg.ius publicum ff.de pact.leg.nō dubium Cod.de legib.1.1. Cod.de præd.decur.libro10.Bart.leg.teſtamenti factio num 6 ff.de teſtam.in leg.1.§. ſi filius.ff.de leg.tertio in leg. de his.ff.de tranſactio:in autent. offeratur C.de lit.conteſta.Alex.leg.ſi conuenerit column.7.ff.de re iud. Paul.de Caſtr.leg.inter cœtera.ff.de libe.& poſthum. not.in cap. de cauſis etiam de offic.delega.in clem. ſępè de verb. ſignu. in cap.1. de lib.oblat.in cap.fin.de reiudic. lib.ſexto Alex.conſ.99.nu.4.libr.4. Roman. conſ.402.nu.2.in fin.Paul de Caſt leg.quicquid num.3.ff.de verb oblig.in leg.1. ff.de liber.& poſth.Alberic.leg.ſi quis in conſcribendo num.21. Cod.de epiſc.& Cleric.Bald, conſ.238.in princ.lib.4. Franch.deciſ.429. conueniebatur.

Quamobrem poſſunt partes ordinem cauſæ ad cauſam omittere le 1.Cod.de appell. quoniam is ordo reſpicit fauorem partium, non etiam cauſam ad ſe ipſam leg.prolatam C. de ſentent. quia is reſpicit fauorem publicum.d.cap.de cauſis,& ibi Bero.num.36. de offic.delega.

22 Solemnitatibus † prętereà ſubſtantialibus iudiciorum renunt.nō poſsūt partes ,vt valeat iudicium,ac valeat,vt ſententia.Bar. leg.quoties ver.vltim.not.Cod.de priuileg. ſcolar.lib.12 in leg.ſocietatem.§.arbitratur colum.3.in fin.ff.pro ſocio in auct. offeratur partes renūt.non poſſunt Men.de præſūpt. lib.2.præſumpt.42.n.5.& 15.alz.& ſtatuto de ſolennitatibus obſeruandis in contractibus mulierū renunt.non pōt Felin.c. ſi diligenti in fin.Cod.de lit.conteſta.Bero.dict.cap.de cauſis num.44.& in rubr.extra de iudic. nu. 29.& 36.& latè de hoc dicam in part. 2.de ordine iudiciorum.

23 Solemnitati † quoq; probatoriæ renunt. non poteſt,quoniam illa eſt inducta ob publicam vtilitatem.Bald.leg.fin. not.1. Cod. ſi cert.pet.& ſolemnitati, quæ reſpicit negotium principale,veluti eſt decretum in alienatione bonorum minoris, vel eccleſiæ num.8. verſ. ſecundum corollarium de foro compet.Cotta memorial.vero ſtatuto Italiæ verſ.quibus ſtatutis Lamberteng. de cōtractibus eorum ad fin. princ. numer. 1. 2. Nec non ſolemnitas publicationis donationum,vt requirit Conſt. Mediolani titulo de donation. non poteſt partium conſenſu remitti,vt per Pet.Rebuff. tract.de pręconijs in præfatione num.18. & ſequitur Flor.concius,& affinis meus in commentarijs quos eleganter ſimul,& ſcitè edidit ad leg. ſi qn num.866.Cod.vnde vi. Ius 4.item ſolemne circa actionum modum mutari non poteſt priuatorum pactis videlicet,vt vna actio detur pro alia,aut aliter competat , quam ſic à iure definitum poſſunt tamen partes cum inchoatur actio conuenire, quo caſu actio cōpetit ſecundum partium conuentionem ſed tunc non infirmatur actionum modus, ſed contractus à pactionibus regulatur,ex quibus poſteà actiones dantur pro natura, & qualitate contractus leg. nec ex prætorio, & ibi Cagnol.in fin.ff.de reg.iur.

Supraſcriptę autem concluſionis ratio illa eſt,quoniam omnis ſolemnitas eſt iuris publici , & omne ius diſponens circa formam, & ſolemnitatem dicitur ius publicum, cui pacto derogari non poteſt leg. teſtam.l. ius publicum.ff.de pact.leg. teſtandi. Cod. de teſtam leg.quidam decedens. ff. de admin. tut.leg.nemo poteſt.ff.de leg.1.l. prolatam Cod.de ſenten.& interloc.hanc rationem adfert Imola in leg.quicquid adſtringēdæ ff.de verb.obl. Alex.& alij in leg.teſtamentū Cod.de teſtam.Ripa leg.nemo poteſt nu.2. & ibi Io.Aunibal nu.2.& nu.286. ff. de leg.1. Felin.cap cum dilecta colum.9.de reſcript. in cap.ſi diligenti colum.2.de foro compet. Pariſ.de Puteo de reaſſumpt.inſtr.rub.4.n.4 Bald.d.leg.ius public. ſecunda lect.num.1. & ſolemnitas probatoria eſt inducta ob publicam vtilitatem.Bar.leg. ſi quis pro eo. qu.7. ff.de fideiuſſ.Bald.leg.ſuper num.2. Cod. ſi cert.pet.Corne.conſ.32.col,1.verſ.quoniam huiuſmodi libr.3.Vnde ſolemnitati leg.fin. Cod.de vend.reb.ciu.lib.10.renuntiari non poteſt ciuitas,vel vniuerſitas.Bart.in d.leg. fin.per tex.ibi non aliter,vbi Luc.de Pen.& alij.Roland.conſ.90.n.40.lib.1.Capic deciſ. 93.num.2.Aſiu.de execut §.5.cap.13. nu.2.

Loſæ.

Lose. de iure vniuersita. p. 3. cap. 5. num. 14. Surd. consi. 28. in fin. Cuius ratio est quoniam text. ibi non aliter, prohibere videtur, & legi prohibenti renunciari non potest. glos. in leg. 1. Cod. ne fideiuss. dor. den. Praeterea legi tradenti solemnitatem renunciari non potest. leg. nemo potest. ff. de leg. 1. Bart. d. l. fin. Losae. dict. cap. 5. nume. 15. vbi inquit id maximè procedere per verba text. ibi, non aliter nisi, quae videntur inducere formam, cui renunciari non potest. & tradit Roland. dict. consi. 90. num. 40.

Declaratur tamen, vt possit Ciuitas, vel Vniuersitas habens potestatem condendi legem, vel statutum statuere formam obseruandam circa alienationem, quoniam tunc illa forma obseruaretur, hac omissa. Bartol. dict. leg. fin. circa fin. & singul. 11. in man daro, vbi hanc cautelam tradit sequitur Losę. dict. cap. 5. nu. 18. Tennin. cautc. 234. numer. 4.

His accedit, quod solemnitas est introducta, & inuenta, vt tollantur fraudes, leg. iubemus leg. hac consultissima Cod. de testam. leg. fin. Cod. de fideicom. ibi, lex etenim, & iura quibus fraudibus obuiam itur sunt sanè publici iuris, glos. c. de causis de offic. delega. & hanc rationem ponit Ripa leg. nemo pôt num. 2. ff. de leg. 1. ea etenim quę statuuntur, vt fraudibus occurratur non possunt remitti, tex. est in l. comparationes ibi, non aliter litterarum comparationem vllo modo concedimus. C. de fide instrum. & videtur sublata facultas renuntiandi, ex glos. in clem. 2 de renunt. nec est mirum, quoniam sunt inductae, vt cessent fraudes. Corn. consi. 69. nu. 34. consi. 137. num. 6. libr. 2. consi. 277. num. 7. libr. 4.

Et haec maximè procedunt cum solemnitas est substantialis, quando ea omissa actus circa substantiam mutatur, Bart. leg cum hi. §. si Praetor. ff. de trãsaction. Quod autem solemnitas sit substantialis inspicitur an solemnitas requiratur ante actum, vel in ipso actu quoniam tunc substantialis dicitur, secus si post actum, ita decl. Bart. & Bald. in leg. vniuersa column. 1. vers. sed contra oppo. glos. C. de precib. imp. offer, Osasc. Pedem. decis. 165. num. 9. 10. Bald. in rubr. C. de resc. vend. Felin. c. quoniam frequenter colum. 3. vers. tu verò, extra, vt lite non contesta. Nam quando defectus solemnitatis facit, vt actus sit nullus, tunc signum est quod solemnitas est substantialis. Bald. in aut. sed nouo iure Cod. si cert. pet. & in leg. contractus Cod. de fide instrum. Ruin. in leg. nemo potest num. 17. ff. de leg. 1. & solemnitates, quę in instrumentis interuenire debent dicuntur substantialia instrumentorum. Menoch. de pręsumpt. lib. 2. pręsumpt. 82. in princ. quinimo omnis solemnitas est substantialis, nisi sit accidentalis, quae est quadruplex. Constan. Roger. de potest. 3. 4. princ. num. 58. Bald. Peru sin. de statu. vers. solemnitas nu. 3. & ideo quaeritur an solemnitas testiũ in testamentis sit probatoria, vel de substantia testamenti, vt per doct. in dicta leg. nemo potest, & ibi Ias. in secunda lectu. num. 21. & Ruin. numer. 16.

24 Solẽnitas † aũt, quae non est de substantia est simplex nempè accidentalis, quę per accidens inducta fuit de consuetudine, c. cum desideres, & ibi glos. & Abb. de sent. excom. Butr. cap. super litteris de rescript. in c. fin. vbi Abb. de condit. apposit. per cap. diaconi 28. dist. secundo idem dicit glos. in d. cap. cum desideres in quacunq; solemnitate inducta ad causam, tertio accidentalis quoq; dicitur leuis solemnitas, & ommissio crucis in inuẽtario scilicet pro declaratione scien.

25 est † substãtialia dispositionis, sue contractus considerari posse dupliciter, & primo sunt substantialia contractus secundum ius gentium, quibus deficientibus naturalis etiã obligatio non oritur, & haec non dicuntur solemnitates propriè. Deinde est solẽnitas a iur. ciuili introducta, qua non adhibita oritur naturalis obligatio, & haec solemnitas propriè non dicitur de substantia contractus sed potest dici substantialis, quia omninò requiritur ad ciuilem obligationẽ inducendam, ac ea omissus actus de iure ciuili non valet. Quocirca solemnitas dicitur non substantialis inspecto contractu de iure gentium, qui dicitur perfectus, & absolutus etiam sine solemnitate, dicitur postea substantialis inspecto iur. ciuili, quod induxit solemnitatem, vt actus valeat de iure ciuili, & ea omissa ius ciuile non approbat actũ & ita intelligenda est haec materia ex doctrina Bald. in leg. penult. C. de dot. promiss. vbi inquit, ita intelligẽdam esse tex. in leg. obligationum substãtia. ff. de actio. & oblig. Quinimò per generalem renuntiationem solemnitatum multo minus censetur renũriatum solemnitatibus iurisgentium glos. in leg. 1. ff. de testam. milit. & ibi Bar. & alij, & alios citat Mascard. de probatio. concl. 1263. num. 17.

Ampliatur praeterea dicta conclusio, vt max. procedat cũ solemnitas nulla ratione omitti potest leg. comparationes Cod. de fide instr. Bar. leg. nemo potest colum. 1. ver. praetereà omnia. ff. de leg. 1.

Ampliatur quoque non proced. in solemnitate alteri praeiudiciali, quę ommitti non potest. Bald. leg. si quando. & ibi Ias. Cod. de inoffic. testam.

Et haec vsq; adeò procedunt, vt solemnitas omitti non poss. etiamsi videatur cessare ratio cur fuerit introducta glos. in cap. de causis extra de offic. delega. & ibi doct. & max. Bero. & in cap. quae in ecclesiarum nu. 37. de constit.

Sed haec quae diximus solemnitati renunt.

aunt minimè posse, procedunt vt actus valeat non obseruata solemnitate, verum potest fieri ex pacto adiecta etiam pœna ne † nullitas ex defectu solemnitatis possit allegari, Bar. leg. vbi pactum Cod. de transact. & ibi Curt. Sen. num. 40 & Curt. iun. num. 82. Angel. tale pact. §. prouocauit, & ibi Curt. iun. col. pen. ff. de pact. vt concludit Angel. conf. 187. quin sequitur Ruin. conf. 14. col. 2. verf. nec obst. lib. 2. Ias. leg. nemo potest 2. lectu. num. 61. ff. de leg. 1. Seraph. de priuil. iuram. priuileg. 229. circa fin. vbi inquit id esse valdè notan. quoniam quis potest se obligare ad seruan. actum contra publicam formam celebratum. Grat. conf. 16. num. 25. lib. 1. Nam licet actus non seruata solemnitate non valeat tamen promittens nō contrauenire, neque de nullitate dicere tenetur obseruare actum Seraphin. in tract. priuil. 73. num. 11. verf. septimò, & id max. proced. secūdū eos, quando promissio est iuramēto firmata, verùm secundum Curt. in repet. d. l. vbi pactum numer. 40. si nullitas apparuerit manifestè ex productis ex actis, poterit iudex parte etiam non opponente, & non obstante pacto cum pœna, & iuramento repellere agentem nulliter, vt per eum ibi qui asseuerat hanc esse veritatem, sicut Dens est, vt ipse inquit, & idem Curt. iun. in d. §. qui prouocauit intelligit prædicta proced. in nullitate velata, secus si nullitas sit patēs quoniam tunc iudex ipse poterit ex officio agentem repellere, vt per eum ibi in fi.

27 Decl. † præterea, quod licet solemnitas remitti non poss. tamen si ommissa fuit pôt suppleri defectus iuramenti, vt tenuerunt plures doct. quos copiosè more suo, citat Tiraq. de legib. connub. glos. 4. num. 28. verf. non desunt tamen, & quamuis plures contrarium tenuerint, vt refert Tiraq. d. glos. 4. num. 26. tamen communis opinio Canonistarum est, vt iuramentum suppleat defectum solemnitatis. Imola in cap. cum contingat de iureiur. vbi inquit, quod opinio glos. in cap. 2. de pact. in 6. est communis aqua non est receden. in consulendo, & iudicando, & prædicta procedūt, quando renūt. est solemnitati cum iuramento sed maius dubium est cùm simpliciter super contractu iuramentum fuit interpositum, an per illud suppleatur defectus solemnitatis, & quod iuramentum suppleat defectum solemnitatis, & quod iuramentum suppleat defectum solemnitatum tenet Seraphin. de priu. iùram. priu. 129. & ratio est secundum eum, quia solemnitates sunt iuris positiui, cui facilè derogari potest, & ita tenet Brun. conf. 127. num. 61. vbi vult iuramentum supplere defectum detreti, Mancin. de iuram. part. 4 effectu. 2. & ideo stante statuto, quod mulier obligari non poss. sine agnatorum consensu certè accedente iuramento obligari poterit mulier etiam si dicta solemnitas non interuenerit. Bart. leg. si quis pro eo. ff. de fideiuss. quam Bart. opinionem magis communem, & proinde veriorem eam inquit Alciat. cap. cum contingat num. 224. cum seq. de iureiur. similiter contractus minoris, aut mulieris ommissa solemnitate factus valet cum iuramento. Felin. cap. 2. de maio. & obed. num. 6. verf. in quantum, nam si non valeret contractus iuratus minoris, vel mulieris sequeretur, quod prohibitio iuramēti spectaret ad laicos, & ita tenet Abb. dict. cap. cum contingat colum. 11. Salicet. & Pau. de Castr. in leg. fin. Cod. si contra ius vel vtil. publ. Paul. de Cast. auct. sacramenta puberum colum. pen. Cod. si aduer. vend. & hanc sententiam tenet Lamberteng. de contractibus eorum ad finem nu. 9. cum seq. vbi plura adducit in sanè sententiam scilicet an insinuationis defectus suppleatur iuramēto dicam infra renunciat. 90 & an iuramentum suppleat solemnitatum defectum dixi lib. 1. cap. 12.

Quod autem diximus iuramento suppleri solemnitatis defectum, id sanè non proced. in solemnitate probatoria. Bar. leg. si quis pro eo. verf. septimò prohib. ff. de fideiuss. Boer. quæst. 37. num. 5. Alba conf. 271. nu. 25. Seraph. d. priuil. iuram. 129. num. 5. vbi verf. quid igitur dicen. distinguit non proced. præterea quando actus, absq; solemnitate esset prohibitus fauore tertij, Seraphin. dicto loco num. 3. neq; proced. in solemnitate formali, vt per eum, ibid. nu. 4. vbi etiam decl. non proced. quando actus esset ipso iure nullus, vel quando esset nullus ratione rei, vel materiæ, vt per eum.

Non est præterea omitten. circa solemnitatem probatoriam, quod trad. Alciat. in c. cum contingat de iureiur. numer. 147. quod quando conuenissent partes, quod contractus probari posit etiam sine solemnirate statuti, & ita iurassent, valet conuētio per leg. Theopompus. ff. de dote prelega.

28 Intellige † quoque supradictam conclusionem proced. in solemnitate obseruari solita secus autem si non fuerit in obseruantia, quoniam tunc iudex non obseruando dictam solēnitatem non dicitur delinquere nec actus ex illius omisione redditur nullus. Bald. in leg. rem non nouam per illū tex. Cod. de iudic. refert, & sequitur Roman. in leg. pen. num. 7. Cod. de pact.

Poterit etiam remitti solemnitas publico fauore inducta ratione alterius publici fauoris glos. sing. in leg. non intelligitur. §. diuus. ff. de iure Fisci. Bero. in cap. de causis. num. 40. extra de offic. delega.

Omitti, & poterit solemnitas, vbi procedendum est de æquitate l. diuus. ff. de iniur. restitu. quem tex. ad id adnotat Dec. in l. in omnibus. ff. de reg. iur. Io. Annibal in repet. leg.

l. nemo potest. num. 325. ff. de leg. 1. nam propter æquitatem receditur a solennitatibus juris. Dec. d. l. in omnibus num. 6. quod est nō tan. vbi res agitur inter mercatores, vt per Io. Annib. d. l. nemo potest.

Coram arbitro præterea omitti possunt solennitates iudiciorum Bal. c. de causis numer. 13. de offic. deleg. Corne. cons. 140. lib. 4. sed ille non erit iudex neque erit sententia, Felin. d. cap. de causis numer. 6. ver. prima conclusio sit.

Sed & vbi agitur de modica re, & minima possunt omitti solennitates, cap. terrulas. 12. q. 2. Redoan. de reb. eccle. non alien. rub. 33. casu primo num. 15. casu 7. num. 11. & quæst. 3. princ. num. 14. Quocirca optimam ratione statutum Nouariæ lib. 2. sub rub. de alienationibus ff. non faciendis disposuit quod solennitas ibi tradita non haber locum vbi agatur de summa minore decem librarum, quoniam vbi agitur de modica summa solennitates omitti possunt.

29 Est tamen notan. quod licet contractus factus omissa solennitate non valeat de iure ciuili, tamen in foro, quod conscientiæ, dicimus, seruari debet, dummodo cesset causa propter quam ea solennitas introducta fuit, Ias. in auth. præterea. col. 9. ver. item aduerte. C. vnde vir. & vx. vbi loquitur in statuto prohibente mulierem alienare absque certa solennitate. Idem trad. in l. & si muliliter col. 2. ver. ad idem. C. de fideicom. in l. si non sortem in prin. in 4. not. ff. de cond. indebi. Decian. cons. 121. num. 57. lib. 3. & cùm lex mandat obseruari aliquam solennitatem, illa pōt omitti, & actus valet in foro conscientiæ. Innoc. in c. sicut dignum. col. fin. de homicid. vbi Abb. multum extollit. Sequitur Ant. Burgos in repet. c. canonum statuta num. 215. de constitu. & quamuis contractus sine solennitate factus non videatur tutus in foro conscientię, vt per glo. in c. quæ in ecclesiarum. extra de constit. qui dicit quod statuta sunt seruanda in foro conscientiæ. Ias. l. si post diuisionem col. 2. C. de iur. & fac. ignor. tamen valet contractus etiam sine solennitate in foro conscientiæ. Cassane. in consuetud. Burg. rub. 4. §. 2. in tex. ibi, ne peut faire. num. 5. nā licet contractus non valeat de iure ciuili, valebit tamen de iuregētiū vel naturali, & ideò cùm dicitur quid fieri posse solennitate iuris non obstāte intelligitur, vt quod fiat validum de pristino iure naturali. Roman. in l. 1. ff. de milita. testam. Imò in foro conscientiæ licitè retinentur res quęsitæ per contractum vel per vltimam voluntatem in qua non fuerunt adhibitę solennitates iuris ciuilis. Abb. c. 1. in fin. de testitu. in integr. Est præterea notandum quod compromissum factum cum clausula qđ censeatur, & sit remissa omnis solennitas, non operatur circa solennitatem iuris naturalis. Bald. l. filiusfam. in prin. ff. de donatio. & in l. militibus ff. de testa milit. Et ideo non est credendum assertioni arbitri. Aretin. cons. 68. col. 3. ver. similiter.

30 Sed illud in dubium venit num † valeat cōtractus factus sine solennitate statuti si contrahentes extra territorium statuentium accesserint ad contrahendum, vt ea ratione euitent solennitatem statuti, & quod non valeat contractus vt factus in fraudem statuti, tenet Caccialup. in repet. l. cunctos populos. num. 98. ver. quando verò ille qui contrahit. C. de sum. trin. tenet Aretin. cons. 54. in causa magistri. col. 3. ver. ex quo concludendum est, & cons. 73. num. 8. ver. faten. est igitur per ea quod scrib. Salicer. in l. cunctos populos. col. 4. ver. est enim factum C. de summ. trin. Ruin. cons. 160. num. 4. lib. 4. Cephal. cons. 170. num. 29. lib. 2. Craue. cons. 323. in fin. & cons. 325. col. 4. Quę sententia mihi non probatur, & nostro intellectu sciendū est esse considerandos tres casus, vt considerat Caccialup. in repet. l. cunctos populos. num. 103. ver. essent ergo considerādi. C. de sum. trin. primus casus est quando statutum dat formā contractui simpliciter secundus est quando dat formam contractui ratione personæ, & principaliter actum prohibet ratione personæ. Tertius est quando prohibet personam cōtrahere ratione formæ, veluti quod minor vel mulier non contrahat sine tali solemnitate. Primo casu cum statutum tradit solemnitatem obseruandam simpliciter tunc attenditur locus contractus, vt per Bar. & alios in l. cunctos populos C. de sum. trin. & ibi Caccialup. num. 103. ver. primus, vbi inquit in hoc neminem contradicere. Secundo quoque casu quando traditur forma contractui ratione personæ, & actus prohibetur ratione personæ attenditur locus contractus. Bal. in l. extra territorium. ff. de iur. om. iud. sequitur Caccialup. d. l. cunctos populos. Tertio autem casu quando prohibetur persona contrahere ratione formæ; tunc attenditur locus cui subest persona non autem locus contractus, vt per doct. in d. l. cunctos populos. & ibi Caccialup. Quando igitur statutum non respicit ipsam contractus firmitatem, sed prohibet, vt grauat personam, tunc non debet inspici locus contractus, sed locus cui subest persona prohibita vel grauata, quoniam vbi agitur de forma, & validitate contractus inspicitur locus contractus, vbi verò agitur de prohibitione vel onere personali tunc inspicitur statutum loci cui persona contrahes subiecta est; Quare si ex statuto grauetur persona contrahens ad solutionem gabellæ, attenditur locus cui subest contrahens grauatus, non etiam locus contractus, si verò contrahens data opera exierit territorium statuentium, ibique contraxerit, vt effugeret solu. gabellæ, hac ratione nō enitant solutionem, quia attenditur locus statuti cui subest

best contrahens. Et ita loquitur Caccialup. d.l. cunctos populos, quem citat Ruin. d. cõs. 160. & Cephal. cons. 170. similiter si ex dispositione statuti prohibeatur persona contrahere, testari vel legari, veluti si prohibeatur vir legare vxori suæ vltra certam quantitatẽ, tunc vbique locorum prohibetur vir sic legare, nisi tamẽ aliò transtulerit domicilium in quo non sit similis prohibitio, quia de bonis ibi extantib. poterit legare secus autem est si accesserit ad alium locum absque translatione domicilij: & ita loquitur Salicet. d.l. cunctos populos, quem citat Aretin. d. cons. 54. & cons. 73. Est igitur dicen. quod aut subditus statuto tenetur seruare solemnitatem etiamsi contrahat extra territorium, & hoc casu non est dubium, quod non euitat solemnitatem contrahendo extra territorium, quod tamen est ita accipien. nisi in alium locum transtulerit domicilium, q̃m tunc ibi contrahendo non tenetur seruare eam solemnitatem, quò ad bona ibi sita, & ratio est, quia desertione domicilij non est amplius subditus statuto, quod tradit solemnitatem, & ita intelligi debet Salicet. Verùm si subditus statuto non tenetur seruare solemnitatẽ nisi in loco contractus, non etiam extra, hoc casu potest alibi contrahendo extra territorium, etiam si non transtulerit domicilium, non seruare solemnitatem, & actus factus sine solemnitate a contrahente extra territorium valebit, etiam si statim perfecto actu redierit ad locum statuti patet igitur cum Aretino sentien. non esse, quid. cons. 54. & cons. 73. tenet quod licet statutum aliàs non comprehendat contrahentem extra territoriumẽ, comprehẽdat tam si apparuerit de fraude contrahentis, qui voluit exeundo territorium alibi contrahere, vt euitaret dispositionem statuti per ea quę scrib. Salicet. d.l. cunctos populos, qui loquitur de eo qui prohibetur contrahere extra territorium, non autem de eo qui potest non seruare statutum extra territorium, & ita loquitur etiam Ruin. d. cons. 160. & ita reprobari etiam pót quod scribit Ceph. d. cõs. 170. sed & hanc cautelam trad. Tennin. caut. 156. col. fin. vt cupiens effugere solẽnitates statuti cui subest extra territorium se conferat in locum vbi talis solemnitas nõ exigatur, ibiq; cõtrahat & hanc cautelam approbauit consuetudo, q̃ est in Ciuitate Nouariæ vbi est statutũ, quod alienationes a decem libris supra non fiant, nisi cum præsentia, & auctoritate trium Consulum Iustitiæ Nouariæ, Nam ibi qui volunt euitare dispositionem statuti se conferunt extra territorium, ibique contrahunt mox redeunt ad ciuitatem contractu facto sine Consulum præsentia, & auctoritate. Vnde huiusmodi contractus etiam non seruata statuti solemnitate valeat, & seruantur in dicta ciuitate, quoniam statutum non prohibet personas contrahere, sed simpliciter tradit solemnitatem obseruandam in loco statuti, & qui contrahunt extra territorium non tenentur ad dictam obseruantiam, neque dicatur fieri fraus, quoniam id nullo iure prohibetur. Diuersum est si statutum prohiberet personas contrahere, quia tunc tenentur seruare statutum etiam extra territoriũ, nisi domicilium transferrent in alium locũ, vt per Salicet. d. l. cunctos populos. Verùm si contrahentes exierint territorium ad effectum solum contrahendi, & incontinenti redeant, id dicitur factum in fraudem statuti. Sola in consti. Sabaud. de alien. bon. minor. mul. &c. glo. 2. num. 32.

31 Sed vt ex hoc diuerticulo in viam redeamus, ex supradicta indagatione an & quando renunt. poss. solemnitatib. illud consectoria consequitur, quod si fiunt, solemnitas, cui partes minimè renunt. posũt, tunc etiã ex temporis diuturnitate, ea non præsumitur doct. in l. scien. ff. de verb. oblig. & ibi Bar. communiter approbatus, vt per Osasc. decis. 173. n. 6. Tiraq. de præscriptio. §. 1. gl. 4. ver. trigesimonono ibi, aliter, item alij. Vasq. illustr. controuers. lib. 2. c. 64. n. 17. ver. nonò lim. Crot. d. l. scien. num. 31. & ibi Butigel. num. 36. & Bolognet. num. 151. 154. & & 180. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsump. 132. num 34.

Hinc item illud proficiscitur, quod verba enunciatiua alicuius solemnitatis ita demũ probant illam interuenisse, si sit talis solemnitas, cui partes renunt. possunt, Bar. l. scien. num. 4. ff. de ver. obl. & ibi Crot. nu. 31. & Bolognet. num. 151. 154. 180. Alex. cons. 179. num. 4. lib. 6. Surd. decis. 291. nu. 9. nec partiũ assert. stat. si sit solemnitas, cui partes minimè renunt. possunt. Bar. l. 1. col. 1. C. de fide instr. lib. 10. Osasc. decis. 173. nu. 17. neque huiusmodi solemnitates, cui partes non possunt renunt. non probantur assertione iudicis, vel notarij. Simoncell. de decret. lib. 2. tit. 1. num. 103. inspect. 7. Crauc. de antiq. tempo. parte 2. nu. 12. Villalob. in communi. uer. assertio.

Ex quo id cõsequens etiam est qui cùm partes potest renunt. solemnitati instrumenti tùm pars producens instrumentum sine solemnitate censetur illorum approbare, secus si fuerit solemnitas, cui minimè renuntiari possit. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsump. 45. num. 5. & 15.

XXIII. RENVNTIATIO BONORVM ANIMAE.

SVMMAE.

1 *Bona animae.*
2 *Animam corpori praestare.*
3 *Anima quanti aestimari debeat.*
4 *Interpretatio ea semper capienda est, quae animae fauet.*
5 *Animae fauor maior est fauori publico.*
6 *Bonis animae suae renuntiare an quis possit.*
7 *Fauori animae renuntiari minimè posse.*
8 *Renunciare quis non potest ijs, quae necessaria sunt ad salutem.*
9 *Baptismi, & fidei renunciatio.*
10 *Anima bono renunciatur per uotum obedientiae.*
11 *Praeceptis diuinis renunciari non potest.*
12 *Renuntiari expressè ijs non potest, quae utilia sunt ad salutem animae.*
13 *Bonorum spiritualium qua ratione dominus quis esse possit.*
14 *Obligari quis non potest sola uoluntate & pacto ad excommunicationis poenam.*
15 *Iuramentum non firmat renuntiationem in detrimentum animae.*
16 *Renuntiare quis nō potest fauori animę suę potest ut praeferat bonum, & salutem animae alterius.*
17 *Renuntiatione sua aut pacto tantum non potest quis obligare animam ad peccatum, absque dolo aut culpa.*
18 *Bono animę, nempe voluntati renuntiare an possit.*
19 *Resignatio proprię uoluntatis.*

St ijs, quae hactenus explicauimus proxima tractatio de renuntiatione bonorum internorum, & externorum. Haec namque bona hunc inter se ordinem habent, ut bona exteriora ad corpus; corporis autem bona ad animam tamquam ad finem ordinentur. Hinc bonum corporis bonis exterioribus, animae vero bonum corporis bonis praefertur. Diu. Thom. 1. 2.
1 q. 2. artic. 6. ad 1. Ideò † de bonis animae tamquam dignioribus, prius differendum erit. Homo igitur vt stabilis aeui, & fluxi temporis interstitius existeret, atque adeò vt nihil eo admirabilius in hac quasi mundana scena conspici posset, ex rebus inter se dissimillimis, & penè repugnantibus, ex anima scilicet intellectiua, & ex cenoso corpore à Deo compactus est. Anima corruptibili corpori alligata subiecta est peccato, & ad peccatum prona, vt media inter bonum, malumq. constituta, gratia Dei praeuenta, & adiuta, virtutumq. praesidio, strenuè contra salutis suae hostes dimicaret, aeternaq. vitae lauream, tanquam gloriosae victoriae premium consequeretur. Siquidem victoria sine certamine constare non potest. Et quoniam homo pōdere corporeo deorsum pressus consistere in medio inani nō poterat, mundus hic creatus est, vt illi temporalis esset domicilium. Quare propter animam Deus effinxit corpus, vt illius tanquam vas fictile receptaculū esset, mundumq. propter corpus molitus est, animam vero Deus creauit propter se tantū, vt operum ipsius Dei rationem intelligeret, pulchritudinem amaret, ac magnitudinem admiraretur, eorumq. beneficio, tanquam quibusdam gradibus ad ipsorum conditorē agnoscendum ascenderet, cognitumq. amaret. Cùm igitur cuncta propter animā Deus fecerit, vt illius vsui cederent, animam autē
2 propter se clarè constat † animam dignitate haud dubiè, & corpori, cunctisq. rebus longè praestare. Namq. anima regionem è coelo trahit, proindeq. tenuis est, in se nihil concreti, nihil ve terreni ponderis habens: cùm corpus sit ex terra fictum, tangibile, ac visibile, vt co tanquam temporali domicilio anima ipsa includatur. Anima denique vt praestantior, & è coelo orta corporis habet dominium; corporis autem ratio ita comparata est, vt animae tanquam domino seruiat, illiusq. nutu regatur. Vnde Diu. Augustin. lib. de quantitate animae, inquit animam esse substantiam rationis participem, regēdo corpori accommodatam. Anima igitur, vt concludamus, praestat haud dubiè corpori. c. cum infirmitas de poenit. & remiss. c. sedulò 38. dist. c. praecipimus. 12. q. 1. Crau. cons. 346. dum. 11. & proinde minus diligi debet corpus quam anima. c. charitas ij. de poenit. dist. 2. Imó grauis damnum accidit ex omissione vnius animae, quam mille corporū, vt inquit glo. in c. ille qui hominem ver. 22. q. 5. per c. si habes 24. q. q. 3. Qua ratione animae prius consulendum est quam corpori. d. c. cum infirmitas, quoniam maius est periculū animae. c. quiescamus. 42. dist. c. fin. 2. q. 3. l. 1. §. 2. Cùm autem propter ipsam animam effictum fuerit corpus tanquam indumentū, imò mundum, & cuncta propter animā deus fecerit, meritò anima communis rebus est praestantior. l. sancimus in fin. C. de sacr. eccl. l. fin. C. ad l. iul. repet. glo. c. sacrae Insti. de re. diu. Ias. auct. si quamulier nu. 5. C. de sacr. eccle. Alex. cons. 66. nu. 5. lib. 2. Dec. cons. 504. in casu occurrenti col. fin. Socin. Iun. cons. 55. viso puncto ante fin. lib. 3. Menoch. cons. 167. nu. 7. & plurib. exornat Cotta in memorali ver. anima & secundum Arist. politic. lib. 7 bonum animae praestantius est cunctis bonis, Vnde dicitur apud Matthe. 16. Quid prodest hōi si mundum vniuersum lucretur, animę verò suae detrimentum patiatur? aut quā dabit homo commutationem pro anima sua? & merito praeferri debet cum, vt dixi, eius intuitu caetera bona, creata fuerint, indiesq; res cunctae procreentur. l. in pecudū ff. de

ff.de vsur. capiendo ibi hominem pro ipsius anima, quę verè est quid pręcipuum in homine Bon. de Curt. tract. de nobilit. p.2. nn.34. hinc oritur præsumptio quod animam suam quisque magis quam cętera cuncta diligere pręsumatur. Mascard. de probatio. conclus. 1171. num.75. magisq. animæ suę prospicere quam cęteris reb. d. concl. 1171. nu. 5. Hinc quoque fit, quod nemo præsumitur immemor salutis ęternę l. fin. ad l. Iul. repet.

3 Ex his † facilè cōstat quanti expendere, & æstimare debeamus bonum animę è cœlo ortę, à Deo ipso creatæ, & ad eius imaginem factę. Vnde Genes. primo dicitur spiritus vitę ad imaginem Dei creatus, corporiq. humano inspiratus. Imago etenim Dei est in anima quò ad naturales proprietates, memoriam, intellectum, & voluntatem, similitudo autem in gratuitis. Et ideò Genes. primo dicitur, & creauit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam. Arnald. Albert. in reper. rub. de hęretic. lib.6. num. 5. Quocirca anima Dei similitudinem gerens satiari non potest donec illi appareat gloria Dei, Psal. 16. Vt videmus rei sigillo munitę vacua, nunquam repleri donec sigillo ipso vniatur, vt eleganter Bernard. super illo Euangelio. Ecce nos relinquimus omnia, ita inquit, Ad imaginem Dei facta anima rationalis cęteris omnibus occupari potest, repleri omnino non potest, capacem enim Dei quicquid Deo minus est non implebit. Tantique æstimatur fauor animæ, vt ab eius ortu habeat Angelum ad custodiam deputatum. Steph. de Gaeta. in repe. cap. ad limina. 30. q.1. num.68. Et deniq. anima quodammodo est omnia, vt per Arist. lib.3. de anima nihilq. Est quod sit humanis manibus elaboratum, vt tot, tantaque opera conspiciuntur, quod animæ ipsius beneficio consequuti nō fuerimus.

Sed quid plura? immensi pretij esse animam, ex eo facile iudicare possumus, quod ea redempta fuit pretio preciosissimi sanguinis Christi. Nam quoniam, secundum Senec. summa philosophia est, scire imponere pretia rebus, cùm res omnes suo pretio æstimentur; tanti anima æstimata fuit a Christo domino vt pro illius redemptione pretium sanguinis proprij persoluerit. Hinc merito saluti, & bono animæ quam maxime prospiciendum esse omnes admonent c. vlt. 14. dist. c. consilium post med. de obseru. ieiun. c. iuuenis. desponsa. Innoc. in c. ad audientiam. de homicid. glo. vlt. in cap. vlt. de scrutin. in ord. fac. glo. vlt. in c. consulti de regula. Abb. in c. vlt. not. 2. de his qui fil. occid.

4 † Ex ijs autem quæ diximus de fauore animæ illud fit, vt semper ea interpretatio capienda sit, quæ animæ fauet, Constan. Roger. de iur. interpre. ver. octauo videamus n. 2. Et vbi agitur de fauore animę, verba semper sunt late accipienda, vt not. Bart. in auten. sacramenta puberum C. si aduer. vend. Quinimo in materia peccati semper debemus eam amplecti præsumptionem, & partē quæ tutior est pro anima glo. in c. 1. de scrutin. c. iuuenis. de sponsali. l. sunt personæ ff. de relig. & sumpsi. fune. Neuizan. cons. 22. n. 21. Bertrand. cons. 385. num. 4. lib. 6. Corne. cons. 44 nn. 7. lib. 2. Menoch. cons. 401. num. 163. cons. 412. num. 59.

5 Sed & fauor animę maior est fauore publico. Gerard. sing. 13. num. 5. Ias. in l. si peccuniā. ver. 4. ff. de condict. ob cau. Neuizan. cons. 66. num. 36. Et generaliter vbi de animę fauore agitur, multa conceduntur, quę aliàs non concederentur. Mantua singul. 27. nu. 1. fauorq. animę multum in iure nostro operatur. Barbat. de pręstan. Cardin. 8. q. Basil. primę part. num 11.

6 Sed † iam videamus an fauori, & bonis animę suę renuntiare quis possit. In qua re posset statim videri, vt renuntiari possit.

Nam recepta est sententia quemlibet esse dominum bonorum suorum spiritualium. Aragon. in 2. 2. q. 62. de dominio. ver. est aliud dubium, & ibi Salon. q. 61. de dominio. q. 3. sequitur hanc sententiam, vt magis cōmunem, atque magis veram. Cùm autem homo sit dominus horum bonorum optima ratione eis renuntiare poterit. Nam, vt sępè alibi dictum est, renuntiandi potestas manat ab ea regula, qua proditum est, quemlibet in re sua moderatorem esse, & arbitrum. l. in re mandata. C. manda. Vnde Moyses quasi repudiando gratiam, & bonum animę, ita Deum deprecatus est, aut dele me de libro vitę &c. Et Paulus ad Roman. c. 9. in priu. optabam, inquit, ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis. Et potest quis contēnere gratiam obligando se ad excommunicationem. c. venerabilibus. §. idem est. de senten. excomun. lib. 6. Abb. c. 1. & G. ntm. 6. de off. deleg.

7 Contrarium † tamen verius videtur, videlicet quod non potest quis renuntiare fauori animę suę. Bald. in l. 2. not. 5. C. de vsur. & fructi. legat. neq. saluti animę suę. Nauar. in manua. cap. 18. num. 28. ver. in quibus quatuor casibus. Hinc pactum per quod pręiudicatur saluti animę nō est obligatorium 22. q. 4. per tot. Abb. c. vlt. num. 2. ver. secunda regula de pact. Felin. in c. contingit. 1. col. 2. ver. idē dicas de anim. de sent. excomun. Mantua singul. 4 num. 7. Menoch. cons. 82. num. 118. Decian. tract. crimin. lib. 9. cap. 1. num. 35.

Hinc non potest quis se obligare ad peccatum. c. vlt. & ibi Abb. de pact. etiam veniale, vt per eum ibi, per c. 2. de pact. lib. 6. c. si verò. de iureiur. vbi Butr. & Felin. nu. 4. Bald. in cap. 1. §. Sacramenta de pace iurani. firm. Nam generaliter vbicunque ius disponit aliquid fauore animę, & ad obseruantiam bo-

norum

norum morũ inſpecto iure canonico, atq. vbi
contrauentio inducit peccatum vel veniale,
tunc voluntas renuntiantis nihil operatue.
Conſtan. Roger. de poteſta. §. 6. n. 17. verſ. po-
ſtremo dico.
8 † Qua ratione etiam non poteſt quis renun-
tiare ijs, quæ neceſſaria ſunt ad ſalutem ani
mę. Nauar. d. n. 28. ſunt autem neceſſaria ad ſa
lutem baptiſmus, & fides, proinde eis renun-
tiari non poteſt. Nã baptizati adeò recipiunt
caracterem, vt renũtiatione minime tollatur
quandoquidem caracteri renuntiari non po-
teſt, ſed effectui tantum. Afflict. deciſ. 151. ſe-
reniſſimus. n. 13. Imò mulier lamia baptiſma-
ti renuntians morte puniri debet. Barr. conſ.
6. conſ. crim. tom. 1. Et legitur in vita S. Baſilij
9 de ea, qui † cùm renuntiaſſet baptiſmo, & fi-
dei, vt quãdam mulierem in vxorem duceret
liberatus fuit precibus S. Baſilij. Hioc inter
ſolemnia pacta, quæ ineunt Magicum Demo-
ne illud præcipuum eſt vt fidei & baptiſmo in
primis abrenuntient. Aug. de Ciuit. Dei li. 10.
c. 10 & contra Fauſt. lib. 20. cap. 22. Et ſcribit
Hippol. Martyr in li. de conſuma. mũdi, quod
Magus cum Demone in hęc verba paciſcitur,
nego Creatorem cœli, & terræ, nego baptiſ-
ma, nego adorationem Deo a me præſtari ſo-
litam, tibi adhæreo, in te credo. Quibus prola
tis verbis, Demon vnguem illi in frõte inijcit,
fingens ſe chriſma abradere, & baptiſmi cara
cterem delere, prꝫterea ficte tingit illum laua
cro noui baptiſmatis, nouo nomine indito.
Et quemadmodum religionis perfectio cõ
ſiſtit in tribus votis, quibus bonis animæ cor
poris, & externarum rerum renuntiatur, nem-
10 pe per † votum obedientię renuntiamus bo
no animæ, hoc eſt propriæ voluntati, per vo-
tum continentiæ corporis bonis, ſcilicet cor
poris delectationibus, & per votum pauperta
tis externis bonis. Diu. Thom. 2. 2. q. 186. art.
7. Ita magi ſolent in manibus demonis renun
tiare fidei & baptiſmo, vt quæ ſunt bona ani-
mæ, ex bonis corporis offerunt ſanguinem, &
ex bonis externis fruſtum veſtis, vt refert fr.
Guacci, in compend. malefici lib. 1 cap. 6.
11 † Neceſſaria quoq; eſt ad ſalutem obſeruan
tia præceptorum diuinorum & Eccleſiæ, Vn-
de illis renuntiari non poteſt, tum quia sũt ne
ceſſaria ad ſalutem, tum quia præceptis, quæ
vim coactiuam habent, renuntiari non poteſt
vt dixi renunt. 1. Imò iuri diuino renuntiari
non poteſt, quemadmodum nec iuri naturali.
glo. Inſti. de oblig. quę ex quaſi delic. §. 1. ver.
ex naturali vbi exponit naturali idest diuino.
Abb. in c. ſi diligenti. col. 2. de foro compet.
Dec. in l. pen. nu. 25. C. de pact. Caſſane. in Ca-
tal. glor. mund. par. vlt. conſider 3.
12 Minuſq †poteſt quis renuntiare ijs, quæ vti-
lia ſunt ad ſalutem animæ, nempe cùm quis
ſua renuntiatione impeditur, quominus poſ-
ſit quodpiam opus bonum facere, veluti non
fideiubere, non mutuare cum ſim. Siquidem

promiſsio, vel iuramentum de non fide iu-
bendo, eſt contra opus charitatis cap. qui ſa-
cramento ca. inter cætera. 22. q. 4. Neq. enim
poteſt quis renuntiare facultati, ne poſſit bo
num quodpiam opus exercere. Guter. de con
tractu iurat. capit. 72. Io. de Selua de iureiur.
par. 3. num. 22. Menoch. recupe. poſſeſſ. re-
med. 1. num. 289. Nam paria ſunt quod pa-
ctum vel iuramentum ſit per ſe malum, vel bo-
ni impeditiuum. Diu. Thom. 2. 2. q. 89. artic.
7. & latè dicam renunt. 27.
13 † Non obſtat modo quod ſupra dictum eſt,
quemlibet vti dominum bonorum ſpiritua-
lium, poſſe de eis, etiam renuntiando di-
ſponere, per tex. in l. in re mandata C. manda.
Nam reſpondetur, quod quamuis quis ſit do-
minus bonorum ſuorum ſpiritualium, tamen
poterit de eis diſponere ſolum ad vſum per-
miſſum. ſi quidem dominium eſt ius diſpo-
nendi de re, niſi leg. prohibeatur. Bart. in l. ſi
quis vi. § differentia ff. de acquir. poſſ. Interd.
quippe accidit, vt qui dominus rei eſt, mini-
mè poſſit alienare, vt habetur Inſti. quib.
alien. lic. in prin.
Ad dictum Pauli Apoſto. reſponderi poteſt
ex ſententia Chryſoſt. homil. 18. quod Apoſt.
vt demonſtraret deſiderium ſuum erga ſalu-
tem animarum cupiebat ſeparari a Chriſto,
non quidem a Chriſti Charitate, ſi quidem
alio loco dixit, Quis nos ſeparabit a Charita
te Chriſti? Rom. 8. ſed a gloria Chriſti ſi fieri
poſſet. Prætereà reſpondetur vt per Diu Thõ.
2. 2. q. 27. artic. 8. ad 1. & q. 182. artic. 2. in con-
clu. Ad id autem quod de Moyſe adfertur re-
ſpondet Toſtat. ad cap. 32 Exod. q. 44.
Minuſq. vrget, quod quis poſsit renuntian-
do bono animæ ſuæ, atq. in illius grauiſsimũ
detrimentũ obligare ſe ad excomunicationis
pęnam c. venerabilibus. §. idem eſt de ſenten.
excommun. lib 6. Abb. in c. P. & G. nu. 6. cum
ſeq. de offic. delega. quoniam imò non poteſt
quis ſe obligare ad pœnam anathematis, cùm
in ſe ipſum excommunicationis ſententiam
ferre non poſsit, ſecundum veram Theologo
rum ſententiam, vt per Menoch. conſ. 82. nu.
122. neq. quiſquam ita promittere poteſt, vt
ſe obligare poſſit ad pœnam anathematis,
cùm in ſe ipſum excomunicationis ſententiã
minime ferri poſsit, niſi præcedente contu-
macia, aut culpa, vt trad. Menoch. d. conſ. 82.
ex ſententia Diu. Tho. lib 4. ſenten. diſt. 19 q.
vlt. art. vlt. & Cardin. de Turrecre. in c. quoties
cordis 1. q. 7. & in c. cum dilecti. de elect. Non
poteſt igitur quis ſe obligare, vt excomunica
ti poſsit ſine competenti monitione, & non
ſeruata forma c. ſacro. de ſent. excom. vt per
Abb. c. P. & G. nu. 7. ver. quo ad ſecundum. de
offic deleg. neque poteſt, vt per eum ibi, quis
ſe obligare vt ſine cauſæ cognitione, & ſine
contumacia poſsit excomunicari, cum non
poſsit quis ſeparari a gratia Dei, niſi illã ami
ſerit ob tranſgreſsionem legis Dei. c. illud.

11.q.3.c.cum æterni.de re iud.li.6. Et quãuis nonuulli contrarium tenuerint cõtra opinionem Innoc.Abb.& aliorum.: amen Felin.in d.c.P.& G.col.1.voluit huiusmodi pactũ minime valere tanquam aduersus bonos mores,vt scilicet is,qui vacat culpa,& nõ deliquit auocetur a Christo,Preterea quia tale pactum est contra naturam excõmunicationis,quę non potest ab homine ferri nisi præcedẽte culpa, vt per Felin.d.c.P.& G.& ibi Butri.num.14.& hæc est communis sententia,vt per Gales.ad form.camer.oblig.par.3.q.3.nu.4.sola itaque obligatio non sufficit vt quis excomunicari posit,neque sola reuunciatio potest esse sufficiens causa ad inducẽdam excomunicationem.Si quidem per pactum induci nõ potest excomunicatio.Bald.in l.si vnus.§.pactus.nu.51.ff.de pact. Verùm potest quis se obligare ad excomunicationẽ faciendo non quod pactum sit causa immediata excomunicationis, sed culpa aliqua,vel contumacia,vt pGales.d.q.3.Porro,pactum non obligat ad pœnam excomunicationis Luc.de Pen.in l. cum scimus.col.a.C.de agricol.& censit.lib.11.Cassane.in consuet.Burg.rit.des iustices.§ 6.in tex.ibi,Messiers.n.99.Qua rõne ẽt non põt abiuratus sua renunciatione,& voluntate tãtum ad relapsus culpã se obligare,vbi alias de iure dici minimè posit relapsus Menoc.cõs.182.n.23.

15 † Imò iuramentum non firmat renũtiationẽ fauoris animæ,quoniam nõ seruatur iuramẽtum in detrimentum ipsius animæ. Roland.consf.98.n.32.lib.1.neque obligat cùm tollit animę fauorem & eius salutem.c.non est obligatorium.de regu.iur.lib.6.c.2.ver.dispendium.de pact.lib.eo,Neque enim potest quis renuntiare saluti animæ suæ,neque etiam cũ iuramento pacisci in illius detrimentum. Si quidem iuramentum non debet esse iniquitatis vinculum.c.quanto.c.si verò de iureiur. Nam si iuramentum non firmat actum reprobatũ fauore publico principaliter, multo minus confirmare poterit eum actum, qui tollit salutem.& fauorem animæ.Roland.d.cõs.98.nu.33.Et quamuis,secũdum eum,nu.41.aliàs legi prohibitiuæ etiam latæ in odium prohibiti renuntiari posit cum iuramento, tamẽ vbi agitur de salute animæ ipsius prohibiti, qui iurauit,tunc renuntiatio etiã iurata non nocet,Quapropter clericus prohibitus donare concubinæ non poterit renuntiare huiusmodi prohibitioni etiam cũ iuramento,quia ita renuntiando tollit fauorem animæ, quo quidem renunciatione sua priuari nõ potest, vt per eum.

Sed quod dixi renuntiationem fauoris animæ iuratam non valere, intellige procedere cùm iuramentum directè,& mediatè aduersatur saluti animæ,secus si,& inquiunt doctores occasionaliter,quoniã tunc seruari oportet iuramentum.gl.2.in c.si vero. de iureiur. & ibi Abb.col.2.ver.oppono tertio.Seraphin. de priuileg.iurament.priuileg.71.num.15.

Facit pręterea quod animę fauore restringitur generalis renũciatio,quãdoquidẽ illius fauore restringitur dispositio. c. ex tenore. vbi Abb.qui filij sint legit.Raudẽs.de analog.lib.1.ca.52.num.18.

16 † Sed neque debet quis renuntiando fauori animæ suæ præferre fauorem animę alterius, aut bonum proprij corporis.Si quidem ex ordine charitatis quis tenetur primũ Deũ diligere,deinde se ipsum; hoc est animam suam, hinc dicitur prima charitas incipit a se ipso l.præses.C.de seruit.& aq. Tertio proximum suum,idest animam proximi sui c.charitas.2.& ibi glo.in ver & æternam.de pœnit.dist.2. Quarto corpus suum,vt per Nauarr.in Manua li.c.14.num.23.

17 † Et generaliter sola renuntiatione non põt quis ita animã obligare,vt peccato sit obnoxia,vel vt auocetur a gratia Dei absque dolo, aut culpa.si quidẽ peccatũ est recessus a præceptis Dei,vel Ecclesiæ volũtarius.Vnde fingere quis non potest vt ibi sit peccatum vbi abest recessus a pręceptis,vt neq. potest qs ex sola confessione efficere,quod id delictum sit,quod verè non est.Crau.cons.48.n.7.cõs.262.n.4.Menoch.cõs.82.n.119.Etenim homo non potest separari a gratia Dei nisi propter culpã non ẽt sola voluntate.Menoch.d.loco.

Poterit tñ quis tãtitẽ renuntiare fauori,& saluti animę,recedẽdo a pceptis,eaq.cõtemnẽdo,& omittẽdo quæ ad ipsius animæ salutẽ pertinent.Cæterũ ex sola renũciatione citra culpam non potest animæ suæ detrimentum afferre,per ea, quæ iam dicta sunt.

Est autem animę bonũ,videlicet potẽtia,q voluntas dicitur.Nãq. vis,ac potẽtia volẽdi, aut nolendi rõnalis rectè voluntas appellatur. Atq. est pręcipuũ bonũ inter bona animę, in quãtũ scilicet per eã homo oĩbus alijs bonis
18 vtitur.D.Th.2.2.q.104 art.3.Hoc bonũ renũtiatione omnino tolli nõ potest,cũ etenim homo sit rõnalis,necessario est ẽt liberi arbitrij vt per eundem 1.q.83.art.1.Verum põt renũtiando constringere libertatẽ voluntatis, & (quoniã habet appetitũ superiorẽ, & inferiorem)poterit renũtiando appetitui sensitiuo, rationi obedire, & ex diuerso voluntati rationali renuntiãdo contra illã concupiscere. Nam caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem; iuxta illud Pauli ad Gala.5.hoc est sæpè homo renuntiat appetitui sensitiuo,vt obediat voluntati rationali, & interdum, abrenuntiat appetitui superiori.vt inferiori, & animali appetitui obtemperet. Nam potest quis propter Deum, abrenuntiare, & contemnere propriam voluntatem. Diu. Thom. d. quæst. 104.artic.3.

19 Hinc † fit abrenuntiatio, & resignatio propriæ voluntatis,quam adeo extollunt omnes magistri qui tradunt disciplinã Christianæ perfectionis,vt in ea omnẽ vim,& summã

Chri-

Christianæ perfectionis reponant. Et quamuis hęc materia aliena sit ab instituto nostro, tamen quoniam de aīa loquimur, nō erit alienū quędam ad eius salutem maximè pertinentia subtexere, vt hac digressione, lectoris stomachus nauseans quodam veluti condiméto, & salutari cibo reficiatur. Superiores sane renuntiationes pertinent ad exteriora bona, hæc autem renuntiatio animam ipsam cunctis rebus digniorem voluntatis libertate aliquo modo priuando, facit vt ea summo bono tandem perfrui posit.

Creauit igitur Deus & puros spiritus, & corpora, & cuique tribuit appetitum naturæ cōuenientem, Angelis scilicet spiritualem, corporibus verò corporeum. Cùm verò creauit hominem, qui constat ex rebus dissimilimis (contrarijs) & pene repugnantibus, nempe ex anima, & corpore ex spiritu, & carne illi duos dedit appetitus inuicem repugnantes, quorum alter conuenit naturę spirituali, alter verò animali: alter animæ, alter corpori: denique alter spiritui, alter carni adhæret. Etenim ex rebus diuersis, ac pene repugnantibus homo compactus est, sicut ipse mundus, nimirum animo, & corpore, carne, & spiritu, id est cœlo, atque terra tenui, & comprehensibili, quæ duo inter se ita pugnant, vt si anima superauerit, vitam æternam consequatur: si autem se subiecerit ditioni corporis morte sempiterna afficiatur. Oportet quippe spiritum iustitiæ operibus emereri; caro autem vt pote terrena, & mortalis copulatum sibi spiritū secum trahit, & ab immortalitate ducit ad mortem. In hac societate animæ & corporis, spiritus & carnis, cœli atq. terræ, quorum expressa est effigies in ipso homine, superiorem partem tenent ea, quæ cœlestia sunt, & quæ sunt Dei, anima scilicet, quæ dominium corporis habet; Inferiorē autem ea, quæ sunt carnis & terrę, Hinc ea quæ sunt corporis vti terrena, atque inferiorem partem tenent, regi debent ab ipsa anima, ipsique debent esse subiecta, sicut terra cęlo, si quidem secundum Arist. meteor. 1. inferiora reguntur a superioribus. Vt victoria sine certamine constare non potest, sic nec spiritus quidem ipse sine carnis, seu appetitus sensitiui continua pugna, coronam glorię assequi potest, & quoniam anima, & corpus vti dissimilia, & pene (contraria, ac) pugnantia inter se consociata sunt, necesse est bonum, & malum cohærere, hominemque medium constitui inter bonum, & malum, ergo in ea conditione homo positus est, vt secundum spiritum per quem Deo similis est cœlestia, & quę Dei sunt appetat: secundum carnem, ad malum inclinans, caduca, ac terrena concupiscat. Quare animę beneficio homo ad cęlestes illas mentes accedit, corporis verò conditione pecudum naturam sequitur. Ex quibus contrarijs appetitibus continua fit pugna, atque anima hominis alteri ex duobus contrarijs dominis semper seruit, siquidem aut a Deo, aut a Diabolo regitur. Diu. August. serm. 64. de tempor. Vnde Diu. Paul. Infelix, inquit, ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Vt enim virtus hominis dimicādo eluceret, statuit Deus diuersa hęc & contraria cum quibus confligeret, quoniam si desit hostis nulla victoria est, si tollatur certamen, nec virtus quicquam est. Et facit illud Iob, Quare me posuisti contrarium tibi? Et factus sum mihimet ipsi grauis? Quare Diu. Paul. ad Galat. 5. Caro inquit, concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. Nam & ad Rom. 7. ait, sentio aliam legem in membris meis, repugnantem legi mētis meę. Et Arist. 3. de anima ita inquit, Vincit interdum appetitus in hominibus voluntatem: interdum hæc illū: appetitus, inquam, appetitū superat: cū fit inter ipsos pugna, & cōtētio.

Hos autē contrarios appetitus in homine conciliauit Deus, cùm ei dedit originalē iustitiam, qua mala facilè euitaret, & honestū bonumque complecteretur, voluntati q. diuinæ, propria abiecta, obsequeretur, denique caro spiritui tāquam Domino obediret. At homo post præuaricationem primi parētis, iustitia originali amissa, qui antea rectus erat, cœpit effrenate ad omne fere malorū genus ferri. Hinc S. Bonauent. tract. de reformat. mentis, inquit, quod Deus dedit homini appetitum naturalem rectum, vt summum bonum, cœlestiaque appeteret. Verum originali iustitia amissa, is appetitus corruptus est, cúm appetat terrena, voluptatesque corporis, concupiscat aduersus spiritū, cui obtemperare debet. Hinc caro, seu appetitus sensitiuus a Theologis appellatur fomes peccati. Si quidē caro corrupta ab integritate, quā in creatione acceperat, semper spiritui aduersatur, & nisi spiritui subijciatur, tanquam rebellis, ipsum spiritum sibi subijcit, hincque fit mors animæ. Vnde D. Paul. ad Rom. 8. inquit, si secundum carnem vixeritis, moriemini: Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Namque vt inquit Diu. August. de Ciuit. Dei lib. 14. cap. 15. carnis inobedientia iusta primi peccati pœna est, officia carnis sunt vt spiritui subijciatur, non etiam vt imperet. Nam, vt tradit Cice. offic. 1. duplex est vis animorum, vna pars in appetitu posita, altera in ratione, id est voluntate rationali, quę docet, explanatque quid faciendum, fugiendumve sit ita vt ratio, & pars superior præsit, appetitus verò obtemperet. & in hāc sentētiam ita scribit Salust. sed omnis nostra vis in animo, & corpore sita est animi imperio, corporis seruitio magis vtimur. Volūtas quippe rationalis est per essentiam, appetitus verò sensitiuus est irrationalis per essentiam, sed in hominibus rationalis fit per participationē, id est per obsequentiam, quia in brutis

fieri non potest, cum non habeat rationem, cui appetitus sensitiuus obsequi possit. Is autẽ appetitus sensitiuus est ea portio inferior, & infirmior, per quã tẽtator tentat Adamũ, hoc est partem animæ superiorem. Hinc Diu. Bernard. in serm. ita inquit, cur animam tuam vilipẽdis, & ei carnem præponis? dominam ancillari, & ancillam dominari magna abusio est. Et sapiens Eccl. 10. inquit, Vidi seruos in equis, & principes ambulãtes super terram quasi seruos. Et Sene. epistol. 13. ita scribit, fateor corporis nostri nobis insitam charitatem; fateor huius gerere tutelam: non nego indulgendum illi, seruiendũ nego. Et epist. 66. maior, inquit, sum & ad maiora genitus, quam vt mancipium sim corporis mei. Et alibi epistol. 8. inquit, corpus durius tractandum est, ne animo male pareat.

Sed quamuis voluntatis obiectum, secundum Philos. sit bonum, tamen sufficit illud esse bonum apparens. Nam, vt tradit Azor. Insti. moral. lib. 1. c. 20. q. 5. interdum malum voluntati se offert, vt faciem, & speciem boni habens: proindeque voluntas id appetit amplectiturq. quatenus bonum iudicatur; & bonum itidem aliquando voluntas respuit, quoniam mali speciem refert. Actus quippe voluntatis & appetitus semper tendit in bonũ, vel malum, sunt in propria obiecta, bonum autem principaliter, & per se est obiectũ voluntatis; malum autẽ minus principaliter, in quantum scilicet bono opponitur. D. Thom. 1. q. 20. artic. 1. & secundum Theologos, & Philoso. vt refert Bart. in cõsti. ad reprimen. in ver. videtur nu. 2. voluntas nunquam appetit nisi bonum existens, vel apparens, & quãuis interdum velit aliquis id quod vere malũ est, tamen illud vult sub ratione boni apparentis ipsi voluntati. Sed vt intelligatur vnde fiat hoc corruptum iudicium, sciẽdum est duplicem esse cognitionem in nobis, vt duplicem esse quoque appetitum suprà dictũ est. Namque est cognitio intellectus, & cognitio sensus; appetitus autem rationis, id est voluntas ipsa, sequitur cognitionem sensus. Apprehensio enim intellectiua diuersæ rationis est ab apprehẽsione sensitiua. Quod enim apprehenditur per intellectum diuersi generis est ab eo, quod per sensum apprehenditur, proinde appetitus intellectiuus est alia potentia a sensitiuo intellectu. Diu. Tho. 1. q. 80. artic. 2. Homo igitur illecebris carnis & suis cupiditatibus obcæcatus, non videt malum, quin hoc ipsũ bonum esse existimat. ea vero quæ bona vere sunt, tanquam mala, & sibi contraria respuit. Quod falsum iudiciũ detestatur Isai. 5. Væ, inquit, qui dicitis malũ bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. Quod corruptũ iudicium boni, & mali dum sequimur iudiciũ sensus nos sane ducit ad interitum. Et enim appetitus sensitiuus, & caro a suis cupiditatibus obcæcata, ideoque non cernens, vera bona concupiscit, atque amplectitur bona corporis existimans ea vera esse bona: a bonis animi, & spiritus quæ vere sunt bona abhorrens. Voluntas autem dum sequitur iudiciũ rectum appetit bona animi, quæ vere sunt bona, respuitque bona corporis, quatenus bonis animæ aduersantur, cum hac ratione bona non sint. Animi etenim bona quæ sunt in cõtinendis libidinibus, in interdictione voluptatum, in fuga opum, in contemptu rerum terrenarum, cum sint corpus, & caro vti contraria, & mala respuit. Corporis autem bona, quæ sunt in omni genere voluptatum, inimica sunt animo, eaque vti mala odit voluntas superior, & quoniam coniuncta sunt anima, et corpus, æque bonum, & malum cohærere necesse est. Hinc inter vtrunque homo constitutus, sæpe fallitur, dum malum, quod bonum esse existimat, amplectitur, & bonum vti quoddam malum respuit. Siquidem malo admixta sunt apparentia quędam bona, id est uanæ, ac delectabiles voluptatum suauitates, quarum apparentia faciem boni referens, ipsum hominem ad latens malum facile trahit. Bono autem admixta sunt apparentia quędã mala, id est ærumnæ, miseriæ, & labores, quo cum molestia, ac asperitate offensus animus refugit a latenti bono.

Itaque duplex est cognitio, vt duplex est appetitus, vt iam dictum est, Homo secũdum mentem seu spiritũm, & appetitum rationalem, amat primo, & principaliter Deum plusquam seipsum: verum secundum carnem, & appetitũ inferiorem primò, & principaliter amat seipsum; Hincque fit propria voluntas filia amoris proprij, quasi amore sui capta se ipsam, suaque tantum quærit.

Voluntas autem propria vt describit Diu. Bern. serm. 3. de resurrect. Domi. non est communis cum Deo, & hominibus, sed nostra tãtum, quãdo, quod volumus, non ad honorem Dei, non ad vtilitatem fratrum, sed propter nosmet ipsos facimus, non intendentes placere Deo, & prodesse fratribus, sed satisfacere proprijs motibus animorum, de qua apud D. Bern. super Cant. ser. 71. in hæc verba, Grãde malũ propria voluntas, qua fit, vt bona tua, tibi bona non sint. Et idem in serm. de dupl. ci baptism. in fi. Caueamus, inquit, a propria voluntate, tanquã a vipera pessima, & nequissima & quę sola deinceps dãnare possit animas nostras. Et serm. 3. de resurrect. Domi. inquit, hæc est crudelis bestia, fera pessima, rapacissima lupa, & leæna nouissima. Hęc est immundissima lepra animi. Nam, secundum eum, in corde duplex est lepra, propria voluntas, & propriũ consilium. Lepra vtraq. nimis pessima. eaque perniciosior, quò magis interior. Voluntas propria est illud cor prauũ, de quo

David,

Dauid, non adhæſit mihi cor prauum. Et Diu. Anguſt. in Pſal. 123. Qui ſunt, inquit, recti corde? qui non reprehendunt Deum, qui voluntatem ſuam, ad voluntatem Dei dirigunt, non voluntatem Dei ad ſuam curuare conantur. Voluntatem ſanè propriam Deus odit, acriterq. perſequitur teſte Diuo Bernardo de reſurect. Dom. ſerm. 3. vbi ita inquit, Quid enim odit, aut punit Deus præter propriam voluntatem? Ceſset propria voluntas, & infernus non erit. In quem enim ignis ille deſæuiet niſi in propriam voluntatem? ſed propriæ voluntaris mala pulchre deſcribit Diu. Bernar. d. ſerm. 3. quę inibi legere promptum eſt. Voluntas etenim cùm ſit animę facultas in alias ſuo modo exercens imperium, eaſq. mouens & agens vt lubet, ab ipſa voluntate bonitas & malitia humanarum actionum exiſtit. Vt igitur voluntas quę Dei voluntati ſe ſubijcit, ac illi ſe regendam committit fons eſt, & origo omnium bonorum; ita voluntas propria ſuo ſe nutu, atq. conſilio dirigens, fons & radix eſt omnium malorum. Namq. hæc voluntas propria omnino contraria eſt Deo, & voluntati eius. Charitatiq. omnino eſt cótraria. Si quidem charitas, vt inquit Diu. Paul. nó quęrit quę ſua ſunt, ſed quę Ieſu Chriſti. Quare de ea ita ſcribit Diu. Bern. d. ſerm. 3. Hęc .n. aduerſus Deú inimicitias exercens eſt, & guerram crudeliſsimam. Hanc ideoq. Deus proprio furore impugnat. ſi quidé ſeipſam ſubtrahit & ſubducit eius dominatui; cui tanquam anctori ſeruire iure debuerat, dum efficitur ſua. Imo quod in ſe eſt, omnia quoq. quæ Dei ſunt, tollit & diripit. Ipſumq. Deum (quantum in ipſa eſt) perimit voluntas propria. Omninó enim vellet Deum peccata ſua, aut vendicare non poſſe, aut nolle; aut ea neſcire. Vult ergo eum non eſſe Deum, quę quantum in ipſa eſt, vult eum, aut impotété, aut iniuſtum eſſe, aut inſipienté, crudelis plane, & omnino execranda malitia, quæ Dei potentiam, iuſtitiam, ſapientiam perire deſiderat. D. Bern. d. ſerm. 3. cùm præterea nulla penitus creatura ſeparare nos a charitate Dei, aut vim facere poſsit. Soli id deſerere poſſumus propria voluntate abſtracti, & illecti a propria concupiſcentia. Præter hanc nihil eſt quod timeamus. Cæterorú namq. violétiam formidare neceſſ. nó eſt, Sed ab ea, quę dormit in ſinu caueat, propria ſcilicet volútate. Erit forte peccatum in foribus, ſed appetitus eius ſub ſe eſt, tantum ipſe aperire renuat, conſentire recuſat. vt per D. Bern. ſerm. de duplici Baptiſmi. Nihil ſane, vt inquit B. Efrem. grauius eſt quàm ſuperari a propria voluntate.

His perniciosiſsimis malis quę adfert propria voluntas occurritur per reſignationem propriæ voluntatis. Eſt autem reſignare voluntatem, reddere voluntatem ei a quo accepimus, vt ipſius nutu, atq. voluntate regamur atq. dirigamur. Nam reſignare eſt reddere ei qui dedit. Horat, lib. 3 Carmin. inquit, Si celeres quatit pennas, reſigno quę dedit.

Nam quoniam facultas renuntiandi, vt alibi dictum eſt procedit ab ea regula, qua proditum eſt, quemlibet rei ſuæ moderatorem eſſe & arbitrum l. in re mandata C. manda, nihil profectò tam ſuum & proprium ipſius hominis, quam voluntas. Cætera enim omnia Dei ſunt, Vnde habetur Pſal, 88. ſui ſunt cœli, & ſua eſt terra. Pſal. 23. Domini eſt terra, & plenitudo eius orbis terrarum, & vniuerſi qui habitant in eo. Et Pſal. 99. Et ipſe fecit nos, & non ipſi nos. Sola voluntas dici poteſt noſtra, & propria, & libera. Vnde illud, Appoſuit ignem & aquam, ad quodcunq. volueris porriget manum ſuam. Et Dauid inquit. Anima mea in manibus meis ſemper, Qui enim abrenuntiat proprię volútati, renútiat illius vſui, qui eſt perniciosiſsimus. Hinc S. Baſil. Reg. br. cap. 123. docet, Vti propria voluntate, vel arbitrio, non ſolum eſſe alienum a recta rône, ſed eſſe etiam contumaciæ, ac peruicacię periculú. Omnis auté perfectio diſciplinę Chriſtianę, & religionis conſiſtit in abdicatione propriæ voluntatis. S. Bonauent. in ſpecu. diſciplinę cap. 4. Atq. vt inquit Climach. de auaritia. gra. 16. Ille profecto Sanctus eſt qui volútati ſuę abrenuntiauit. Nam quemadmodum ex propria voluntate fit perditio hominis, ita in illius abrenuntiatione conſiſtit tota perfectio. Et Bloſi. de inſtitu. ſpiritu. In vera, inquit, abnegatione tota perfectionis súma conſiſtit, ſine qua nemo proficere volebit. Hinc Chriſtus ſeruator noſter tradidit; Qui vult venire poſt me abneget ſemet ipſum. Abnegare autem ſemetipſum, nihil aliud eſt, quam carni, & appetitui ſenſitiuo noxias eius cupiditates negare. Hinc D. Paul. mortificate, inquit membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immunditiam, cócupiſcentiam malam, & auaritiam. Et Bernard. ſerm. 7. ad ſoror. Quid eſt enim inquit, ſemetipſú abnegare niſi voluntatibus proprijs renuntiare. Abrenuncians enim proprię voluntati ideò dicitur abnegare ſemetipſum, quia huiuſmodi renuntiatio eſt actus ipſius voluntatis, qua contra ſe ipſam inſurgit, & ſe ipſam abnegat. Etenim homo priuſquam peccaret, cum eſſet ſanus, minime egebat abnegatione proprię voluntatis, cùm ei minime noceret. At poſt peccatum factus infirmus abſtinere debet a cibis noxijs qui mortem poſſunt afferre. Hinc Deus qui omnibus eſt omnia, vti medicus animarum noſtrarum, qui optimè nouit nocumenta proprię volontatis poſt primi parentis pręuaricationem deprauatę nobis pręſcripſit, vt ęgroti facti poſt peccatum ab huiuſmodi cibo valde noxio caueamus, & abſtineamus Quare ſapiens Eccl. 18. ita ſapiéter monet, Poſt concupiſcentias tuas ne eas, & a voluntate tua auertere, ſi pręſtes animę

tuę concupiscentias eius, faciet se in gaudiũ inimicis eius. Cùm homo ægrotus propter peccatum verũ gustandi sẽsũ amiserit, ideoq. a salubri cibo abhorreat, contrariumq. & sibi noxium apperat, cœlestis medicus, qui nõ obsequitur voluntati ęgroti, sed eius etiã inuiti vtilitati consulit, præcepit vt ab eo cibo, qui mortem affert, abstineatur. Nã Abb. Isaias in cap. de mundi abrenunt. præcipit, vacare homini interiori, & proprias amputare voluntates. Quin negare debemus propriæ voluntati plura etiam licita, quæ necessaria non sint, quando quidem in his penitentiæ, & mortificationis labor exercetur, ac qui ẽt licita negare consuenit, promptior quidẽ erit ad illicita neganda. Voluntas quippe propria nos miseros trahit ad præcipitium, vt iuuenis ille, de quo sapiens Prou. 7. Irretiuit, inquit, illum multis sermonibus, & blanditijs labiorum protraxit eum. Statim eam sequitur quasi bos ductus ad victimam, & quasi agnus lasciuiens, & ignorãs, quod ad vincula stultus trahatur; donec transfigat sagitta iecur eius. Resignatio ergo propriæ voluntatis tantũ põderis, & mom̃eti habet vt resignans pro Deo habeatur. Siquidem obsequens propriæ voluntati, & carnis concupiscentijs dicitur viuere secundum carnem, atq. ideo secundum hominem, accipiendo partem pro toto, & carnem pro hominẽ, vt per Diu. Augustin. de Ciuit. Dei lib. 14. ca. 2. & 4. Qui vero abrenũtiant propriæ voluntati dicuntur viuere non secundũ hominẽ, sed secundũ Deũ. Vnde D. August. i. d. c. 4. in fi. inquit, Quod dicebat animales estis, & carnalis estis, expressius dicit homines estis, quod est sm̃ hominem viuitis, nõ sm̃ Deũ, sm̃ quem si viueritis Dij essetis. Quare resignans propriam voluntatem cùm non dicatur viuere secundum hominem, dicitur abnegasse se ipsum, & reliquisse se ipsũ. Hinc Paul. ad Gal. 2. qui se abnegauerat inquit, Viuo autem iam non ego, viuit verò in me Christus. Quæ Pauli verba ita accipiũtur, Ego quidẽ a me metipso extinctus sum, quia non viuo secundum hominem, & secundum carnem; sed tamen essentialiter non sum mortuus, quia in Christo secundum spiritum viuo, D. Gregor. homil. 32. Et quoniam abnegatio propriæ voluntatis maximam habet difficultatem videturq. resignans sibi vim inferre, seq. ipsum odisse, is cœlum rapiet iuxta illud cœlum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Quam propriæ voluntatis resignationẽ ipse veritatis auctor Christus noster docuit in oratione Dominica, dum ibi ita postulatur, fiat voluntas tua qua deprecamur vt abdicata voluntate nostra deprauata, faciamus Dei voluntatem. Nam cùm ab eodem dictũ sit Mathe. 7. Non omnis qui dicit mihi Domine, Domine intrabit in regnum cœlorũ. Sed qui facit voluntatem patris mei, qui in cœlis est, ipsi intrabit in regnum cœlorum. Rectè sequitur proximè in ea oratione post petitionem regni cœlestis, ibi, Adueniat regnũ tuũ, petitio, scilicet fiat voluntas tua. Siquidem ad eum finem perueniẽdi ad regnum Dei nos ordinat, & perducit actus resignandi propriã voluntatem, & se subijciendi voluntati Dei. Diu. Tho. 2. 2. q. 83. artic. 9. Sanè quoniam voluntate Dei contempta in has incidimus miserias, illud remediũ est nobis diuinitus propositum vt non ex nostra voluntate, sed ex Dei volũtate, quam peccando contempsimus aliquando viuamus.

Debemus pręterea abrenuntiare voluntatem nostram ad imitationem Christi Domini, voluntatẽ inquam non solum malam, sed etiam bonam. Siquidem in Christo voluntas mala non fuit. Quare S. Ioan. inquit, Quia non quæro voluntatem meam, sed voluntatẽ eius, qui misit me. Et in passione orãdo dixit, Pater si vis, transfer calicẽ istũ a me, vtiã dictũ est, verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat. Nam & ad id adhortatur D. Bern. serm. 1. in conuersio. S. Pau. his verbis, Debemus per omnia sequi eum, qui non suam, sed patris venit facere volũtatẽ. Si quidẽ Christus, vt per Mar. c. 14. sic orabat patrem, Nõ quod ego volo sed quod tu. Sed si quis diligenter considerauerit, quę & quanta mala oriantur ex propria voluntate vt iam dictum est. Intelliget profecto quam necessaria sit ad salutem resignatio propriæ voluntatis.

Quin resignatio voluntatis, est sacrificiũ, & oblatio Deo gratissima. Nam inquit Chrysost. super. Epist. 2. ad Corint. homil. 41. Volũtas sacrificium exhibeatur Deo & Bloss. de Institu Spirit. lib. 2. ita scribit, Nihil Deo gratius offerri potest abnegatione proprię voluntatis, quia homini nihil est carius ipsa voluntate, & arbitrij libertate. Sed, quod magis est, quando, inquit, quis propter Deum sensualitati, voluntatiq. propriæ etiam in rebus minimis reluctatur, ac se mortificat, rem ipsi Deo magis gratam facit, quàm si multos mortuos ad vitam reuocaret. Et huiusmodi resignatio præstat cunctis virtutibus moralibus, cùm per eam resignans priuetur maximo & præcipuo animæ bono. Diu. Tho. 2. 2 q. 104. art. 3. Hinc votum obedientiæ per quod quis renuntiando propriæ voluntati, ac bono animæ subijcit se alterios voluntati, præfertur cęteris votis, quibus offeruntur bona corporis, vel exteriora: D. Thom. 2. 2. q. 186. artic. 7. Vnde scribit Diu. Gregor. in morali. Obedientia victimis iure præponitur, quia per victimas aliena caro, per obedientiã vero voluntas propria mactatur fac it c. sciendũ 8. q. 1. Roman. consf. 522. Beatissime pater. n. 3. Et quoniam quod offertur debet esse proprium offerentis vt donum sit gratum, certè nihil tam suum & proprium est hominis, quã voluntas, vt iam dictum est. Ad hancq. renũtiationem nos adhortatur Diu. Bernard. in

serm. de duplici baptismi his verbis, Itaque fratres mei, rebaptizari nos conuenit, secundum fœdus inire necesse est, opus est professione secunda, nec iam sufficit abrenunriare diabolo, & operibus eius, mundo pariter abrenuntiandum est, & propriæ voluntati. In priori enim baptismate, quando nihil nobis adhuc voluntas nostra nocuerat, satis fuerat abrenuntiare Diabolo. Cæterum postquam mundi fallentis illecebras, & infidelitate pro prie voluntatis manifestè summs experti, de cætero iam in secundo, vt ita dixerim, conuersionis nostræ baptismate, merito prorsus, & non ad insipientiam nobis, non resarcire tantummodo fœdus primum, sed etiam roborare soliciti ipsis quoque affectibus pariter abrenũtiamus. Hactenus D. Bern. Porrò totius humiliatis summa in eo videtur consistere, si voluntas nostra per resignationẽ diuinæ, vt dignũ est subiecta sit voluntari, vt inquit idem super Cant. serm. 47. Nam vt inibi habetur, quamuis creatura omnis, velit, nolit, subiecta sit creatori, tamen a creatura rationali voluntaria subiectio quæritur, vt voluntarię sacrificet Domino, & confiteatur nomini eius, non quia terribile, & sanctum, non quia omnipotens, sed quia bonum est, vt per eum. Et facit quod scribit Marsi. Ficin. Epist. lib. vbi inquit, ꝙ voluntati diuinæ cõsentire abiecta propria vnica pietas est, vera sapientia, & summa fœlicitas. Amor etenim & obligatio quibus renemur, & Deum amare, & illi seruire, nos quidẽ cogunt vt resignatam voluntatem nostram illius voluntati subijciamus. Sanè proprium amoris est amantem in amati voluntatem trahere, velleque amari impleri desiderium. Hinc Paul. ad Corint. ita scribit, Charitatis igne flagrans omnibus omnia factus sum. Nam charitatis igne flagrans alioquin rigidus ac propriæ voluntatis amans veluti cẫdens facile flectitur. Et charitatis ignis adeo nos emollit, vt studeamus abdicata voluntate nostra magis placere Deo, & proximo, quos amare debemus, quam nobis ipsis. Vnde Pau. ita ait, Sicut ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi vtile est, sed quod multis vt salui fiant. Et alibi ad Rom. Vnusquisque inquit, proximo suo placeat in bonũ ad ædificationem, etenim Christus sibi non placuit, Si aũt serui Dei sumus cur obsequẽdo voluntati nostræ eo, quo volumus modo viuimus? quandoquidem, vt tradit Arist. polit. 6. non licet ei, qui seruus est, eo quo vult modo viuere. Quod si denique amici Dei sumus, vbi est idem velle, ac nolle. Si quidem amicitia facit idem velle ac nolle. Vt per Diu. Thom. 2. 2. q. 104. artic. 3. Si igitur profitemur amare Deum, illique seruire vt amantes flectere debemus voluntatem nostram in Dei uoluntatem ita vt sit idem uelle, ac nolle. Atque vt serui subijcere per resignationem propriam voluntatem Dei ac Domini nostri voluntati.

Et quamuis dura videatur seruitus, & captiuitas ut nõ possit quis uiuere eo modo quo uult, priuando se per resignationem libertate uoluntatis, tamen scire debet resignans uoluntatem suam, atque ad nutum, & uolũtatem Dei totam se fingens, & accommodans, se summa frui libertate. Si quidem ex sententia Sen. de uita Beata, Deo parere libertas est. Atque ut inquit Cice. in paradox. libertas, est potestas uiuendi ut uelis, is uiuit, ut uult qui recta sequitur, qui gaudet officio; cui uiuendi uita considerata, atque prouisa est, qui ne legibus quidem per metum paret, sed eas sequitur, atque colit quod salutare maxime iudicat.

Quinimo abrenuntians propriã uoluntatẽ, dum eam resignãdo unit appetitus diuersos, atque facit, ut uoluntas rationalis, ordine seruato, imperet appetitui sensitiuo, pacem, ac tranquillitatem in præsenti uita consequitur. Diu. Thom. 2. 2. q. 29. artic. 1. Si quidem pax in tranquillitate ordinis consistit, ut per eum, d. q. 29. artic. 2. Vnde hac pace non fruuntur impij iuxta illud Isai 48. Non est pax impijs. Sed iusto pax est. Est enim in viro iusto mirus ordo, voluntate rationali dominante, & appetitu inferiori obediente. Et de hac pace hominis secum, ita ait D. Paul. ad Phil. 4. Et pax Dei, qui exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra. Sed vt istam obtineamus pacem ineundum est nobis bellum aduersus carnem, & appetitum sensitiuum. Nam qui desiderat pacem præparet bellum Veget. lib. 2. Abrenunriare quippe debemus propriam volũtatem vt fugaro hoste, frui possimus pace, ac tranquillitate, in præsenti vita.

Quisquis ergo, vult voluntate sua abiecta ex voluntate Dei omnia facere, debet in omnibus operibus perquirere, & diligenter inuestigare quę sit voluntas Dei, quoniam, vt inquit Gregor. 6. moral. Voluntas Dei in omnibus operibus nostris attendenda est.

Siquidem quisquis assueuerit in omnibus actibus resignare voluntatem suam, vt Deo placeat, is sanè ingentes meritorum cumulos facile coaceruabit, & quoquo temporis momento emereri poterit. Nam vt tradit Diu. Bern. Quoties restiteris, toties coronaberis. Præterea omnium virtutum habitus acquiret.

Hinc B. Dorothe. 17 ita scribit, Coge te ipsum in cunctis, & vince, & voluntatem tuam in primis abscinde. Si enim consueveris propriã voluntatẽ amputare per Christi gratiã, & misericordiã acquires habitum, qu omnia sine molestia, aut cõtrouersia facies, fiesq. omnino tui iuris. Quæ sanè voluntatis nostræ resignatio est oblatio ipsi Deo gratissima, & virtus præstantissima qua propter Deum cõ- remittitur voluntas nostra, quę est supremum bonum, & quod præstat bonis exterioribus, quæ dicuntur bonum infimum, ac bonis corporis,

poris,quę funt medium bouum, vt per Diu. Thom.2.2.q.104.artic.3.

Sanè cum animi noſtri motus fertur ad id quod ſolùm in rem noſtram eſt, non etiam ad id quod poteſt placere Deo,(tùm is)recte tunc dicitur voluntas propria, ſeu verius, vt loquar cum noſtris, *l'intereſſe*. Quoniam, vt inquit Diu.Bern. d.ſerm.3. Voluntas propria tota noſtra eſt, nihil commune habens cum Deo,& hominibus, ſolùm mouetur, & fertur ad id q priuatim in rem noſtrá eſt,neq. curat placrre Deo, ſed ſolùm ſatisfacere proprijs animi motibus. Caurant igitur ſerui proprię voluntatis ab hoc inteſtino malo. Sed debèt ſemper priuſquam ad quodpiam opus, ſeu actum ſe accingant perquirere quid Deo placeat,diuinamq; voluoratem, eique ſubijcere ſtudentes ſolùm placere Deo,& nō ēt ſatisfacere proprijs motibus animi.Namq; intereſſe,quod appellant,in omnes actus,& opera ſe inſiuuans,omne bonum opus ſubuertit,charitatem deſtruit,homines obcęcat,vt malum ipſum exiſtimantes illud bonum eſſe, amplectantur,hoc tolle,abrenuntiando propriæ voluntati, & non erit infernus. Hocque eſt propria voluntas, de qua ita loquitur D. Bern.d.ſerm.3.ceſſet propia voluntas, & nō erit infernus. Et quoniam in hoc principaliter cōſiſtit virtus,& rectitudo voluntatis humanę,vt Dei voluntati conformetur,eiuſque ſequatur imperium,vt per D. Tho.2.2.q.104, artic.4. ita fons, & radix omoium malorum, & malitia omniū humanorum actuum principaliter in hoc conſiſtit, quod contempta Dei voluotate, illi præferimus voluntatem noſtram,ac intereſſe proprium.

Reſignatio antem propriæ voluntatis non modo fit, cùm in opribus & actibus noſtris ita reſignamus uoluntatem noſtram,vt ſolùm ea agamus,quę ſcimus placere Deo,eius uoluntati noſtram ſubijcientes; verum etiam cùm ita uoluntatem reſignamus in aduerſis, ut ea ęquo animo feramus,vt quę ex Dei uoluntate nobis accidunt. Hæc reſignatio efficaciſsimum eſt remedium,in aduerſitatibus adhibē dom aduerſus triſtitiam, animiq. ægritudiues.Nihil eſt æque quod pellat triſtitiam, reliquaſq. animi perturbationes,quàm reſignatio uoluntatis noſtrę, qua res aduerſas æquo animo ferimus,& in uolnntate Dei acquieſcimus triſtitiæ, ac reliquarum animi perturbationum cauſa omnis, eſt in opinione mali, ue inquit Cice. Tuſcul. quæſt. lib.3. Qua ęgritudinis cauſa reperta, medendi facultas facile reperietur. Quare cogitandum nobis eſt, illudq. pro certo ſtatuendum quęcunq. aduerſa homini euenire ex Dei uoluntare, proindeq. ea non eſſe mala cùm etenim Dei uoluntas ſumma ſit omnium, quæ ſunt, ratio. Diu.Thom.1.q.19.art.4.fatendum erit etiam aduerſitates, quas nos mala eſſe falſo exiſtimanus,ex Dei uolūtate ac ꝓuidētia nobis accidere. Vnde ita inquit Dominus, Nonne duo paſſeres aſſe ueneunt,& unus ex illis non cadet ſuper terram ſine patre ueſtro, & habetur Geneſ.cap.45.ubi Ioſeph ita fratres alloquitur,Non ueſtro conſilio,ſed Dei uoluntate huc miſſus ſum. & pſal. 76. ita ait Regius Propheta, In die tribulationis meæ Deum exquiſiui manibus meis,& non ſum deceptus. Et Chriſtus Dominus noſter, ita Petro dixit calicem, quem dedit mihi pater, non uis ut bibam illum? Et Iob ſentiens omnia, & quæcunq. aduerſa ei,ex ipſius Dei uoluntate eueniſſe,ita inquit,Dominus dedit,Dominus abſtulit,ſicut domino placuit,ita factum eſt. In quam ſententiam Eucumenius Grecus author,ſuper act.apoſt.memorię prodidit,quod cum in celeberrima ciuitate Athenarum graſſaretur peſtis maxima, Ciues ſuplices ad Iouis aliorumq. Deorū ſimulacra munera, ſacrificia,ac uota offerentes,pro liberatione confugerunt,Verùm in dies peſtis creſcebat,fruſtraq. eorum Deos precabantur.Quę res cum ageretur in conſilio quidam ciuis,iſq. ſapiēs monuit conciues, vt amplius non pręcarentur eorum Deos cognitos, quoniam illi non immiſerāt eam peſtem, ſed ut ſuplices adirēt alium ignotum Deum,illique aram erigerent, quandoquidem is ſolus eſt qui huiuſmodi aduerſa immittit ac qui ea tollere poteſt. Quo facto iuxta conſilium ſapientis ciuiras a peſte liberata fuit.

Cúm autem aduerſitates ex Dei voluntate eueniant,non eſt cur dubitetur eas eſſe, quędam mala,& poſſe nobis nocere ſatis hoc nobis ſit eas è manu Dei obuenire, vt credamus eas oon obfuturas. Non poteſt quippe nobis nocere quod dat Deus pater noſter nobis filijs ſuis.Neq. inuiti repudiare poſſumus quod nobis dat ipſe Deus, & pater. Vnde Chriſtus Dei filius libeoti animo calicem paſsionis de manu patris excipiens ita Petro dixit calicē quem dedit mihi pater non uis ut bibam illum? Iniuriam facit filius ſuſpicans patrem ipſi, mali aliquid dare, cum tribulatio ſit Chriſti calix non poteſt non eſſe ſalutaris. Hinc Pſal. 115. Calicem ſalutaris accipiam. Amarū quidem pharmacum tribulationis ſē ſui uidetur, ſed ſalutem affert. Nam ſecundum B.Bonauent.in 3 ſenten.Dominus ſemper facit,quod melius eſt & magis congruum. Aduerſa et ſi amara, & triſtia uidcantur tamē animam curant. Vnde Gregor.moral.lib.6.c.17.ait,Prrcutit Deus ut ſanet,quia idcirco foras uerbera admouet,ur intus animæ uulnera ſanet. Quare uiri iuſti qui optimè nouerunt huius calicis, & pharmaci uim,ad curationē animæ,in aduerſitatibus & tribulationibus lætantur, & ideò dicitur pſal. 22. Virga tua, & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt. Et Diu. Paul. ita inquir, Repletus ſum conſolatione, ſuperabundo gaudio in omni tribulatione. Imò gloriantur iu tribulationibus ut gloria-

tur

tur idem Paul. ad Rom. 5. sed &, inquit, gloriamur in tribulationibus. Quapropter Chrys. homil. 8. in epist. Pau. exponens verba illa, Pauli, obsecro ego vos, ego vinctus in domino, ita inquit, magna dignitas, & regno quouis, & consulatu longe maior, vinctum esse. Sed & aduersa ex Dei dilectione eueniunt, signaq. sunt dilectionis. Nam Prouerb. 13. dicitur, Qui parcit virgæ odit filium, Atq. ideo iustis tribuuntur, iuxta illud psal. 33. multæ tribulationes iustorum, & de omnibus his liberabit eos dominus. Sanè aduersa ex iustitia Dei accidunt, prospera autem ex misericordia, vt habetur Psal. 91. Ad annuntiandum mane misericordiam tuã, & veritatem tuam per noctem, mane idest tempore prosperitatis, & per noctem, idest aduersitatis tempore annunciabitur veritas idest iustitia, vt exponit ibi auct. incogn. Hinc Gregor. 5. moral. ita ait, stultè contra Deum loquitur, qui inter aduersa positus, semetipsum iustificare conatur. Si .n. se sanctiorem asserere superbe audeat, quid aliud quàm iustitiam ferientis accusat? Cùm enim in hac vita, vt inquit idem in Iob, exponens verba illa, Dominus dedit, Dominus abstulit, &c. ea quæ nolumus patimur, necesse est, vt ad eum, qui iniustum velle nihil potest, studia nostræ voluntatis inclinemus, magna quippe est consolatio, in eo, quod displicet, quod illo ordinante erga nos agitur, cui nonnisi iustum placet.

Formam resignandi voluntatem propriam in tribulationibus, & aduersis, pulchrè tradit Christus redemptor, ita in eius passione patrem orans, Pater, si possibile est, transeat a me calix iste, veruntamen non mea, sed tua voluntas fiat. hoc est Pater mi, voluntas propria nollet pati, veruntamen, vt tibi placeam, & paream, eam resigno in manibus tuis, subijcioque voluntati tuæ, ita ut non fiat voluntas propria, quam iam resignaui, sed tua tantum in qua acquiesco.

Præterea ex frequentibus actibus resignationis fit habitus, & acquiritur virtus patientiæ, qua, vt tradit Diu. Augustin. in lib. de patientia, cap. 2. mala equo animo toleramus, id est, vt exponit D. Th. 2. 2. q. 136. art. 1. sine perturbatione tristitiæ, cum secũdum eum, ibi patientia sit virtus, per quam bonũ rõnis conseruatur contra tristitiam, ne scilicet ratio tristitiæ succumbat. Nam patientia principaliter versatur circa tristitiam, pertinetq. ad hoc ne difficultate malorum animus frangatur per tristitiam, vt habetur d. 2. 2. q. 128. artic. 1. & secundum Philos. omne inuoluntarium est triste, & omne voluntarium delectabile, & iocundum, cùm autem resignans conformat se cum voluntate diuina, voluntariè, & libenti animo patiens, ac tolerans, id voluntarium pellit omnem tristitiam.

Nec prætereundũ visum est in hac re, quod sapienter scribit Seneca tract. de beata vita, his verbis. Quomodo potest hic Deo parere, & quicquid euenit bono animo excipere, nec de fato queri, casuum suorum benignus interpres, si ad voluptatum, dolorumque punctiunculas cuncutitur? & pau ò post, ita inquit, ille fortiter stabit, & quicquid euenerit, feret: non patiens tantum, sed etiam volens: omnemq. temporum difficultatem sciet legem esse nature. Et vt bonus miles feret vulnera, enumerabit cicatrices, & transuerberatus telis, moriens amabit eum, pro quo cadet, Imperatorem: habebit in animo illud vetus preceptum, Deum sequere. Quisquis autem queritur, & plorat, & gemit; imperata facere cũ cogitur, & inuitus rapitur ad iussa nihilominus. Quæ autem dementia est potius trahi, quàm sequi? Iam mehercule, quàm stultitia, & ignorantia conditionis suę, dolere, quod aliquid tibi incidit durius; aut mirari, aut indigne ferre ea, quę tam bonis accidunt, quam malis; morbos dico, funera, debilitates, & cætera ex transuerso in vitam humanam incurrentia. Quicquid ex vniuersi constitutione patiendum est, magno excipiatur animo. Ad hoc sacramentum adacti sumus, ferre mortalia: nec perturbati his, quę vitę nostrę potestatis non est. In regno nati sumus, Deo parere libertas est. Hactenus Seneca. Quo in loco in mentem venit exempli memorabilis, & ad hunc ipsũ locũ pertinẽtis, cuius meminit Tauler. Is igitur refert, quod quidam vir cum esset miserabilis, varijsq. miserijs, & calamitatibus oppressus, ita cuncta ad Dei voluntatem referebat, eique acquiescebat, vt lętus quæcunque aduersandi ipsius Dei manu exciperet, seque fortunatissimum predicaret. Si quidem certo sciebat, aduersa omnia nobis a Deo tanquam bona immitti.

Quisquis igitur, vt concludamus, resignauerit voluntatem suam, tam in agẽdo, quàm patiendo, vt diuinę pariat voluntati; is haud dubiè post huius vitæ curriculum tranquillè, & feliciter trãsactum, Deum ipsum, cui semper, propriam resignando voluntatem, paruit, perfruetur. Quare imitemur Christum Dominum resignantes voluntatem propriam, cùm diceret, Veni in hunc mundum, non vt faciam voluntatem meam; sed voluntatem eius, qui misit me, & rursus in passione patrem orauit, his uerbis. Veruntamen non mea, voluntas, sed tua fiat.

XXIV. RENVNTIATIO, BONORVM CORPORIS.

SVMMÆ.

1 *Bonum corporis.*
2 *Bonum corporis triplex.*
3 *Membrorum suorum neminem Dominum esse.*
4 *Homo non est Dominus vitæ suæ.*
5 *Respub. non est Domina vitæ, aut membrorum alienum.*
6 *Potestatem, & ius in corpus suum an habeat homo.*
7 *L. liber homo ff. ad l. aquil. intellectus.*
8 *Homo habet ius, & potestatem in suum corpus.*
9 *Occidere se ipsum quis non potest.*
10 *Membrum sibi abscindere, aut se mutilare nemo potest.*
11 *Vulnus sibi inferre neminem posse.*
12 *Consentire quis non potest vt sibi vulnus inferatur, nec aliter corpus lædatur.*
13 *Obligare se ex pacto ad pœnam corporalem minimè posse, minusque pro alia persona ad eam personam.*
14 *Reus non potest eligere pœnam corporalem prætermissa peccuniaria.*
15 *Reus non potest renuntiare defensionibus, vbi agitur de pœna corporali.*
16 *Confessio vbi agitur de pœna corporali, an & quo modo noceat.*
17 *Denuntiare delictu qui sub pœna tenetur, non tenetur denuntiare delictum a se commissum.*
18 *Iuramentum præstitum in damnum salutis corporalis non obligat.*
19 *Pactum quod offendens spõte se cõmittat in manibus inimici.*
20 *Obligare an quis se possit ad torturam.*
21 *Corpus suũ lædere, vel alteri id permittere quando quis possit.*
22 *Consentiens vt verberari, & percuti possit.*
23 *Iniuriam suo corpori ab altero illatam potest quis remittere.*
24 *Voluptatibus corporis renuntiari posse.*

POST bonum animæ, de quo suprà diximus, proximè sequitur
1 bonum † corporis, quod quidem est bonum interius, & præstat bonis exterioribus. Soc. in rub. extra de iniur. & damno dato. nu. 17. Corpus etenim nostrum, vt vtar verbis tex. in c. charitas. §. corpus nostrum. De pœnit. dist. 2. ad hoc nobis diligendum est vt saluti eius, ac fragilitati naturaliter consulamus, & agamus quatenus spiritui ordinatè subiectũ, ad æternam salutem accepta immortalitate, & incor ruptione perueniat.

2 † Circa bona corporis tria considerari oportet, vt tradit Diu. Thom. 2. 2. qu. 65. articul. 3. Et primo quidem integritas corporalis substantiæ, Præterea declaratio, vel quies sensus; Tertio motus, & vsus membrorum. Primo bono opponitur occisio, vel vulneratio. Et ideo primò videndum erit, an possit quis occidere seipsum, vel vulnus sibi ipsi inferre. Et quoniam delectationi, vel quieti sensus opponitur verberatio, vel quodlibet sensum dolore afficiẽs, ideò videndum postea erit, an possit quis se subijcere torturę. Item an pacisci possit vt verberibus affici possit. Denique an possit renuntiare voluptatibus corporis. Item quia motus seu vsus membrorũ impeditur per carcerationem, seu per detentionem, ideo quæri potest, an ex pacto quis se obligare ad carceres possit, vel se in obsidem dare.

3 † Quo ad primum illud certum est, neminem Dominum esse membrorum suorum. l. liber homo. 1. ff. ad l. aquil. l. lege Cornelia. §. fin. ff. ad l. Corn. de sicar. l. omne delictum. §. qui se vulnerauit. ff. de re milita. l. si quis aliquid. §. fin. ff. de pœn. Et habetur in c. contingit. de sent. excomun. quod percutiens clericũ etiã volẽtem incidit in excomunicationem canonis si quis suadente diabolo, quoniam licet percussio sit minime violeta, tamen nõ caret iniuria. Et facit illud Diu. Pauli ad Galat. 4. vbi ita inquit, testimoniũ vobis perhibeo; quod si fieri posset, oculos vestros vobis eruissetis, & mihi tradidissetis. Bar. in auten. Imo Cod. de act & oblig. Aretin. in §. iuris præcepta. n. 3. insti. de iusti. & iure. Dec. in l. 1. nu. 5. lectu. 5. C. qui admitti. in l. si quis id quod. nu. 13. ff. de iurisd. omn. iudic. Decian. tract. crimin. lib. 9. cap. 1. nu. 24. Cason. de quæsti crimin. c. 9. nu. 10. Gril. de relaxa. carcera. tit. de reo fideiuss. nu. 4. Gig. de crim. lesę maiesta. lib. 3. q. 21. Cason. de malefic. tract. 9. nu. 21. Tho. Act. de ludo scach. q. 1. nu. 26. Tyndar. de restib. libr. 2. c. 6. nu. 24.

Et hæc regula est vulgata, vt inquit Marsil. singul. 651. puto. Et quod hoc axioma sit tritissimum, ac in rem iudicatam transactum testatur Gomez. tract. de potesta. in seipsum. lib. 1. cap. 1. in prin.

4 Neque † homo est Dominus vitæ suæ. Diu. Thom. 2. 2. q. 73. artic. 4. ad 3. & 2. 2. q. 59. artic. 3. & q. 64. artic. 5. Salon. 2. 2. q. 61. de dominio. ep. 4. artic. 1. conclus. 2. Aragon. q. 62. de dominio. conclus. 3. & q. 64. artic. 5. Soto de iusti. & iure lib. 4. q. 2. artic. 3. Namque Deus ipse solus est Dominus vitæ nostræ. Deuter. c. 32. ita habetur, Ego occidã, & ego viuere faciam. Et Sapient. c. 16. ita dicitur; Tu es, Domine, qui vitę, & mortis habes imperium, & 1. Reg. cap. 2. dicitur, Dominus viuificat, & mortificat, deducit ad inferos, & reducit. Porrò homo non est Dominus vitæ suę, membrorumque, sed custos, & quasi vsuarius. Horum namque Dominium est apud Deum. Less. de iusti. & iure. lib. 2. cap. 4. dubit. 10. nu. 57. Quod, & optimè expressit Plato de legibus dialo.

dialo. 9 dum inquit nó esse iniussu Dei ex ergastulo huius corporis excundũ, & id quoque asserit Cic. lib. 1. Tusculan. Vetat, inquit, nos Deus iniussu suo hinc demigrare. Et idem in somni. Scipion ita scribit, tibi, Publi, & pijs omnibus retinendus est animus in custodia corporis, nec iniussu eius, a quo ille nobis datus est, hominum vita migrandum est, ne munus humanum assignatum a Deo effugisse videamini.

5 † Immò neque Respub. est domina vitæ, aut membrorum ciuium. Soto de iust. & iur. lib. 4. q. 2. act. 3. conclus. 2. lib. 5. q. 1. artic. 5. Salon. d. q. 61. de Domin. q. 3. artic. 3. Aragon. d. qu. 64. artic. 5. & q. 62. conclus. 2. Lessi. de iustit. & iure d. dubit. 10. nu. 58. Salon. d. q. conclus. 3. Bald. auten. sed omnino. nu. 6. C. ne vxor pro mari. Rolád. cósi. 20. n. 23. lib. 3. Et secundum magis receptam, & veriorem sententiam respublica non habet dominium vitę membrorum, nec sanguinis ciuium. Gomez. in tract. de potestate in se ipsum lib. 1. cap. 1. num. 22. Enim vero Respublica non potest abuti, pro libito vita ciuium, sed solum tueri debet, & iniquos punire. Arist. Ethic. 5. c. 3. & 11. Vasq. illustr. controuers. c. 1. n. 10. cum seq. Et licet Bart. in l. titio centum. § titio centum. 2. nu. 3. vers. tertia ratio ff. de conditio. & demon. videatur tenere contrarium; tamen non inquit quod respub. habeat dominium, sed iurisdictionem in quemlibet.

Verum supradicta regula, non est accipienda, vt communiter Doct. intelligunt.
6 † Imo quilibet habet ius & potestatẽ in corpus suũ præterquam quo ad iure prohibita, vt copiose probat Gomez. tract. de potesta. in se ipsũ lib. 1. cap. 2. & 3. Quæ sane potestas nobis cópetit, ex libertate, quę est naturalis facultas, eius quod cuiq. facere libet, nisi quid vi, aut iure prohibetur. l. libertas ff. de sta. homi. Deinde cùm homo habeat liberum arbitriũ. Diu. Thom. 2. 2. q. 64. artic. 5. ad 3. videtur habere dominium sui corporis. Et facit quod scribit Diu. Paul. 1. Corint. cap. 7. Mulier, inquit, sui corporis potestatem non habet, sed vir, similiter vir sui corporis potestatem nó habet, sed mulier. c. nosse. 20. q. 1. c. 1. c. secundum verba. 33. q. 5. c. quidam. de conuers. coniug. Couarru. de sponsali. part. 2. c. 7. §. 2. n. 8. Cum etenim transferatur hæc potestas, certe transferens videtur eam habere. Neque enim posset hanc potestatem in alterum trásferre, qui eam non haberet. l. traditio ff. de acquir. re. dom.

7 † Non obstat autem d. l. liber homo. quoniã loquitur de eo dominio, quod a iure gentium in seruos introductum est, quod quidẽ quis habere non potest in sua membra. Et quáuis non habeat quis hoc dominium, tamẽ habet illud dominium quod appellatur facultas, & ius corporis, seu id quod est ius de re sua disponendi nisi quid iure prohibeatur. l. si quis. ui. §. differentia n. 4. ff. de acq. poss. Bald. in l. fœminæ §. fin. Cod. de sec. nupt. De quo iure corporis apud Aristophan. in plut. act. 1. scena 1. Cario seruus ita conqueritur. Nam ita iniquè comparatũ est, vt sors inuida ius corporis non illi, qui ipsum possidet, sed ei, qui pretio est mercatus concesserit. Enim uerò pro intellectu d. l. liber homo. sciendum est legis aquiliæ actionem, quæ datur aduersus eos, qui alienos seruos vulneraßent, ipsi soli Domino dari. l. 2. l. item mela. §. legis. l. liber homo. §. si seruus ff. ad l. aquil. Nam solus dominus ex verbis legis directam habet, cum vtilis ex interpretatione alijs detur. l. quoties. ff. de præscrip. verb. Quoniam igitur liber homo non est dominus membrorũ suorum, hoc est non habet id dominium in sua membra, quod habet domini in seruos suos, si illi membrum abscissum fuerit, directam actionem non habet, sed vtilem tantum ex sententia legis. Ex quibus constat hominẽ habere ius & potestatem in suum corpus, tametsi non habeat id dominium, quod exercent domini in seruos suos.

8 Itaque † regulariter homo habet ius, & potestatem in suum corpus Diu. Thom. 2. 2. q. 64. artic. 5. ad 3. Aragon. in 2. 2. q. 26. artic. 4. q. 3. ad 2. & q. 62. de dominio ver. diximus supra, & d. artic. 5. Salon. in 2. 2. q. 71. de dominio, q. 3. art. 3. & concl. 4. in solut. ad 4. idem Diu. Thom. 2. 2. q. 65. art. 1. in corpore Io. de Imola c. 2. de pignori. num. 10. Couarru. in reg. peccatum. par. 2. §. 2. nu. 1. Nauarr. lib. 2. de restit. c. 3. n. 436. Decian. tract. crim. lib. 8. cap. 7. nu. 21. licet autem homo habeat dominium sui corporis, ac membrorum suorum, tamen non potest de eis disponere quó ad ea, quæ iure prohibentur, & non habet eã potestatem quò ad ea quæ non subiacent suo arbitrio. Hinc quoniam transitus ab hac vita non subiacet hominis arbitrio, sed diuinę potestati. Diu. Thom. d. artic. 5. ad 3. nó licet
9 homini † arbitratu suo mortem sibi consciscere. c. si non licet. c. non est nostrum. 23. q. 5. c. ex parte 2. de sepult. c. displicet. 22. q. 4. Plane qui se ipsum occidit, hominẽ occidit, proindeque peccat contra preceptum. Non occides. Diu. Augustin. lib. 1. de Ciuit. Dei. c. 20. d. c. si non licet. §. item. Diu. Thom. 2. 2. q. 64. articul. 5. Ex decalogo non ita præscriptum est.

Ne alterum occidas, sed simpliciter, Ne occidas. Et occisionem sui ipsius damnat Diu. August. cap. 20. Et est communis Doct. sententia. Lessius de iust. & iure lib. 2 cap. 9. dubit. 6. Nam se ipsum occidere est illicitum triplici ratione, vt per Diu. Thom. d. artic. 5. Et primò est cótra charitatem, qua quilibet non minus tenetur se ipsum diligere quam proximum. Deinde iniuriam communitati facit. Siquidem homo est imperij, vel ciuitatis, non etiam sui ipsius. Bart. autem. Imò

C. de

C. de act. & oblig. Tertio in Deum peccat, sicut qui alienum seruum interficit, peccat in eius dominum, & sicut peccat ille qui vsurpat sibi indicium de re non commissa cùm, vt dixi, ad solum Deum pertineat iudicium mortis & vitæ. Quamobrem mortem sibi inferens quo ad se agit contra charitatem, quo ad Deum, & ad rempublicam agit contra iustitiam. Quin grauius delictum est se ipsum quàm aliũ occidere, quoniam major debet esse in se ipsum charitas l. cum autem §. malus ff. de ædic. l. fin. §. sic autem ff. de bon. eor. qui ante sent. Luc. de Pen. l. 1. col. 5. ver. præterea C. de commen. lib. 12. Diu. Thom. 2. 2. q. 26. artic. 4. Vnde Cic. in orat. ad vatin. inquit, nemo est tam demens, tamq; parum de se cogitans, qui alienam vitam magis quã suam diligat. Mortem sibi inferens non facit iniustitiam, cùm nemo possit sibi ipsi iniustitiam facere Arist. Ethic. cap. 5. sed facit contra charitatem, quam quis habere debet ad seipsum Diu. Thö. d. q. 64. artic. 5. Verùm per comparationem ad Deum & ad communitatem habet rationem peccati etiam per oppositionem ad iustitiam d. artic. 5. sed & peccat contra fortitudinem, qui sibi vitam adimit vt inter dolores, & mala pœnalia, quandoquidem est potius quædam mollities animi, vt non valeat quis mala pœnalia sustinere, Arist. Ethic. 3. ca. 8. Augustin. de ciu. Dei lib. 1. cap. 23. sequitur Diu. Thom. d. q. 67. artic. 5. Gomez. tract. de potesta. in se ipsum lib. 1. c. 6. num. 13. Et trad. Ioseph de bello iud. c. 21. non esse fortissimi viri se ipsum interficere, quinimo formidolosi ac ignauissimi hominis, vt refert Roland. cons. 20. nu. 16. lib. 3. Et quãuis legatur Sansonem voluntariè sibi mortem consciuisse, & Virginem Apolloniam morti sponte se obiecisse, tamen factum fuisse spiritus sancti impulsu docet Augustin. de Ciuit. Dei lib. 1. cap. 17. cum seq. Diu. Thom. d. q. 64. artic. 5. Et quamuis contra interficientem se ipsum nõ possit procedi de occiso, nec ad bonorum confiscationem, sed solùm ratione prioris criminis, Corne. cons. 195. lib. 1. Dec. cons. 438. refert & sequitur Peregrin. de iure fisci lib. 4 tit. 4. num. 8. tamen id non fit ex eo quod fas sit se interficere, & quod leges non abhorreant sui occisionem æquè ac mortem alteri illatam. Namq. cùm non liceat in se manus injicere, certe multo minus licebit se ipsum interficere l. nec in ea §. ius occidendi ff. ad l. iul. de adulter. Corne. d. cons. 195. col. 1. sed ideo fit; quoniam morte delinquentis extinguitur crimen, & pœna illius. Corne. d. cons. 195. num. 2. ver. ratio igitur Peregrin. d. titu. 4. nu. 9.

Itaq; occisio sui ipsius est prohibita omni iure, nempe diuino, cùm scriptum sit in decalogo, Non occides, Exo. 20. Quod præceptum generaliter intelligi debet, vt comprehendat etiam occisionem sui ipsius, & supradictum est. Et cùm defensio vitæ propriæ sit iuris naturalis, certe hoc ius offendit, qui sibi ipsi vitam adimit l. 3. §. si quis autem ff. de bo. eor. Decian. tract. crim. lib. 2. cap. 6. num. 10. & lib. 9. cap. 1. nu 3. Namq. contra naturam esse propricidium aduersus Vlpianum tuetur Gomez. d. tract. lib. 1. cap. 7. Et sibi ipsi mortem inferens facit aduersus naturalem legem, & contra inclinationem naturalem, quæ est conseruatio sui ipsius. Roland. d. cons. 20. nu. 15. sed & ius ciuile abhorret & detestatur occisionem sui ipsius leg. si quis aliquid §. fin. ff. de pen. et toto ff. de bon. eor. qui sibi mort. consciu. Decian. tract. crim. lib. 9. cap. 1. num. 7. Etenim lege sanctissima, & naturæ congrua nulli licet se præpropere vita priuare, & ab hoc seculo migrare iniussu Dei, qui animam in hoc corpore tanquam in carcere inclusit, quandoquidem effringendo carcerem delictum committitur l. 1. ff. de effract. Forcatul. in cupid. iurisper cap. 12. nu. 6. Decian. d. lib. 9. cap. 1. nu. 13. Gomez. d. tract. lib. 1. cap. 5. nu. 9. sed vt concludamus nullo iure, nullove casu neq; vlla circumstantia licitum est propricidiũ, vt late prosequitur ille Gomez. d. tract. lib. 1. cap. 8. Quinimo omnis actus directo, & ex propria natura necessario inferens mortem, veluti se iugulare, se suspendere cum sim. est actus omnino illicitus Gomez. d. tract. lib. 2. c. 1. nu. 5. ver. prima conclusio. Demũ non licet ex intentione se ipsum occidere, siue per actũ affirmatiuum, siue per actum negatiuum etiã si is actus directo non tendat ad mortem, etiam si iustus finis proponatur d. c. 1. nu. 15.

Qua ratione nemo potest condemnari vt mortem sibi inferat, Diu. Thom. 2. 2. q. 69. artic. 4. ad 2. & ibi Caietan. & alij Menoch. de arbit. iud. casu 284. nu. 32.

10 † Præterea ex eo, quod nemo potest se occidere recte fit, vt nemini fas sit membrum sibi abscindere, aut se mutilare, quoniam mors & mẽbri abscissio equiparantur §. vlt. auten. de collar. glo. in clem. vnica de homicid. Imò etiam ad tuendam castitatem non licet membrum sibi abscindere Gomez. tract. de potesta. in se ipsum lib. 1. cap 9. Neq; obligare se quis potest ad mutilationem membri sui corporis casu quo non impleat aliquid. Guid. pap. q. 278. Arg. condemnatus ad penã mutilationis membri etiam in subsidium nõ potest ratificatione vel consensu suo validam efficere sententiam, vt valeat tanquam sententia, neq; vt valeat tanquam pactum. Abb. cons. 92. contra sententiam nu. 2. lib. 1. Nam & membrum abscindi non potest, etiam accedente voluntate eius cuius est membrum, nisi in casu quo membri putredo totius corporis saluti aduersatur, vt voluit Diu. Thom. 2. 2. q. 65. artic. 1. Nam pro tuenda vita membri abscissio permittitur Gomez. d. lib. 1. cap. 11. Vnde quis tenetur permittere vt sibi membrum abscindatur, si medici id iudicent ne-

cessarium,

ceffarium, nec magni dolores fint perferédi Sot.lib.5.q.2.art.1. Permiffum eft ergo fe mutilare eo cafu tantum, cùm fcilicet id neceffarium eft ad totius corporis falutem. Cùm etenim membrum fit ob bonum totius corporis, certè illud abfcindi non poteft de voluntate noftra, nifi id fiat pro conferuatione totius corporis noftri, D.Thom. d.art.1.

11 Præterea † declara, vt non poffit, quis fe ipfum vulnerare l.fi quis aliquod.§.fi.ff. de pæn.l.3.§.fic autem.ff. de bon.eor. qui ante fent.mort.fibi confciu. Bart.in l. tranfigere nu.17.C.de tranfact.Caftren.in l.2.n.2.C.qui teftam.fac. poff.Dec.in leg.feruus nu.3.C.de pact.Corne.conf.195.nu.2.lib.2.Franc.Marc. decif.879.nu.2.lib.2.Gramat.decif.44. nu.4. Menoc.cafu 284.n.22.vbi inquit hanc effe cõmunẽ opinionẽ: Pereg.de iure Fifci li.4.tit.4. n.4.Nam illud iuris præceptũ alterũ non lædere extẽditur vt ne quis lædat ẽt corpus fuũ, Aret.§.iuris præcepta nu.3. inftit. de iufti. & iure. Quin facit cõtra ius naturale, qui corpus fuũ offendit.Decia.tract.crim.lib.2.c.6.n.10.

Ex quibus palàm eft neminem renuntiare poffe bono corporis, quod refpicit integritatem corporalis fubftantiæ, neq; ijs quæ inducta funt ad conferuationem corporis, aut membrorum fuorum.Conftan.Roger.de leg. poten.par.3.c.fi.nu.48. Nam licet, vt dictum eft,quilibet habeat ius,& poteftatem in fuum corpus,proindeque de eo,vt de re fua difponere poffit l.in re mandata C. manda. tamen aliud eft vbi agitur de corporis conferuatione.Cum.l.non tantum n.7.ff.de appell.Et quãuis iuri ciuili nulla pœna imponatur fe vulnerãtibus,tñ cùm nefas fit inferri fibi manus c. fi nõ licet 23.q.6.hodie vulnerans fe ipsũ puniretur extraordinẽ arbitrio iudicis.Men. de arb. iud.cafu 284.n.25.Gom.de trac.li.1.c.21.n.6.

12 † Quibus autem cafibus quis non poteft fibi manus inferre aut corp⁹ suũ lædere, illis neq; pati poterit,vt per alterũ id ipsũ fiat Bar.l.s. §.vfq; adeò ff.de iniur. Aret.§.iuris præcepta n.3.Infti.de iuft.& iure. Nemo etenim confentire poteft,vt occidatur,vel vulneretur. Gomez.de potefta.in fe ipfum lib.1.cap.52.Quin confentiens,vt fibi vulnus inferatur, aut aliter corpus grauiter lædatur,punitur, ac fi ipfemet vulnus fibi intuliffet l.fi.ff.de bon.eor. Franc.Marc.q.674.n.3. Ang.de malef. in ver. contra voluntatem d.Titij in prin.& generaliter quotiefcunque quis permittit aliquid fieri in corpus fuum,q fi ipfemet id faceret, puniretur, tunc confenfus eius non operatur quin occidẽs,vel vulnerãs puniri debeat. Iac. Boulench.in l.capitaliũ.§.famofos. n.85.ff.de pæn.Nam, & occidẽs hominem ẽt volentem punitur.Marfil.in l.1.in princ.nu.3.ff.ad l.Cornel.de falf.& quemadmodũ quis nõ pôt impunè fibi vulnus inferre,ita neq; pôt id alteri cõcedere.Caftren.l.fi vnus.§. illud nulla in fi.ff. de pact.Decian.in tract crim.lib.9.c.1.n.33.

13 Hinc † itẽ fit, vt ad pœnã corporalem nemo poffit ex pacto fe obligare l.liber homo.ff.ad l.aquil.& ibi not.Albe.l.diuus.ff.de cufto. reo. l.fi quis reum.ff. rem rat. habe.l. procurator. §.fi.ff.ad exhiben. facit q nnt.in l.fi.de præt. ftipu.& in l.3.in fi.ff.qui fatifd.cog.c.cũ homo 23.q.5.l.fi vnus.§. pactus verf. fed fi pactũ.ff. de pact.Dec.l.nec ex prætorio nu.6.ff.de reg. iur.Bal.in l.executorem col.4.C.de exec. rei iud.Guid.PP.q.278. an homo.Albe.de ftatu. q.55.n.2.Cuman.l.1.§. fi quis ante nu. 5. ff. a quib.appell. non lic.Gaill.de pace publ.lib.2. c.2.n.13.Farinac.in praxi q.33.n.49.75.Neq; enim debitor poteft fe obligare ad iniuriam realem,quę corpori infertur d.l. liber homo facit l.1.§.fed cum homo.ff.de his,qui deiec. l.fi quis.§.fi.ff.de pœn.l.omne delictũ.§.pen. ff. de re milit. Vnde abiuratus fufcipiendo pœnitentiam nõ pôt ad pœnam relapfus fe obligare,vt refpõdit Menoc.conf.82.nu.123.Nã licet ex lege, vel ftatuto quis poffit obligari ad pœnã mortis, vel aliam corporalem Bart. l.titio centum.§.titio centum. ff. de cond.& demon. tamen ex pacto, quis non poteft fic obligari, cùm his cafibus, quis non habeat poteftatem in corpus fuum,vt iam dixi.

Multo minus quis non pôt fe obligare pro alio ad pœnam corporalem, neq; fideiubere vt teneatur pro alio ad corporalem pænam, tex.eft,& ibi glo.not.in c.cum homo 23.q.5. quæ glo.recepta eft frequentifsimo omnium cõfenfu,Couar. var. refol. lib.2.c.8.n.8. dnct. iul.fi a reo.§.fi.ff.de fideiuff. Bart. in l.Iulian⁹ in fi.ff.qui fatifd.cog.in l.tranfigere col.pen. in fi.C.de feru.fugit.in l.1. verfic.2. reunco in dubium C.ne fil.pro patre,& in rub.C.res inter alios acta. Felin.in c. cum veniffet col.3. verf.3.cõclufio de reft. Alber. in d.l.liber homo,& de ftatu.q.51.Roman. fing.126.tu fcis. Marfil.fing.651.puto,Capol.l.1.nu.55.C.de feru.fugit. Paul. Criland. de relaxat. carcer. tit.de fideiuff.reo. nu.4. Burg. in repet.cap. cognofcentes n.125. de conftit.Iaf.l.non impoffibile num.2.ff.de pact.per glo. quam fingularem dicit in d.c.cũ homo, quam fingularem quoq; dicit Bald. in cap. ex refcripto col.pen. de iureiur.Socin.in l.cũ fil.fam.nu.8. circa med.ff.de verb.oblig.in c.venies n.223. de accufa.Menoc.de arbit.iud.cafu.303.n.16 17.Decian.tract.crim.lib.9.c.1.nu.25.& li.2. c.6.nu.11.latè Gomez.tract. de potefta. in fe ipfum lib.1.c.14.Etenim corporali pęna quis non pôt plecti ex conuẽtione pp alterius delictum,& hãc effe Doct. receptam fententiã enũtiat Cia.§.fi.q 46.ver.fed nũqd. Quà tñe non admittitur fideiuffor in caufa criminali, vbi agitur de pœna corporali Iaf.l.1. col.2.ff. de in lit.iur.in §.pœnales col.11.& in §. actiones aũt col.11.inft.de actio.Bal.conf.204.li.1. & cõmunẽ inquit Couar. var. ref. d.c.8.n.8.& generaliter obligatio pro alio ad pęnã cõrporalẽ nõ valet Rom.l.pen.n.35.C.de pact.G phi. conf.690.n.16.Farin.in praxi q.33.n.49.& 75.

14 Illud † præterea confequens fit, vt non poffit reus eligere pęnam corporalem prætermiffa pecuniaria l.de pollicitationibus ff. de

de pollicit.l. aut damnũ.§.proinde, vbi glo. in ver.promitten1.ff. de pœn. quẽ tex.vt ſingularẽ citat Rom. ſing. 131. Cæp.l.1.n.53. C. de ſeru.ſugir. Marſil. d. ſing.651.Menoch.de arb.iud.li.1 q.87.n.7. Socin.c. ſicut iudæi n. 30.de magiſt.latè Gomez.tract.de poteſta.in ſeipſũ li.1 c.16 & ideònõ poterit reus eligere pœnã corporalem,vt à debito liberetur, Angel.l quicunq; C.de ſeru.fugit.Felin. cap.paſtoralis.§.quia verò de offic.deleg. Dec.leg. ſi quis id quod nu.22. cum ſeq.ff.de iur. om. iud. Clar.§.fin.quæſt. 95.verſic.quæro etiam Decian.tract crimin. lib.2 cap. 6. numer.18. Ratio autem cur eligens pœnam corporalem, cùm tamen ſit ſoluendo, non ſit audiendus, illa eſt, præter rationem quam dixi ſupra, quoniam corporalis pœna datur in ſubſidiũ & ferè ſub cõditione,ſlz. vt ita demũ illi locus ſit,cũ non poteſt quis pecuniam ſoluere.

15 Ex † quibus ſit,quoque conſequens,quod vbi agitur de pœna corporali non poteſt reus renuntiare defenſionibus, quoniam ea ratione renuntiare videtur bono corporis, quod reſpicit integritatem corporalis ſubſtantiæ leg.non tantum.ff.de appell. gloſ.in leg.pactũ inter hæredem.ff.de pact. Decian. tract.crimin.lib.9.cap. 1.nu.26.& libr.2. cap. 6.nu.12. Quare minùs rectè faciunt Iudices qui curant, vt rei renuntient ſuis defenſionibus Bart.l.cuſtodias .ff.de publ.iudic.Aretin.c. cũ veniſſet n.18. de teſtib. Marſil.ſingul.651.Menoch.conſil.82.nu.127.&quamuis Clar. in §.fin.qu.49. verſ.quęro teneat poſſe reũ in cauſis criminalibus renuntiare ſuis defẽſionibus,tñ ex ijs, quæ poſteà citat, depręhẽditur manifeſtus error impreſſorũ,vt aduertit ẽt Scapp.de iure nõ ſcripto lib.5.c.119.ſed viẽ infra vbi dicam de renunt.defenſionũ.

16 Item † inde ſit, vt minimè noceat confeſsio in criminalibus, vbi agitur de pœna corporali, nam quemadmodum hoc caſu nõ nocet renuntiatio,ita neq; confeſsio, vt alibi dixi, vnde quamuis confeſſus in ciuilibus ante litem conteſtatam pro condemnato habeatur leg.1.Cod.de confeſs. leg.certum §.fin.ff.eo.leg.ſi debitori.ff.de iudic.tamen in criminalibus ſemper proceſſus, & ſententia exigitur l.ſi confeſſus. ff. de cuſto. reo. & dict.leg.1. Nam vbi agitur de pœna corporali ſoli confeſsioni rei minimè ſtandum erit leg.1. §.diuus.ff.de quæſtio. leg. inde neratius.§ fin.ff.ad leg. aquil.Alex.conſ.19.circa primum col.1.lib.7. Caſtren. auten.ſed nouo iure Cod.de furt.Imò non poteſt quis confeſſione ſua efficere, vt id delictum ſit, ac cenſeatur,quod verè non eſt. Menoch. conſ.82. nu.118.Et vbi non apparet aliter de crimine quis non põt ex ſola confeſsione condẽnari. Clar.§.ſi.q.55. verſ. põt ẽt,& q.4.circa prin.

17 Hinc † quoque prodit,quod vbi quis tenetur ſub pœna denuntiare omnia delicta, non tenebitur denũtiare delictum á ſe commiſſum.Salicet.l ea quidẽ q.17.C. de accuſa. ſequitur Decian. tract.crim. lib. 9. c.1.n.34.

18 Quibus † accedit,quod nõ obligat iuramẽtum præſtitũ in damnũ ſalutis corporalis gl. in c.dilectus,9 mer.cau,c.2.12.q.4.gl.in clem. paſtoralis.ver.p violẽtiã de re iud.& ibi Doct. Seraph.priuileg.iuram.132.Coua.var.reſ.lib. 1.c.2.n.7.8.Clar.§.fin.q.21.n.16.Gute.de iur. pat.1.c.57.nu.24 Farinac q.30.nu. 91.& 124. Nauarr.in manua.c.12.n.18.Aſin.de executi. §.c.2.Hinc iurans ſe moraturum in loco, vbi eſt peſtis non tenetur ſeruare iuramentũ Pręuidell.de peſt.rit.de cõtract. verſ.ſubijcitur.

19 Quibus † illud quoque conſequens ſit,vt non valeat pactum, quod offendens ſpontè ſe committat in manibus inimici, quia põt offendi corpus.Bart.l.1.§. vſque adeo in fin. & ibi Ange.ff.de iniur.in l.ſed ſi vnus.§.præ tot.nu.1.ff.eo. Socin.c. contingit nu. 3. & 5. de ſent.excom.Boer.q.262.num.4. Menoch. de arbit.iud.li.2.q.7.n.6. Decian. tract.crim. lib.1.c.6.n.12.lib.9.c.1.n.31. & quãuis aliqui exiſtimauerint huiuſmodi pactum valere,gl. in l.pen.ff.de arbit.&alij quos refert Gomez. de poteſt.in ſe ipſum lib.1.c.13. tamẽ dicere poſſumus hanc ſentẽtiam,ita intelligi, vt ſe ſubijciẽs volũtati offẽſi occidi,aut vulnerari minimè poſsit;d.c.13.n.10.ver.mihi videtur.

Sed videamus an renuntiari poſsit bono corporis, quod eſt circa delectationem, vel contenta ſenſus, & cui opponitur verberatio,vel quodlibet aliud ſenſum dolore afficiens,& primò an quis poſsit † ſe ad torturam obligare,& dicendum eſt non poſſe per d.l.liber homo.Bart.l. interdum. §. qui ſure ff.de furt.Aretin.c.cum veniſſet num.18. de teſtib. Cagnol. leg.nemo fraudare videtur. num.3.ff. de reg.iur. Quin ſecundum receptiorem ſententiam quis non poteſt obligari ad patiendum torturam etiam inferendam per iudicem. Cagnol. d.leg. nemo fraudare videtur.Gaill.de pace publ. lib.2.c.8.nu.14. Coler.de proceſsi.execut.part.1.cap.6.num. 47.vbi inquit hanc eſſe veriorem ſentẽtiam. Clarus.§.fin.q.63.verſ. Sed quæro Maſcard. tract.de probatio.ver. offenſi dictum concl. 1129.num.18.Gomez. tract.de poteſta. in ſe ipſum lib.1.cap.15.nu.5. Et quamuis ex ſententia glo.in d.§. qui ſurem liber homo poſſit ſe in quæſtionem dare.Tamen glo.id non videtur dicere, ſed inquit liberũ hominem in quæſtionem ſe dediſſe, quod excludit vim non tamen dicit, quod iure ſe dare in quæſtionem potuerit.vt declarat Fulgoſ. in leg. cum ſeruus in ſi. ff. de condict. cau.data, & ibi Bart.& Roman.vbi inquit,quod non põt liber homo alteri permittere, ſeu licitam facere ſui ipſius torturam. Qua ratione decuriones,& alij, qui habent priuilegium ne torqueri poſsint, non poterunt renuntiare ſuo priuilegio Petr. Duen. regu.190. ver. decuriones limit.4. verſ. contra quã limitationem Gomez.d.c.15.nu.10.verſ.quartus caſus eſt.Nãq; tortura eſt grauis pœna,ac grauior, quã vtriuſq; manus abſciſsio.Pariſ.de Puteo, de ſindica.verſ. tortura cap.15. Io.Crot.de

teſtib.

testib. num. 167. Iacob. Nouell. ad defensam tit. de excusationibus &c. num. 24. Cason. de torment. cap. 7. nu. 2. Io. Roias de hæretic. par. 2. nu. 28. assert. 1. imò æquiparatur morti. Damhouder. in Enchyrid. parium, vel simil. tit. mors, & tortura.

21 Cæterum † vbi corpus non læditur grauiter, vel corpus non destruitur, neque frangitur, tunc quisque potest suum corpus lædere, atque id alteri permittere. Bart. in l. 1. §. vsque adeo. ff. de iniur. Aretin. §. iuris præcepta. insti. de iusti. & iure. Franc. Marc. qu. 674. Cagnol. l. nemo fraudare videtur num. 6. ff. de reg. iur. vbi tenet contra Dec. ibi, quoniam secundum eum, tex. in d. l. liber homo, procedit in actione legis aquiliæ, quæ loquitur de occidente, aut vulnerante l. qua actione, & toto tit. ff. ad l. aquil. non etiam quoties cutis minimè scinditur. Potest enim quis modicè se ipsum percutere. Gomez d. tractat. lib. 1. cap. 11. nu. 8.

22 Est † tamen notandum, quod vbi quis potest ex consensu suo verberari, eo casu cōsensus requiritur tempore percussionis. Et ideò non valet pactum, quod repertus in vinea possit impunè verberari, & cedi à domino vineæ, quoniam etsi voluntas initiò adsit, ea tamen abest percussionis tempore. Bart. d. l. 1. §. vsque adeò, Angel. l. si vnus. §. pacta, & ibi Iac. à S. Georg. num. 4. ff. de pact. cui declarationi licet videatur in contrariū facere text. in l. in diem vers. nam is nullam. ff. de acq. plur. arc. cum alijs iurib. quæ volūt sufficere, quod quis semel voluerit, & quod voluntatis mutatio non admittitur, tamen non procedunt hoc casu, quia potest consentiens, non obstante consensu primo mutare suam voluntatem. Coler. de processi. exeeut. par. 1. cap. 8. nu. 65.

23 Verùm † illatam corpori suo iniuriam ab altero potest, quis tam expressè, quàm tacitè remittere ad sui præiudicium glos. §. fin. instit. de iniur. leg. si tibi. §. 1. ff. de pact. non etiam ad præiudicium reip. glo. in l. 2. ff. ad sillania. Bart. l. 1. in prin. ff. de iniur. Aret. §. iuris præcepta nu. 3. de iust. & iure.

24 Ex † quibus constat renuntiari posse voluptatibus corporis. Vndè Petr. Victor. var. lect. lib. 6. cap. 20. refert athletas tanto desiderio coronæ flagrasse, vt renuntiarent omnibus corporis voluptatibus. Imò virtus tēperantiæ versatur circa corporis voluptates tanquam circa propriam materiam suam. Arist. ethic. libr. 3. cap. 10. Quare si Athletæ gloriolæ obtinendæ causa, vt coronam cōpararent, sibi à corporis voluptatibus temperabant, quanto magis, id nos Christum sequentes facere oporteret pro æternæ gloriæ corona assequenda; Ex qua renunt. rectè fit obligatio per votum continentiæ, quo quis abrenuntiat maximis delectationibus corporis, & bono corporis, nempè eius voluptatibus. D. Tho. 2. 2. q. 186. artic. 7.

Sed an bono corporis, quod versatur circa motum, & vsum membrorum renuntiari possit, nimirum an ex pacto quis se obligare ad carceres possit, vel se in obsidem dare, longè lateq; loco opportuniori dicemus.

XXV. RENVNTIATIO BONORVM NOSTRORVM, hæreditatis, & successionis.

SVMMAE.

1 *Bonorum appellatio, aut naturalis, aut ciuilis.*
2 *Facultates nostræ bona nostra dicuntur.*
3 *Facultates esse ciuiliter bona.*
4 *Facultates secundum stoices minimè esse hominis bona.*
5 *Beatitudinem non esse in diuitijs.*
6 *Diuitias prodesse homini.*
7 *Diuitias bonis bonas esse.*
8 *Bonorum, ac facultatum nostrarum, commodum consistere in libera potestate de eis disponendi.*
9 *Bona nostra spontè etiam ammittere possumus.*
10 *§. Sed, & maior instit. de ijs, qui sunt sui, vel alie. iur.*
11 *Bonis nostris etiam simpliciter renuntiare possumus, idque dupliciter.*
12 *Bona, qua ratione contemni debeant.*
13 *Renuntiari simpliciter bonis, an possit.*
14 *Bonorum cessio.*
15 *Bonis renuntiari duobus modis.*
16 *Pactum renuntiatiuum hæreditatis, quot modis fieri possit.*
17 *Pactum de non succedendo an valeat.*
18 *Pactum de non succedendo valere regulariter.*
19 *Pactum de non succedendo, ita demum valere si fiat cum eo, de cuius hæreditate agitur; si verò fiat inter aliquos futuros ex lege hæredes, ita valere, si accesserit consensus eius, cuius successioni renunciatur.*
20 *Pactum de non succedendo factum à filio patri.*
21 *Pactum de non succedendo patri factum à filia firmatur iuramento.*
22 *Renuntiatio futuræ successionis facta per modum pacti.*
23 *Pactum de quo in cap. quamuis pactum de pact. lib. 6. dicitur quædam transactio.*
24 *Renuntiatio futuræ successionis, de qua in dicto cap. quamuis pactum non est propria donatio.*
25 *Cap. quamuis pactum. Loquens de pacto, an procedat etiam in promissione de renuntianda.*
26 *Renuntiatio, vt vim pacti obtineat, an requiratur præsentia eorum, quibus fit renuntiatio.*
27 *Renuntiatio facta patri simpliciter, quid operetur.*
28 *Renuntiatio bonorum paternorū facta fratrib.*
29 *Renuntiatio bonorum absentis, etiam cum iuramento non valet.*
30 *Renuntiatio bonorum patris, aut fit ipsi patri, aut verò fratribus, vel alijs.*

31 *Renuntiatio facta fratri, an prosit cæteris fratribus.*
32 *Potest, cui facta est renuntiatio, vel qui præstitit consensum filiæ, quæ fratri renunciauit, an possit reuocare consensum.*
33 *C. quamuis pactum. loquens simpliciter de filia, an procedat etiam in filio, & an procedat in filia minore, vel impubere, vel etiam in filia constituta, in patris potestate, & an in filio prodigo.*
34 *Consuetudinem esse per totam Italiam, quod fœminæ renuntiant, cum nuptui traduntur.*
35 *C. quamuis pactum. Procedere, siue postquam filia tradita est nuptui, siue antequam tradatur siue etiam, dum vult ingredi religionem.*
36 *Pater viuens non compellitur assignare filio legitimam.*
37 *Pater viuens põt filio volenti tradere legitimã.*
38 *Filius, qui accepit legitima à patre viuente, renuntiauit, an auctis postea facultatibus patris; nihilominus excludatur.*
39 *Filius renuntians patris successioni propter expensas studii.*
40 *Filius renuntians successioni patris, si nihil, vel parum recepit.*
41 *Bonorum appellatio interdum sumitur pro hæreditate.*
42 *Renuntiatio, vt fiat de bonis patris, vel super bonis patris, vel etiam, quod renuntietur bonis, vel hæreditati, maxime interesse.*
43 *Renuntiatio bonorum maternorum.*
44 *Filia renuntians, an certiorari debeat de prohibitione l. pactum dotale. C. de collatio.*
45 *Lex ciuilis improbat solùm id pactum de non succedendo, quod fit patri.*
46 *Pactum de non succedendo patri factum, cur improbetur.*
47 *Capit. caute. 72. incip. tu scis improbetur.*
48 *Filius renuntians successioni patris, propter expensas study.*
49 *Pactum de non succedendo filio factum à patre, an valeat.*
50 *L. 1. §. si parens. ff. si apparen. quis fuer. manu.*
51 *Iuramentum firmare pactum de non succedẽdo à lege ciuili, improbatum.*
52 *Iuramentum, vt firmet pactum de non succedendo, quæ exigantur.*
53 *Iuramentum à Iudæo præstitum.*
54 *Filius iurans se nunquam renuntiaturum hæreditati patris.*
55 *Iuramentum dolo, vel metu extortum.*
56 *Renũtiatio facta à filio per metũ reuerentialem.*
57 *Pactum de non succedendo, firmari etiam consuetudine, vel statuto.*
58 *Filius legitimatus cum pacto, vt patri non succedat.*
59 *C. quamuis pactum, Dispositio ex vi iuramenti seruari debet etiam in foro ciuili.*
60 *Filiæ excluduntur à successione renuntiationibus.*
61 *Pactum de non succedendo patri factum, cum iuramento, cur seruari debeat.*
62 *Filia, quæ renuntiauit bonis paternis an, & quomodo possit ad ea regressum habere.*
63 *Filia, quæ renuntiauit patri, quando succedere possit, non obstante renuntiatione.*
64 *Pactum de non succedendo factum à filio patri, an sit aduersus bonos mores.*
65 *Renuntiatio iurata facta à filia bonis patris, an alijs noceat, & quibus noceat.*
66 *Pactum de non succedendo iam defuncto valere.*
67 *Renuntiationẽ hæreditatis nondum delatæ valere.*
68 *Hæreditas delata non etiam adita repudiari potest, sed ei renuntiari non potest.*
69 *Hæreditatem iam aditam repudiari non posse.*
70 *Hæreditati iam aditæ, renuntiari posse, & quomodo.*
71 *Hæreditati, & successioni an, & quibus casibus renuntiari possit.*

NVNC transeamus ad renũtiationem eorum bonorum, quę facultatibus constant, hęreditatis, & successionis. Quod caput in quatuor potissimum partes, ita distribuitur, vt in prima agatur de renũtiatione bonorum nostrorum, in secunda de renũtiatione futuræ successionis, in tertia specialiter de renuntiatione bonorum patris facta á filio ipsi patri. In quarta de renũtiatione hæreditatis defuncti. Vt autem primam partem principalem aggrediamur, sciẽdum
1 est, quòd bonorum † appellatio, aut naturalis est, aut ciuilis. Ex naturali significatione bonorum appellatio omnia comprehendit, quæ beant, hoc est prosunt l. bonorum la. 1. l. subsignatum. §. bona l. princeps bona. ff. de verb. significatione. Alex. l. non amplius. §. cum bonorum num. 7. & ibi Iason num. 11 ff. de leg. 1 Cum etenim naturalis appellatio dicatur cuiusq. rei significatio, quam
2 sua vi natura, quæ habet, atque ex † naturali significatione bonũ sit, quidquid beat idest, prodest, aut certè prodesse putatur, factum est, vt fortunæ nostræ, ac facultates bona dicantur. Hinc bona, & facultates idem declarant leges, nam quod in si. iuncta l. cogi. ff. ad trebel. & facultates pro bonis vsurpantur l. si vnquam C. de reuoc. donat. vbi tex. dum loquitur de donante omnia bona, vel partem bonorum, ita inquit bona omnia, vel partem aliquam facultatum. Idque constat ex plurib. legibus, quas adfert Tiraquel. in dicta leg. si vnquam vers. facultatum in princ. & est glos. in l. si constante in princ. in vers. non sufficere, & ibi Bart. ff. solut. matrim. Dec. in leg. si qui se patris col. 4. vers. nota ibi facultates
3 C. vndè libe. Atq́ † ita facultates sunt ciuiliter bona, hæcque appellatio ciuilis est, quoniam in ijs præcipuum iustitiæ munus constitutum est. In iure ergò ciuili hoc substantiuũ bona pluraliter sũi pro fortunis, & facultatib. accipitur. Hæcque est bonorũ ciuilis appellatio ex sententia Alcia. in d. l. bonorũ

tam

tam, & si Accur. ibi aliter interpretatus fue-
4 rit. Et † quamuis secundum stoicos fortunę, ac facultates non sint hominis bona, siquidē non sunt dicenda bona illa, quibus abundantem, licet esse miserrimum Cicero paradox. 1. tamen diuitię in homine esse dicuntur bona. Quod & optimè expressit Terent. in Heauton. dum ita inquit.

Quid reliqui est, quin habeat, quę quidem esse in homine dicuntur bona, parentes, patriam incolumem, amicos, genus, cognatos, Diuitias?

Verum secundum Diuum Augustinum de libero arbitrio facultates sunt minima bona quod & peripatetici, censerunt. Namq; ij primas partes bonis animi detulerunt, secundas bonis corporis, postremas bonis externis, nempè diuitijs nobilitati cum sim. Plutar. in eo oppusculo, quod de Homero inscri-
5 bitur. Sed † & quamuis facultates bona dicantur ex eo, quod beant dicta l. bonorum, tamē beatitudo, quæ est, vltimus finis hominis in illis, minimè esse potest. Nam diuitiæ, aut sunt naturales, aut artificiales, naturales autē, quibus homini subuenitur ad defectus naturales tollendos, ordinantur ad ipsum hominem, sicut ad finem, Vnde non possunt esse vltimus finis ipsius hominis. Multominus rationem habent vltimi finis diuitiæ artificiales, quoniam illæ non quæruntur, nisi propter naturales, Diu. Thom. 1. 2. q. 2. art. 1. nam & sententiam eorum, qui existimauerunt beatitudinem esse in diuitijs duplici ratione improbat Aristoteles Ethic. lib. 1. cap. 5. Quodcumq; etenim est summum bonum necesse est omnibus esse propositum, sed de diuitijs Lactantius de falsa sapientia cap. 11. Ita scribit; Nam, & paucioribus, & plerunque casu, & in actibus sæpè, & nonnunquam scelere contingunt, & optantur ab ijs, qui eas iam tenēt.

6 Sanè † facultates propriæ beare non possunt, vt supradixi, sed prosunt, aut certè prodesse putantur, atque ad beatitudinem qualis in hac vita haberi potest, exiguntur exteriora bona non quasi existentia de essentia beatitudinis; sed quasi instrumentaliter, deseruientia ipsi beatitudini, quę consistit in operatione virtutis, Diu. Tho. 1. 2. q. 4. art. 7. Qua ratione apud probatissimos scriptores diuites appellantur beati, vt per Tiraquel. in l. si vnquam in verb. bona in princip. Cod. de reuocan. donat. Namque felices existimantur, qui rebus omnibus ad vitæ vsum, ornatumq; tùm ad perfruendas voluptates spectātibus affluunt; Prosunt quippè diuitiæ ad vsus vitæ necessarios; atque tantum prosunt, quantum è diuerso obest ægestas, & inopia. Siquidem, vt opulentia bonum videatur acerbitas ęgestatis facit. Lactan. lib. 2. Vndè expetuntur diuitię, vt inquit Cicero 2. offitiorū, tùm ad vsus vitæ necessarios: tum ad perfruēdum voluptates, Atque vt scribit Aristot. & refert Bal. in l. 2. num. 6. Cod. de constit. peccu. numus est fideiussor futuræ necessitatis. Quinimo diuitiæ sunt vitę hominum glos. in l. Aduocati verb. vitam Cod. de Aduocatis diuersorum Iudicum Bal. in l. si tuis nnmis C. de operis libertorum, & in dicta l. 2. num. 6. & peccunię obediunt omnia Ecclesiast. cap. 10. & refert Bal. in l. singularia col. 4. ff. si certum petatur, Vndè idem Bal. in dicta l. 2. num. 6. notat, quod is, qui habet pecuniam habet omnē rem, quam vult habere. Sanè de vtilitate, atq. vsu facultatum non est ambigendum. Siquidē vt inquit Demost. Olymph. 1. opus sunt opes, & sine ijs, nihil fiet, quod opus. Denique, vt scribit Horat. 2. Sermonum:

Diuina humanaque pulchris
Diuitijs parent.

Estque in hanc sententiam, quod scribit Petron. Arbit. in Satet.

Quisquis habet nummos secura nauiget aura.
Fortunamque suo temperet arbitrio.
Vxorem ducat Danaem, ipsumque licebit.
Ach. credere quod Danaem.
Carmina componat, declamet, concrepet, omnes,
Et peregat causas, sitque Catbone prior,
Iurisconsultus paret, non paret habeneo,
Atque esto quidquid seruius, & labeo.
Multa loquor, quiduis nummis præsentibus apta,
Et veniet. clausum possidet archa Iouem.

Quare Bion Philos. sapienter dicebat diuitias esse neruos actionum, quod sine ijs nihil agatur.

Sed non modo diuitijs omnia parent; sed etiam illæ sunt velamenta vitiorū, vt Diogen. pronuntiauit. Diuites enim cum alijs nihilo sint meliores, tamen excecant homines, vt videantur præstare cęteris virtute scientia, & sapientia. Nam vt scribit Euripid. in Heracl. si ita est in diuitijs existimatio virtutis, existimamus enim diuitem omnia scire.

Cum igitur facultates, & diuitiæ tantum habeant vtilitatis, ac commodi non abs re ex ciuili significatione bona dicuntur. Negari
7 † enim non potest, quin huiusmodi bona, bonis sint bona, vt concludit Tiraquel. dicta l. si vnquam verbo bona num. 4. Diuitiæ quippè probis viris adiumenta sunt virtutum. Nam, vt sapiēter scribit Plat. de diuin. Opes honestis viris, ac bonis, bonę sunt, improbis verò malæ; Vnde Terent. in Heauton. de huiusmodi bonis ita scribit,

Atque hæc proinde sunt: vt illius animus est, qui ea possidet.
Qui vti scit, ei bona sunt: illi, qui non vtitur rectè, mala.

Pręterea, cū huiusmodi bona, quę diuitijs constant, tantum habeant ponderis omnibus in rebus, vitium, ac potentię, non abs re facultates appellantur, vt quæ rerum omnium facultātem, seu facilitatem suppeditant; Vnde videmus eum, qui facultatibus abundat facile agere quod vult. Tiraquel. dicta l. si vnquam in

verbo facultatum.

8 † Bona autem ita demum nos beant, hoc est, nobis prosunt si ea nostra sunt, atq. in dispositione nostra. Planè dominium, quod in bonis, ac facultatibus nostris habemus, facit, vt circa illa liberrimam habeamus facultatem, ac potestatem de eis disponendi l. in re mandata c. mandari. Nam bonorum, quæ diuitijs constat, homo est verè Dominus per facultatem liberi arbitrij. Petr. Aragon. de iustit. & iur. q. 59. art. 3. vers. secundo est aduertendū. Vnde de bonis nostris disponere possumus l. in re mandata, atque ea contemnere eisque abuti l. sedet si §. consuluit ff. de petit. hereditatis ibi, dum re sua se abuti putant leg. p. §. & magis ibi prodegit ff. si quid in fraudem patroni, Enim vero dominium bonorum habere, nihil aliud est, quam libertimam, atque ad libitum circa ea facultatem habere, vt patet ex dominij diffinitione quam adfert Vasq. controuer. c. 17. n. 4. & Sot. de iust. & iur. lib. 4. qu. 1. artic. 1. dum tradit dominium esse propriam cuiusque facultatem, & ius in rem quamlibet, quam in suum ipsius commodum vsurpare potest, quncunque vsu l. permisso. Et licet non videatur vsurpare ad suum commodum, quis eo dum isque re sua abutitur, tamen dici potest, vt disponat et iam ad suum commodum, & lucrum is, qui sponte rem suam perdit, dum ita agendo voluntatem suam explet, vt cupit, atq. voluntati suæ obsequitur glos. vlt. in leg. penult. & ibi Bart. Bal. & Ang. ff. de cond. cau. dara Tiraq. de retract. lin. in præfat. n. 25. Mantua singulari 327.

9 † Sponte ergo bona nostra amittere possumus, atque illis abuti dicto §. consoluit d. l. 1. §. & magis loqui autem §. 1. ff. quæ in fraudē creditorum l. non vsque ff. si quis apparet. d. l. in re mandata. Nam cum facultates bona dicantur ex eo, quod rationem habent boni vtilis, certè vtilitatibus quas adferūt ipsa bona renuntiare possimus ex vulgata regula, quæ proditum est, vt cuique fas sit renuntiare suis vtilitatibus, ac commodis l. si Iudex circumuento ff. de minor. l. penul. C. de pact. cum sim. Mantua singulari.

10 † Neq. obstare videtur tex. in §. sed & maior insti. de ijs, qui sui, vel alieni iur. sunt, vbi expedit Reipub. nè quis re sua malè vtatur; quoniam id procedit cum quis abutitur re sua quæ erat animæ rationalis, idque propter naturalem cognationem, quam inter nos natura constituit l. vt vim ff. de iust. & iur. & ita procedit text. in d. §. sed, & maior, vt per Vasq. d. c. 17. n. 3.

Bonis igitur renuntiare possumus nostris, & nobis quæsitis nepè, aut bonis nostris simpliciter, aut ad fauorem certæ personæ l. fuit quæstionis ff. de aquiren. hereditate Bal. cons. 403. pun&na. n. 3. l. 1.

11 † Simpliciter renuntiare possumus bonis nostris dupliciter, nempè tacitè, & expresse, tacitè scilicet ea pro derelicto habendo. Nā quamuis Dominus renuntiet rei suæ, atque declaret nolle rem suam esse, tamen si si abiecerit rem si ea mobilis fuerit, aut ab immobili discesserit non desinit esse Dominus leg. nemo l. si quis merces ff. pro derelicto. Renuntiatio quippè bonorū colligitur ex actu abijciendi, si res sit mobilis vel ex actu exeundi de re si ea sit immobilis modo abijciens, aut exiens habeat animum derelinquendi leg. 1. & ibi glo. ff. pro derelicto. Nam is, qui abiecit, vel dereliquit bona sua amissioni consensisse videtur, quoniam ex facto suo oimirum exactu abijciendi, seu derelinquendi dominium rei suæ abs se, se recessit tacitè, seu interpretatiuè Vasq. Illust. controuer. c. 51. num. 6. Feder. de Sen. cons. 507. domine. Hæcque renuntiatio bonorum tacita dicitur vtpotè, quia colligitur ex l. interpretatione glos. in §. penult. verbo nolit instit. de rer. diuisione, & dixi alibi. Porrò res desinūt esse nostræ ijsdem modis, quibus aquiruntur l. 1. ff. pro derelicto, vt autem res occupatione aquiruntur, vt notat. in leg. 1. in prin. ff. de aquiren. possessione, ita desinunt esse nostræ contrario actū, nempe abijciendi, seu derelinquendi.

12 Hinc † constat nonnullos Philos. vt inquit Lactan. diuinarum institutionum l. 1. c. 1. abiecisse res familiares suas, vt solam, nudamque virtutem nudi, expeditique sequerentur. Sanè huiusmodi bona, vti impedimenta ad virtutem contemni debent. Siquidem paupertas ad virtutem conducibilior est, quàm diuitię, Chrysos. super Epis. ad Hebręos Homil. 4. Atque, vt scribit Diu. August. de verbis Domini, aurum est materia laborum periculum possidentium: aurum eneruatio virtutum, aurum malus Dominus, proditor seruus, & Senec. de tranquillitate animi, ita scribit, patrimonia sunt maxima humanarum ærumnarum materia. Nam si omnia alia, quibus angimur, compares, cum ijs, quæ nobis mala pecunia nostra exhibet hęc pars multū prægrauabit. Quare Philoxenus Poeta, cum in Sicilia bona possideret, & animaduertisset illius gentis luxum ad delitias, per Deos inquit hæc bona me non perdent, sed ego potius illa. Moxq. cum bonis renuntiasset è Sicilia abnauigauit. Beatissima quippè res est voluntaria paupertas. §. 1. instit. quibus ex causis manumittere non licet. Imò hæc necessaria est ad perfectionem caritatis, & religionis Diu. Thom. 2. 2. quest. 186. art. 3. Porrò, vt idem tradit 1. 2. q. 99. art. 6. perfectio hominis est, vt cōtemptis bonis temporalibus inhæreat spiritualibus. Imperfectorum est, vt temporalia bona desiderent in ordine tamen ad Deum. Peruersorum denique est, vt in temporalibus bonis finem constituant. Nam spontanea bonorum abdicatio perfectio est, iuxta consilium Euangelij Luc. c. 14. vbi Saluator noster, ita docet omnis ex vobis

qui

qui non renunciauerit omnibus, quę posſidet non poteſt meus eſſe diſcipulus. Bona autem temporalia contemni debent, in quantum nos impediunt ab amore, & timore Dei. Diu. Thom. 22. q. 136. art. 1. Ex quibus ſatis conſtat obiectum voluntatis eius, qui bonis ſuis renuntiat eſſe bonum, cum & aliàs ſemper voluntatis obiectum ſit bonum, atque voluntas noſtra ſemper feratur in bonum illud, vt ſuũ obiectum appetendo. Diu. Thom. 1. 2. qu. 8. art. 1. ad 1. Nam Phyloſ. idcircò contemnunt bona, vt ſolam virtutem expediti ſequantur. Qui autem renuntiant bonis, vt inhæreant ſpiritualibus, atq. vt expediti Xp̃m ſequãtur, id ſanè pro bono habent, vt voluntariæ paupertatis acerbitatem maximo bono penſent atque eis ſpes maior magnum afferat ſolatiũ. Namq; hi bonis præſentibus renuntiat propter vera bona futura, atq; ſpa maiore propoſita bonis temporalibus ægeſtatem anteponunt.

13 Verùm † ſimpliciter bonis noſtris expreſſa, ac nuda voluntate noſtra renuntiare non poſſumus, quandoquidem ſimpliciter renũtians bonis ſuis non ammittit illorum dominium leg. ſi quis vi. §. differen. & ibi not. ff. de acquiren. poſſeſſ. vbi dominium nihilominus eius manet, qui dominus eſſe non vult.

Fauore aũt certę perſonę bonorum noſtrorum renuntiatio permittitur, dũ bona noſtra per renuntiationem in alterum transferre volumus. Siquidem, vt inquit text. in §. per traddit. inſtit. de rerum diuiſione, nihil tam conueniens eſt naturali æquitati, quàm voluntatem domini volentis rem ſuam in alterum transferre ratam haberi. Quò fit, vt permittantur renuntiationes bonorum, quæ fiunt fauore patris puta de bonis matris defunctæ vel fauore fratrum de bonis parentum iam quæſitis, & maximè ab his, qui religionis ingreſſu renuntiant, de quibus loquitur Concil. Triden. ſeſsione 25. cap. 6. nulla quoque renuntiatio.

14 Denique † bonis renuntiare is videtur, qui bonis cedit, cum ea dimittit, ac concedit creditoribus. Et quamuis huiuſmodi bonorũ abdicatio non videatur eſſe omninò voluntaria, quomodo eſt renuntiatio bonorũ; tamẽ eſt quid voluntarium habens admixtionem inuoluntarij, quod ab Ariſt. Ethycorum l. 3. c. 1. & ab alijs appellatur voluntarium ſimpliciter, & inuoluntarium ſecundum quid. Nam cedans bonis abdicat ea metu maiorum malorum eligitque è duobus malis id, quod minus eſt, atque mauult cadere bonis, quam grauius quid pati, ſiquidem cedens, ideò bona abdicat, vt ſe liberet a metu carceris l. 1. l. penul. & leg. fin. c. qui bonis cedere poſſunt. Nam, & voluntarium ſimpliciter, & inuoluntarium ſecundum quid dicitur, eũ mercator, vt ſe liberet à metu tempeſtatis in mari ortæ iacturam rerum ſuarum facit Ariſt. d. c. 1. Sanè ſecundum eum ibi ſimpliciter, & abſolutè nemo ſua ſpontè rerum ſuarum iacturam facit, ſed ſuæ, ac cæterorum ſalutis cauſa id facit, nimirũ iacturæ rerum ſalutem corporum anteponens. Ceſsio quidem bonorum eſt flebilis, ac miſerabilis, at miſerabilius eſt carceris miſerias perpeti. Quare nemo ſpontè bonis ſuis cedit, ſed ceſsio vti remedium adhibetur ad euitandum maius malum. Ex quibus conſtat ceſsionem bonorum eſſe ſpontaneam ſimpliciter, non autem ſecũdum quid, proindeque a bonorum renuntiatione differre.

Sed quod dictum eſt de renuntiatione bonorum noſtrorum, idem obtinet in renuntiatione hæreditatis à nobis aditæ, quæ per addationem effecta eſt, patrimonium noſtrũ,
15 vt poſteà dicam. Nám † bonis renuntiatur duobus modis ſcilicet, aut bonis noſtris iam quęſitis, & de eorum renuntiatione hactenus dictum eſt. Aut verò renuntiamus bonis alterius, quæ quidem acquirere ſperamus ex quapiam ſucceſsione futura deferenda, & de ijs, nunc dicendũ erit. Nám, & renuntiat filius bonis paternis, quæ acquirere ſperat ex ſucceſsione futura cap. quamuis pactum ibi ad bona paterna de pact. l. 6.

SECVNDA igitur parte principali videndum erit de Renuntiatione bonorum, quæ acquirere ſperamus ex ſucceſsione futura deferenda, ſeu de pacto de non ſuccedendo. Cũ etenim omne ius, vt habetur in l. fi. ff. de l. cõſiſtat, vel in acquirendo, vel in conſeruando, vel in amittendo: totidem ſanè modis pacta de hęreditate fieri poſſunt. Namque ea ſunt aut de ſuccedendo, atque ita de acquirenda hæreditate, aut de hęreditate certo modo diſponenda, ſeu conſeruanda; aut denique de non ſuccedendo. Vnde Bart. in l. fi. C. de pact. quem ibi omnes ſequuntur, primo, & quarto loco quærit, an valeat pactum de ſucceſsione conſeruanda, aut certò modo diſponenda. Secundò, an valeat pactum de perdendo iure ſuccedendi, hoc eſt de non ſuccedẽdo. Tertio, an valeat pactum de ſuccedendo. Sed, vt propoſitam materiam pacti quo ammittitur hęreditas aggrediamur. Sciendum
16 eſt, quod † pactum renunciatiuum hęreditatis fieri poteſt, aut de hęreditate iam quæſita, aut de hæreditate querenda. Rurſus de hæreditate quærenda pactum fieri poteſt dupliciter, nempè, aut de hęreditate ſuperſtitis, aut defuncti. Poſtremò circa defuncti hęreditatem fit pactum, aut de hęreditate nondum delata puta quia nondum euenit conditio, ſub qua relicta eſt, aut de delata tantum. De ſingulis videamus. Hac igitur ſecunda parte videndum erit de pacto de non ſuccedendo. Deindè ſpeciatim de Renuntiatione ſucceſsionis bonorum patris facta à filio ipſi patri, poſtremò de Renũtiatione hęreditatis defuncti, ſiuè ea ſit nundũ delata,

delata, siuè iam delata, siuè iam sit adita.

17 Quod † ad hanc secundam partem attinet, dubium est non modicum, an valeat pactum de non succedendo. In qua quęstione videntur iura contraria, nàm quod non valeat pactum, quò renuntiatur hęreditati viuentis facit leg. pactum dotali C. de coll. leg. ex eo C. de inutilibus stipulationibus leg. fin. ff. de suis, & legitimis leg. si quando §. illud. C. de inofficioso testamento. Imó huiusmodi pactum videtur esse contra bonos mores l. fin. C. de pact. glos. in d. l. ex eo, & gl. in l. qui superstitis. ff. de acquirenda hæreditate extendit dispositionem, quæ vult repudiari minimè posse hæreditatem viuentis procedere etiam in pacto, quo renuntiatur huiusmodi hæreditati, atque voluit etiam per pactum iuratum ei renuntiari non posse.

Hinc Doct. cōmuniter cōstituunt hanc regulam negatiuā quòd pactū de non succedendo non valet Doct. in d. l. pactum dotali in l. fin. C. de pact. Vbi Bart. & alij, & in l. stippulatio hoc modo. ff. de verb. obligationibus, Bart. in d. l. qui superstitis, vbi alij in d. leg. fin. nu. 7. vers. 2. quæro, & in l. si quis pro eo nu. 17. vers. 10. prohibetur. ff. de fideiussoribus Cornens conf. 31. colum. 3. l. 2. Paris. conf. 69. n. 3. lib. 3. Socin. reg. 280. in ver. pactum, Crassus in communibus. §. successio ab intestato quęst, 10. in princ. Gomes. in leg. Thauri 22. nu. 1. Cagnol. d. l. fin. num. 195. Vasq. de successionum creatione lib. 2. requisito 29. num. 58 Nàm pacta de non succedendo secundum regularem doctrinam non valent, vt inquit Petruccia leg. 1. num. 91. ff. de iure iuran.

Pro qua sententia primo facit, quod iuri futuro renuntiari non potest leg. si ita scriptum. §. si sub cōditione. ff. de legat. 1. leg. nec his. ff. de acquirenda hęreditate, Deindè spes de hæreditate viuentis, cum sit ius futurum ex causa de futuro videtur, vt non sit probabilis leg. post emancipationem. ff. de liberatione legata Bart. in l. fin. in fine C. de pactis. Nâm renuntiatio est priuatio, vt suo loco dixi, & priuatio præsuponit habitū l. decem ff. de verb. oblig. l. eius, qui. ff. si certum petatur, idest ius aliquod de præsenti competens. Et quoniam futura hęreditas non est in rerum natura perimi non potest l. nam, & si ff. de iniusto testamento l. quidam refferunt ff. de iure codicill. Neque obstat, quod ius futurum remitti possit, vt notant Doct. in l. 1. C. de pact. quia ibi agitur de remissione iuris quærendi ex causa de præsenti, cum aliud dicendum sit in iure quærendo ex causa de futuro Gomes. l. 22. Thauri nu. 2. vers. nec obstat si dicatur.

Facit præthereà, quod facillimè iuri futuro modico præsenti accepto renuntiatur, quod quidem esse videtur contra subditorum vtilitatem. Nam vt occurratur eiusmodi facilitati prohibetur renuntiatio iuris futuri, quā sanè rationem adfert Bart. in leg. stippulatio hoc modo. ff. de verbor. obligat. & in leg. si quis pro eo numer. 17. versiculo decimo prohibetur. ff. de fideiussor. & ita communiter Doct. opinantur, vt refert Couarru. dict. cap. quamuis parte tertia in principio numer. 1. & hanc rationem efficaciorem esse, inquit Roman. in d. l. pactum dotali num. 1. Nat. d. cap. quamuis num. 90. Petruc. leg. 1. num. 95. ff. de iure iur.

Facit. & ratio, quám addit tex. in leg. fin. ff. de suis. & legitimis ibi legum authoritate, vbi ius publicum, quo defertur successio priuatorum cautionibus mutari non potest, & hanc rationem refert Fulgos. in d. leg. pactum dotali Nat. in d. cap. quamuis n. 88. & Petruc. d. l. 1. nu. 91.

His accedit ratio, quam adscribit tex. in l. si quando. §. illud Cod. de inoffic. testamento nempe quod meritis magis filij ad paterna obsequia sint prouocandi, quam pactionibus adstringendi. Qui tex. intelligi potest duobus modis; & primo non valere pactum, nè filius omittat obsequia paterna ob spontaneam priuationem hæreditatis. Altero modo idcircò non valere pactum, quia restringit filij libertatem, vt exponit Fulgos. in d. §. illud, sic quoq; pactum restringens libertatem liberti non valet leg. 1. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum actio nō detur, & multominus valebit pactum in homine libero, vt per Nat. d. cap. quamuis nu. 90. & idem inquit Petruc. in d. l. 1. num. 92. ff. de iure iurando, vbi addit, quod huiusmodi renunciatio induceret patrem ad tractandum filium inhumaniter cōtra paternum offitium, & sic ad illum prætereundum. Hancque rationem tradit Aret. in l. fin. colum. 4. C de pact. & ponderat Corneus conf. 31. col. 3. lib. 2. & refert Cagnol. d. l. fin. num. 109.

Quibus adde rationem, quam adducit Bal. in d. l. pactum dotali quæst. 19. ne scilicet filius videns se priuatum sua renuntiatione hæreditate patris ommittat debitum obsequium, quod quidem est inconuaniens.

Sed, & ea ratio adfertur, nàm quemadmodum pacto hæreditas dari non potest l. hæreditas C. de pact. conuentis, ita neque pacto addimi poterit, vt contrariorum eadem sit disciplina. §. 1. instit. de ijs, qui sunt sui, vel alieni iuris, & hanc rationem tradit Saliect. in leg. pactum, quod dotali Cod. de pactis, & sequi videtur, ibi Dec. nu. 2. & Roman. in d. l. pactum dotali num. 6. & refert Natt. in d. cap. quamuis nu. 90. Petruc. dict. leg. 1. nu. 94. Crauet. conf. 52. in fine.

Adde prædictis, & aliam rationem, quam adfert Vasq. de success. libr. 2. §. 18. requisit. 29. num. 38.

Similirer facit, & hæc ratio, quòd paterna hæreditas naturali ratione debetur ipsis filijs leg. nam, etsi parentibus, ff. de inoffic.

testa-

stamento leg. cum ratio. ff. de bonis damnatorum, quod cum naturale sit, ac proinde immutabile videtur, vt pacto minime tolli queat. §. sed naturalia instit. de iure naturali. Nam quemadmodum ius naturale sanguinis tolli non potest leg. iura sanguinis. ff. de reg. iur. l. ius autem agnationis. ff. de pactis, ita neque ipsum ius succedendi, tamquam eius effectus inseparabilis.

Aliam rationem addit Iason in l. pactum dotale num. 2. Cod. de collat. sequitur Riminal. in leg. fin. col. vlt. Cod. de pact. Nam aditio, & repudiatio à pari procedunt, quoniam is repudiare potest, & adire leg. is potest. ff. de acquirenda hereditate, sed hæreditas viuentis adiri non potest l. qui superstitis. ff. de acquirenda hæreditate, ergò neque repudiari poterit.

Eam quoque rationem adfert Couarr. in d. cap. quamuis parte tertia in principio nu. 1. scilicet, quod huiusmodi renuntiationes fiant à filiabus, aut filijs non ex libero consensu, sed ad ipsorum parentum persuasionem, quibus facilè filij ob paternam reuerentiam refragari non audent.

Postremò hac rationem adsert Bolognat. in l. vlt. num. 507. vers. Vnde videtur Cod. de pact. nempè quod lex absurdum putauit, vt homines cogitarent de bonis peruenturis post mortem alterius. Et quamquam renuntietur succesioni, tamen negari non potest, quin adsit mortis cogitatio, propter bona alterius, & quin damonstratur aliquis animus ad eam succesionem, cui renuntiatur.

Supradictam regulam negatiuam tradût cômuniter DD. Varùm mihi semper potior
18 visa fuit regula contraria sl. vt † pactum de non succedendo regulariter valeat. Pro qua sententia facit leg. 1. §. si parens. ff. si quis apparens. fuerit manumissus leg. cum quo. §. fin. ff. ad legem Falc. & in d. c. quamnis pactû. Namq; omnia permissa censêtur, quæ expressim non reperiuntur prohibita l. rei non. §. quod eis. ff. ex quibus causis maiores l. 1. §. 1. ff. de test. l. mutus. §. conqueritur. ff. de procuratoribus. l. statuas. C. de relig. & sumptibus funerum, imò omnia pacta valent, quę expressè non reperiuntur prohibita leg. iuris gent. §. ait pretor. ff. de pactis Vital. de claus. tit. an possit renuntiari benef. cessionis bonorum num. 16. & pactum de non succedêdo nulla lege saltem generaliter prohibitum reperitur, Neq. dicatur illud esse prohibitû ex dispositione l. pact. dotale Cod. de collat. & l. si quando §. illud C. de inoffic. testam. cû sim. quia eiusmodi iura speciatim loquuntur inter liberos, & parentes, atque videtur, vt id pactum inter alias personas minimè prohibitum censeatur. Sic quoq. cum lex prohibeat certas personas heredes institui, reliqui omnes hæredes institui non prohibentur. Atq. cum edictum de sponsalibus sit prohibitorium certarum personarum, dicendum est illud generaliter esse permissorium Ias. conf. 37. in quæst. præmissa colum. 2. vers. con firmantur prædicta, & vers. sic etiam edictum lib. 3.

Nec obest, si quis dixerit; immo regulam esse in contrarium nempè, quòd omnia sût prohibita, nisi concessa reperiantur leg. 3. §. 1. ff. de Colleg. illicitis, atq. cum vlla lege non reperiatur eiusmodi pactum esse permissum, illud prohibitum esse censetur, respondeti potest, id procedere in ijs, quæ illicita sunt glos. in d. §. quod eis in vers. prohib. in fine, deindè respôderi potest permitti eiusmodi pactum, vt iam dictum est,

Quibus adde, quod cessante prohibitionis causa, cessare quoq. debet prohibitio l. adigere. §. quamuis ff. de iure patronat. Cum autem pact. de fut. success. ex eo improbetur, quod inducat votum captandæ mortis l. fin. C. de pact. vel quia impedit liberam testandi facultatem leg. stippulatio hoc modo, ff. de verb. obligat. certè hę rationes cessant in facto da non succedendo per quod potius tolli videtur, quàm induci votum captan. mortis, & vbi considerari potest pactum admixtum de succeden. illud improbari non potest accedente consensu eius, de cuius hæreditate agitur, vt mox dictum est, minusq. huiusmodi pactum tollere potest liberam testandi facultatem, cum agatur de non succeden.

Preterea facit ratio, quę colligitur ex l. si quando. §. illud C. de inoffic. testam. ibi meritis magis &c. quæ sanè trahi potest, solum ad personas parentum, & liberorum.

Nec huic regulę affirmatiuè quicquam ob sunt rationes supra addnctæ. Siquidem earû rationum aliæ sunt generales, aliæ verò solû refatri possunt speciatim ad pactum de non succedêdo, quod fit à filio patri, quæ quidem minimè obstant sentantię nostrę. Non obstat igitur prima ratio, nempè quod hæreditati futurę viuentis renuntiari non posit cum, & alias semper iuri futuro renuntiari non possit, & maximè spei futurę successionis, quæ nô est probabilis, vt potè quę fundata non est in causa de præsenti: nam taspô detur, immo communiter receptum esse, qđ etiam ius futurum pacto tolli potest leg. 1. ibi non iniquis rationibus, vbi Doctores C. da pact. Preterea eiusmodi spes, quæ remittitur est probabilis, & satis competere videtur de præsenti, quoniam in iure succedandi personæ viuenti considerari potest aliqua spes probabilis, vt patet in d. l. fin. in illis ver bis spes alienę hæreditatis C. de pact. & spes succedêdi superstiti ast ius, quod amitti pôt l. 1. §. si mater. ff. ad Tertul. vbi mater, quæ non petijt tutorem filio amittit ius succedendi. Atque dicitur esse in bonis nostris, appellaturq. incertum d. l. 1. in prin. atq. ideò deduci pôt in contractû d. l. 1. nam hoc modo

do. ff. de hæreditate, vel actione vendita legi nec emptio. ff. de contrahenda emptione h. si iactum retis. ff. de emptionibus empti l. spem C. de donat. Pactum ergò de non succedendo valet, tametsi contineat ius futurũ Paris. cons. 69. num. 21. libr. 3.

Neque refert quod spes de hæreditate viuentis sit ius futurum ex causa de futuro, quia negari non potest; quin sit spes aliqua, & quid existens in commercio nostro not. in §. cum autem impubes instit. de adoptionibus. Vndè videmus, quòd fructus, vel partus nascituri possint deduci in contractum. §. non solum. §. ea quoque res instit. de leg. §. 1. instit. de inutilibus stipulat. l. interdum. ff. de verb. obligat. l. 4. ff. de conditionibus institutionum. Neq. dixerit quis quam, quòd spes de hæreditate viuen. minimè sit probabilis, vt per Bart. in l. fin. qu. vlt. C. de pact. & in l. post emancipationem. §. r. ff. de liberat. legata, & quod ea spes cedi solum potest, quæ fundata est in aliqua causa subsistente de præsenti; idem Bart. l. qui Romæ. §. duo fratres quęst. 6. ff. de verb. oblig. quoniam accedente voluntate, & consensu eius de cuius hęreditate agitur, spes satis dicitur probabilis. Etenim sciendum est, quod non semper spes deduci potest in contractũ, veluti ea spes, quæ, vt mox dictum est, non est fundata in iure de pręsenti, vel ea, quæ dicitur acerbissima d. l. fin. ibi acerbissima spe, vel quoties speratur aliquid odiosum, ac tristis euentus l. inter stipulantem §. sacram. ff. de verb. obligat. §. 1. instit. de inutilibus stipulat. §. non solum instit. de legat. & quoniã spes de hæreditate viuentis, dicitur acerbissima, odiosa, ac plena tristissimi, & periculosi euentus d. l. fi. optima ratione, ea non pôt deduci in contractum d. l. fin. Verùm voluntas illius, de cuius hæreditate agitur efficit, vt spes sit probabilis, atque vt de ea disponi possit, quandoquidem tollit tristem, & periculosum euentum, vt per d. l. fin. in illis verb. sublata acerbissima spe. Etenim pactum de hæreditate viuẽtis, ideò dicitur plenum tristissimi, & periculosi euẽtus, sc. illi superstiti, de cuius hæreditate agitur, quia pbet materiã insidiandi vitæ illius Bal. d. l. fi. n. 1. vbi exponit verba text. ibi sublata acerbissima spe, hoc est sublata præsumptione periculosi euentus. Nàm si dominus suspicaretur, certè non consentiret, vt per eum, ea igitur spes, quæ pendet à mera alterius voluntate, non potest in contractum deduci, Bal. d. l. fin. nu. 3. sed quamuis spes de hæreditate viuentis non sit ita potens, vti est ius conditionale, quod quidem fundatum est in causa de præsenti, tamen ea spes deduci potest in contractum, vt patet in l. fin. C. de pact. & in l. 1. §. si parens ff. si apparet, quis fuerit manumissus, quibus locis habetur, quòd spes de hęreditate viuentis deduci potest in contractum, modò accedat voluntas eius, de cuius hæreditate agitur. Cum etenim spes de hęreditate viuentis, ideò sit reprobata, quia dependet non à casu fortuito, sed à mera voluntate alterius d. l. post emancipationem, vt per Bart. in d. l. fin. & ibi Castren. num. 2. meritò tùm non reprobatur, cum accedit consensus illius de cuius hæreditate agitur, siquidem eo casu spes non dependet ab alterius voluntate, sanè renunciatio futuræ hæreditatis non prohibetur, stante voluntate eius, cuius hæreditati renuntiatur, Couar. d. c. quamuis pactum in princ. 3. par. num. 1. Vndè videmus, quod ius succedendi parentib. est à iure approbatum propter commune votum ipsorum parentum Bart. l. his potest num. 8. ff. de acquir. hæred.

Prętereà si vera esset ratio à Bart. adducta in l. si quis pro eo. ff. de fideius. scilicet prohibitam esse renuntiationem futuræ hæreditatis, vt occurratur facilitati eorum, qui modico præsenti accepto facilè remittunt ius futurum certè nunquam permitteretur pactum remissiuum iuris futuri, quod tamen falsum est, vt habetur in leg. 1. vbi Doct. Cod. de pact. Couar. vbi supra.

Neque negotium facit ratio, quam adfert I.C. in l. fin. ibi priuatorum enim cautiones ff. de suis, & legitimis, quoniam ibi glos. exponit cautiones, hoc est illicitas cautiones, dum cautiones licitæ, aut dubię derogent legib. l. 1. §. si conueniat. ff. depositi l. pacisci ff. de pact. Quare huiusmodi ratio facit pro sententia nostra, nempè, vt pactum de non succedendo, vt loquitur d. l. fin. sit illicitum, proindèque non noceat authoritati legum, neque mutet ius successionis. Ratio igitur l. referri solum debet ad casum specialem, in quo lex loquitur, non autem generaliter ad pactum de non succedendo, quoniam ex ratione expressa non constat illud esse illicitũ.

Ea quoque ratio, quod hæreditas idcircò pacto non remittitur, quia neque pacto datur, non admodum solida est, cum non sit par ratio vtriusq. pacti, maximèq; intersit inter pactum, quo hæreditas datur, seu de succedendo, & pactum de non succedendo, siquidem hoc pactum non est contra bonos mores, vti illud est. Atque ratio prohibitionis, quę militat in pacto de succedendo cessat in pacto de non succedendo, Cagnol. leg. fin. nu. 195. C. de pact. Quin etiam falsum est, quod dicitur id pacto remitti non posse, quod pacto dari non potest, quandoquidem plura nõ possunt dari pacto, cum tamen ea per pactũ remitti possint, vt per Bolognet. in d. l. fin. nu. 107. vers. & vltra ipsum, hancq; rationem improbat Curt. Iun. in d. leg. pactum dotale num. 8.

Reijci quoq. potest ea ratio scilicet, quod quemadmodum hęreditas viuentis adiri nõ potest, ita neque repudiari, si quidem hæc

ratio

ratio non placet Dec. in d. l. pactum dot. nu. 3. verf. fed ifta ratio; namque non procedit argumentum hæredstas viuentis non poteft repudiari, ergò neque repudiatione tolli. Aliud eft renunciatio, & aliud repudiatio, vt dictum eft lib. 1. hæreditas viuẽtis repudiari non poteft leg. qui fuperftitis. ff. de acquirenda hæreditate, quia repudiatio fit folùm de iure delato, cum renuntiatio fieri pofsit etiam de hæreditate nondum delata, vt late dixi lib. 1. c. 2. Et hanc rationem improbat Curt. Iun. d. l. pactum dotale nu. 8.

Sed, & ratio, quam tradit Bolognet. in leg. fi. n. 107. C. de pact. facilè eliditur, quia qui renuntiat hęreditati viuẽtis, abijcit oẽm fpem. de fuccéden. nè dũ cogitare videtur de fucceden. ipfi viuenti. Prę terea fpes, & cogitatio de hęreditate viuentis non improbatur, quoties accedit confenfus illius, de cuius hę reditate agitur d. leg. fin. & fupra dictũ eft.

Ratio autem, quę afsignatur in leg. fi quãdo §. illud Cod. de inoffic. teftam. & aliæ quæ non funt generales non comprobant, quod pactum de non fuccedendo factum generaliter non valeat, fed folùm referri poffunt ad pactum de non fuccedẽdo factum á filijs de hæreditate patris, vt iam dictum eft, vndè rectè Cagnol. in d. l. fin. poft relatas plures rationes concludit difficilè effe bonam, & realem rationem afsignare, cur pactum de non fuccedendo regulariter non valeat.

Itaque non reperio cur pactum de nõ fuccedendo indiftinctè improbari pofsit. Quare aliter, quàm Doct. explicent, cenfeo conftituendam effe regulam affirmatiuam hoc
19 pacto. Pactum † de non fuccedendo, ita demùm valet, fi fiat cum eo, de cuius hæreditate agitur, aut fi fiat inter aliquos futuros ex lege hæredes ita valebit, fi acceflerit confenfus eius, cuius fuccefsioni renuntiatur. Namque, aut pactum de non fuccedẽdo fit inter ipfos, qui fperant fuccedere de hæreditate tertij viuentis: aut verò pactum fit cum eo de cuius hæreditate agitur, nempè, vt quis non fuccedat ipfi paciſcenti. Primo cafu pactum, itá demum valebit, fi acceflerit confenfus illius, de cuius hæreditate agitur l. fin. vbi Doct. Cod. de pactis. Vnde foror põt facere fratri pactum de non fuccedendo in bonis patris ipfo patre confentiente. Riminal. Sen. conf. 568. nu. 2. lib. 3. & renuntiatio facta bonis maternis non valet, nifi mater ipfa renuntiationi interfit, & confentiat Crauet. conf. 42. nu. 5. Ceph. conf. 692. nu. 18. Viu. decif. 316. num. 7. Bertrandus conf. 214. num. 9. lib. 1. fola in Conftitutione Sabaudiæ tit. de alienatione bonorum minoris glof. 2. num. 17. Rolan. conf. 81. nu. 5. lib. 4. & de pacto de non fuccedendo fratribus abfentibus tradunt Crauet. conf. 127. nu. 5. Rolan. dict. conf. 81. nu. 3. Ceph. conf. 605. nu. 18. Cagnol. l. fin. nu. 95. & ibi purpuratus nu. 199. Cod. de pact. fed, & renuntiatio facta de bonis auiæ paternę ea abfente, & non confentiente non nocet Crauet. conf. 242. nu. 8. imò renuntiatio facta alteri cum confenfu eius, cuius fuccefsioni renuntiatur valet etiam fine iuramento Caftren. conf. 441. col. 1. libr. 2. vbi renuntiatio bonorum paternorum facta per fororem fratri patre confentiente valet etiã fine iuramento. Et renuntiatio filiæ de bonis patris facta patruis cum confenfu ipfius patris valet abfq. iuramento Ceph. conf. 334. num. 1. cæterum renuntiatio bonorum abfentis facta, abfq. eius confenfu videtur nulla, Ceph. conf. 146. num. 3. & 7.

Neque refert, quod eiufmodi pactum fit de non fuccedendo, proindèq; minimè pofsit inducere votum captãdæ mortis alterius vt per Bart. d. l. fin. num. 9. quoniam pactum de non fuccedendo fuperftiti ab vno ex pacifcentibus factum habet fanè admixtionẽ pacti de fuccedendo in perfona alterius, quod quidem videtur effe contra bonos mores. Aret. in leg. qui fuperftitis. ff. de acquirenda hęreditate, vbi Roman. Alex. in leg. ftippulatio hoc modo concepta num. 12. ff. de verb. obli. Dec. in leg. pactum dotale col. 4. verf. 6. limit. C. de collat. & licet in pacto de non fuccedendo patri facto inter fratres, minimè confideretur principaliter fauor eius, cui fit renuntiatio, fed id veniat in confequentiam ipfius pacti. Alex. conf. 28. col. fin. lib. 3. Dec. conf. 31. nu. 4. conf. 225. nu. 4. verf. & per hoc, tamen id procedere poteft, quoties renuntiatio fit fimpliciter, nõ etiam fauore certæ perfonæ. Surd. conf. 133. num. 6. Nàm cùm fit fauore certæ perfonæ, tùm funt adeó coniũcta renũtiatio, feù priuatio, & acquifitio eius cui fit renuntiatio, vt vnum minimè effe pofsit, abfque altero; imò vltimus finis, qui infpici debet primus eft in intentione l. qui infpiel debet primus eft intentione leg. qui liberis. §. hęc verba, vbi Caftrenf. de vulgari, & pupillari, Tiraq. de retract. Lignag. §. 1. gl. 10. nu. 45. Sanè principalis intentio renuntiãtis eft hoc cafu non vt fe priuet, fed vt acquiratur ei, cui fit renuntiatio alioquin non renuntiat ius. Vnde hoc cafu non poteft effe pactum de non fuccedendo in perfona vnius, quin fit de fuccedendo in perfona alterius. Bolognet. leg. fin. nu. 11. 57. 115. & 156. C. de pact. Altero cafu, aut renuntiatio fit ab ijs perfonis, quibus non poteft competere querela inoff. teftam. & renuntiatio valebit. Et ita procedit text. in leg. 1. §. fi parens. ff. fi a paren. quis fue. manumiff. & in l. cum quo. §. fin. ff. ad l. falcid. Nam fi duobus, vel pluribus, qui fperant fuccedere permiffum eft pacifci de cuiufquam hæreditate cum ipfius cõfenfu, multó magis ille ipfe de hæreditate fua tranfigere poterit d. l. fin. Connan. comm. iur. lib. 5. cap. 5. numer. 9. Aut verò fit á filio de hęreditate patria ipfi patri, & non valet

renun-

renũtiatio, ſed iuramento confirmatur, atq. ita procedit tex. in d. l. pactum dotale, & in d. c. quamuis pactum, & dicam infra.

20 TERTIA † parte principali videndum erit ſpeciatim de renuntiatione futuræ ſucceſsionis facta de bonis paternis a filio patri. Nec abſque conſilio nobis viſum eſt ſeparatim materiam huiuſce pacti tradere. Si quidem ſuperiori regula pactum de non ſuccedendo regulariter valet, non procedit quoties pactum fit a filio patri l. pactum dotali C. de collat. c. quamuis pactum ibi. lex ciuilis improbet, de pact. lib. 6 circumſtãtia quippe perſonarum facit, vt id pactum alioquin validum improbetur, cum vt iam dictũ eſt, regulariter pactum de non ſuccedendo non prohibeatur.

21 Quamuis aũt † lex ciuilis improbet pactũ de non ſuccedendo factũ a filia patri, tamen firmatur illud iuraméto tex. eſt expreſſus in c. quamuis pactum. de pact. lib. 6. Quæ quidẽ diſpoſitio noua, & elegans edita fuit per Papam Bonifacium VIII. anno Domini 1595. vt affirmat Petruccia. in l. 1. num. 97. ff. de iureiur. & quamuis aliàs confirmari poſſit hæc declaratio per alia iura pontificia nimirum per. c. cum contingat c. 1. c. debitores de iureiur. c. licet mulieres eod. tit. lib. 6. vt per Gutter. in d. c. quamuis pactum in prin. n. 2. tamen ea eſpreſſim deciditur per d. c. quãuis pactum; Cuius ſane deciſio paſſim in Gallis obſeruatur per omnia Parlamenta, vt teſtatur plures, quos refert Marzarius conſ. 82. in princ.

Sed quoniam materia renuntiationum, quas fœminę patri faciunt eſt maximè confuſa, vt exorditur Gabriel. conſ. 135. in prin. lib. 2. Atq; quotidiana, ac pratieabilia ſunt, quę in d. c. quamuis pactum traduntur, vt inquit Gutter. ibi in princ. operæ pretium erit pro clariori explicatione verba d. capituli ſuo quæque ordine aſſumere, atq; quęſtiones ad materiam pertinentes ex ordinè verborum ſubijcere

Verba igitur tex. hæc ſunt.

Quamuis pactum patri factum à filia, dum nuptui tradebatur vt dote contenta nullum ad bona patena regreſsum haberet, improbet lex ciuilis. ſi tamen iuramento non vi, nec dolo præſtito firmatum fuerit, ad eadem omnino ſeruari debet eum non vergat in æternę ſalutis diſpendium; nec redundet in alterius detrimentum.

QVAMVIS PACTVM.

22 Hoc loco pactum † ita accipitur, hoc eſt renũtiatio futuræ ſucceſsionis facta per modum pacti propter conſenſum duorum, nimirum filiæ renuntiantis, & patris, cui fit renũtiatio. Quare huiuſmodi renuntiatio non poteſt dici ſimplex ſine pacto, proinde reuocari non poteſt, vt notant glo. & Doctor. in l. 1. & in l. poſtquam liti C. de pact. vbi conſtituitur differentia inter ſimplicem renuntiationẽ, quę conſtat nuda renuntiantis voluntate; & eam, quę accedente conſenſu eius, cui fit renuntiatio tranſit in pactum, & conuentionẽ. Vnde dicta l. poſtquam liti loquens de renuntiatione litis rectè diſpoſita fuit ſub titulo de pactis. Nam renuntiatio tum poteſt dici pactum, cum habet conuentionem, & renuntiatio facta in modum pacti, qualis hæc eſt, cum habeat obligationis vinculum, firmior eſt, atque reuocari non poteſt. Bar. d. l. poſtquã liti q. ante pen. & ibi Dec. num. 7. Hinc Bald. in l. fin. num. 16. verſ. tamen optima cautela eſt. C. de pact. pulchrè monet, vt verba renuntiationis concipiantur non per modum ſimplicis renuntiationis ſed per modum pacti. Sed de renuntiatione facta per modum pacti late dixi lib. 4. cap. 30. Nihil ſane differre videtur, an filius faciat patri pactum de non habendo regreſſum ad bona paterna, an vero expreſsim renuntiet bonis paternis, vt voluit Parif. conſ. 69 num. 26. verſ. ex quibus lib. 3. Certum eſt quippe renuntianti minime dari regreſſum ad ius, quo ſe ſponte priuauit l. Quæritur. §. ſi venditor ff. de edil. edic. l. homo liber. ff. de ſta. homin. l. ſi quis iuſiurandum. C. de Iureiur., & a ſpontanea renuntiantis priuatione non datur regreſſus ad habitum Ariſtot. in poſt. prędicam. Aug. in §. quod antè. in fin. Inſt. de capitis dimin. Neque dixerit quiſquam, quod priuatio præſupponit habitum l. decem. ff. de verb. obl. l. manumiſsiones ff. de iuſt. & iure. Habitus autem non poteſt conſiderari in renuntiatione futuræ ſucceſsionis; cum bona paterna viuente ipſo patre non ſint in bonis filiæ renuntiantis, neque adhuc illi comperant l. ſi filius l. conſtante. vbi glo. C. de donat. Nam reſpondetur, quod ſi inſpiciatur ſpes, qua filia, acquirere ſperat futuram patris hæreditatem, ea ſane competere dicitur de præſenti, atque ea priuatur ipſa renuntians. l. 1. C. de pact. l. nam hoc modo. ff. de hered. vel act. vend. l. ſi iactum retis ff. de action. empti. l. nec emptio. ff. de contrahen. empt. l. ſpem. C. de donat.

Atque hæc renũtiatio facta viuente patre de eius bonis dicitur pactum de non ſuccedẽdo Doct. in l. fin. C. de pact. in d. l. pactum dotali, vt in d. c. quamuis pactum. Riminal. Sen. conſ. 249. num. 21. lib. 2. Surd. deciſ. 252. nu. 3. vocaturque finis Fulgoſ. in l. vltima num. 14. C. de pact.

23 Sed & † huiuſmodi conuentio dici poteſt quędam tranſactio inter patrem, & filium, in qua filius, vel filia re aliqua accepta pro legitima, vel pro dote remittit omne ius, quam deinceps habere potuiſſet in bonis patris. Conſ. 334. num. 14. & 64. Sanè quoniam quantitas legitimæ non poteſt eſſe certa niſi tempore mortis patris, poteſt tranſigi ſuper hoc dubio inter patrem, & filium. Si quidem

conſenſus

consensus iure naturali constat inter ipsos etiamsi aliquantum iuris apicibus idest ciuili obligationi non congruat leg. frater à fratre ff. de condiction. indebit. Quare si huic naturali vinculo accesserit iuramentum illi standum erit Bald. consilio 148. numero 7. lib. pri.

24 Ex quibus inferri potest hanc renuntiationem futurę successionis non esse propriam donationem Couarr. dicto capitulo quamuis pactum parte 3. §. 3 in fin. Socin. Iun consilio 67. numero 12. libro 2. etenim filia viuente patre nullum ius quæsitum habet in bonis ipsius patris, sed solum habet spem succedendi tamquam filia. Donatio autem dicitur doni datio leg. Senatus §. donatio ff. de donat. ca. mor. & datio est dominij translatio. Neq; potest esse propria donatio, vbi non est dominij translatio Castren. consil. 135. dubium consilio 138. dicta donatio numero 2. libro primo Ange. Aret. consilio 4. quoad primum numero 17. Socin. Iun. dicto numero 12. Neq; enim renuntiatio quæ obuiat principio acquisitionis, & iuri quærendo non etiam iuri quæsito, vt in dicto cap. quamuis pactum censeri potest donatio cum ea renuntiatio dicatur donatio; quę est gratuita, atq; tollit ius Perfecte quæsitum, Ita Bal. in l. illud nu. 11 vers. quid ergo dicemus C. de Sacr. sanct. eccl'ſ. Cum igitur huiusmodi renūtiatio nō sit gratuita, vt pater in d. c. quamuis pactum in illis verbis, (vt dote contenta) neq; tollat ius quæsitum, sed solum spem iuris quærendi, minus recte dici poterit donatio.

Sic quoq; renuntians iuri suo in venditione rei suæ ab altero facta non dicitur proprie donare, cum nullum ius transferat Calder. consil. 278 alias 2. de empt. & venditione ex quibus infertur in huiusmodi renūtiationibus minime exigi iuramentum, aut solemnitatē publicationis, de quibus in Const. Mediol. tit. de donat. cuius dispositio loquitur de donationibus, in quibus fit translatio, vt ibi (in alium transferre, & cedere) & rursus ibi (in rium cessionibus, & translationibus) & huc pertinent, quæ dixi lib. 2. cap. 4. num. 19.

25 Sed hæc dispositio dicti cap. quamuis pactum loquens de pacto quo renuntiatur futuræ successioni procedere videtur etiam in promissione de renuntiando, quoniam huiusmodi promissio iurata valebit, atq; eo ipso facta censetur ipsa renuntiatio Bald. in leg. pactum dotale quest. 18. C. de collat. & ita tenet Couarr. in dicto cap. quamuis pactum parte 3. in princ. num. 3. Verum hęc extensio dubitabilis esse videtur. Siquidem Bald. ibi, quem citat Couarr. loquitur de filia, quæ cum iuramento promisit se non successuram patri; cuius quidem promissionis implementum requirit, vt abstineatur à successione, non autem de filia quæ cum iuramento promisit renuntiare, vt inquit Boer. decil. 3. nu. 5. Qui similiter citatus contrarium concludit, vt per eum num. 15. vers. & concludo. Præterea renuntiare, & promittere de renuntiando valde differunt Aret. consil. 6. col. 2. late Boer. dicta decis. 3. num. primo de qua te quia lib. pri. cap. 7. satis dictum est nihil attinet eadem hic iterum commemorare illud autem certum est, quod quando in promissione de renuntiando successioni cuiuspiam interuenit consensus illius, de cuius hęreditate agitur non requiritur nouus consensus in ipsa renuntiatione, quoniam nihil interest consensum interuenire in renuntiatione siue in promissione de renuntiando, vt per Crauert. cons. 11. num. 2. neq; est omittendum quod sponsus non potest promittere fututam coniugem quitaturam bona patris Ioannes Papo. lib. 16. tit. 4. Arrest. primo maritus quoq; qui promisit facere renuntiare vxorem faciendo quicquid potuit, excusatur à periurio, & à pœna, vt per Afflict. decis. 295. & maritus. qui promisit patri vxoris, quod ipsa vxor renuntiabit non tenebitur, si fecit quicquid potuit Castren. cons. 278. ad primum respondetur num. 3.

26 Sed ea quæstio se exhibet an ad hoc, vt renūtiatio vim pacti obtineat requiratur præsentia eorum, quibus fit renuntiatio, & quod ab eis acceptetur, & Couarr. hic in princ. 3. par. nu. 4. voluit exigi præsentiam, cum absenti minime acquiri possit obligatio quę ex pacto deducitur leg. si absenti ff. de donatione leg. si ego ff. si certum petat. leg. in omnibus: in fine ff. de action. & obligation. Subdit tamen sufficere ipsius absentis, cuius fauore facta fuit renuntiatio rati habitionem aut acceptationem si Notarius pro absente stipulatus fuerit. Nam secundum eum ad hoc, vt pactum reuocari non possit à renuntiante, satis est it quod Notarius nomine absentis stipulatus fuerit. Non desunt tamen, vt refert Couarr. d. num. 4. Qui opinentur vim iuramenti operari validitatem renuntiationis absenti factę.

PATRI FACTVM 3.

Quamuis textus hic loquatur de pacto patri facto, tamen idem dicendum videtur de pacto de non succedendo in bonis paternis facto fratri, vel alijs consanguineis, quoniam hic recitatur factum, & tex. fundat se in vi iuramenti Franc. hic in principio, & Gutter. num. 2. & dixi lib. 3. capitulo 2. numero 59. cum sequen.

Maxime autem refert, cui personæ fiat pactum de non succedendo in bonis patris; nempe, aut ipsi patri, aut fratri, alijue sanguine coniuncto. Distinguendi sunt duo casus. Primus est cum pactum fit patri, alter cum fit alij, quam ei, cuius successioni renuntiatur primo casu rursus, aut pactum fit patri simpliciter, aut fauore alterius.

27 Renuntiatio facta patri simpliciter impedit solum successionem, atq; obuiat acquisitioni fiendæ à filia Bald. in leg. illud numero 11. versiculo quid ergo C. de Sacr. San. Eccl.

Gabriel consil. 135 n. 2. lib. 1. Nam renuntiatio hoc casu prodest venientibus ab intestato quandoquidem ipsa filia renuntians succedere nequit, atq; ita secundum eum procedit, quod scribunt Dec. consil. 31. num. 6. Paris. consil. 26. num. 31. lib. 3. & Afflic. decis. 16. Quare si pater decesserit ab intestato, filia, quæ renunciauit, excluditur etiamsi pater non relinquat nisi filias, & dummodo tempore renuntiationis non fuerint masculi Alex. consil. 29. præclare col. 1. lib. 3. imo siue pater decedat intestatus siue testatus renuntiatio filiæ nihil ei tribuit, sed solum operatur, vt filia non posit succedere, & ipse pater de bonis, de quibus circumscripta renuntiatione non posset disponere, posit in præiuditium filię renunciantis disponere, non etiam in pręiuditium filiorum qui non renuntiauerunt; & quibus de parte eius, qui renunciauit aliquid auctoritate legis applicatur Gabr. dicto consil. 135. num, 27. & quoties renuntiatio filię fuit à patre simpliciter recepta, eoq; tempore extabant masculi, inducitur præsumptio, vt facta censeatur contemplatione masculorum, & propter masculos Paris. consil. 26. num. 23. lib. 3. verisimilis quippe mens patris recipientis renuntiationem est, vt ea censeatur facta masculorum contemplatione Crauett. consil. 475. num 3. Paris. d. num. 25, & num. 51. Menoch. cons. 197. nu. 74. Bursat. cons. 264. num. 8. cum seq. lib. 3. & dixi lib. 3. cap. 2. num. 44.

In casu igitur huius cap. quamuis pactum, portio filiæ, quæ renuntiauit, accrescit hæredi patris, cui facta est renuntiatio, & ipsa filia numeratur inter liberos ad minuendam portionem aliorum filiorum, qui non renuntiauerunt, quoniã filia recipisse videtur portionem suam, & pater recepisse videtur renuntiationem pro hæredibus, & videtur prouidisse hęredi suo futuro, quę opinio fuit Petri Iacobi, atq; est magis recepta, vt dixi lib. 2. cap. 5. num. 23. & quamuis plures contrarium voluerint, tamen distinctionis fœdere, ita has opiniones conciliat Bald. in leg 1, num. 28. versiculo quid de filia C. quando non peten. par. Nam aut filia dote contenta renuntiat bonis paternis, & tunc procedit prior sententia scilicet, vt faciat partem, quoniam videtur consequuta suam partem; aut vero renuntiauit nulla habita dote, sed ex alia causa, & hoc casu non facit partem, quoniam censetur mortua in vita patris, neq; debet computari in numero liberorum, & cum suæ legitimę dies numquam cesserit, pro nulla haberi debet non autem pro caduca, vt per Bald. dicto loco, cuius distinctionem plures sequuntur, vt dixi dicto cap. 5. num. 23. quibus accedit Campeg. tract. de dote part. 1. quęst. 75.

Ex renuntiatione autem facta à filio patri lex, quæ plurimum de patre confidit capit. bonam præsumptionem scilicet, vt filia non pręsumatur renuntiasse dolo, vel metu Franc. dicto cap. quamuis pactum col. 1. not. 3. imo valet renuntiatio etiam absq; solemnitate statuti requirentis consensum propinquorum, de qua re dixi lib. 3. cap. 2. num. 66.

28 Renuntiatio autem bonorum paternorum, facta cum fratribus, aut alijs sanguine coniunctis, ita demum valet si fit cum consensu ipsius patris, cuius futurę successioni renuntiatur, vt not. omnes in l. fin. C. de pact. leg. fin. cum authen. seq. C. fam. ercisc. Natt. dicto cap. quamuis pactum limitat. 10. & ibi Ancharan. imo. Gemin. & hęc est communis omnium resolutio vt concludit Guter. in dicto cap. quamuis pactum in prin. num. 2. voluntas quippe, & consensus eius, cuius hæreditati futuræ renuntiatur, semper exigitur in pacto de non succedendo etiam iurato d. l. vltima, & ibi omnes Fulgos. in leg. pactum dotale col. 2. C. de collat. vbi Dec. num. 9. versic. sexto limitatur Crauet. consil. 42. in fin. & consil. 127. nu. 5. Quapropter filiæ renuntiatio etiam iurata patri facta de hęreditate matris viuentis, & absentis non valet, quoniam cum agatur de eius hæreditate, exigitur illius consensus d. l. fin. & firmant docto. in d. cap. quamuis pactum, & alij, quos refert Dec. d. nu. 9.

29 Renuntiatio, etenim facta successioni absentis, & sine illius consensu etiam iurata non valet doct. in l. fina. C. de pact. in leg. stipulatio hoc modo ff. de verb. obligat. vbi Alex. num. 12. intelligit dispositionem dicti cap. quamuis pactum non procedere quoties mulier renuntiauit fratribus absq; voluntate patris Fulgos. in leg. pactum dotale num. 3. C. de collat. & consil. 73. Paris. cons. 24. num. 94. lib. 2. Ruin. cons. 204. num. 8. lib. 1. Socin. cons. 73. num. 3. lib. 3. Ias. sibi contrarius in d. leg. stipulatio hoc modo nu. 12. vers. item quia Cephal. cons. 605. nu. 22. & est communis sententia Cagnol. in l. fina. num. 22. & 65. vbi Dec. in 4. not. C. de pact. communisq; omnium resolutio Natt. d. c. quamuis pactum nu. 17. sequitur Gutter. ibi in prin. num. 2. Crott. in d. l. stipulatio hoc modo num. 48. Gabriel. in comm. tit. de iure dotium conclus. 1, num. 31. Couarr. in d. cap. quamuis pactum parte 3. in prin, num. 5. Sola in constitut. Sabaud. tit. de alienat. bon. min. glos. 2. num. 17. versic, & generaliter Crass. in comm. §. successio quæst. 10. num. 6. & magis recepta est sententia Gabr. consil. 138. in fin. lib. pri. Namq; id pactum habet tacitam affirmatiuam de succedendo, vt supra dictum est, proindeq; vti aduersus bonos mores non firmatur iuramento Aret. l. qui superstitis col. 4. fallen. 4. ff. de acquir. hęred. Crott. d. l. stipulatio hoc modo nu. 48. Suarez in l. quoniam in prioribus limit. 5. C. de inoff. testam. Vnde opt. ratione. Vasq. de success. creat. lib. 2. §. 18. requisito 29. limitatione 1. nu. 34. arguit Alciatum, qui asseruit pactum de non succedendo numquam esse contra bonos mores, & Cagnol. in dicta leg. fina. num. 65. post Dec. & Socin.

quos

quos refert, consulit, vt semper abhibeatur consensus illius tertij, cuius successioni renunciatur.

30 Ex quibus ita concludendum est; aut pactum de non succedendo fit cum eo, de cuius successione agitur; aut vero fit inter aliquos, qui succedere sperant in hereditate tertij viuentis. Primo casu, aut pactum fit a filio patri de illius hæreditate, & non valet renunciatio d. l. pactum dotale cum similibus; sed confirmatur iuramento dicto cap. quamuis pactum; aut vero fit ab alia persona coniuncta, quæ succedere sperat, & valebit renunciatio etiam absq; iuramento; quoniam tale pactum non est prohibitum. Sanè si permissum est aliquibus futuris ex lege heredibus pacisci de hereditate tertij viuentis cum illius consensu d. l. fin. multo magis ille ipse de suis bonis iuste transigere poterit vt arguit Connan. comm. iuris lib. 5. cap. 5. num. 9. Secundo casu cum renunciatio fit inter aliquos de hereditate tertij viuentis, tunc aut fit cum consensu illius, de cuius hæreditate agitur, & valebit, vt not. in dicta leg. finali aut deniq; fit absq; illius consensu, & non valet, neq; firmari potest iuramento, siquidem continere videtur pactum de succedendo, vt iam dictum est; quæ distinctio est valde notanda, cum plurimum lucis adferat ad cognitionem an, & quando pactum de non succedendo in hereditate tertij viuentis noceat.

Ex quibus clare liquet non esse recipiendam eam communem resolutionem; quæ est quod si in renunciatione, de qua in dicto cap. quamuis pactum facta inter fratres interuenit consensus patris valet quidem renunciatio per tex. in l. fin. C. de pactum, vt per Natt. in d. cap. quamuis pactum num. 57. quem ibi sequitur Gutter. in princ. num. 2. etenim si non valet renunciatio facta a filia patri paciscenti, vt in casu d. l. pactum dotale, vbi non obstante patris paciscentis consensu pactum de non succedendo non valet, certè non video, cur voluntas, & consensus patris accedens renunciat. factæ de eius hereditate inter fratres possit operari, vt renunciatio valeat, vt etiam supra dictum est, cur pactum de non succedendo in casu d. l. pactum minime valeat, illa est non quia in pacto non interuenit consensus; siquidem hoc casu pactum non firmatetur iuramento, sed quia pater inique agit, & contra pietatem paternam, cum consentit, vt filia excludatur ab eius hæreditate etiam iure naturali debita, quæ ratio militat quoq; in consensu patris præstito fratribus de illius hæreditate paciscentibus.

Vnde frater, cui renunciatum fuit cum consensu patris consequi poterit eam portionem, cui renunciatum fuit vltra meliorationem tertij, & quinti, stante dispositione, quæ prohibet filio relinqui posse vltra legitimam, & tertium, & quintum Gutter. dicto capitulo quamuis pactum num. 10. verficulo, ex omnibus supradictis.

31 Sed dubitari potest an renunciatio bonorum paternorum facta fratri accedente patris consensu prosit cęteris fratribus, & Dyn. quem refert; & sequitur Bald. in dicta leg. pactum dotale num. 13. quæst. 8 C. de collatione voluit accrescere omnibus fratribus. Quam sententiam sequitur Suarez in leg. quoniam in prioribus limitatione 4. leg. neq; C. de inoff. testamen & Boer. decisione 184. num. 3 cum seq. Verum contrarium verius est in pacto de non succedendo, de quo hic, vt declarat Bald. in dicta quæst. 8. vbi inquit id procedere nisi appareat præsumptio donationis collatæ in personam, cui facta fuit renunciatio leg. si actionum C. de pact. leg. in ędibus versiculo velut ff. de donat. & facit, quod not. Iaf. per illum tex. in leg. auus ff. de pact. num. 4. vbi adnot. pactum de non succedendo in hereditate patris factum a filia fratri minime prodesse, alijs etiam fratribus. Quoties igitur soror facit pactum de non succedendo in hæreditate patris, cum vno fratre, cum consensu ipsius patris, clare apparet de voluntate renunciantis, scilicet, vt voluerit renunciationem solum prodesse fratri, cum quo fecit pactum, nō etiam alijs fratribus Gutter. dicto cap. quamuis pactum in princip. num. 7. vers. sed non obst. & num. 8.

32 Sed, & alia quæstio hic deducitur, an pater, cui factum est pactum, vel qui præstitit consensum filię, quę fratri renunciauit, possit remittendo pactum, reuocare voluntatem, & consensum. Circa hanc quæstionem Bald. in cap. ad nostrum il 2. num. 7. versiculo pone filia de iureiurand. determinat filię renunciationem factam hereditati patris in manibus fratrum, atq; ipsius patris, ita demum valere, si pater perseuerauit in ea voluntate vsq; ad mortem per tex. in dicta leg. fina. quam Baldi sententiam receptam esse, atq; verissimam testatur Gutterius in dicto capitulo quamuis pactum in princip. num. 5. post Couarr. & alias verum Baldum improbat Iaf. in dicta leg. finali num. 15. vbi voluit in pacto de non succedendo non exigi consensum patris, neq; procedere dispositionem dict. leg final. tres igitur sunt considerandi casus primus cum filia simpliciter renunciat patri, & tunc vera est Baldi sententia, vt scilicet pater possit remittere pactum filię, atq; consensum reuocare, ac si pactum factum non fuisset Conarr. dicto capitulo quamuis pactum parte tertia in princip. num. 7. verficulo primus casus. Secundus casus est, cum filia pactum renunciatiuum fecit patri fauore fratrum & hoc casu idem dicendum erit Couarr. ibid. num. 9. Tertius casus est cum filia fecit pactum de non succedendo fratribus cum consensu patris, de cuius hæreditate agitur, & hic casus est dubitabilis, vt per Couarr. dicto loco, & secundum eum, ratio dubitandi esse

N 2 potest

potest. Nam valet pactum etiam absq; iuramento factum cum fratribus, accedente patris consensu, qui reuocari potest d. l. vltima at accedente iuramento, vt illud aliquid operetur, dici potest, vt licet pater postea cōsensū reuocet, tamen ex vi iuramenti filia remanet exclusa; & quamuis Couarr. dubitare videatur, an vera sit Bald. sententia, hoc quoq; Tertio casu, tamen, & hic casus procedit sine dubio, vt voluit Gutter. dicto cap. qua nuis pactum in princip. num. 1. versic. sed certe miror. Nam secundum eum imo iuramentum non debet operari vltra simplex pactum; quandoquidem sequi debet naturam pacti, super quo interponitur l. fin. C. de non nume. pecu.

A FILIA.

33 Adde idem esse in filio renuntiante bonis paternis ipsi patri. Nam licet hæc decretalis expresse loquatur de filia, tamen eius ratio obseruantiæ iuramenti propter salutem animæ militat tam in filio, quam in filia Gutter. hic in verbo à filia num. 4. vbi testatur hanc esse communem omnium doctrinam Couarr. hic parte 3. §. pri. nu 1. Zas. in leg stipulatio hoc modo num. 28. ff. de verb. oblig. Crass. in comm. §. successio. quæst. 11. nu. 1. Vasq; de success. tom. pri. lib. 2. §. 18. requisito 19. limit. pri. num. 85.

Et licet tex. hic loquatur de filia simpliciter, tamen procedit etiam in filia minore, maiore tamen duodecim annis, quoniā iuramentum facit eam maiorem per ea, quæ notantur in Auth. Sacramenta puberum C. si aduers. vend tionem Couarr. hic par. 3. § 1. num. 3. vbi testatur de communi Paris. consil. 26. num. 13. lib. 3. Gabriel. titulo de iure dot. conclus pri. num. 2. Bologn in dicta leg. stipulatio hoc modo num. 89 Vasq. dicta limitatione prima num. 86. Verum, vt tollatur difficultas; an vnicum iuramentum suplere possit plures defectus scilicet prohibitionis de qua in leg pactum dotale C. de collat. & ætatis minoris cautela erit, vt minor renuntians curet non contrauenire ratione minoris ætatis, vel aliqua ratione, vel causa Bolognet. d. num 89.

Sed dubium esse potest an hic tex. procedat etiam in filia impubere, doli tamen capace, & recepta est sententia decisionem huius tex. procedere etiam in impubere doli tamen capace. Vasq. dicto num. 86. vbi in quit hanc opinionem esse de iure veriorem ratio secundū eum duplex est. Primo quia impubes doli capax citra tutoris interuentum obligatur naturaliter leg. pri. ff. de nouationibus, Deinde quia etiam ad contractum matrimonij, qui est supremi præiudicij obligatur cap. literis secundo de sponsal.

Præterea quamuis tex hic videatur loqui in filia emancipata, & Quot. in leg. pactum dotale C. de collationibus constituat, casum in filia emancipata, tamen procedit etiam in filia constituta in patris potestate Couarr. dicto cap. quamuis pactum par. 3. § prima num. 5. & ibi Gutter. Paris. consil. 26. num. 12. lib. 3. Dec. in dicta leg. pactum dotale col. pri. Ioan. Crot. in leg. stipulatio hoc modo num. 77. ff. de verb. oblig. Vasq. dicta limitatione prima num. 89. vbi trib. rationib. hanc extensionem comprobat.

Sed & procedit hic tex. in filio prodigo qui non habet curatorem, vt declarat Bald. dicta l. pactum dotale quæst. 7. Vasq. dicta limitatione prima num. 65. tametsi hac in re dubitari videatur.

DVM NVPTVI TRADEBATVR.

34 Inoleuit consuetudo per totam Italiam quod quando filię nuptui traduntur, renunciant hæreditati patris cum iuramento Iaf. dicta leg. pactum dotale num 3. Bart. leg. fin. num. 8. versic & ideo C. de pact. Capie. decis. 159. nu. 37. Bolog. l. stipulatio hæc modo num. 3. vers. primus modus ff de verb. oblig.

35 Dispositio huius decretalis, procedit, sine postquam tradita est nuptui siue antequam nuptui tradatur quoniam ita hic dicitur ex facti contingentia, & Tex. solum fundari super iuramento Franc. in dicto cap. quamuis pactum in princ. & dixi lib. 3. cap. 2. num. 48. Namq; extenditur, vt procedat etiam, si facta fuit renuntiatio antequam filia nuptui traderetur Gabriel. tit. de iur. dot. conclus. pri. nu. 4. Paris. consil. 94. nu. 17. lib. 1. & eo tempore quo nuptui non tradebatur Couar. dicto cap. quamuis pactum par. 3. §. 2. num. pri.

Præterea procedit etiam in filia renuntiante, dum vult religionem ingredi, vt per Gutt. hic in princip. sed quoniam hodie per Sacrum Concil. Trident. sess. 25. cap. 16. tradita est forma obseruanda in huiusmodi renuntiationibus, & de ea dixi lib. 3. cap. 7. Ideo ibi tradita in præsentia non vlterius pertractanda duxi.

VT DOTE CONTENTA.

Quod hic dicitur de filia quæ dote contenta renuntiauit bonis paternis, dic idem esse in filio, qui legitima portione contentus renunciauit bonis paternis, vt dictum est supra in
36 vers. à filia. Quamuis etenim pater viuens non compellatur assignare filio legitimam leg. 1. §. si impuberi ff. de collat. bonor. Fab. in auten. nouissima quæst. 7. C. de inoff. testam. Quoniam hæc portio filio non debetur viuente patre Bald. cons. 317. ad euidentiam circa finem versic. 5. & præmittendum lib. 1. Becc consil. 34. nu. 17. cum sequent. vbi late. Tamen potest pater viuens filio volenti legitimam tradere l. 1. §. si parens ff. si à parentibus.

Quis

quis fuer. man. leg. cum quo §. fin. ff. ad leg. Falcid. Iaf. in l. frater à fratre col. pen. verf. 7. ff. de cond. indeb. Neq; enim est dubitandum quin posint parentes dum viuunt tradere filio legitimam, atq; ab eo recipere pactum de non succedendo Parif. conf. 69. num. 102. lib. 3.

38 Sed posset dubitari an auctis postea facultatibus patris, filius qui accepta legitima renūtiauit nihilominus excludatur. Et plures voluerunt non excludi. Nam Bald. in cap. cum emptor. col. 7. de constit. per illum tex. qui tenet quod filia, quę renuntiauit patri recepta dote, poterit petere, non obstante renuntiatione iurata per suplementum dotis, auctis postea facultatib. patris: Quoniam iuramentum semper intelligitur reb. sic stantib. secundū Deci. consil 54. num. 15. lib. primo, & alias semper iuramentum intelligi debet reb. sic stantib. l. fin. ff. qui satisd. cogan. cap. breui de iur. iuran. Neq; iuramentum extendi debet ad incogitata, maxime ad facultates superuenientes, de quibus non censetur renuntians cogitasse tenet Tiraq. in l. si vnquam in prefatione num. 148 C. de reuocat. donat. Verum contraria sententia verior est, scil. vt renuntians omnino excludatur, etiam si patris facultates excreuerint, siquidem in estimanda legitima, inspicitur tempus renuntiationis propter dubium euentum, quia bona ita potuerunt minui, sicut augeri, cuius ratione non potest renuntians dici lęsus, neq; deceptus l. de fideicom. C. de transact. pro qua sententia facit tex. in dicto cap quamuis pactum ibi omnino & ita tenet Iac. Butr. in l. pactum dotale C. de collat. Bald. in l. si quando §. illud C. de inoff. testam. in l. quamuis quęst. vlt. C. de fideicom. Conar. d. cap. quamuis pactum part. 3 §. 1. num. 2. vbi Guter. in verf. à filia nu. 2. Natt. par. 3. nu. 7. Vasq; de success. Tom. 1. lib. 2. §. 18 requisito 19 limit. pri. num. 78. & vide quę dixi lib. 3. cap. 2. num. 3 1. etenim iustum dicitur hoc pactum factum cum patre, quo filius, vel filia re aliqua accepta pro eius legitima, vel dote remittit omne ius, quod habet, vel habere spectat in hæreditate ipsius patris, nulla quippe hoc casu considerari potest læsio ob dubium euentum, quoniam fieri potest, vt post datam filię dotem pater dissipet bona sua dicta l. de fideicom. quantitas legitimæ non potest esse certa nisi tempore mortis patris, & ideo super hoc dubio iuste transigi poterit inter patrem, & filium Bald. consil. 148. num. 7. lib. 5 neq; obstat quod iuramentum intelligi debeat reb. sic stantibus, & quod non extendatur ad ius superueniens, & non cogitatum, quoniam renuncians propter repręsentatione legitimæ, quę sibi datur ante tempus censetur cogitasse de augumento, vel de imminutione facultatum atq; de dubio euentu super quo conuentum fuit, & sufficit cogitatio saltem in genere l. qui iure militari ff. de milit. testam. Tiraq. in l. si vnquam in præfat. num. 80. C. de reuocand. donat.

39 Extenditur quoq; decisio huius tex. vt procedat etiam in filio qui renunciauit cum iuramento successioni patris propter expensas studij Bald. in l. pactum dotale nu. 15. C. de collat. & ibi Castrens. num. 3. idq; ex vi iuramenti, Vasqu. dicta limit. 1. num. 67. Neq; dicatur filium renunciare hoc casu ex necessitate, videlicet, vt expensas studij consequeretur proindeq; deffitere liberam voluntatem quoniam negari non potest quin consenserit filius renuntians, licet ipse maluisset consequi dictas expensas absq; renunciatione. Vasq; dicto loco. Preterea huiusmodi necessitas non dicitur pręcisa, sed caulatiua quæ euitari potest Glos. in §. postumorum versic. necesse instut. de ex hæred. libero. Tessaur. decis. 257. numero 4. versiculo quod autem causa.

40 Quid si renuntians nihil recepit pro dote, vel legitima, & plures existimauerunt, non procedere dispositionem huius decretalis, vt retuli lib. 3. cap. 2. num. 55. Verum ratio generalis de qua in tex. scil. obseruatię iuramenti facit, vt procedat decisio dictæ decretalis, etiam vbi renuntians nihil recepit, vt in dicto cap. 2. dictum est.

Vbi vero filia renuntiat, dote contenta tone renuntiatio obstat sequentibus non ex vi repudiationis, sed ex vi successionis quoniam censetur successisse in portione sua Bald. dicta l. pactum dotale quæst. 2. sequitur Ruin. consil. 26. nu. 9. lib. 3. & hoc casu facit partem, quia videtur habere suam partem Bald. l. pri. nu. 28. versic. quid de filia C. quando non peten. part. &c. & dixi supra in vers. patri.

De pluribus autem casibus scil. pri. cum filia renuntians recepit integram dotem. Secundo quando fuit dotata, sed non de bonis illius cui renuntiatio facta fuit. Tertio quando recepit exiguam dotem. Quarto cum nihil recepit, vt dicto cap. 2. num. 49. cum pluribus sequentibus &c.

AD BONA PATERNA.

Non modo quis renontiare potest bonis suis iam quæsitis ex regula, qua traditur, vt rei suæ quilibet sit moderator, & arbiter, de qua in l. in re mandata C. mandati verum etiam renuntiari potest spei acquirendi bona alterius, ex successione futura deferenda, & tunc renuntians bonis viuentis, censetur illius futurę successioni renunciasse atq; eo

41 casu bonorum appellatio sumitur longe pro hęreditate l. namquod § fin. ff. ad Trebel. & hæreditas quandoq; sumitur pro bonis viuentis quæ quidem dicitur hæreditas &c. Gloss. fin. in leg. quæsitum §. si mihi, & ibi nol. Cuman. ff. de leg. 2. sic, & quis dicitur heres suus in vita leg. Gallus §. etiam ff. de lib. & posthum. Quare renuntiatio

facta bonis patris ipsi patri refertur ad vniuersitatem, & successionem, vt patet in versiculo ad bona paterna. Hinc filia, quæ renũtiauit bona materna cẽsetur renũtiasse hæreditati maternæ. Cranet. consil. x1. num. 3. Nam vbi nomen bonorũ, non potest referri, nisi ad vniuersitatem bonorum, tunc verba impropriantur, quandoquidem vbi dispositio non potest verificari intelligendo verba proprie, & verificantur excipiendo verba improprie. Socin. l. Gallus §. etsi parente num. 5. in fin. ff. de liber. & posthum. Appellatio quippe bonorũ continens commoda, & incommoda non est ex propria significatione. l. proprium ff. de verborum signif. Bart. l. 3. in principio ff. de bonorum possess. Nam, & quia bonorum possessio non potest referri, nisi ad vniuersitatem; Ideo illo casu bona accipiuntur pro vniuersitate successionis dicta l. 3. in princ. cęterum vbi verba non conueniunt aliud dicẽdum est. Vnde pactum Patri factum à filia de nõ petendo de, & pro bonis paternis, & maternis, non videtur importare renuntiationem hæreditatis; siquidem dicta verba scilicet facere finem remissionem, & quietationem, & pactum perpetuum de vlterius non petendo, non conueniunt successioni, Videlicet præsuponunt patrem obligatum esse ipsi renuntianti, cum tendant ad tollendam obligationem, & ita voluit Rimin. Sen. consil. 349. num 7. cum seq. lib. 2. Prætereа dicta verba non extenduntur ad successionem, quam potest post mortem patris vendicare; neq; important hæreditatem scil. bona deducto ære alieno, vt per eum. Hæc renũtiatio facta per filiam bonis paternis, non habet locum in paternis, quę effectu erant fraterna Angel. cõsil. 52. Dominus Zighlius circa meditationem Bald. cõsil. 47. circa fin. lib. 1. notat. in l. 1. §. vereris ff. de acquir. possess.

41 Non est ignorandam, quod plurimum interest, an renuntiatio, seu pactum fiat de bonis puta patris, vel super bonis patris, siquidem hoc casu censetur remissa etiam dos materna, altero casu non item Bald. in l. liberti. num. 14. versic. quod ergo. C. de oper. libert. Petr. Ferrar. in for. lib. quõ pet. hęred. ex testam. Gloss. in omnib. eius bonis num. 7. Natt. consi. 186. num. 2. Abb. consil. 615. num. 3. Surd. consil. 112. num. 14. Nam dictio. DE. significat decisionem, veluti cum aliquid deciditur ab alio; sed dictio. SVPER. significat accessionem. Bald. dicta l. liberti, & ideo cautus sit notarius in expressione verborum renũtiationis, nẽpe ne dicatur, & filia promisit nihil amplius petere de bonis, neq; super bonis Patris. Et non interest, quod renuntietur bonis, vel hæreditati. Namq; hęreditati renuntians censetur renuntiare eijs tantum, quę petere potest vt hęres iure hęreditario Gabriel. consil. 60. num. 3. lib. primo Soc. Iun. consil. 71. num. 72. lib. 1. dixi lib. 2. cap. 5. num. 30.

Et renuncians bonis cuiuspiã cẽsetur itẽ renuntiare feudo, & emphiteusi, secus si renuntiat hæreditati Specul. titulo de loc. §. nunc aliqua. vers. 156. Bart. & Ang. in l. item videndum. §. fin. ff. de pet. hæred. Dec. consil. 389. circa fin. Cott. in verb. filias renũcians, & in verb. emphit. Mysyng. cent. 6. obser. 66. & plures refert Menoch. consil. 401. num. 67.

Pręterea fili⁹, qui renũtiauit bonis paternis, poterit petere feuda, vel emphiteusim, quia hęc nõ petuntur, tãquam ex bonis patris neq; filius dicitur, ea capere à patre, sed ab ipso cõcedente. Bart. in dicta. l. itẽ videndum §. fin. & in. l. mortis causa capitur. ff. de donat. causa mortis. Ias. in. l. si non sortem. §. Libertus. nu. 84. ff de cond. indebiti.

Aliud tamẽ sunt bona, & aliud hæreditas. Ias. in l. recõmũcti nu. 100. ff. de leg. 1. Gloss. in l. pœnalis in prin. & ibi Alex. num. 2. ff. ad l. Falcid. Verũ quoties verb. hęreditas, & verb. bona copulatiue iunguntur, tunc pro vno, & eodem subiecto hæreditario ponuntur l. cogi §. & quamuis ff ad Trebel. Guid. Papa q. 461. vers. verbum in prin.

Hæc decisio loquens de renũciatione bonorũ paternorũ, procedit etiã in bonis maternis reddendo singula singulis Gutt. hic prin. & dixi lib. 3. cap. 2. num. 66. Vnde si fiat renunciatio bonorum matris superstitis debet fieri ipsi matri recipienti; Si vero pactum de non succedendo in bonis maternis fiat, cum alio, fieri debet cum consensu ipsius matris, de cuius hæreditate agitur per ea, quæ dicta sunt supra in verb. Patri hinc si filia renunciauerit Patri, bonis paternis, maternis, & fraternis non valebit renunciatio respectu matris, vel fratris absentis, qui non consenserit Bolon. l. fin. num. 59. cum seq. C. de pac. Quod si agatur de renunciatione hęreditatis matris defunctę fienda a filiæ Patri, vt valeat renunciatio capiendum est consilium Baldi consil. 12. quando pater lib. 5. scil. vt pater cõstituat dotem filię, tam de bonis proprijs, quam de bonis matris defunctę: deinde recipiat renunciationem à filia omnium bonorum paternorum, & maternorum in ampla forma, & confiteatur filia se esse contentam, & plene satisfactam, & maxime per constitutionem dotis factam à patre, de bonis paternis, & maternis. Nam licet filia renũcians dotetur à patre, non tamẽ excluditur à bonis matris iam defunctę; Quoniam pater præsumitur filiam dotare de bonis proprijs, non etiam de bonis ipsius filija & hanc cautelam tradit quoq; syl. nuptial. lib. 2. num. 81. vers. aduertant secundo.

Circa eam quæstionẽ: Quomodo diuidatur hęreditas matris, cui renuntiatũ fuit à filia patri, qui postea suscepit alios filios ex alio matrimonio vide Boer. decis. 184. per totum.

Sed an renũciatio bonorum matris, noceat patri dicã infra in verb. nec redundet, & an renuncians hæreditati, vel bonis patris censeatur renunciare legitimæ dicam renunciatione 47.

IMPROBET LEX CIVILIS.

Lex Ciuilis improbans pactum de non succedendo patri, factum à filio est in l. pactum

dotale

dotale C. de collat. & in l. si quando §. pri. & secūda C. de inoff. testam. Nā renūciatio filiæ facta bonis patris ob dotem assignatam de iure ciuili non subsistit dicta l. pactum dotali Cephal. consil 592. num. 1.

44 Vt autem ex vi iuramenti tollatur hęc prohibitio non est necesse, vt filia renuncians bonis paternis, certior fiat de dispositione dictæ l. pactum dotali improbantia tale pactum, siquidem vis iurisiurandi operatur etiam ipsa filia ignorante dispositionem Bart. in auten. Sacramenta puberum col. 3. C. si aduer. vend. Guid. Pap. quæst. 227. Couar. d. cap. quamuis pactum part. 3. §. 1. vers. octauo Gabriel. tit. de iureiur. conclus. 3. & licet Doctores constituant regulam generalem; scilicet quod pactum de non succedendo non valet, tamen

45 lex ciuilis improbat solum id pactum de non succedendo, quod fit à filio in patrem. Nam tex. in dicta l. pactum dotali, loquitur de filia renunciante patri, idemq; loquitur dictum cap. quamuis pactum Connan. comment. iur lib. 5. cap. 5. num. 9. Hinc Curt. iu. n in dicta l. pactum dotali nu. 1. ad notat, quod dicta lex ad id millies citatur SIB. quod pactum de nō succedendo, factum à filia patri, est omnino improbatum à iur. ciuil. Confirmatur hęc sententia, nam iura quę citātur à Gloss. in l. quod superstitis ff. de acquir. hæred. extendente ad Tex. loquentem de repudiante pręcedenti, & in renunciante loquitur solum de filijs, in l. autem non fit extensio de persona ad personā cap. fane de priuileg. Abbas consil. 57. Attingam consil. pen. lib. 1. Imo quoties lex pręcise de vno loquitur, de altero contrarium disponere videtur l. cum prætor ff. de iudicijs. Atq; ita loquitur dicta l. pactum dotali dicto cap. quamuis pactum l. si quando §. illud C. de inoff. testam. & l. fin. ff. de suis. & legitimis, atq; ita sentire videtur Couar. in dicto cap. quamuis pactum part. 3. in prin. dum adfert rationē prohibitionis, quæ solum referri possunt ad renunciationes filiorum. Neq; dicatur id probari ex dicta l. qui superstitis; Quoniam ibi Tex. loquitur de repudiatione, & non recte arguitur, à repudiatione ad renunciationem, vt lib. pri. dictum est.

46 Ratio cur pactum de non succedendo patri factum à filio minime valeat illa est; quoniam pietas officium paternum naturalis ratio, atq; commune votum exhigit, vt liberis nostris bona nostra relinquamus l. nam, & si parentib. insfiu. princip. ff. de inoff. testam. Nam omnia quæ nostra sunt liberis nostris ex voto paramus l. nihil §. facilior ff. de bonis libertorum. Atq; libertas ad bona parentum naturæ simul, & ipsorum parentum commune votum admittit l. scripto in fin. ff. vnde liberi. Deniq; rationalis id exhigit l. cū ratio ff. de bonis dānatorum. Vnde pater paciscendo, vt filius ei non succedat, videtur facere contra pietatem, naturalem rationem, & commune votum parentum siquidem inter patrem, & filium gemina pietas esse debet; vna est communis omnium hominum; alia est singularis inter ipsos; atq; ideo gemina. Quia homo est ea qnia pater Gloss. in l 3. §. si cum quis verb. gemina ff. de lib. homine exhibend. & in l. officio C. de neg. gestis. Hæc igitur renunciatio reprobatur, vti aduersus bonos mores; nimirum aduersus eam pietatem quæ esse debet inter patrem, & filium. Nam pater eximendo se per pactum ab ea obligatione qua filio relinque re tenetur certe lædit eam pietatem ex qua tenetur filio relinquere, & ad hoc optime facit quod scribit Bald. in l. pactaq; contra col. 1. vers. sed iure ciuile C. de pact. Namq; secundū eum ius ciuile consideranit, quod renunciatio facta à filio patri inducit ipsum patrem ad iniq: agendum erga filium non relinquendo legitimam portionem obtenta renunciatione certum est sane quod pater tunc inique facit. Quia nō vtitur officio patris; Neq; refert quod possit pater nō obstante pacto relinquere filio, vt postea dicam. Quoniam filius non potest consentire, vt præteriri possit à patre, neq; valere potest testamentum etiam si filius ex volontate sua prætereatur, vt per Cyn. Bart. Bal. & Raphael. in l. si quando §. & generaliter C. de inoff. testam. sequitur Corneus consil. 31. col. 3. lib. 2. Namq; filij meritis ad paterna obsequia sunt prouocandi, non etiam pactionibus ad illa obstringi debent dicta l. si quando §. illud vbi tex. videtur adferre hanc rationem his verbis. Pactum factum à filio de nō agendo querela, vel petendo supplementum legitimæ; idcirco non valet quia pater cuius officiū est meritis filium ad paterna obsequia prouocare facit contra pietatem, adq; officiū paternum, dum filium ad ea obsequia pacto adstringit.

Ex quibus facile constat pactū de nō succedendo regulariter non improbari, sed solum id pactum de non succedendo, quod fit à filio patri, vt patet in dicta l. pactum dotale in l. fin. ff. de suis, & legitimis, & in dicto cap. quamuis pactum. Quę sane iura loquuntur tantū de filia renunciante hæreditati paternæ ipsi patri. Ego sane non video cur pactum simplex de non succedendo non valeat regulariter; Nam si perpendatur dispositio dictæ l. pactum dotale (ibi) non improbatur pactum ex eo quia fit de non succedendo in hęreditate personæ viuentis; Sed quia factum fuit à filia ipsi patri, si etenim ijs qui sperant alteri succedere permissum est pacisci de illius hęreditate, modo consentiat pacto l. fin. C. de pact. multo magis ille ipse de suia bonis licite pacisci poterit cum eo, qui spetat succedere Connan. cōmentariorum iur. lib. 5. cap. 5. nu. 9. Itaq; cum permittatur pactum de non succedendo factum cum eo de cuius hęreditate agitur ex ijsq; notantur in dicta l. fin. fatendū erit in dicta l. pactum dotale. Pactum reprobari ex eo, quod pactum, quo se filius paterna excludit successione, nūquam iuste cum patre fieri Connan. dicto num. 9. Quod, & sentire videtur Couaru. in dicto cap. quamuis pactum in prin.

in prin. 3. parte num. 1. vbi vult pactum in dicta l. pactum dotale, nulla ratione posse improbari, nisi ex quibusdam causis, quæ pertinent speciatim ad personas filiorum; qui renunciant hæreditati paternæ ipsis patribus, vt per eum si valet pactum de succedendo factū inter futuros ex lege hæredes cum consensu eius de cuius hæreditate agitur, haud dubium multo magis valebit pactū de non succedendo factum cum eo, cuius successioni renunciatur. Sane quod dicitur non licere de viuentis hæreditate pacisci, ita accipiendum erit, si inter duos, plures ve de hæreditate tertij absentis conuentum fuit. Diuersum est quoties pactū fit cum ipso hæreditatis domino. Glos. in l. hereditas C. de pact conuen. declarat Menoch. consil. 92. num. 45. vbi inquit omnes hanc doctrinam comprobare.

47 Ex supra dicta conclusione scil. quod pactum de non succedendo factum patri à filio non valet recte infertur non esse tutam eam cautelam, quam tradit Cœpol. cautel. 72. incip. tufis. dum inquit, cautelam, esse quod filia faciat pactum de non petēdo aliquid de bonis patris, cum secundum eum tale pactum valeat etiam sine iuramento. Nam hæc cautela est contra supradictam conclusionem vt per Dec. dicta l. pactum dotale num. 2. vers. & per istum textum.

48 Hac quoq; conclusione fretus quidam studiosus Cremonensis dolo bono delusit nouercam vt refert Odofr in dicta l. pactum dotale. Nam cum tres haberet nouerca fratres ex ea renunciauit successioni patris, ve ei expensas, quas alias negabat studij gratia subministraret; quam rem nouerca quoq; probabat, vt proprijs filijs totam successionem erogaret. Sed mortuo patre studiosus voluit cum reliquis fratribus succedere contendens per dicta iura renunciationem successionis, vti non iuratam minime valere Ias. dicta l. pactum dotale in principio. Vasq; de successionum creatione lib. 2. § 18. num. 56.

In hac tamen specie vbi filius renunciauit propter expensas a patre factas tenebitur eas conferre Cyn. & Odof. in dicta l. pactum dotale, vbi Bald quæst. 10. & 11. Paul. de Castr. num. 3. & Ias. num. 12. Quod est memorabile dictū, vt per Zasi. dicta l. stipulatio hac modo num 47. cum alias vbi non renunciasset filius non teneatur conferre cum fratribus expensas à patre in eum collatas. quas quidem præsumitur pater pietatis officio erogasse l. quæ pater ff. famil. erciscun., & ita sentiunt communiter doctores, vt testatur Vasquius de succes. creat. §. 18. num. 55. sequitur Crassus de successionibus § successio quæst. 10. num. 2. Horat. Luti de priuileg. scolar. priuil. 27. limit. 5. Quę conclusio extenditur procedere etiam si renunciatio, vel pactum de non succedendo fiat ex causa onerosa aliqua re tradita ipsi renuncianti l. fin. ff. de suis, & legiti. l. si quando §. illud C. de inoff testam. dicta l. pactum dotale Gomes. ad l. tauri 22. nu. 1.

Secundo dicta conclusio procedit etiam in ascendentibus qui non possunt renunciare successioni descendentis superstitis Glos. fin. in l. si quando §. illud C. de inoff. testam. Et ibi Petrus de Bellapertica, sequitur Anton. Gomez. ad dictam l. Tauri nu. 3. vbi ita tenet aduersus Bald. qui contrarium tenuit in l. quamuis col. fin. C. de fideicom.

Sit igitur conclusio, quod lex pactum dotale procedit solum in filijs, vt loquitur sed dubitari potest an illius dispositio procedat item in

49 parentibus, scilicet an pactum de non succedendo filio factum à patre valeat, & certe videtur, vt eadem ratio sit in parentibus, quandoquidem non minus parentibus quam liberis pie relinqui debet l. nam, & si parentibus, in princ. ff. de inoffic. testa. Neq; obstare videtur, vt inquit Bald. in l. quamuis in fin. C. de fideicom. esse pręter naturā, vt pater succedat filio; ideoq; patrem renuntiare posse hęreditati filij, quoniam etsi naturę ordo, ac patris votum sit vt filius superuiuat, atq; ipsi patri succedat, tamen quoties ita naturę ordo turbatur ratio pietatis exigit, vt pater filio succedat d. l. nam etsi parentibus. Hincq; Connan. comment. iur. ciu. lib. 5. cap. 5. num. 9. voluit quod de filio, seu filia dicitur in dicta l. pactum dotale, idem esse in ijs hęredibus quibus competere potest inofficiosi testamenti quęrela. Neq; etiam obstat l. 1. §. si parens ff. si a paren. quis fue. manum. quoniam respondetur, vt postea dicam, sed prius circa intellectum d. §. si parens, immorandum erit.

50 Duo igitur sunt dicta in dicto §. si parens, primum est quod parens qui accepit peccuniā vt filium emanciparet potest renuntiare successioni filij. Ex quo quidem dicto declaratur ea conclusio, quod renunciatio futuræ successionis sine iuramento minime valet, vt non procedat quoties pater aliquid accepit, vt emanciparet filium, quoniam eo casu potest hęreditati sui urę renuntiare dicta §. si parens. Quod fieri existimauit Glos. in dicta l. pactū dotale, propter delictum à patre commissum, nimirum accipiendo peccuniam, vt filium emanciparet, atq; ita emancipationis beneficium vendendo. Quorum sane opinio communis esse videtur, vt per Couarru. d. c. quāuis pactum par. 3. §. 4. nu. 10. ex qua ratione huius dicti infertur declaratio scilicet, vt dicta conclusio non procedat quoties renuntiatio admixtum habet delictū Glos. in d. c. quāuis pactum in verb. lex ciuilis, & alia glos. in d. l. pactum dotale, & ibi Butrig. fallent. 1. Bald. Alex. num. 6. & Ias. nu. 3. & ita tenere videtur Bart. in l. fin. q. 2. C. de pact. & in l. stipulatio hoc modo ff. de verb. oblig. & hęc declaratio communiter approbatur, vt per Roman. & Corne. in dicta l. pactum dotale, quamuis ipsi contrarium sentiant.

Alterum dictum est in dicto §. si parens vbi pater accepit a filio, quantum satis est pro sua portione quę ei debebatur ex quo dicto colligitur declaratio qua restringitur dicta conclusio, vt

sio, vt non procedat in ea specie, vbi quis accepit, quantum satis est, pro sua legitima, & quantum ei debetur, & ita tenet Butrig. in d. l. pactum dotale Bart. in dicto §. si parens in l. fin. & ibi Bald. C. de pact. Bart. Angel & Bald. in dicta l. stipulatio hoc modo, & hæc opinio est commun. Natta. dicto cap. quamuis pactũ num. 6. vers. tu non recedas, & cum sententia Bart. transeunt Bald. & Fulg. & est communis vt per Dec. in dicta l. pactum dotale num. 16. versic. vnde ad contrarium Cagnol. in d. l. fin. num. 111. C. de pact. & ibi Curt. nu. 39. Vasq; in l. si quando §. illud nu. 16 C. de inoff. testam. tametsi ipse contrarium sentiat Crass. in §. successio ab intest. quæst. 10. num. 3. Zasi. d. l. stipulatio hoc modo num. 25. conclus. 1. Aret. in l. qui superstitis col. 2. ff. de acquir. hæred.

Verum intellectum Bartoli dum vult patrẽ excludi à filij succcisione propter delictum, plures reprobant per tex. in l. vtrum turpem ff. de verb. oblig. ex quo apparet non turpe patrem pecuniam accipere pro filij emancipatione, per quem tex. Imol. ibi reprobat intellectum Bartoli sequitur Dec. d. l. pactum dotale nu. 16. & illum communiter reprobari tradit Zasius d. l. stipulatio hoc modo num. 25. conclus. 1 eumq; intellectum non esse verum inquit Roman. in dicta l. pactum dotale nu. 9. & ibi Corne. nu. 25. neq; enim est contra bonos mores nec est delictum, vt pater pecuniam accipiat pro emancipatione filij dicta l. vtrum turpem; immo pater pro ea debet præmium capere l. cum oportet §. cum autem, & ibi notat Bald. C. de bon. que. lib. Quapropter alij per tex. in dicta l. vtrum turpem aliter intelligunt dictam §. si parens scil. vt ius procedat in ea specie tantum, vbi pater accepit à filio portionẽ legitimã sibi debitã in bonis filij, distinguendo tamen primũ dictum d. §. si parens, loquatur de patre qui tempore emancipationis accepit à filio legitimam portionem, alterum vero dictum, vt intelligi debeat vbi pater recepit post emancipationem, & hunc intellectum non esse omnino improbandum refert Couarr. dicto capt. quamuis pactum part. 3. §. 4. in fin. & quod pecuniam accipere pro emancipatione filij non sit delictum, neq; turpitudo tenuit Dec. in d. l. pactum dotale in l. vlt. C. de pact & ibi Cagnol. num. 110. Franc. Curt num. 37 & Bolog. num. 108. Neq; hic Bartoli intellectus placuit Croto in dicta l. stipulatio hoc modo nu. 114 ex quibus satis apparet non approbari eum intellectum, quem tradit. Gloss. & Bart. in d. §. si parens scilicet, vt intelligamus ideo patrem excludi. Quia deliquit pecuniam accipiendo, vt filium emanciparet, quod & verius mihi videtur, mihiq; placet, vt intelligamus in d. § si parens patrem ea ratione excludi, quoniam accipiendo pecuniam videtur capere pręmium emancipationis, ac beneficij, quod in filium contulit; Quod quidem pręmium pater alias accepisset in bonis filij, vbi pecuniam non recepisset à filio, vt eum emanciparet, & Bolog. in d. l. vlt. nu. 108. inquit, in d. §. si parens, patrem idcirco excludi à successione filij; Quia accipiendo pecuniã vt filium emanciparet, videtur vendere omne Ius, quod sperat atq; ita transigere videtur, & secundum Alciat. pater in d. §. si parens excluditur à successione; Quoniam dum accipit pecuniam cessat ea æquitas, & ratio, ex qua motus erat prætor ad vocandum eum ad successionem, vt refert Bolog. in dicta l. vlt. num. 109. & ideo Rimin. ibi, vt refert, & sequitur Cagnol. d. nu. 110. inquit patrem excludi, quia accipiendo pecuniam videtur vendere beneficium emancipationis, & Crot in d. l. stipulatio hoc modo num. 114 intelligit, vt in d. § si parens, pater repellatur à bonorum possessione non quia deliquit accipiendo pecuniam, sed quia cessat ratio propter quam prætor statuit dari bonorum possessionem patri, quę ratio adfertur à Iur. Consult. in d. l. pri. in princ Sed & quod in d. §. si parens pater non delinquat accipiendo pecuniã pro emancipatione tradit Vacon. declarationum iuris lib 5. declarat 76. vbi in fin inquit hanc esse communem opinionem, & intelligit, vt in dicto §. si parens pater excluditur à successione; Quoniam pecunia à filio accepta iam remuneratum est emancipationis beneficium proindeq; cessat illa æquitas qua motus fuit prætor ad concedendum bonorum possess. contr. tabul. vt habetur in d. l. 1. in princ. Nam patri qui emancipauit filium conceditur bonorum poss. contr. tab. ea ratione. Quia æquissimum prætori visum est, vt aliquid consequatur ob beneficium emancipationis d. l. pri. in princ. & quoniam pater accipiendo pecuniam videtur recipere præmium emancipationis ideo ne duplex pręmium consequatur cessat illud, quod à prætore concedebatur; siquidem prouisio hominis, ac in specie facit cessare prouisionem legis arg. l. fin. C. de pact. conuent. & hunc intellectum verissimum esse existimo, & hunc tenet expresse Vacon. d. declarat 76. Bolog. d. l. vlt. num. 110. Dum tenet patrem excludi quoniam, accipiendo pecuniam transigere videtur, & remittere ius, quod ei deffertur in bonis ipsius filij, & idem tenere videtur Alciat. quẽ supra retuli Rimin. in d. l. vlt. quem ibi sequitur Cagnol & Crot. in d. l. stipul hoc modo num. 114 qui omnes tenent patrem minime delinquere, accipiendo pecuniam pro emancipatione filij, sed excludi, quia pecunia accepta, videtur quasi transigendo remittere, ne duplex pręmiũ consequatur contra iustitiam distributiuam. Pater igitur qui voluit accipere pecuniam pro emancipatione filij, contentus esse debet, eo præmio, neq; conqueri potest, quod postea excludatur à successione filij; Quoniam æquum non est, vt duplex præmium recipiat, sane in d. §. si parens non agitur de renunciatione futuræ successionis, quæ ex pietate quadam

debetur

debetur, ficuti in d. l. pactum dotale, fed pacto remittit pater id tantum, quod fibi debebatur, non iure fuccelsionis, fed in remunerationem emancipationis l. cum oportet §. cum autem C. de bon. q; lib. quod quidem renunciatione tolli nō prohibetur l. fin. C. de emācip. liberorū.

Ex ijs igitur, quæ dicta funt, liquido conftat, non obftare textum in d §. fi parens dum dixi difpofitionem d. l. pactum dotale, quę loquitur in filia procedere item in patre. Nam ratio cur pactum de non fuccedendo patri factum à filio, reprobatur, illa eft vt iam dixi, quoniam pactum eft contra bonos mores, quos confiderat folum ius Ciuile nempe contra pietatem, quę fane ceffat in cafu d. §. fi parens, vbi accipit pater non ex pietate, fed in pręmium emancipationis.

SI TAMEN. IVRAMENTO. non vi nec dolo præftito firmatum fuerit.

Quamuis lex ciuilis improbet pactum de nō fuccedendo cum patre factum, vt mox dictum eft, tamen iurifiurandi religio, & vis prohibitionem tollit, vt hic fic quoq; iuramētum tollit prohibitionem l. Iulię. de fundo dotali, nec non prohibitionem donationis inter virum, & vxorem cum fimil. vt dictum eft lib. 5. capt. 4. & licet plures fint rationes, cur tale pactum improbetur a iure ciuili, tamen huiufmodi rationibus prævalere debet iurifiurandi religio, vt inquit Parif. conf 26. nu. 8. cum feq; lib. 3.

51 Iuramentum ergo firmat pactum de non fuccedendo à iure ciuili improbatum, vt habetur hic Dec. d. l. pactum dotale nu. 5. Parif. conf. 6. num. 27. cum feq confil 69. nu. 23. & nu. 30. conf. 94. nu. 10. & 12. lib. 3. conf. 16. nu. 73. lib. 2. Corne. conf. 258. col. pen. lib. 4. Rimin. Sen. conf. 249. num 2. lib. 2. Curt. Iun. conf. 590. num. 24. lib. 3. confil. 198. num. 33. lib. eodem & in d. l. pactum dotale num. 14. vbi inquit ita communiter obferuari Cagnol. l. fin. num. 8. & 115. & ibi purpurat. num. 164 C. de pact. Gutt. in aut. facramenta puberum nu. 28. C. fi aduer. vend. Franc. Curt. in l. pacta que. contra nu. 6. C. de pact. Crauetr. confil. 856. numer. 12. Craff in §. fuccefsio ab inteftato quæft. 10. nu 4. Petruc. l. 1. nu 97. ff. de iur. iurandi Menoch. conf. 789 nu. 7. Bolog in l. ftipulatio hoc modo num. 168 ff. de verb. oblig. confenfus quippe iure naturali conftat inter patrem, & filium: Quia ratione non caret, tametfi aliquantulum iuris apicibus, ideft ciuili obligationi non congruat l. frater à fratre ff. de cond. indeb. Cum igitur huic naturali vinculo accedit iuramentū quod eft naturalis obligationis ftandum erit ipfi iuramento Bald. confil. 148. num. 7. lib. 1. etenim rationes cur ius ciuile improbet huiufmodi pactum, funt perfuafiuæ tantum non etiā neceffariæ atq; ideo illis prævalere debet iuramenti robur. Bald. d. l. pactum dotale nu. 22. Parif. d. confil. 26. nu. 8.

Et non modo iurans tenetur feruare iuramentum, fed & ipfum pactum firmatur iuramento d. cap. quamuis ibi, omnino feruari, & ibi Franc. col. 6. verf. in eadem Gloffa. Bolog. d. l. ftipulatio hoc modo num. 81. & ibi Ioan. Crot. num. 31. Vafq; de fuccefsione lib. 2. §. 18. Vaquef. 29. limitat. 1. num. 136. hinc illud recte fit, vt pactum tranfeat ad hæredes iurantis, neq; enim eft perfonale; Pręterea collufione facta non poterit iurans repetere, vt in cap. debitores de iureiurand. deniq; iurans etiam petita abfolutione, tenebitur obferuare pactum per inde ac fi appofitum fuiffet iuramentum fuper pacto ex fui natura valido Crot. d. l. ftipulatio hoc modo nu. 31. 32. & ibi Bolog nu. 81. Adde quoniam iuramentum conualidat ipsā renunciationem alias nullam, ideo hoc cafu agetur ex ipfo pacto confirmato, non etiam ex folo iuramento Gloff. vlt. in d. cap. quamuis pactum, & ibi. Natt. num 74. verficulo quarto nota.

Et licet paria fint quod iuramentum pręftetur, vel quod remittatur l. non erit §. fin. cum l. fequenti. l. nam. & poftea §. ius iurandum ff. de iur. iurand. tamen aliud eft in hoc iuramento confirmatorio quoniā remitti non poteft; fed requiritur quod actualiter præftetur. Vafq; de fuccefl. lib. 2 d. limit. 1. num. 183.

52 Verum, vt iuramentum confirmet pactum de non fuccedendo, cum patre factum, alioquin à iur. ciuili improbatum, debet effe validum, & obligatorium; fiquidem omnis difpofitio intelligitur de actu valido l. 4. §. condemnatum ff. de re iud. Tiraq. de retract. lign. §. 1. Gloff. 2. num. 6. vbi ergo iuramentum eft nullum, tunc non confirmat pactum, cui accedit.

53 Hinc infertur, quod iuramentum à iudæo pofitum, vt inualidum, non confirmat renunciationem nullam; Quoniam vinculum facramētale in eo non cadit Bald. in cap. 1. §. item facramēta col. 3. de pace. iur. firma. Nam, vt inquit Roman. confil. 155. præmiffum laudum, in fin. iuramentum eft inductum propter periculum interitus animę, quod non cadit in iudęo qui eft perditus, & Papa non compellit hębreos quoad ea quę refpiciunt falutem animarum, vt per eum fequitur Socin. confil. 66. nu. 15. lib. 1. & hanc effe cōmunem opinione inquit Guliel. Benedict. in c. Rainutius in verf. duas habens filias num. 289. de teftam. Hancq; opinionem veriorem effe tradit quamuis dubitans Natt. d. c. quamuis pactum num. 26. per tex. ibi, vbi iuramentum feruari debet propter difpendium falutis æternę, quę ratio ceffat in iudeo, vel infideli, & ita tenere videtur Corne. d. l. pactum dotale nu. 11. & conf. 37. in hac confultatione col 2. verf. & licet iuramentum lib. 4. Io. Crot. in l. ftipulatio hoc modo num. 64. verf. decimo limita. Socin. in regul. verf. filia renuntians Fallent. 8. Marq. de Iuf. de iudæ. c. 8. num. 7. fed contrarium tenet Roman. in l. qui fupeeftitis limita. 7. ff. de acq. hære. & in d. l. pactum dotale nu. 11. verf. his tamen non obft. Couarru. d. c. quamuis pactum part. 3. §. 4. nu. 1. que

fequitur m

sequitur Bologuet. d. l. stipulatio hoc modo num. 99. & hanc sententiam esse magis communem asserit. Vasq; de success. ad l. si quando §. illud num. 37. C. de inoff. testam. verioremq; esse inquit Dec. d. l. pactum dotale num. 13. & hanc sequendam esse arbitror quoniam iudeus adstringitur iuramento secundum legem suam interposito Roman. d. l. pactum dotale nu. 11. vers. his tamen non obst. & ibi Dec. d. num. 13. sed quod iuramentum iudęi confirmet contractum tenet Surd. consl. 121. nu. 21. vsq; ad fin. lib. 1. vbi asseuerat hanc opinionem esse veriorem, ac magis receptam.

54 Præterea si filius aut filia iurauerit, se nunquã renunciaturam hæreditati patris, vel non contrahere, absq; certa solemnitate iuramentum postea in contrarium factum non valet proindeq; non confirmat renuntiationem Gloss. in capit. licet mulieres de iurisiurand. lib. 6. Ancharan. Imola, & Gemin. d. cap. quamuis pactum Alex. d. l. stipulatio hoc modo col. 6. & ibi Ias. num. 40. vbi inquit Gloss. in d. cap. licet communiter ab omnib. approbari Io. Crot. nu. 64. Bologn. num. 96. Dec. d. l. pactum dotale nu. 10. & ibi Corneus col. 3. vers. octauo limit. Roman. l. qui superstitis nu. 2. limit. 4. ff. de acquir. hęred. Rimin. Sen. cons. 409. num. 13. Crass. comm. opin. lib. 1. cap. 19. quæst. vlt. Gabriel. tit. de iur. iuran. conclus. 1. nu. 1. late Vasq; de success. tom. 1. lib. 2. §. 18. requis. 29. limit. 1. nu. 148. vers. sexta limitatio, & nu. 153. vbi magistraliter declaratur quando secundum iuramentum non valeat contra primum, & è conuerso. Nam actus factus contra iuramentum de non faciendo est ipso iure nullus, etiam si fiat cum iuramento, vt late per Gab. d. concl. 1. Hæc tamen restringuntur duobus modis, & Primo, vt procedat quando pater cui fit renunciatio sciebat iuratam renunciationẽ fieri contra primum iuramentum Bald. cap. cum contingat col. 8. de iur. iuran. Io. Crot. d. leg. stipulatio hoc modo num. 64. & ibi Bolog. nu. 96. vers. primo quando Natt. d. cap. quamuis pactum nu. 27. vers. secundo limita, vbi inquit perpetuo id esse menti tenendum. Secundo declara procedere, vbi primum iuramentũ fuisset præstitum fauore alicuius, secus si simpliciter, & ex illo nulli ius quæsitum fuit Bald. cap. venientis in fin. de iur. iuran. Io. Crot. d. l. stipul. hoc modo, & ibi Bolog. nu. 97. & Natt. d. cap. quamuis pactum Dec. cons. 510. col. pen.

Non habet quoq; iuramentum uim confirmandi, tale pactum de non succedendo, quoties statutum prohibet iuramentum præstari per mulierem Corne. d. l. pactum dotale col. 1. vers. & primo, & ibi Dec. limit. 8. Natt. d. cap. quãuis num. 22. Gabriel. d. conclus. 1. num. 30. Vasq; d. limit. 1. nu. 186. Sed an statutum prohibere possit iuramentum vide quæ dixi lib. 5. cap. 4. circa finem.

55 Deniq; iuramentum, vt confirmet renunciationem debet esse non vi nec dolo pręstitum, vt habetur hic, & in authen. sacramenta puberum C. si aduers. venditionem in cap. cum contingat de iur. iurand. cum simil ib. Sane in iuramento promissorio iurans debet habere liberam voluntatem implendi vt quod iurato promisit ad hoc, vt iuramentum habeat veritatem, quę est vna ex comitib. ipsius iuramenti D. Thomas secunda secundæ quęst. 89. artic. 7. & ideo iuramentũ præstitũ per vim, metum, aut dolum, vti præstitum ex non libera voluntate, non firmaut pactum, cui adijcitur Bald. consil. 148. in casu proposito num. 2. lib. 1. in d. l. pactum dotale quæst. 1. Couaru. d. cap. quamuis pactum par. 3. § 4. nu. 2. & hanc sententiã receptã esse testat. Crass. in §. succesio ab intestato quæst. 12. Nam dolus, vel metus excludit consensum, & iuramentum dolo vel metu interpositum ex defectu consensus est nullum, vt dixi lib. 3. cap. 11. imo recipiens iuramentum dolo, vel metu extortum peccat, & non debet audiri etiam loquendo de mera iustitia naturali Bald. d. cons. 148. num. 2. Quare ædictum prætoris dicentis, quod metus causa gestum erit, ratum non habebo; non tam fuit verbum hominis, quam verbũ Dei, vt inquit Raymundus in eius summa à Bald. relatus d. nu. 2.

Et licet Gloss. in cap. verum de iure iurand. vbi Abb. & alij dicant iuramentũ metu extortum, esse obligatorium; tamen id non est simpliciter verum, siquidẽ in iuramento, quod quis coactus interposuit, duplex est obligatio; Vna quidem qua obligatur homini, cui promittitur, & hæc obligatio, tollitur per coactionem; quoniam ille qui vim intulit, hoc mœretur, vt ei promissum non seruetur. Altera autem est obligatio, qua quis Deo obligatur, nimirum, vt impleat, quod per nomen eius promisit, & talis obligatio, non tollitur in foro conscientię; Quia magis debet damnum temporale sustinere, quã iuramentum violare D. Thom. d. quæst. 89. art. 7. ad Tertium quem refert Roland. consil. 2. nu. 78. lib. 1. & Afflic. decis. 263.

Est igitur vera de iur. ciuili illa conclusio, quam communiter tenent doctores in auten. sacramenta puberum, ibi nullius momenti; C. si aduers. vendit. scil. quod iuramentum per vim, & metum præstitum est ipso iure nullum, atq; non est obligatorium, etiam secundum, hanc opinionem iudicauit consilium Neapolitanum, vt testatur Afflic. d. decisione 263. Vnde sententia Gloss. in d. cap. verum, non procedit in foro iudiciali, neq; procedit simpliter Roland. d. cons. 2. n. 79. ex quibus fit, vt requiratur absolutio solum in foro penitentiali, quoad eã obligationem, qua quis Deo tenetur, vt per D. Thomam d. artic. 7. Qua ratione de iur. ciuili cum iuramentum sit ipso iure nullum non, requiritur absolutio, secus de iure Cannonico, quod respicit eam obligationem, qua quis etiã Deo obligatur Afflic. decis. 322. nu. 6. contrariæ igitur sunt sententiæ nonnullis existimantibus iuramentũ in contractu inualido non requirere

absolutio-

absolutionem. Abb. in cap. cum contingat. de iureiurand. & hanc receptam esse in praxi inquit Couar. d. cap. quamnis pactum part, 3. §. 4. num. 2. & varia. resolut. lib. 1. cap. 4. nu. 7. Contrariam autem sententiam tenet Bald. in cap. 2. de iur. iurand. & hanc veriorem esse inquit Couar. d. cap. 4. in fin. & hæc sententia est tutior. Nam cum vinculum iuramenti respiciat salutem animæ, in hac materia magis sequi debemus opinionem Canonistarũ Fulg. consil. 125. num. 2. & 3. vbi respondet ad text. in d. auten. sacramenta puberũ in illis verbis (nullius momenti,) & inquit ita semper vidisse obseruari, & practicari. Obligatio quippe, qua iurans se Deo obligauit, minime tolli potest, sed exigitur absolutio, non vt per eam quasi discernatur huiusmodi iuramenta non esse obligatoria, sed vt quasi huiusmodi obligatio ex ea relaxetur, vt declarat D. Thom. d. art. 7.

56 Quod autẽ hic de vi, & metu dicitur, idem dicendum videtur de metu reuerentiali; & ideo renuntiatio iurata facta à filia nimia reuerentia patris ei non nocet dummodo petat absolutionem à iuramento l. 1. §. quæ onerãda §. quarum rerum actio non detur Bald. d. l. pactum dotale quæst. 1. & ibi Castrens. nu. 5. Gabriel. titulo de iur. dot. conclus. 1. nu. 41. Zasi. in l. stipulatio hoc modo num. 42. ff. de verb. oblig. Vasq; de success. tom. 1. lib. 2. §. 18. requis. 29. limit. 1. nu. 187. vers. decimo quarto Bolog. in d. l. stipul. hoc modo num. 100. vers. octauo limitatur.

Intellige tamen, vt sola reuerẽtia non causat iustum metum ad rescindẽdum renuntiationem iuratam Bart. in d. §. quæ onerandæ Bald. consil. 108. num. 7. lib. 3. & ita tenent communiter DD. Crot. d. l. stipular. hoc modo num. 66. & ibi Bolog. num. 100. Tiraq. de legib. connubial. glos. 5. num. 39. Dec. in cap. causam matrimonij num. 50. de offic. deleg. Rimin. Sen. consil. 39. nu. 2. lib. 1. Nãq; probari debet, quod præcesserunt minæ, vel verbera Bart. d. §. quę oneranda in fin. in l. ad inuidiam C. quod metus causa, & in l. interpositas C. de transact. Crauet. consil. 553. nu. 3. consil. 49. num. 2. vel etiam quod pater esset nimium sæuerus solitusq; inferre verbera filijs Crot. d. l. stipulatio hoc modo num. 67. similiter metus reuerentialis operatur rescissionem quando renuntiatio continet enormem lęsionem; Nam tunc si facta sit inter personas, inter quas pręsumitur reuerentia, censetur extorta per metum Crauet. consil. 11. num. 15. Castr. consil. 174. in princ. lib. 1. Alb. consil. 77. num. 21. Ceph. consil. 645. nu. 106. consil. 308. num. 44 & consil. 378. num. 11.

Sed an hæc decretalis loquens de dolo procedat in dolo re ipsa, & de iuramento dolo, vel metu extorto, dixi lib. 3. cap. 11.

Sed non tantum pactum de non succedendo firmatur iuramento; sed etiam consuetudine, vel statuto Gloss. in d. l. pactũ dotale in 3. parte, & ibi Iacob. Butrig. fallen. 4. Bart. in fin. Angel. & Castrens. num. 5. vbi inquit huiusmodi pacta, tollerari ex consuetudine. & Ias. num. 3. vers. in tertia parte Glossę, & ibi Bald. num. 3. notat, quod vbi est consuetudo valet pactum de futura successione etiam sine iuramento, & Roman. ibi num. 9. vers. in eadem Glossa inquit, id esse singulare, & notabile dictum, ad quod facit Text. in cap. primo de filijs natis ex matrim. ad Morgan. contr. & in cap. filij de controuersia feudi inter domi. & agnat. vbi habetur, quod huiusmodi pactum non valet, sed vsus illud approbat: hoc est vsus Mediolanensium, Corne. d. l. pactum dotale num: 14. & ita declarat Georg. Natt. in d. cap. quamnis pactum num. 14. vers. sexto fallit. Soccin. in regula incipiente filia renũtians fallen. 25. Quapropter, & si non valeat pactum inter coniuges, vt filij ex eis nascituri minime succedant cum alijs liberis primi matrimonij tamen vbi adesset consuetudo pactum valeret ex huiusmodi consuetudine, vt per DD. in d. l. pactum dotale, sed dubitari posset, cur valeat consuetudo, vt non succedatur; Pactum autem de non succedendo non item siquidem consuetudo nihil aliud est, quam tacitum pactum l. de quib. cum l. seq; ibi (velut tacita ciuium conuentio) ff. de legib. & ideo, quod non potest fieri per pactum, non potest etiam per consuetudinem fieri; Pactumq; & consuetudo ęquiparãtur cap. sacrosancta, iuncto cap. massara de elect. Euerard. in loco à pacto ad legem, sed dicendum est tum non valere cõsuetudinem, cum non valet pactum ratione turpitudinis, vel quia est contra bonos mores; secus autem, vbi pactum non est contra bonos mores, vt per Euerardum d. loco. Cum autem pactum de non succedendo non sit turpe, neq; contra bonos mores, quos considerat ius canonicum, quandoquidem firmatur iuramento, vt dictum est, licet improbetur pactũ, non tamen reprobatur consuetudo, quod sane est notãdum in ijs locis, vbi adest consuetudo aliquo casu paciscẽdi de non succedendo, quoniam tunc valebit pactũ etiam sine iuramẽto Idemq; dicendum est stante statuto si quidem renuntiatio facta per filiam patri valet statuto approbante, vt per Castr. consil. 29. num. 2. lib. 2. statutum autem, vt renunciatio filiarum nuptarum, & dotatarũ, tam hæreditatis paternæ, quam maternæ valet atq; tollit effectum l. fin. C. de pact. Signor. Consil. 153. Quæstio talis num. 5. cum sequenti.

58 Hinc filius legitimari potest cum pacto, vt patri non succedat, quoniam tunc valet pactũ de non succedendo etiam sine iuramento. Iacob. Butrig. d. l. pactum dotale fallen. 6. & ibi Corne. col. penult. vers. sexto limita. Ias. num. 4. vers. sexto Dec. coll. 4. vers. & per illum tex. liberum est quippe patri legitimationis beneficium filio tribuere, & conditionem

nem in legitimatione apponere Roman. d. l.
pactum dotale num. 9. vers. adde tamen, vbi
inquit hoc dictũ esse notabile, & idem inquit
in l. qui superstitis limit. 8. ff. de aequir. hæ-
red. & ita declarat Bolog. in leg. fin. numero
115. Cod. de pact. vbi inquit hanc potius
dici confirmationem iuris competentis patri,
& ibi. Franc. Curt. num. 36. vers. 5. limitatur.
Natt. d. cap. quamuis pactum num. 2. vbi in-
quit hoc esse perpetuo notandum, & ita cõsu-
luisse inquit Castrens. in d. l. pactum dotale in
fin. addens id quotidie fieri, & fere in omnib.
legitimationib. apponi eam clausulam scil.,
quod legitimatus non posit succedere nisi in
eo, quod ipsi patri placuerit relinquere. Neq;
refragatur huic declarationi, quod legitima-
tio non possit pro parte fieri, neq; possit quis
legitimari, quod ad quędam, & quo ad alia
minime cap. per venerabilem, qui filij sint le-
gitimi. Quoniam respondetur hanc non esse
proprie legitimationem, sed verius dispensa-
tionem, quę quidem fieri potest, quo ad quę-
dam, & quo ad alia non item Castr. d. l. pactũ
dotale in fin. & ita respõdet Natt. d. cap. quã-
uis pactum num. 4. Poterit igitur pater legiti
mare filium hac lege, & conditione, vt is non
succedat nisi in eo, quod ipsi patri placuerit
relinquere. Butr. capt. per venerabilem coll.
30. vers. sed est dubium, qui filij sint legitimi.
Quem plures sequuntur, vt refert Natt. d cap.
quamuis pactum num. 3. vbi id late compro-
bat, quo fit, vt pater habens filios legitimos po
terit legitimare filium naturalem tãtum, cum
pacto de non succedendo, cum ipsis legitimis,
quod pactũ valebit etiam sine iuramento, cum
sit conforme iuri Zass. d. l. stipulatio hoc mo-
do num. 46.

OMNINO SERVARI DEBEBIT.
Dispositio dicti cap. quamuis pactum licet
inducta sit à iur. canno. tamen, & in foro etiã
59 ciuili seruari debet propter vim iuramenti, &
ita tenet ibi Glos. in verb. seruari, dũ inquit,
quod Iudices seculares compelli possunt per
censuras ecclesiasticas ad obseruantiã Roman.
d. l. pactum dotale num. 15. & ibi Corne. nu.
2. & ita tenet Gutet. d. cap. quamuis pactum
in vers. improbat lex ciuilis nu. 4. 5. Zas. leg.
stipulatio hoc modo num. 28. conclus. 3. ff. de
verb. oblig. & hæc opinio est communis, vt
per Couarru. in dicto cap. quamuis pactum
part. 3. §. 4 num. 9. & ibi Georg. Nat. nu. 15.
& communem esse testatur Paris. cons. 26. nu.
15. lib. 3. & cons. 69. nu 30. lib. eodem sequi-
tur Crass. de successio. §. successio quæst. 10.
num. 4. vers. quæ procedit Seraphin. priuileg.
iuram. 21. num. 16. Cùm etenim in d. cap.
agatur de obseruatione iuramenti, & proinde
materia peccati certè seruari debet ius cano-
nicum etiam in foro ciuili cap. fin. & ibi not.
de præscriptio doct. in cap. 1. de ope. noui
nunc, & habetur per doct. supracitatos. Qua-
re apparet eam limitationem quam tradunt
doct. vt huiusmodi renuntiatio, & pactum de
iure cannnico firmetur iuramento, non etiam
iure ciuili, vt per doct. in d. l. pactum dotale,
& per Seraphin. d. priuileg. 21. in princ. & d.
nu. 16. esse nullius momenti, cũ propter vim
iuramenti seruari item debeat in foro seculari
vt per eum. Quinimo Burigel. in d. l. stipula-
tio hoc modo nu. 27. latem comprobat renun-
tiationem, & pactum de non succedendo cum
iuramento valere etiam de iure ciuili, sequi-
tur Garzi. de vlt. fine iuris canon. illat. 15. &
20. & vtrosq; refert, & sequitur Paris. d. cons.
26. num. 10. & d. cons. 69. num. 29 & 30. &
quanquam glos. in d. l. pactum dotale, ibi, tu
dic contra in l. si quando §. illud C. de ino ff.
testam. & in l. qui superstitis ff. de acq. hære.
contrarium tenuerit, nempè quod huiusmodi
renuntiatio minimè firmetur iuramento, ta-
men veritas est iuramento firmari, vt per Cor-
ne. d. l. pactum dotale in principio per d. cap.
quamuis pactum. Unó d. glos. quæ tenet re-
nuntiationem etiam cum iuramento non va-
lere, ab omnibus reprobatur, vt per Dec. d. l.
pactum dotale nu. 5. Paris. d. cons. 69. nu. 24.
Surd. consil. 355. num. 9. consil. 133. num. 3.
Videbatur sanè dicendum iuramentum non
valere, quoniam vbi non valet principale, hoc
est pactum, neq; etiam valere debet iuramen-
tum, sed hodie pactum valet, & ita communi-
ter obseruatur, vt per Curt. iun. d. l. pactum
dotale num. 14. Neq; refert quod secundum
aliquos opinio glos. procedat de iure ciuili
tantum, per tex. d. cap. quamuis pactum, vt
declarat Bald. in d. l. pactum dotale num. 1.
& ibi Salicet. num. 1. Bart. in l. is potest nu. 7.
ff. de acq. hęreditate Gozadin. cons. 97. nu. 16.
quoniam nihil operatur hæc declaratio quan-
doquidem iurata renuntiatio seruari debet, vt
statim dixi etiam in foro ciuili, & seculari
propter vim ipsius iuramenti.

Imo in casu dicti cap. quamuis pactum non
poterit filia absolutionem à iuramento petere
Angel. l. si quis pro eo vers. item adde ff. de
fideius. Alex. consil. 42. super coll. pen. lib. 1.
consil. 221. viso. col. 2. in fin. lib. 2. Dec. cõs.
181. num. 3. Natt. d. cap. quamuis num. 73.
Burs. cons. 75. num. 1. lib. 1. Seraph. priuil.
iuram. 21. num. 13. Cephal. consil. 34. num.
5. consil. 142. num. 2. & ita tenent omnes in
d. cap. quamuis, vt per Dec. consil. 71. nu. 31.
lib. 4. Pro qua sententia faciunt supraścriptũ
verbum Tex. omnino, & ita tenent plures, quos
refert Natt. d. num. 73.

60 Itaq; filię excluduntur renuntiationibus à
successione Ceph. consil. 619. num. 16. consil.
467. n. 44. Atq; filia quæ renuntiat desinit esse
sua, quemadmodum exclusa à statuto Bart. l.
1. §. sciendum circa fin. ff. de suis, & legitimis
Bald. l. fin. circa fin. C. de liberis præteritis.

61 Et quamuis prima statim facie videri pos-
sit, vt pactum de quo agitur minime seruari
debeat, ex eo quod consensus inter patrem,

& filiam aliquantum iuris apicibus, sen ciuili obligationi non congruat, tum quia, vti aduersus bonos mores illud improbetur leg. pactum dotale C. de collat. tamen iuramentum accedens naturali vinculo, nempe consensui, qui iure naturali constat inter eos leg. frater à fratre ff. de condict. indebit. operatur, vt ex vi iuramenri pactum firmatum seruari oporteat Bald. consil. 148. in casu numero 7. versiculo. nam consensus libro primo. Præterea cum hujusmodi pactum sit aduersus eos bonos mores, quos solum improbat leg. ciuilis standum est iuramento. vt alibi dictum est, iuramentum quippe interpositum super hoc pacto alioquin improbato à lege ciuili operatur, vt illud seruari omnino debeat, si quidem habet tres comites scilicet veritatem iudicium, & iustitiam capitulo, & si Christus de iureiurand. capitulo animaduertendum, 22. quæst. Namq; in primis fuit præstitum ex libera iurantis voluntate, non interueniente vi, nec dolo Bald. dicto consilio 148. numero 2. Atq; ideo fit obligatio de non succedendo, ad hoc, vt veritas implearur, maxime cum adsint alij duo comites. Preterea adest iudicium discretionis, quoniam iurans remittit spem succedendi in hæreditate ei defferenda ex leg. Quod quidem est in illius potestate deniq; adest iustitia; quoniam quod iurato promittitur nempe de non habendo regressum ad bona paterna non est quid malum, neq; boni impeditiuum D. Thom. secunda secundæ quęst. 89. artic. 7. qua propter recte scribitur in dicto capitulo quamuis pactum, si tamen iuramento non vi, nec dolo præstito firmatum fuerit ab eadem omnino seruari debebit. Seruari autem debet iuramentum ex libera voluntate præstitum ad hoc vt veritatem habear dicto articulo 7. Deinde subiungit tex. cum non vergat in eternæ salutis dispendium, nec redundet in alterius detrimentum; hoc est seruari oportet iuramentum, quoniam habet justitiam dum non inducit malum, atq; iudicium discretionis, dum iurans promittit id, quod fuit in eius potestate, absq; alterius detrimento; quoniam autem promissorium iuramentum de quo agitur, habet iudicium, & iustitiam, vt jam dictum est in eo, item exigitur veritas, hoc est implementum promissionis iuratę, & ideo recte dicitur in tex. omnino seruari debebit, cur autem seruari debeat, subiungitur, cum non vergat, & cetera idest quoniam habet justitiam, & iudicium, vt infra dicam suis locis.

Hæc igitur verba, omnino seruari debebit, intelligi debent, quod filia, quæ renunciauit, non possit succedere patri ab intestato, & quod si pater nihil ei relinquat, sed prætereat non impugnabit testamentum Guid. Pap. quæstione 295. numero pri. versiculo, & mouetur tali ratione.

62 Quare filia quæ renunciauit non poterit regressum habere ad bona paterna ab intestato Gutter, hic in verbum omnino numero primo Bald. in leg. fin. numero 15. C. de pact. Paris. consilio 69. numero 32. & numero 89. libro 3. & dixi libero 2. capitulo 5. numero 18. Nam licet intestatus tacite censeatur inuitare legitimos eius successores leg. conficiuntur ff. de iur. codicillorum tamen id non procedit in filia, quę sponte se exclusit à patris successione per pactum iuratum; Quoniam expressum facit cessare tacitum. Vasq; de successione libro 2. §. 18. requisitione 29. limitatione pri. numero 119. vbi inquit hanc esse veram, & communem opinionem.

Sed etsi filia renuncians prætereatur à patre non poterit impugnare testamentum Bart. leg. pri. §. pęnali quęstione 4. ff. de liber., & posthum. Petruc. in leg. pri. numero 99. & filia quæ renunciauit non modo excluditur à successione patris ab intestato, sed etiamsi pater decedat testatus pręterita, vel exhæredata ipsa filia Soc. iun. dicta leg. stipulatio hoc modo numero 56. Ruin. consilio 17. numero 2. libero 2. Menoch. consilio 749. numero 3. Castren. in leg. filio numero 9. ff. de iniusto testamento Guid. Pap. quæstione 598. numero pri. Crot. in leg. Gallus §. & qui si tantum numero 111. ff. de liber., & posthum. Bologn. in leg. pri. numero 85. C. de pactis Gabriel. titulo de iur. dotium conclusione pri. num. 40.

Alij de fuerunt tamen, qui dixerint filiam quę renunciauit hęreditati patris, eidem patri ab intestato decedenti succedere posse idq; duobus argumentis, &. Primo quia pater intestatus moriens videtur tacite vocare filium. Secundo quia videtur ipsam filiam renunciasse ad eum finem, scilicet, vt parer de bonis suis libere disponere posset Fachin. controuers. iur. lib. 8. capitulo 71. verum hæc sententia explosa fuit, vt per eum Gabriel. dicta concl. 1. num. 41. Crot. dicta leg. stipulatio hoc modo num. 45.

Quinimo pactum iuratum de non succedendo à filia factum, a deo obseruari debet, vt minime reuocetur etiam ob super venientiam filiorum Dec. in l. pactum dotale nu. 14. C. de collat. Paris. cons. 69 num. 98. lib. 3 Gutter. d. cap. quamuis pactum verb. nec redundet nu. 6. & ibi Couar. part. 3. §. 3. nu. 8. Socin. cons. 53. nu. 17. lib. 4. Corne. cons. 207. littera P. lib. 3. Roland. cons. 11. num. 29. lib. 1. Boer. cons. 159. nu. 17. Menoch. cons. 196. num. 45. Crass. in communibus §. successio quęst. 11. nu. 5. Vasq; de successione lib. 2. §. 18. requisito 29. limit. 1. nu. 121. & dixi lib. 2. c. 5. nu. 20.

63 Verum quod dictum est filiam quę cum iuramento renunciauit excludi ab hęreditate, ad quam promisit non habere regressum perpetuum non est, sed aliquot

casibus

casibus non obstante pacto iurato succedere poterit, vt per DD. dicto capitulo quamuis pactum in leg. pactum dotale C. de collat. in leg. stipulatio hoc modo ff. de verborum obligatione leg. fin. C. de pact. Gabriel. titu. de iur. dotium conclus. 1. sed ij omnes casus facile rediguntur ad duos. Primus est, quoties iuramentum non est obligatorium, siquidem omnis dispositio intelligitur de actu valido l. 4. §. condemnatum ff. de re iudicata. Alter casus est, quoties superuenit noua causa, seu nouum ius; Nam filia, quæ etiam cum iuramento renunciauit, non prohibetur succedere ex noua causa Dec. consil. 166. num. 4. versic. Nec obstant ergo Porcellin. de duobus fratribus quæst. quarta principali num. 9. Morot. consil. 83. Viui. decis. 316. num. 11. Menoch. consil. 86. num. 7. dixi lib. 2. cap. 5. num. 24. Renunciatio etenim facta semper intelligitur rebus sic stantibus Dec. dicto num. 4. Paris. consil. 26. num. 21. lib. 3. & dixi lib. 2. cap. 5. numero 24. 28. 29. & 31. immò iuramentum sẽper intelligitur rebus sic stantibus, atq; eodem manente statu, vt late per Tyraq. in l. si vnquam in præfat. num. 166. C. de reuocand. donat., &. hoc quidem procedit in omnibus actibus, &. dispositionibus, vt scilicet semper intelligantur rebus sic stantibus glo. in l. quod seruus, & ibi nota Bald. ff de conditione ob causam, late Tyraq. d. præfat. num. 167.

Hinc infertur quod filia, quæ cum iuramento renunciauit successioni patris non prohibetur succedere ex ipsius patris testamento quandoquidem succedit ex nouo iure, seu ex noua causa, nimirum ex institutione postea facta etiam non obstante iuramento quoniã pater instituendo filiam, quę iam renunciauerat, videtur remittere iuramentũ, & nõ obstantẽ renunciatione, quoniã non censetur renunciasse institutioni postea factæ. Quamuis igitur filia quę renunciauit, excludatur ab intestato vel contra testamentum, vt mox dictum est, tamen non excluditur ex testamento cum non prohibeatur succedere ex noua causa. Et prædicta procedunt etiam si filia renunciauerit expressè successioni ex testamẽto de qua re quia iam late diximus lib. 2. capitulo 5. numero 25. ideo legentes illud relegamus.

Sed dubitari potest an si renunciatio facta sit in manibus fratris cum consensu patris, & ipse pater postea reuocauerit consensum, non obstante iuramento posſit filia quæ renuntiauit succedere, & hunccasum singulatẽ ponit Bald. in capitulo ad nostrã 2. numero 7. versiculo, pone filia de iure iuran. sed de hac quæst. vi. Bologn. in leg. fin. numero 57. C. de pact. Vasq. de successione §. 18. requis. 59. limitatione pri. numero 182. Guter. in dicto cap. quamuis pactum in princip. nu. 3. cum seq.

Similiter filia quę renuntiauit bonis paternis, non prohibetur ea acquirere ex nouo iure, nempe ex contractu donationis Affic. decisione 350. Cephal. consilio 485. numero 140.

Non absimili ratione filia quę renunciauit hæreditati paternæ excluditur tantum ab ijs bonis, quæ ex alia causa obuenire possent, velut bonis feudalibus vel emphyteuticis, quę illi obueniunt ex alia causa quam hęreditaria, vt dixi d. cap. 5. num. 30.

Minuiq; excluditur filia quę renunciauerit bonis quæ acquirũtur vnus filijs primi matrimonij in pœnam parentum ad secunda vota transeuntium, si quidem filia quę renunciauit successioni patris, censetur se exclusisse à successione quę iure sanguinis defertur, non etiam ab eo, quod debetur ex alia causa, nempe in pœnam parentum secundo nubentium, & ex legis dispositione Couar. d. cap. quamuis pactum part. 3. §. 3. num. 1. Purpur. leg. fin. num. 176. C. de pact. Gabriel. in communi. tit. de iure dot. conclu. 1. numero 61. Roland. consil. 9. numero 36. cum sequen. lib. 1. & dictum est lib. 2. cap. 5. numero 19.

Sed & filia quæ renunciauit bonis paternis non prohibetur succedere fratri etiam in ipsis bonis, quæ à patre processerant. Namquamuis filia ex renunciatione iurata non posset succedere immediatè in bonis patris, quibus renũciauit, poterit tamen succedere mediante persona fratris in ipsis bonis paternis, si quidem patris hęreditas postquam adita fuit à filio desinit esse hæreditas patris, & dicitur esse proprium filij patrimonium leg. 1. §. veteres ff. de acquir. possess. & ibi Alex. Socin. Aret. & Ial. hinc renuntiatio bonorum patris facta à filia intelligi debet quoniã renuncians immediatè vult succedere ipsi patri, secus si hæreditas patris ad alterum peruenerit, quia tunc filia non prohibetur in ea succedere, quia dicitur noua successio, & nouum ius; proinde q. hoc casu filia non obstante renuntiatione succedere poterit, quia ex nouo iure, & ex noua causa succedit. De qua re quia supra lib. 2. capitulo 5. numero 27. satis est dictum, nihil attinet, eadem hic iterum commemorare.

Deniq; quoniã, vt supra dictum est, iuramentum intelligitur rebus, sic stantibus atq; eodem manente statu, rectè fit, vt renuntiatio iurata filiæ facta causa, & fauore aliquorum, ita demum renunciãti obsit, si manente eodem statu, & non cessante causã, superstint ij, quorum fauore facta fuit, vt dictum est d. cap. 5. num. 26.

Sed vt breuiter sciri posſit quando filia teneatur omnino seruare pactum iuratum de non succedendo in casu d. cap. quamuis pactum, duo sunt inspicienda. Et primo casu iuramentum sit obligatorium, vt dixi supra in versiculo, si tamen iuramento deinde an res

maneant in eadem statu quo erant tempore renunciationis siquidem filia non obstante pacto jurato de non succedendo semper succedere poterit ex noua cau. & ex nouo iure.

CVM NON VERGAT in æternæ salutis dispendium.

Duplex adfertur ratio, cur pactum, de quo in d. cap. quamuis pactũ omnino seruari oporteat. Primo scilicet quoniam non vergit in æternæ salutis dispendium, vt hic. Deinde quia non redundat in alterius detrimentum, vt dicam vers. sequenti hæ rationes sunt generales cap. licet mulieres de iur. iurand. lib. 6. cap. 1. cap. cum contingat cap. debitores de iur. iurand. cum similib. quib. cautum est ea juramenta ita demum esse omnino seruanda si sine animæ periculo seruari possunt, aut si non tendunt in alterius detrimentum non deest quippe hoc iuramento iustitia; quoniam cum juramento promittitur id quod non est per se malum neq; boni impeditiuum D. Thoma. secunda secundæ quæst. 89. art. 7. & dixi lib. 5. cap. 4. nu. 88. cum seq;

64 Neq; enim istud pactum contrarium est bonis morib. de quib. agit cap. non est obligatorium de reg. iur. lib. 6. Couaru. d. cap. quamuis pactũ in principio tertiæ partis nu. 1. vers. quib. æquidem, neq; reputatur esse contra bonos mores, cum non inducat peccatum Bald. l. pacta quæ contra num. 1. C. de pact. in hoc quippe pacto nulla est turpitudo, quæ valeat illud annullare, cum non inducat votum captandæ mortis, minusq; aufert liberam testandi facultatem proindeq; iuramento confirmatur Dec. cons. 31. pro tenui nu. 4. Bolog. in l. stipulatio hoc modo nu. 82. vers. & ratio est ff. de verb. oblig. vbi inquit hanc esse communem opinionem, & tenendam, & licet id pactum, videatur esse contra bonos mores ciuiles, tamen ij mores non præstant impedimentum effectui iuramenti Bald. d. l. pactum dotale quæst. 19. sequitur Purpurat. in l. fin. num. 164. C. de pact. ex quib. satis perspicere possumus huiusmodi renunciationes minime esse contra bonos mores; nam etsi lex ciuilis improbet pactum de non succedendo d. leg. pactum dotale, & dicto cap. quamuis pactum; tamen non ex eo improbat quod sit contra bonos mores, cum alioquin non firmaretur juramento cap. non est obligatorium de reg. iur. lib. 6. Garz. de vltimo fine iuris nu. 296. & num. 317. Sed ex alijs causis improbatur, quib. sane præponderat ipsum iuramentum Castr. d. l. pactum dotale nu. 2. & scribit Bart. in leg. si quis pro eo in fin. ff. de fideiussoribus qui in hoc non habet contradicentem, vt inquit Vasq; de successionum creatio. §. 18. nu. 51. Plane in huiusmodi renunciationibus non consideratur votum captandæ mortis, neq; ex illis aufertur libera testamenti factio, & proinde nõ possunt dici aduersus bonos mores Bart. d. leg. stipulatio hoc modo quæst. 2. & cum Bartolo tenent omnes, vt per Soc. iun. ibi nu. 56. & consil. 44. num. 31. lib. 2. Franc. Curt. in l. pactaq; contra num. 6. C. de pact. Bolog. d. l. stipulatio hoc modo num. 82. versic. & ratio est Surd. cons. 355. num. 9. & 14. & quod huiusmodi renunciatio non improbetur, ea ratione quod sit contra bonos mores tenet Fulg. d. leg. pactum dotale, col. 1. & ibi Bald. quæst. 19. Dec. nu. 1. Curt. iun. nu. 15. Franc. Curt. in l. pactaq; contra num. 6. C. de pact. Fulg. l. vltima num. 14. vbi Bart. nu. 9. C. de pact. & ibi Bolog. num. 110. Bottigella d. l. stipulatio hoc modo num. 28. Gomes. l. tauri 22. num. 6. Paris. consl. 26. num. 8. consil. 69. nu. 27. lib. 3. Couaru. in dicto cap. quamuis pactum part. 3. in princ. num. 1. & ibi Gutter. verb. improbet. Ruger. consil. 16. nu. 5. lib. 1. Surd. cons. 355. nu. 9. Seraph. Priuileg. iuram. num. pri. Hinc hodie est consuetudo, quod filiæ faciunt pactum de non succedendo, & iurant, valetq; huiusmodi pactum Bart. in l. fin. num. 8. C. de pact. Ego sentio cum Dyn. in d. cap. non est obligatorium in fin. quem sequitur Fulg. d. l. pactum dotale nu. 1. vers. sed ratio est. Nam Dynus ibi concludit, quod vbi prohibitio continet fauorem personæ, tunc iuramentum eius, cuius fauore inducta est prohibitio est obligatorium, & confirmatorium actus, cum autem prohibitio dictæ legis pactum dotale inducta sit fauore filiorum certe eorum iuramentum est confirmatorium vt per Dyn. d. loco, vbi ita intelligit procedere dispositionem dicto cap. quamuis pactum. Itaq; iuramentum in casu dicto cap. quamuis pactum operatur renunciationem prohibitionis, de qua in d. l. pactum dotale inductæ fauore ipsius iurantis per ea quæ dixi lib. 5. cap. 4. atq; hæc est vera ratio, cur iuramentum cõfirmet pactum prohibitum ex dispositione d. l. pactum dotale; quib. accedit, nam iure naturali constat consensus inter patrem, & filiam etiam si aliquantulum iuris apicibus idest ciuili obligationi non congruat l. frater a fratre ff. de condict. indebiti. Cum autem huic naturali vinculo accedit iuramentũ standum erit illi, atq; ita declarat dispositionẽ d. cap. quamuis pactum Bald. consil. 148. num. 7. lib. 1.

NEC REDVNDET in alterius detrimentum.

65 Iuramentum, quamuis operetur plures effectus, tamen vbi agitur de præiuditio tertij nihil operetur Alex. consilio 55. numero 7. libero primo, & Iuramentum non potest tollere fauorem alterius Bart. in leg. hac edictali circa princip. C. de secundam nuptionem traditur, quæ regula generalis, quod iuramentum vnius, alteri nocere non debet leg. ait prætor la prima, & ibi Socin. notat ff. de iur. iurand. nihilq; operatur in alterius præiudicium Corr. in memoralib. in verb. iuramenti religio ad finem.

Hæc

Hæc verba in alterius detrimentum intellige de principali detrimento; Nam renunciatio minus principaliter, potest detrimentum alteri inferre, puta filijs renunciantis vel viro vel venientibus ab intestato, cum similibus, vt declarat glos. vltima in d. cap. quamuis pactũ, etenim vbi renunciatio adfert principaliter detrimentum alteri, certe non confirmatur iuramento; Quoniam tunc deest iudicium, siquidem, vbi quis iurato promittit id quod nõ est in eius potestate, & quod principaliter pertinet ad ius alterius deest iuramento iudicium nimirum discretionis D. Thom. secunda secundæ quæst. 89. artic. 7. & dixi lib. 5. cap. 4. num. 77. cum seq; Porrò ex ea regula, qua proditum est rei suæ quemlibet moderatorem esse, & arbitrum l. in remandata C. mandati illud consequens fit vt vnusquisq; renunciare possit fauori pro se introducto l. pen. C. de pactis. Hinc vt renunciatio valeat, illud potissimum exigitur nempe, vt ius inductum sit mero fauore ipsius renunciãtis DD. in d. leg. pen. vbi Ias. num. 14 & Castren. circa finem & quoties ius, cui renunciatur non est propriũ ipsius renunciantis, dessicit causa materialis renunciationis, vt alibi dictum est: itaq; renunciatio etiam iurata principaliter soli renũcianti nocere debet, vt late dixi lib. 1. cap. 11. nec mirum nam res inter alios acta alijs non præiudicat l. prima C. res inter alios &c.

Ex quibus illud fit, vt in casu huius decretalis si filia renuncians decederet viuo patre, cuius successioni renunciauit certe huiusmodi renunciatio non potest nocere filijs ipsius renũciantis, quamuis sint hæredes matris; Quoniam hoc casu admittuntur non tanquam hæredes matris, sed ex persona propria, & renũciatio non potest nocere nepotibus venientibus ex persona propria Bart. & alij in l. qui superstites ff. de acquir. hæred. Bald. in l. pactum dotale nu. 8. quæst. 2. & ibi Fulg. nu. 3. & alij C. de collat. Zas. in leg. stipulatio hoc modo num. 45. & ibi Io. Crot. num. 55. ff. de verb. oblig. Franc. d. cap. quamuis pactum col. fin. vers. super quo conclude, Couarru. d. capit. quamuis pactum part. 3. §. 2. num. 14. Crauet. consil. 703. Gabriel. tit. de iur. doti. conclus. 1. num. 43. Roland. consil. 11. nu. 4. lib. 1. vbi inquit hanc esse communem doctorum sententiam. Vasq; de successionum creatione §. 18 nu. 181. Grammat. decis. 57. nu. 39. Gozadinus consil. 75. nu. 21. Berous cons. 49. nu. 38. lib. 1. Ruin. consil. 49. nu. 4. lib. 1. Menoch. consil. 172. num. 31. Natt. cons. 470. nu. 14. Crass. in communib. §. legitima quęst. 4. nu. 4. vers. contrarium vero. Vinius decis. 211, vbi plures citat. Surdus consil. 85. nu. 2. consil. 133. num. 19. vbi inquit ita concludere omnes DD. Franc. decis. 82. num. 16. decis. 67. in princip. part. 1. Natt. d. cap. quamuis pactum num. 77. versic. primo casu, cum num. seq; Merot. consil. 22. num. 2. vbi inquit hanc esse receptam sententiam; atq; declarat id procedere etiam eo casu, quo mater renunciat bonis propter dotem habitã aduersus sententiam Romani in d. leg. qui superstitis num. 7. Quod & voluit Surd. d. consil. 133. num. 19. & licet gloss. vltima in d. cap. quamuis pactũ velit renunciationem iuratam posse nocere etiam filijs ipsius renunciantis, tamen id procedit vbi minus principaliter, seu secundario nocet namq; filij renunciantis non prohibentur succedere ex personis ipsorum cessanteq; causa renunciationis tacita, & ex alia causa, & iure, vt dixi lib. 2. cap. 5. num. 28.

Ratio cur renunciatio, & iuramentum non noceat filijs renunciantis in casu d. cap. quãuis pactum, & eo casu, quo filia renuncians, superuiuit ipsi patri illa est quoniam huiusmodi renunciatio, eam habet conditionem scilicet si hæreditas renuncianti defferatur DD. in d. l. pactum dotale, & in l. qui superstitis ff. de acquir. hæred. Ruin. consilio 204. num. 2. lib. 1. Gutter. d. cap. quamuis pactum in princ. nu. 61. & ibi Natt. num. 78. Roland. consil. 11. nu. 5. lib. 1. Ceph. consil. 142. nu. 19. cons. 334. nu. 30. & 33 consil. 650. nu. 8. Surd. consil. 85. num. 33. consil. 133. num. 18. consil. 264. num. 44. consil. 355. nu. 37. cons. 332. num. 5 & consil. 398. num. 34. Morotius cons. 22. nu. 2. Sola in constitutione Sabaudiæ tit. de ali. min. glos. 2. num. 9. & hanc rationem subtilem esse tradit Castr. in d. l. pactum dotale num. 7. vbi inquit DD. adhuc non vidisse dictam rationem. Quamuis autem filij succedant in locum matris, vt admittantur ad succedendum cum auunculis sicut ipsa mater admitteretur Authen. in successio. C. de suis, & legiti. tamen hoc casu non succedunt ex persona matris; sed ex propria tanquam matre subducta de medio, atq; ideo iuramentum matris quæ renunciauit non potest ei præiudicare Castr. d. num. 7. Crauet. consil. 127. col. 1. vers. ex quibus appel. Franc. decis. 67. circa fin. vbi igitur filij veniunt ex propria persona non etiam ex persona matris quę renunciauit, tunc haud dubium renunciatio, & iuramentum ipsius matris non debet nocere filijs venientibus ex propria persona, vt dictum est, & dixi lib. 1. cap. 11. num. 9.

Sed an renunciatio facta bonis maternis, & patri facta noceat ipsi patri habenti in sua potestate renunciantem, quoad vsumfructum & alia, vide distinc. Castren. in leg. fin. in princ. num. 5. C. de bonisq; liberis Gutter. d. cap. quamuis pactum in verb. nullum ad bona paterna nu. 2.

QVARTA PARTE principali restat, vt videamus de renunciatione hereditatis def-
66 functi; pactum igitur de non succedendo iam defuncto valet Ias. in l. fin. nu. 29. C. de pactis, per tex. in l. si quando §. illud in fin. & in §. & generaliter C. de inofficioso testamento hæreditas autem defuncti potest esse duplex

nempe hæreditas nũdum delata, & hęreditas jam delata; Nam pactum super hæreditate defuncti nundum delata etiam sine iuramento valet leg. de fideicommisso C. de transact. l. 1. C. de pact. l. si quando §. 1. C. de inoff. testam. l. qui Romæ §. duo fratres ff. de verb. oblig. Ias. d. l. pactum dotale fallen. 5. & ibi Butrig. Franc. Curt. l. vlt. num. 36. vers. tertio fallit C. de pactis, & ibi Bologn. nu. 114. Dec. cons. 266. col. fin. Natta. d. cap. quamuis pactum. nu. 9. vers. quarto fallit Anton. Gomez l. 22. tauri num. 15. Cephal. cons. 751. num. 2 & cons. 308. num. 2. & 14. & supra etiam dixi. quare si sub conditione, vel in diem, hæreditas relicta fuerit renuntiare illi poterit post mortem eius qui reliquit etiam ante diem vel conditionem, vt in dicta l. 1. C. de pact. cum similibus etenim si restituenda sit sibi hęreditas defuncti sub conditione, tu vero renunciaueris hęreditati certe huiusmodi renuntiatio nihil iniquitatis habet, cum sit de bonis re vera quidem eius qui restituere debet, sed quę spe, & expectatione sunt tua, vt habetur in d. l. 1. C. de pactis, ibi non iniquis rationib. Connan. comentariorum iuris lib. 5. cap. 5. nu. 7. Aliud dicendum est in repudiatione, quando quidem repudiare non possumus hæreditatē vel legatum ante diei, vel conditionis euentum l. si ita scriptū §. si sub conditione ff. de leg. 2. Cuius ratio est, vt inquit tex. ibi, quia huiusmodi hæreditas non pertinet ad nos antequam dies veniat, vel conditio existat.

Post renuntiationem hæreditatis defuncti nundum delatę proxime accedit, vt videamus de renuntiatione hæreditatis defuncti iam de-
68 latæ, sed nundum aditę: Vbi igitur hæreditas est delata, & nundum adita; tunc aut agitur de illius repudiatione: aut vero agitur de eius renuntiatione. Rursus illius renuntiatio: aut fit simpliciter: aut vero fit cum cessione, & donatione iurium.

Sed videamus primo de repudiatione. Hęreditas igitur repudiatione amittitur l. is, qui hæres in prin. ff. de acq. hęr. & licet repudiata hæreditas propriè non videatur amitti per l. non videtur rē ff. de regulis iuris tamen repudians satis amittere dicitur hæreditatem cum amittat spem hæreditatis obtinendæ. Nā quia post delatam hæreditatem spes certa est, & ea quæ ipsi hęredi tribuit hęreditatē si velit: ideò hac spe amissa, hæreditas ipsa amitti videtur. Vt enim hæreditas acquiritur, ita & amittitur solo animo, hoc est repudiatione l. recusari ff. de acq. hær. Repudiatio autem fit ab ijs tantum qui audire possunt l. is potest ff. eo. Præterea repudiatio hæreditatis ita demū fieri potest, si hæreditas est delata, si quidem repudiatio fieri potest de hęreditate delata tātum l. si ita scriptum §. si sub conditione ff. de leg. 2. l. 1. §. decretalis ff. de success. edic. Et ideo hæreditas viuentis repudiari non potest l. qui superstitis ff. de acquir. hær. sic, & nulla est repudiatio iuris futuri, ex causa de presenti, quoniam ante conditionem, vel diem certū repudiare non possumus d. §. si sub conditione multòq; minus repudiari poterit ius quæsitum l. suus l. sicut C. de repud. hær. & d. l. 1. §. decretalis. Nam post aditam hęreditatem non dicitur repudiatio, sed renuntiatio d. l. sicut Castren. cons. 228. pro declaratione in princ. lib. 1. Repudiari igitur potest ius delatum tantum. Cuius rei ratio euidens est. Nam repudiare nihil aliud est quam nolle acquirere, seu non acceptare, siquidem is repudiare dicitur hæreditatem qui non vult eam adire, cùm tamen possit, & nihil impediat quo minus illam consequi possit l. delata ff. de ver. sign. & d. leg. is potest. Sed ius quęsitum ideo non repudiatur, quoniam frustra id consequi nolumus quod iam quęsitum fuit, & iuris quęsiti sera est repudiatio. Qua ratione etiam ius futurum ex causa futura, vel ex causa præsenti repudiari non potest, quoniā illud non pertinet ad nos, d. §. si sub conditione, sed quod ius delatum tantum, non etiam ius nondum delatum, aut quæsitum repudiari possit, est optimus tex. in d. l. 1. §. decretalis. Præpropere igitur repudiatur hęreditas futura personæ viuentis, aut futura hæreditas nondum delata; quæsitę verò hęreditatis sera est repudiatio, cùm delatę hæreditatis tantum tempestiua sit repudiatio. Repudiatio hæreditatis operatur vt per eam euitentur onera hæreditaria l. quia poterat ff. ad trebell. ex cuius verbis depromitur ratio cur fas sit repudiare hęreditatem. Altera est ratio quoniam hæredis institutio semper eam recipit conditionem, nimirum, vt hæreditas non acquiratur nisi ipse hæres velit l. Cornelius l. iam dubitari ff. de hæred. inst. Pręterea quęmadmodum contractus ab initio sunt liberi, contractu autem facto sunt necessarij leg. sicut C. de act. & obligat. ita quoniam hæres adeundo quasi contrahere videtur, & proinde obstringi creditoribus, & legatarijs hęreditarijs §. hæres quoq; instit. de obligat. quę ex qua. contr. nasc. ideo liberū esse debet ei repudiando euitare onera hæreditaria, atq; repudiando quasi non contrahere. Quin etiā vbi hæreditas possit luctum afferre potest contēnere beneficium acquisitionis quod quidem inuito dari non debet l. inuito ff. de reg. iur.

Simplex quoq; renuntiatio sine cessione non inducit preambulam aditionem, sed repudiationem, ac operatur, vt hęreditas penitus de habeatur, ac si nunquam delata fuisset Castrens. in l. si actione in prin. C. de pactis Cravet. Consil. 200. col. 1. Soc. Iun. cons. 129. nu. 25. lib. 1. Mascard. de probat. conclus. 44. nu. 12. Franc. decis. 14. nu. 23. Surd. consil. 244. num. 19. quin etiam renuntians simpliciter ad petitionem alicuius re aliqua accepta non videtur adire, vel ius suum in alterum transferre Aret. consil. 91. col. 1. Soc. Iun. d. cons. 129. nu.

129. nu. 26. facit tex. in l. fuit quæstionis ff. de acquir. hæred. Aliud dicendum est in renunciatione hęreditatis delatę non simpliciter sed concessione; quoniam, & renuntiatio operatur, vt censeatur prius adita hæreditas in actu renuntiationis; deinde vt acquiratur ei, cui fit renuntiatio Castren. in d. l. si actionē in prin. vbi inquit, id esse menti tenendum, vti quotidianum, & facit lex si auit. C. de iur. deliberandi Castren. d. l. pactū dotale, & ibi Corn. num 19. Soc. consil. 34. num. 4. lib. 4. consil. 147. num 8. lib 1. Bald. consil. 304. libro 3. Corne. consil. 147. lib. 1. consil. 136. num. 10. lib. 4. consil. 211. col. 2. lib. 2. Castr. consil. 252. col. pen. lib. 1. Rube. consil. 21. num. 21. Crauet. consil. 200. col. 1. Roland. consil. 21. num. 5. lib 1. Mascard. conclu. 44. in prin. & conclus. 973. num. 8. Surd. consil. 244. nu. 6. consil. 398. num. 37. Gabriel. consil. 135. in princ. lib. 2. Franc. decis. 14. num. 44 & ideo per instrumentum renuntiationis hęreditatis probatur illius aditio Soc. d. consil. 34. num. 2. Socin. iun. consil. 129. nu. 22. lib. 1. Mascard. sequitur d. conclus. 973. & num. 8. & d. concl. 44. in princ. Nam hæreditas vbi est delata statim quæritur etiam ignoranti ius adeundi Castr. in l. 1. col 2. vers pone exemplum C. de pact. vnde per repudiationem vel per simplicem renuntiationem quis renunciare dicitur iuri adeundi secus autem per renunciationem cum cessione Ruin. cons. 207. col. 2. lib. 1. ius namq; adeundi non est in bonis nostris l. prætia rerum, & ibi DD. ff. ad l. falcidiam. proindeq; cedi non potest l. si mulier vbi Bart. § ex asse ff de iur. dotium l. Paulus respondit ff. de acquir. hęred. Ruin. d. cons. 207. col. 2. Corne. d. consil. 236. nu. 10. sed quod diximus ex renuntiatione cum cessione induci præambulam hęreditatis aditionem intelligo procedere quo ad effectum, vt valeat cessio, non autem, vt renuntians conueniri possit à creditoribus hæreditarijs Castr. cons. 252. col. 3. lib. 1. Crauet. d. cons. 200. Mascard. d. concl. 44. & Surd. d. cons. 144. num. 19.

Quinimo dicendum est hæreditatem delatam repudiari tantum posse, non autem illi renuntiari posse quoniam, vt per renuntiationem alteri quæratur censetur prius adita, & ideo hęreditati renunciatur non, vt delatæ tantum sed, vt iam aditę, vt statim dixi.

69 Postremo videndum, est de renunciatione hæreditatis iam aditę, & quæsitę, & primo dicendum est hęreditatem iam aditam minimè repudiari posse l. suos l. sicut C. de repud. hær. l. 1. §. decretalis in fin. ff. de success. edic. vbi ita dicitur, rursum postea quam decreta est sera repudiatio est, quia quod acquisitum est, repudiari non potest. Quare si filia, quæ iam adierat hæreditatem paternam, in ea se immiscuerat, si cùm nuptui traditur à fratre, repudiauerit hęreditatem patris, repudiatio non valebit Castren. in d. l. sicut maior nom. 3. vbi inquit id esse menti tenendum, quia notarij non intelligentes facile possunt errare. Nam cum repudiatio nihil aliud sit quàm non acceptatio iuris delati, vt iam dixi, merito sera est repudiatio iuris iam quęsiti, cùm non sit integrum ei, qui iam adiuit non acceptare.

70 Hæreditati autem aditæ rectè renuntiatur ad commodum alicuius. Quo casu renuntians abdicat à se omne commodum hæreditatis, non autem onera, quandoquidem renuntians tenetur etiam satisfacere creditoribus hęreditarijs l. hæreditatem ff. de donatio d. l. sicut maior l. 2. C. de hęre. vel act. vendit. Castren. cons. 228. col. 1. lib. 1. Bald. in l. suus C. de repud. hære. Nam quamuis renuntiare possit hęres rebus, & actionibus, non tamen renunciare potest inseparabili immixtioni, cùm per renuntiationis instrumentum hęres non desinat esse hæres, vt per Bald. in d. l. suus. Quamuis autem non valeat renuntiatio hæreditatis semel aditæ, valebit tamen pactum de non petendo d. l. sicut Bald. cons. 46. verba num. 5. consil. 47. num 2. lib. 1. Horum autem ratio illa est quoniam hęres qui est obligatus, & tenetur satisfacere creditoribus hæreditarijs, non potest renuntiare sola ipsius voluntate suę obligationi l. sicut C. de actio. & oblig. quamuis renuntians possit actiones suas contra debitores transferre glos. in l. 2. C. de hære. vel actio. vend. vbi Bald. & Salicet. Planè creditores hæreditarij habentes actionem contra hæredem possunt quidem illam in alterum transferre etiam inuito hęrede l. 3. C. de hęre. vel act. vend. At hæres debitor non dicitur habere actionem, qua ipse tenetur, sed illam habet creditor hæreditarius. Inde fit vt hæres renuntiando disponere minime possit de ea actione, quę non est sua, sed creditoris. Neq; enim est in potestate hæredis se à creditore liberare nisi satisfaciat, & ita pulcre declarat glos. in d. l. 2. & ibi Paul. de Cast. & ad supradicta facit illa regula quod semper hæres manet, qui semel extitit l. & si fine §. sed quod Papinianus in fi. ff de minori. Neq; quis potest desinere esse hęres nomine, sed solum quo ad emolumentum, vt not. Bald. in l. cum hæreditate ff. de acq. hęre. Et licet creditores agere possint contra ipsum renuntiantem, & non contra eum, cui facta fuit renuntiatio hæreditatis, tamen renuntians agere potest actione præscriptis verbis contra donatarium, vt eum à creditoribus defendat l. hęreditatem ff. de donatio quoniam id videtur tacitè actū Castren. d. l. hæreditatem nu. 2. vers. in glos. & ibi Cuman. Nam secundum eum ibi, tacitū pactum censetur interuenisse inter renuntiantem, & donatarium, nimirum, vt ipse donatarius subeat onera. Quod pactum resultat ex natura vniuersitatis quæ comprehendit commoda, & incommoda, vt per Castren. d. loco Nomen quippe hæreditatis semper intelligitur non deducto ære alieno l. siquis seruum

§. fin.

§. fin. cum l. seq. ff. de leg. 3. eum nomen bonorum, vt dixi, intelligatur deducto ære alieno, & renuntians hæreditati intelligitur renũtiare cum oneribus Cuman. d. l. hæreditare. Hoc autem interest inter renunciationem hęreditaris iam aditæ, & renunciationem bonorum, quod renũciatio hæreditatis est donatio vniuersitatis, & renunciatio bonorum est donatio generalis, vt per Castren. in d. l. hęreditatem.

Renuncians autem cuiuspiã hæreditati iam aditæ, non dicitur propriè renuntiare hæreditati, quoniam illa effecta est per aditionem proprium patrimonium glo. in l. 1. §. veteres ff. de acq. posess.

Atq. hęc de renunciatione hęreditatis, & successionis bonorum, satis fu it, si tamen hæc materia valde vtilis, & quotidiana, sed confusa, & fere inextricabilis, ita ad compendium conferatur, vt ea dilucidius intelligi posit.

71 Nam aut agitur de hęreditate superstitis, aut defuncti: & hoc casu rursus, aut agitur de hæreditate defuncti nondum delata; aut verò de hęreditate iam delata, aut demum de hęreditate iam adita, & quæsita. Primò casu principali quoties renunciatur hæreditati superstitis, aut renuntiatio non fit ei, de cuius hæreditate agitur, sed alteri; & eo casu ad renunciationis validitatem exigitur cõsensus illius, cuius successioni renunciatur, qui in eo consensu, perseuerare debet vsq; ad mortẽ l. vlt. & ibi omnes not. C. de pact. Aut verò renunciatio fit ei, de cuius hæreditate agitur; & hoc casu duplex constituitur conclusio. Prima est quod renunciatio successionis personis superstitis etiam sine iuramento valet. Quod fallit in pacto de non succedendo facto à filio patri, sed hæc limitatio declaratur, vt non procedat in pacto iurato de non succedendo, iuxta dispositionem c. quamuis pactum de pact. lib. 6. Quę conclusio pluribus modis extenditur, ac restringitur, vt supra dictum est. Hoc autem casu principali, quo agitur de renunciatione hęreditatis superstitis sciendum est hęreditatem repudiari minime posse l. qui superstitis ff. de acq. hæt. Altero casu cùm agitur de hęreditate defuncti nondum delata illud certum est renunciationem in ea specie permitti l. 1. C. de pact. cum sim. non etiam repudiationem l. si ita scriptum §. si sub conditione ff. de leg. 1. Verùm vbi hęreditas est iam delata permittitur repudiatio tãtum, nisi tamen renuncians hæreditati iam delatę ad alterius commodum adire prius hęreditatem censeatur. Denique renũciatio hęreditatis iam aditę valet; sed renuncians qui semel adiuit, sẽper manebit hęres, atq. debebit satisfacere creditoribus hęreditarijs, vt supra dictum est.

XXVI. RENVNTIATIO LIBERTATIS.

Summæ.

1 *Seruitus triplex.*
2 *Libertas triplex.*
3 *Libertatis ius, respiciens statum personæ, an renunciatione tolli possit.*
4 *Minor 25. ann. cùm non possit alienare absq. Iudicis decreto, potest tamen alienare libertatẽ absq; eo decreto.*
5 *Seruus quis minime effici potest, sua renunciatione, ac nuda voluntate, nisi patiatur se vendi pretij participatione facta.*
6 *Seruituti subijcere, si quis potest, transigendo super statu ratione dubij.*
7 *Libertati, quæ non respicit statum personæ renunciari an possit.*
8 *Libertatis ius renuntiatione, & pacto minime infringi posse.*
9 *Pactum vt quis teneatur perpetuo habitare in aliquo loco.*
10 *Pactum appositũ in remissione iniuriarum ne quis nunquam possit ingredi in aliquem locum.*
11 *Pactum quo quis ex causa priuata pecuniaria se dat in obsidem, vt detineri possit donec placitum impletum fuerit.*
12 *Obligatus facere, non potest præcise cogi ad faciendum.*
13 *Pactum quod non liceat debitori soluere, nisi ad beneplacitum creditoris, & quod semper sit in ipsius creditoris arbitrio accipere.*
14 *Pactum quo quis operas suas in perpetuũ locat.*
15 *Pactum quod scriptor stet in compedibus donec scripserit librum.*
16 *Pactum vt maritus teneatur perpetuo cum vxore habitare.*
17 *Libertas in adscriptitio, & colono an grauari possit.*
18 *Vasallus an obligari possit ad seruitia perpetua.*
19 *Pactum, quo quis se obliget ad carcerem.*

Libertas, quę secundum Cice. in paradox. est potestas viuendi, vt velis, quod attinet ad hanc materiam, potest esse triplex.
1 Nam, & triplex est seruitus, cui opponitur, vna est illiberalis actio respiciens statum personæ per quam quis subijcitur alterius potestati, vt mancipium §. 1. insti. de iure person. iure huius seruitutis seruus ita subijcitur dominio vt posit dominus eo, vti ad propriam vtilitatem, vt, & cæteris rebus, quarum habet dominium, & proinde illum vendere etiam potest. Altera est seruitus minus propria, & liberalis, quæ similitudinem cum superiore habet, per quam homini libero ita adimitur quæpiam facultas, vt parum a seruis differat, vt est tex. in l. 2. ff. de libe. homi. exhib. in hæc verba, nihil enim multum à specie seruiẽtium differunt, quibus non datur facultas recedendi, & hoc sensu capitur libertas in l. 2. §. cum autem C. vt nemo priuat. vbi constat eum, qui depor-

tatur

tatur libertate priuari, & expressius habetur in l. cognitionum §. consumitur ff. de var. & extraord. cognit. ibi cùm libertas amittitur veluti cùm aqua, & igni interdicitur, quę in persona deportatorum euenit, & ad id optimè facit l. Titio centum §. Titio centū 11. ff. de cond. & demon. vbi per conditionem vel modū adiectum, vt quis ab illo monumento non recedat, vel vt in illa ciuitate domicilium habeat, vis libertatis infringi videtur, & per hanc seruitutem non omninò tollitur libertas, sed impeditur, infringitur, ac penè inutilis redditur, & ideò non dicitur propriè seruitus, sed per eam quis in libertate seruit. Tertia est seruitus, cū libero homini adimitur facultas quidpiam faciendi, veluti si habenti liberum arbitrium testandi, id auferatur, in ea specie enim priuatus libertate seruus dicitur. Triplex igi-
a tur est libertas, videlicet libertas status, libertas quę respicit personam, non etiam statum, & libertas voluntatis, libertas status opponitur seruituti propriæ, de qua habetur in l. libertas ff. de sta. homi. Natura etenim omnes mortales liberos genuit antequam bellorum clades seruitutis malum attulisset, libertas autem impropria opponitur seruituti improprię. Quibus accedit alia species libertatis, quę cōsistit in voluntate, & libero arbitrio hominis, quo sensu dicitur, quod vltima voluntas debet
2 esse libera l. 1. C. de sacr. eccle. & quod matrimonia debent esse libera l. Titio centum §. 1. ff. de cond. & demon. ibi matrimonij pœnę metu libertatem auferri, & quod triplex sit libertas, rectè distinguit Bald. in l. libertas ff. de stat. homini. sigillatim igitur de omnibus videndum.

3 Et primo erit videndum, an per renunciationem ius libertatis, vt ea respicit statum personæ, tolli aut infringi possit, & primùm videtur, vt renuntiatione quis possit abdicare se libertate, quoniam liber homo maior 20. annis potest suæ renunciando libertati, se seruituti subijcere, cùm venire se patitur ad prętiū participandum leg. si quis filio exhæredato §. irritum ff. de iniusto testam. §. maxima insti. de capit. de min. l. & seruorum versic. 1. ff de sta. homin. l. si vsumfructum tibi §. in summa ff. de libe. cau. l. non ideò minus vers. sed nec hodie C. eo. §. serui autem insti. de iure person. qui modus seruitutis erat vsitatus etiam in veteri lege, vt habetur exod. cap. 21. & leuie. cap. 25. secundo facit tex. in l. homo liber ff. de sta. homi. ibi, non ad suum statum reuertitur, quo se abdicauit.

Tertiò pro hac opinione est tex. in l. fin. C. de transact. vbi valet transactio super statu, & ideò poterit homo liber per transactionem abdicare se libertate.

Quartò his accedit quod in bello capti fiunt serui ex eorum tacito consensu, cùm spontè ad bellum accedentes videantur, se committere periculo, vt capi possint, & proinde serui hostium fiant, vnde si quid euenerit, videtur eis imputan. si quidem tacitum consensum præbere videntur, & libertatem sua sponte, & ex tacita renunciatione amittunt. Valq. illustr. controu. l. 1. cap. 10. nu. 17. ex quibus satis constat posse etiam expressè renuntiari. Nam leges victum, captumque in bello victoris seruum fore voluerunt l. ex hoc iure, & ibi doct. ff. de iust. & iure toto tit. ff. & C. de captiu. postlim. reuer. vnde apud Cęs. commentar. lib. 1. Ariouistus inquit, ius esse belli, vt qui vicissent, ijs quos vicissent, quemadmodum vellent, imperarent. Accedens itaque ad bellum videtur se huic iuri belli alligando, tacitè renuntiare suę libertati.

Quintò potest quis libertate sua se abdicando, facere se hominem alterius Iac. de Are. §. præiudiciales num. 9. insti. de actio. & potest facere homagium, vt per eum namque quis potest esse homo alterius Iacobin. à S. Georg. tit. de homag. col. 5. & liber homo potest ex pacto homagium, seu fidelitatem promittere, & teneri alicui, etiā de iure canonico cap. grādi de suplen. neglig. pręlat. leg. 6. Alberic. l. 2 nu. 6. C. de patri qui fil. distr. quod sanè iuramentum fidelitatis, & ipsa fidelitas est quędā seruitus Bald. l. libertas ff. de sta. homi. & quis potest fieri adscriptitius l. cum scimus C. de agricol. & censit. leg. 11. Gomez. tract. de potesta. in se ipsum lib. 2. cap. 17. num. 30. vnde homo francus, & liber ex pacto potest fieri. Guido Pap. quæst. 314. 315. Faber. §. pen. insti. de iure person. Bursat. cons. 204. nu. 19. sexto præscriptione longi temporis 30, vel 40. annorum persona libera efficitur homo alterius, & seruus l. eum qui C. de fund. patrim l. 12. l. cum satis §. cum autem C. de agricol. & censit l. 11. Bursat. d. consl. 204. num. 20.

Contrarium tamen verius est quod quis nō potest renuntiatione aut pacto se abdicare libertate leg. liberos 1. C. de libe. cau. vbi liber homo ex pacto mutata conditione, seruus fieri non potest, cui concinit tex. in l. nec si volens l. interrogatam C. eo. l. liberos in prin. l. conuentio priuata ff. eo. Bart. in auten. imò C. de actio. & oblig. salicet in l. obęs C. de actio. & oblig. Bald. l. fin. num. 2. C. de transact. leg. 5. ibi, ex cęteris autem causis ff. quib. ad liberta. proclam. non lic. l. 3. ff. de liber. cau. circa fin. ibi, etiam inuito ei succurratur Ias. l. is potest. num. 5. ff. de acq. hęr. Balthas. Gomez. tract. de potesta. in se ipsum lib. 2. cap. 1. num. 5. & lib. 2. cap. 17. Nam cum id pactum à re priuata remotum sit, non valet, vt videtur velle glos. in d. l. liberos dum citat l. si vnus §. & in summa ff. de pact. & est tex. in l. siquis rogatus ff. de fid. lib. vbi dicitur libertatem non priuatā sed publicam rem esse, non valet igitur huiusmodi pactum, vt super ea re interpositum, quę non est in comercio nostro l. liber homo l. inter stipulantem §. sacram. ff. de verb. oblig. §. 1. instit. de inutil. stipulat. neq; quis paciici

potest

potest de re, cujus dominus non est l. rem alienam ff. de contr. empt. si quidem liber homo non est dominus sui corporis quod seruituti subjicere pactus est l. liber homo ff. ad l. aquil. libertas Porrò est iuris publici Curt. iun. l. si quis in conscribendo num. 33. C. de pact. est igitur, vt concludamus, non posse liberum hominem voluntate sua facere se seruum, vt tollatur eius libertas status, nisi eo casu, cum patitur se vendi ad prætium participandum Iac. de Are. §. præiudiciales nu. 8. instit. de actio. libertas quippe quamuis non dicatur iuris naturalis, est tamen facultatis, & licentiæ naturalis Connan. commentar. iur. lib. 2. cap. 1.

Non obstat modo quod primo loco dictum est liberum hominem pati posse se venire ad prætium participandum, quoniam id procedit in eo, qui patitur ab alio se vendi, secus si ipse se vendiderit, vt d. leg. nec si volens iu. Alex. l. alia §. eleganter nu. 8. ff. solu. matr. sed tu dic idem esse, vt quis se vendat, vel consentiat, vt alienetur, sed hoc casu requiritur, vt emptor ignorare possit illū esse liberū, vel dictum procedit ob iustam emptoris ignorantiam l. liberis §. si quis sciens ff. de libe. cau. Nam etsi alias rei, quæ non est in commercio nostro, venditio non valeat, tamen vbi emptor ignorat, valet §. fin. inst. de empt. & vend. l. si in emptione §. item si emptor ff. de contrariū emptionem, & de venditione liberi hominis, est tex. d. §. fin. instit. de emptione, & venditione leg. & liberi hominis ff. de comm. empt. vbi liberi hominis emptio ita demum valet, si ignorauit emptor, Venditio itaq; fieri debet, vt de seruo, quoniam tanquam de libero non valeret, cum minime recipiat æstimationem libertas, ita Dec. l. libertas, in fin. ff. de reg. iur. Quibus accedit quod vltra pactum, & conuentionem venditor participauit pretium itaq; inter ignorantes, vel etiā si emptor solus ignorauerit valet venditio hominis liberi, & stipulatio, non vt liber homo debeatur, sed vt debeatur interesse, ita Bart, in d. l. liber homo qui tenet contra glo. ibi, & eum sequuntur communiter doct. vt per Aretin. §. 1. insti. de inutil. stipul. vnde emptor qui est in bona fide potest agere ad interesse, stipulator autem actione de dolo, ita Paul. de Castr. d. l. liber homo, sed videtur, vt hoc casu dominium transferri non possit, cum liber homo non possit subijci dominio nostro, neq; eius dominiū transferri possit Ias. & alij d. l. liber homo. Sola etenim ignorantia emptoris non sufficit, vt illius dominio liber homo subijciatur, vt dixi. Ego, hoc casu putauerim venditionem libertatis valere, libertatemq; denegari ei, qui se venire passus est, quoniam hic plura conjunctim considerantur, primùm bona fides emptoris deinde voluntas eius, qui patitur se vendi, & liber homo ideò non est in comercio nostro, quoniam dari non potest, non magis quàm fundus hostium, vt inquit tex. in d. leg. liber homo. Quocirca liber homo dari non potest, quoniam non patitur se dari non magis quàm fundus hostium, qui ea ratione dari non potest, quia id minimè patientur hostes, & liberum hominem in stipulationem ideo deducere non possumus, quia non habemus illum in potestate, neq; paciscendo illi obesse minimè possumus l. si vnus §. ante omnia ff. de pact. leg stipulatio ista §. habere licere §. alteri l. inter stipulantem ff. de verb. obligat. verum hoc casu quia liber homo ex sua voluntate venditur, dari potest, diciq; potest in commercio nostro, quoniam dari potest ipso consentiente. Nec obstat quod etiam ex voluntate sua de libero seruus fieri non potest d. l. nec si volens cum alijs supra citatis, quoniā dicta iura procedunt ex solo pacto, & voluntate, secus si aliud accesserit, vt prætij participatio, & alia, quæ faciant, vt venditio valeat, vt habetur in d. l. liberis in prin. l. 1. in princ. ff. quib. ad libert. proclam. non lic. l. 1. C. eo. Nam quinq; requiruntur, vt liberi hominis venditio valeat glo. in §. serui. in vers. maior. instit. de iure person. in l. & seruorum, vbi doct. ff. de sta. homi. Gomez. tract. de potesta. in se ipsum lib. 2. cap. 17. num. 5. Sola itaq; voluntas, & renuntiatio non satis est, vt quis possit se priuare libertate, sed requiritur, vt quis se vendi patiatur, prætium participando, & accedente emptoris bona fide, & iusta ignorantia, quibus conjunctim concurrentibus, non est, vt miremur cur homo liber possit libertati suæ renuntiando, pati vt vendatur l. si vsumfructum §. 1. ff. de libe. cau. Ad id facit quod habetur in l. cum scimus C. de agricol. & censit. l. 11. vbi ex Sola voluntate, & confessione per scripturam conscriptitia conditio cuiq; infertur, nisi alius actus subsequatur, vt in glo. d. l. nec si volens Guid. Pap. quæst. 315. etsi Alciat. in l. pen. in vers. antiqui, ibi, sed vnde factū putabimus C. de pact. dum quærit cur pacto quis se in seruitutem dare non possit, & tamen possit venditione facta ad pretium participandum, putauerit vtilitatis causa id tolleratum fuisse in venditionis contractu, in quo ius transire, & sic libertatem amitti omnimodo necessarium non fit, cùm sufficiat vsucapionis conditionem transferri l. si ita distrahatur ff. de contr. emp. quapropter tali venditione non excludetur proximiorum affectio l. 3. cum seq. ff. de libe. cau. solumq; vsucapioni locus adesset l. non ideò C. de libe. cau. l. 2. ff. si libert. ingenu. Sed & dici potest quod permittitur quem posse pati, vt vendatur ad pretium participandum, quoniam sic mutat conditionem, & de libero fit seruus, sed quod homo liber ponat se in seruitutem non permittitur, vt per Bulognet. in leg. stipulatio num. 131. ff. de verb. oblig.

4 Sed hic locus me admonet dubitationis quā mirandum dicit, & quid monstro simile Vasq. illustr. contrau. l. 1. cap. 19. nu. 11, cur minor [illegible] 25. ann.

25. ann. non possit vel minimũ prædium alienare, etiam cum auctoritate curatoris, nisi accedente iudicis decreto, & tamen possit libertatem suam, quæ res est, inæstimabilis l. libertas ff. de reg. iur. alienare etiam, sine curatoris auctoritate, & iudicis decreto, quam dubitationem mouet. Vasq; dicto cap. 9. sed non soluit, & Curt. iun. in l. mandata num. 10. ff. de offic. eius. Vnde ego crediderim huius rei illam esse rationem, quod minor facilius adduci potest, ad prędij alienationem, quæ æstimationẽ recipit, & cuius venditio nullius pręiuditij ferè esse videtur, cùm vendendo illius prætium sit recepturus, quàm ad vendendum libertatem, quę est res inæstimabilis, atq; ad se subijciendum seruituti, quę mortalitati ferè comparatur leg. seruitutem ff. de reg. iur. Quare lex magis succurrit minori alienanti prędiũ, quã libertatẽ ratione maioris facilitatis sic etiã leges succurrunt mulieri alieno nomine intercedenti, non etiam donanti, cùm tamen donare sit maioris pręiudicij, quam intercedere alieno nomine, nam mulier facilius se obligat, quàm, vt alicui donet, vt dicam de renunciatione velleiani.

Non obstat secundo tex. in l. homo liber ff. de sta. homi. quæ, ita demum quis potest se priuare libertate, si patitur se vendi pretium participando, secus ex pacto Paul. de Castren. l. fin. C. de transact.

Tertiò non obstat quod quis possit transigere super statu, d. l. fin. quoniam licet valeat transactio, vt seruus fiat liber, tamen non valet vt homo liber fiat seruus, vt per glo. in d. l. fin. Tamen doct. communiter tenent valere transactionem etiam eo casu cùm ingenuus transigit, vt seruus fiat Iacob. à S. Georg. d. l. fin. Quocirca, vbi dubium est, num quis sit liber, an seruus tunc valet transactio vtroq; casu, d. l. fin. & ibi Paul. de Castren. Curt. iun. & alij, secus est, vbi certum est, quem esse liberum, quoniam, tunc non poterit is sua voluntate libertatẽ amittere, nã, & alias multa valẽt ratione dubij, quę si certa essẽt minimè valerent Paul de Castr. d. l. fin. & ibi Bald. & latè Alciat.

Quartò non obstat quod capti in bello serui quodammodo fiant ex voluntate sua, quoniã imò principalis eorum intentio non est, vt capiantur ab hostibus, sed vt hostes superent, etsi interdum eueniat, vt ipsi superentur, ac capiantur.

Quintò non obstat, quod dicitur hominem liberum posse facere se hominem alterius cap. grandi de supl. neglig. prælar. leg. 6. ibi, fidelitate, homagio, iuramento seu pacto quia, vt inquit Specul. tit. de feud. homag. §. quoniam num. 8. eo casu hominis libertas obligatione seruitiorum non minuitur, sed potius augetur quia dominus subditum contra omnem iniuriam aliorum tueri, & defendere tenetur, & licet quis possit fieri adscriptitius, tamen plura concurrunt, vt in d. l. scimus.

5 Est igitur, vt concludamus ex renuntiatione, aut conuentione liberum hominem minimè effici posse seruum, nisi patiatur se vendi prętij participatione facta Paul. de Castr. leg. fin. C. de transact. Bonacos tract. de seruis vel famul. quæst. 105. nam is, qui ita se vendi passus est non poterit ad libertatem proclamare §. pen. inst. de iure person. l. 1. ff. quib. ad libert. proclam. non lic. l. & seruorum ff. de sta. homi. l. liberis in prin. ff. de libe. cau. §. maxima insti. de capit. demi. Quod tamen, vt locum habeat plura requiruntur, de quibus per glo. in d. §. pen. & in d. leg. & seruorum, Imò qui per venditionem à se abdicauit libertatem, adeò amittit eam, vt postea per manumissionem non possit pristina iura ingenuitatis amplius recuperare l. homo liber ff. de sta. homi. Cæterum potestatem quis non habet renuntiandi suæ libertati, cùm semper ei ad libertatem proclamare liceat, nisi ex dicta causa prętij participandi passus quis fuerit se venire l. 1. ibi, ex cæteris autem causis ff. qui ad libert. proclam. non lic. & d. l. liberis in prin.

6 Declaratur, vt quis possit super statu transigendo ratione dubij, seruituti se subijcere Bald. d. l. fin. C. de transact. & ibi Curt. iun. & alij, & d. l. nec si volens, cum sim. quæ disponit ex sua voluntate sola quẽ fieri minimè seruũ procedit in casu claro, & certo, secus vbi dubiũ esse potest, vt per Curt. iun. d. l. fin.

7 Altera est libertas, quę opponitur seruituti impropriæ, quæ habet speciem seruitutis, & non respicit statum personæ, & videtur vt huic renuntiari possit. Hinc potest liber homo locare operas suas in perpetuum, quòd sanè videtur species seruitutis glo. in l. si contra quos C. loca. in leg. antiquitas verbo vnquam C. de vsufruct. in l. 3. §. nec autem versic. reuerti ff. de vsufruct. in §. 1. vers. abscedere insti. eo. & ibi Aretin. & Portius super glo. in ver. salua Couarru. de sponsalibus parte secunda cap. 7. num. 5. Ripa in l. obligatione num. 10. ff. de pignori. vbi hanc communem opinionem esse testatur Caroc. de loca. & conduc. par. 1. c. 39. & est communis opinio, vt per Viuium comm. opin. 162. par. 2. & ideò locatio operarum in perpetuum minimè prohibetur Bursat. consil. 204. num. 15. & quod liber homo possit in perpetuum suas operas alicui promittere trad. latè Coler. de processi execut. part. 1. cap. 9. num. 27. Ad idem facit quod not. glo. in leg. stipulatio §. sine autem ff. de ope. non. nunc. vbi valet pactum cum scriptore libri initum, vt detineri possit in cõpedibus donec scripserit librum Bart. d. l. stipulatio §. siue autem nu. 1. & in l. stipulationes non diuiduntur nu. 36. ff. de verb. oblig. Alberic. d. §. siue autem num. 7. & hanc opinionem communem esse asserit Ias. ibi, num. 11. & ibi Bolognet. similiter facit nam vasalli ob recepta feuda se obligant ex pacto ad seruitia perpetua dominorũ, vt habetur in vsibus feud. sit quib. caus. feud. amitt.

& filiam aliquantum iuris apicibus, ciuili obligationi non congruat, tum quia, vti aduersus bonos mores illud improbetur leg. pactum dotale C. de collat. tamen iuramentum accedens naturali vinculo, nempe consensui, qui iure naturali constat inter eos leg. frater à fratre ff. de condict. indebit. operatur, vt ex vi iuramenti pactum firmatum seruari oporteat Bald. consil. 148. in casu numero 7. versiculo. nam consensus libro primo, Præterea cum huiusmodi pactum sit aduersus eos bonos mores, quos solum improbat leg. ciuilis standum est iuramento. vt alibi dictum est, iuramentum quippe interpositum super hoc pactu alioquin improbato à lege ciuili operatur, vt illud seruari omnino debeat, si quidem habet tres comites scilicet veritatem iudicium, & iustitiam capitulo, & si Christus de iureiurand. capitulo animaduertendum, 22. quæst. Namq; in primis fuit præstitum ex libera iurantis voluntate, non interueniente vi, nec dolo Bald. dicto consilio 148. numero 2. Atq; ideo fit obligatio de non succedendo, ad hoc, vt veritas impleatur, maxime cum adsint alij duo comites. Preterea adest iudicium discretionis, quoniam iurans remittit spem succedendi in hæreditate ei deferenda ex leg. Quod quidem est in illius potestate demq; adest iustitia; quoniam quod iurato promittitur nempe de non habendo regressum ad bona paterna non est quid malum, neq; boni impeditiuum D. Thom. secunda secundæ quæst. 89. artic. 7. qua propter recte scribitur in dicto capitulo quamuis pactum, si tamen iuramento non vi, nec dolo præstito firmatum fuerit ab eadem omnino seruari debebit. Seruari autem debet iuramentum ex libera voluntate præstitum ad hoc vt veritatem habeat dicto articulo 7. Deinde subiungit tex. cum non vergat in eternæ salutis dispendium, nec redundet in alterius detrimentum; hoc est seruari oportet iuramentum, quoniam habet iustitiam dum non inducit malum, atq; iudicium discretionis, dum iurans promittit id, quod fuit in eius potestate, absq; alterius detrimento; quoniam autem promissorium iuramentum de quo agitur, habet iudicium, & iustitiam, vt iam dictum est in eo, item exigitur veritas, hoc est implementum promissionis iuratę, & ideo recte dicitur in tex. omnino seruari debebit, cur autem seruari debeat, subiungitur, cum non vergat, & cetera idest quoniam habet iustitiam, & iudicium, vt infra dicam suis locis.

Hæc igitur verba, omnino seruari debebit, intelligi debent, quod filia, quæ renunciauit, non possit succedere patri ab intestato, & quod si pater nihil ei relinquat, sed prætereat non impugnabit testamentum Guid. Pap. quæstione 295. numero pri. versiculo, & mouetur tali ratione.

62 Quare filia quæ renunciauit non poterit regressum habere ad bona paterna ab intestato Gutier. hic in verbum omnino numero primo Bald. in leg. fin. numero 15. C. de pact. Paris. consilio 69. numero 32. & numero 89. libro 3. & dixi libero 2. capitulo 5. numero 18. Nam licet intestatus tacite censeatur inuitare legitimos eius successores leg. conficiuntur ff. de iur. codicillorum tamen id non procedit in filia, quę sponte se exclusit à patris successione per pactum iuratum; Quoniam expressum facit cessare tacitum. Vasq; de successione libro 2. §. 18. requisitione 29. limitatione pri. numero 119. vbi inquit hanc esse veram, & communem opinionem.

Sed etsi filia renuncians prætereatur à patre non poterit impugnare testamentum Bart. leg. pri. §. pęnali quęstione 4. ff. de liber. & posthum. Petruc. in leg. pri. numero 99. & filia quæ renunciauit non modo excluditur à successione patris ab intestato, sed etiamsi pater decedat restatus preterita, vel exhæredata ipsa filia Soc. iun. dicta leg. stipulatio hoc modo numero 56. Ruin. consilio 17. numero 2. libero 2. Menoch. consilio 749. numero 3. Castren. in leg. filio numero 9. ff. de iniusto testamento Guid. Pap. quæstione 598. numero pri. Crot. in leg. Gallus §. & qui si tantum numero 111. ff. de liber., & posthum. Bologn. in leg. pri. numero 85. C. de pactis Gabriel. titulo de iur. dotium conclusione pri. num. 40.

Alij de fuerunt tamen, qui dixerint filiam quę renunciauit hereditati patris, eidem patri ab intestato decedenti succedere posse idq; duobus argumentis, &. Primo quia pater intestatus moriens videtur tacite vocare filium. Secundo quia videtur ipsam filiam renunciasse ad eum finem, scilicet, vt pater de bonis suis libere disponere posset Fachin. controuers. iur. lib. 8. capitulo 71. verum hæc sententia explosa fuit, vt per eum Gabriel. dicta concl. 1. num. 41. Crot. dicta leg. stipulatio hoc modo num. 45.

Quinimo pactum iuratum de non succedendo à filia factum, adeo obseruari debet, vt minime reuocetur etiam ob superuenientiam filiorum Dec. in l. pactum dotale nu. 14. C. de collat. Paris. cons. 69 num. 98. lib. 3 Gutter. d. cap. quamuis pactum verb. nec redundet nu. 6. & ibi Couar. part. 3. §. 3. nu. 8. Socin. cons. 53. nu. 17. lib. 4. Corne. cons. 207. littera P. lib. 3. Roland. cons. 11. num. 29. lib. 1. Boer. cons. 159. nu. 17. Menoch. cons. 196. num. 45. Crast. in communibus §. successio quęst. 11. nu. 5. Vasq. de successione lib. 2. §. 18. requisito 29. limit. 1. nu. 121. & dixi lib. 2. c. 5. nu. 20.

63 Verum quod dictum est filiam quę cum iuramento renunciauit excludi ab hereditate, ad quam promisit non habere regressum perpetuum non est, sed aliquot casibus

casibus non obstante pacto iurato succedere poterit, vt per DD. dicto capitulo quamuis pactum in leg. pactum dotale C. de collat. in leg. stipulatio hoc modo ff. de verborum obligatione leg. fin. C. de pact. Gabriel. titu. de iur. dotium conclus. 1. sed ij omnes casus facile rediguntur ad duos. Primus est, quoties iuramentum non est obligatorium, siquidem omnis dispositio intelligitur de actu valido l. 4. §. condemnatum ff. de re iudicata. Alter casus est, quoties super venit noua causa, seu nouum ius; Nam filia, quæ etiam cum iuramento renunciauit, non prohibetur succedere ex noua causa Dec. consil. 266. num. 4. versic. Nec obstant ergo Porcellin. de duobus fratribus quæst. quarta principali num. 9. Morot. consil. 83. Viui. decis. 316. num. 11. Menoch. consil. 86. num. 7. dixi lib. 2. cap. 5. num. 24. Renunciatio etenim facta semper intelligitur rebus sic stantibus Dec. dicto num. 4. Paris. consil. 26. num. 21. lib. 3. & dixi lib. 2 cap. 5. numero 24. 28. 29. & 31. immò iuramentum sēper intelligitur rebus sic stantibus, atq; eodem manente statu, vt late per Tyraq. in l. si vnquam in præfat. num. 166. C. de reuocand. donat., &c. hoc quidem procedit in omnibus actibus, &c. dispositionibus, vt scilicet semper intelligantur rebus sic stantibus glo. in l. quod seruus, &c. ibi nota: Bald. ff de conditione ob causam, late Tyraq. d. præfat. num. 167.

Hinc infertur quod filia, quæ cum iuramento renuntiauit successioni patris non prohibetur succedere ex ipsius patris testamento quandoquidem succedit ex nouo iure, seu ex noua causa, nimirum ex institutione postea facta etiam non obstante iuramento quoniā pater instituendo filiam, quę iam renunciauerat, videtur remittere iuramentū, & nō obstante renunciatione, quoniā non censetur renunciasse institutioni postea factæ. Quamuis igitur filia quę renunciauit, excludatur ab intestato vel contra testamentum, vt mox dictum est, tamen non excluditur ex testamento cum non prohibeatur succedere ex noua causa. Et prædicta procedunt etiam si filia renūciauerit expresse successioni, ex testamēto de qua re quia iam late diximus lib. 2. capitulo 5. numero 35. adeo legentes illud relegamus.

Sed dubitari potest an si renunciatio facta sit in manibus patris cum consensu patris, & ipse pater postea reuocauerit consensum, non obstante iuramento possit filia quæ renuntiauit succedere, & hunc casum singulare ponit Bald. in capitulo ad nostrā 2. numero 7. versiculo, pone filia de iure iuran. sed de hac quæst. vi. Bologn. in leg. fin. numero 57. C. de pact. Vasq. de successione §. 18. requis. 59. limitatione pri. numero 182. Guter. in dicto cap. quamuis pactum in princip. nu. 3. cum seq.

Similiter filia quę renuntiauit bonis paternis, non prohibetur ea acquirere ex nouo iure, nempe ex contractu donationis Afflic. decisione 350. Cephal. consilio 485. numero 140.

Non absimili ratione filia quę renunciauit hæreditati paternæ excluditur tantum ab ijs bonis, quæ ex alia causa obuenire possent, velut bonis feudalibus vel emphyteuticis, quę illi obueniunt ex alia causa quam hęreditaria, vt dixi d. cap. 5. num. 30.

Minuitq; excluditur filia quę renunciauerit bonis quæ acquirūtur vnus filijs primi matrimonij in pœnam parentum ad secunda vota transeuntium, si quidem filia quę renunciauit successioni patris, censetur se exclusisse à successione quę iure sanguinis defertur, non etiam ab eo, quod debetur ex alia causa, nempe in pœnam parentum secundo nubentium, & ex legis dispositione Couar. d. cap. quamuis pactum part. 3. §. 3. num. 1. Purpur. leg. fin. num. 176. C. de pact. Gabriel. in communi. tit. de iure dot. conclu. 1. numero. 61. Roland. consil. 9. numero 36. cum sequen. lib. 1. & dictum est lib. 2 cap. 5 numero 29.

Sed & filia quæ renunciauit bonis paternis non prohibetur succedere fratri etiam in ipsis bonis, quæ à patre processerant. Namquamuis filia ex renunciatione iurata non posset succedere immediatè in bonis patris, quibus renūciauit, poterit tamen succedere mediante persona fratris in ipsis bonis paternis, si quidem patris hęreditas postquam adita fuit à filio definit esse hæreditas patris, & dicitur esse proprium filij patrimonium leg. 1. §. veteres ff. de acquir. possess. & ibi Alex. Socin. Aret. & Ial. hinc renuntiatio bonorum patris facta à filia intelligi debet quoniā renuncians immediate vult succedere ipsi patri, secus si hæreditas patris ad alterum peruenerit, quia tunc filia non prohibetur in ea succedere, quia dicitur noua successio, & nouum ius; proinde q. hoc casu filia non obstante renuntiatione succedere poterit, quia ex nouo iure, & ex noua causa succedit. De qua re quia supra lib. 2. capitulo 5. numero 27. satis est dictum, nihil attinet, eadem hic iterum commemorare.

Deniq; quoniā, vt supra dictum est, iuramentum intelligitur rebus, sic stantibus atq; eodem manente statu, rectè fit, vt renuntiatio iurata filiæ facta causa, & fauore aliquorum, ita demum renunciatri obsit, si manente eodem statu, & non cessante causa, superfint ij, quorum fauore facta fuit, vt dictum est d. cap. 5. num. 26.

Sed vt breuiter sciri possit quando filia teneatur omnino seruare pactum iuratum de non succedendo in casu d. cap. quamuis pactum, duo sunt inspicienda. Et primo casu iuramentum sit obligatorium, vt dixi supra in versiculo, si tamen iuramento deinde an res

maneant in eadem statu quo erant tempore renunciationis siquidem filia non obstante pacto iurato de non succedendo semper succedere poterit ex noua cau. & ex nouo iure.

CVM NON VERGAT in æternæ salutis dispendium.

Duplex adfertur ratio, cur pactum, de quo in d. cap. quamuis pactũ omnino seruari oporteat. Primo scilicet quoniam non vergit in æternæ salutis dispendium, vt hic. Deinde quia non redundat in alterius detrimentum, vt dicam vers. sequenti hę rationes sunt generales cap. licet mulieres de iur. iurand. lib. 6. cap. 1. cap. cum contingat cap. debitores de iur. iurand. cum similib. quib. cautum est ea iuramenta ita demum esse omnino seruanda si sine animę periculo seruari possunt, aut si non tendunt in alterius detrimentum non deest quippe hoc iuramento iustitia; quoniam cum iuramento promittitur id quod non est per se malum neq; boni impeditiuum D. Thoma. secunda secundę quęst, 89. art, 7. & dixi lib. 5. cap. 4. nu, 88. cum seq;

64 Neq; enim istud pactum contrarium est bonis morib. de quib. agit cap, non est obligatorium de reg. iur. lib, 6. Couaru. d. cap. quamuis pactũ in principio tertiæ partis nu. 1. vers. quib, æquidem, neq; reputatur esse contra bonos mores, cum non inducat peccatum Bald. l. pacta quæ contra num. 1. C. de pact. in hoc quippe pacto nulla est turpitudo, quæ valeat illud annullare, cum non inducat votum captandæ mortis, minusq; aufert liberam testandi facultatem proindeq; iuramento confirmatur Dec. cons. 31. pro tenuin n. 4. Bolog. in l. stipulatio hoc modo nu, 82. vers. & ratio est ff. de verb. oblig. vbi inquit hanc esse communem opinionem, & tenendam, & licet id pactum, videatur esse contra bonos mores ciuiles, tamen ij mores non pręstant impedimentum effectui iuramenti Bald. d. l. pactum dotale quæst. 19. sequitur Purpurat. in l. fin. num. 564. C. de pact. ex quib. satis perspicere possumus huiusmodi renunciationes minime esse contra bonos mores; nam etsi lex ciuilis improbet pactum de non succedendo d. leg. pactum dotale, & dicto cap. quamuis pactum; tamen non ex eo improbat quod sit contra bonos mores, cum alioquin non firmaretur iuramento cap. non est obligatorium de reg. iur. lib, 6. Garz. de vltimo fine iuris nu. 296. & num. 317. Sed ex alijs causis improbatur, quib. sane præponderat ipsum iuramentum Castr. d. l. pactum dotale nu. 2. & scribit Bart. in leg. si quis pro eo in fin, ff. de fideiussoribus qui in hoc non habet contradicentem, vt inquit Vasq; de successionum creatio. §. 18. nu, 5 s. Plane in huiusmodi renunciationibus non consideratur votum captandæ mortis, neq; ex illis aufertur libera testamenti factio, & proinde nõ possunt dici aduersus bonos mores Bart. d. leg. stipulatio hoc modo quest, 2. & cum Bartolo tenent omnes, vt per Soc. iun. ibi nu. 56. & consil. 44. num. 31. lib. 2. Franc. Curt. in l. pactaq; contra num. 6. C. de pact. Bolog. d. l. stipulatio hoc modo num. 82. versic. & ratio est Surd. cons. 355. num. 9. & 14. & quod huiusmodi renunciatio non improbetur, ea ratione quod sit contra bonos mores tenet Fulg. d. leg. pactum dotale, col. 1. & ibi Bald. quæst. 19. Dec. nu, 1. Curt. iun. nu. 15. Franc. Curt. in l. pactaq; contra num. 6. C. de pact. Fulg. l. vltima num, 14. vbi Bart. nu. 9. C. de pact. & ibi Bolog. num. 110. Bottigella d. l. stipulatio hoc modo num. 28. Gomes. l. tauri 22. num. 6. Paris. cons. 16. num. 8. consil. 69. nu. 27. lib. 3. Couaru. in dicto cap. quamuis pactum part. 3. in princ. num. 1. & ibi Gutter. verb. improbet. Ruger. consil. 16. nu. 5. lib. 1. Surd. cons. 355. nu. 9. Seraph. Priuileg. iuram. num. pri. Hinc hodie est consuetudo, quod filiæ faciunt pactum de non succedendo, & iurant, valetq; huiusmodi pactum Bart. in l. fin. num. 8. C. de pact. Ego sentio cum Dijn. in d. cap. non est obligatorium in fin. quem sequitur Fulg. d. l. pactum dotale nu. 1. vers. sed ratio est. Nam Dynus ibi concludit, quod vbi prohibitio continet fauorem personæ, tunc iuramentum eius, cuius fauore inducta est prohibitio est obligatorium, & confirmatorium actus, cum autem prohibitio dictæ legis pactum dotale inducta sit fauore filiorum certe eorum iuramentum est confirmatorium vt per Dyn. d. loco, vbi ita intelligit procedere dispositionem dicto cap. quamuis pactum. Itaq; iuramentum in casu dicto cap. quamuis pactum operatur renunciationem prohibitionis, de qua in d. l. pactum dotale inductæ fauore ipsius iurantis per ea quæ dixi lib. 5. cap. 4. atq; hæc est vera ratio, cur iuramentum cõfirmet pactum prohibitum ex dispositione d. l. pactum dotale; quib. accedit, nam iure naturali constat consensus inter patrem, & filiam etiam si aliquantulum iuris apicibus idest ciuili obligationi non congruat l. frater a fratre ff. de condict. indebiti. Cum autem huic naturali vinculo accedit iuramentũ standum erit illi, atq; ita declarat dispositionẽ d. cap. quamuis pactum Bald. consil. 148. num. 7. lib. 5.

NEC REDVNDET in alterius detrimentum.

65 Iuramentum, quamuis operetur plures effectus, tamen vbi agitur de præiudicio tertij nihil operetur Alex. consilio 55. numero 7. libero primo, & iuramentum non potest tollere fauorem alterius Bart. in leg hac edictali circa princip. C. de secundam nuptionem traditur, quæ regula generalis, quod iuramentum vnius, alteri nocere non debet leg. ait pretor la prima, & ibi Socin. notat ff. de iur. iurand. nihilq; operatur in alterius præiudicium Cort. in memoralib, in verb. iuramenti religio ad finem.

Hæc

Hæc verba in alterius detrimentum intellige de principali detrimento; Nam renunciatio minus principaliter, poteſt detrimentum alteri inferre, puta filijs renunciantis vel viro vel venientibus ab inteſtato, cum ſimilibus, vt declarat gloſ. vltima in d. cap. quamuis pactũ, etenim vbi renunciatio adfert principaliter detrimentum alteri, certe non confirmatur iuramento; Quoniam tunc deeſt iudicium, ſiquidem, vbi quis iurato promittit id quod nõ eſt in eius poteſtate, & quod principaliter pertinet ad ius alterius deeſt iuramento indicium nimirum diſcretionis D. Thom. ſecunda ſecundæ quæſt. 89. artic. 7. & dixi lib. 5. cap. 4. num. 77. cum ſeq; Porrò ex ea regula, qua proditum eſt rei ſuæ quemliber moderatorem eſſe, & arbitrum l. in remandata C. mandati illud conſequens fit vt vnuſquiſq; renunciare poſsit fauori pro ſe introducto l. pen. C. de pactis. Hinc vt renunciatio valeat, illud potiſsimum exigitur nempe, vt ius inductum ſit mero fauore ipſius renunciãtis DD. in d. leg. pen. vbi Iaſ. num. 14. & Caſtren. circa finem & quoties ius, cui renunciatur non eſt propriũ ipſius renunciantis, defficit cauſa materialis renunciationis, vt alibi dictum eſt: itaq; renunciatio etiam iurata principaliter ſoli renũcianti nocere debet, vt late dixi lib. 1. cap. 11. nec mirum nam res inter alios acta alijs non prçiudicat l. prima C. res inter alios &c.

Ex quibus illud fit, vt in caſu huius decretalis ſi filia renuncians decederet viuo patre, cuius ſucceſsioni renunciauit certe huiuſmodi renunciatio non poteſt nocere filijs ipſius renũciantis, quamuis ſint hæredes matris; Quoniam hoc caſu admittuntur non tanquam hæredes matris, ſed ex perſona propria, & renũciatio non poteſt nocere nepotibus venientibus ex perſona propria Bart. & alij in l. qui ſuperſtites ff. de acquir. hæred. Bald. in l. pactum dotale nu. 8. quæſt. 2. & ibi Fulg. nu. 3. & alij C. de collat. Zaſ. in leg. ſtipulatio hoc modo num. 45. & ibi Io. Crot. num. 55. ff. de verb. oblig. Franc. d. cap. quamuis pactum col. fin. verſ. ſuper quo conclude, Couarru. d. capit. quamuis pactum part. 3. §. 2. num. 14. Crauet. conſil. 703. Gabriel. tit. de iur. doti. concluſ. 1. num. 43. Roland. conſil. 11. nu. 4. lib. 1. vbi inquit hanc eſſe communem doctorum ſententiam. Vaſq; de ſucceſsionum creatione §. 18 nu. 181. Grammat. deciſ. 57. nu. 39. Gozadinus conſil. 75. nu. 21. Berous conſ. 49. nu. 38. lib. 1. Ruin. conſil. 49. nu. 4. lib. 1. Menoch. conſil. 172. num. 31. Natt. conſ. 470. nu. 14. Craſſ. in communib. §. legitima quęſt. 4. nu. 4. verſ. contrarium vero. Vinius deciſ. 211. vbi plures citat. Surdus conſil. 85. nu. 2. conſil. 133. num. 19. vbi inquit ita concludere omnes DD. Franc. deciſ. 82. num. 16. deciſ. 67. in princip. part. 1. Natt. d. cap. quamuis pactum num. 77. verſic. primo caſu, cum num. ſeq; Merot. conſil. 22. num. 2. vbi inquit hanc eſſe receptam ſententiam; atq; declarat id procedere etiam eo caſu, quo mater renunciat bonis propter dotem habitã aduerſus ſententiam Rumani in d. leg. qui ſuperſtitis num. 7. Quod & voluit Surd. d. conſil. 133. num. 19. & licet gloſſ. vltima in d. cap. quamuis pactũ velit renunciationem iuratam poſſe nocere etiam filijs ipſius renunciantis, tamen id procedit vbi minus principaliter, ſeu ſecundario nocet namq; filij renunciantis non prohibentur ſuccedere ex perſonis ipſorum ceſſanteq; cauſa renunciationis tacita, & ex alia cauſa, & iure, vt dixi lib. 2. cap. 5. num. 28.

Ratio cur renunciatio, & iuramentum non noceat filijs renunciantis in caſu d. cap. quãuis pactum, & eo caſu, quo filia renuncians, ſuperuiuit ipſi patri illa eſt quoniam huiuſmodi renunciatio, eam habet conditionem ſcilicet ſi hæreditas renuncianti defferatur DD. in d. l. pactum dotale, & in l. qui ſuperſtitis ff. de acquir. hæred. Ruin. conſilio 204. num. 2. lib. 1. Gutter. d. cap. quamuis pactum in princ. nu. 61. & ibi Natt. num. 78. Roland. conſil. 11. nu. 5. lib. 1. Ceph. conſil. 142. nu. 19. conſ. 334. nu. 30. & 33 conſil. 650. nu. 8. Surd. conſil. 85. num. 33. conſil. 133. num. 18. conſil. 264. num. 44. conſil. 355. nu. 37. conſ. 332. num. 5 & conſil. 398. num. 34. Morotius conſ. 22. nu. 2. Sola in conſtitutione Sabaudiæ tit. de ali. min. gloſ. 2. num. 9. & hanc rationem ſubtilem eſſe tradit Caſtr. in d. l. pactum dotale num. 7. vbi inquit DD. adhuc non vidiſſe dictam rationem. Quamuis autem filij ſuccedant in locum matris, vt admittantur ad ſuccedendum cum auunculis ſicut ipſa mater admitteretur Authen. in ſucceſsio. C. de ſuis, & legiti. tamen hoc caſu non ſuccedunt ex perſona matris; ſed ex propria tanquam matre ſubducta de medio, atq; ideo iuramentum matris quæ renunciauit non poteſt ei prçiudicare Caſtr. d. num. 7. Crauet. conſil. 127. col. 1. verſ. ex quibus appel. Franc. deciſ. 67. circa fin. vbi igitur filij veniunt ex propria perſona non etiam ex perſona matris quę renunciauit, tunc haud dubium renunciatio, & iuramentum ipſius matris non debet nocere filijs venientibus ex propria perſona, vt dictum eſt, & dixi lib. 1. cap. 11. num. 9.

Sed an renunciatio facta bonis maternis, & patri facta noceat ipſi patri habenti in ſua poteſtate renunciantem, quoad vſumfructum & alia, vide diſtinc. Caſtren. in leg. fin. in princ. num. 5. C. de boniſq; liberis Gutter. d. cap. quamuis pactum in verb. nullum ad bona paterna nu. 2.

QVARTA PARTE principali reſtat, vt videamus de renunciatione hęreditatis def-
66 functi; pactum igitur de non ſuccedendo iam defuncto valet Iaſ. in l. fin. nu. 29. C. de pactis, per tex. in l. ſi quando §. illud in fin. & in §. & generaliter C. de inofficioſo teſtamento hæreditas autem defuncti poteſt eſſe duplex

nempe hæreditas nondum delata, & hæreditas jam delata; Nam pactum super hæreditate defuncti nondum delata etiam sine iuramento valet leg. de fideicommisso C. de transact. l. 1. C. de pact. l. si quando §. 1. C. de inoff. testam. l. qui Romæ §. duo fratres ff. de verb. oblig. Ias. d. l. pactum dotale fallen. 5. & ibi Buttrig. Franc. Curt. l. vlt. num. 36. vers. tertio fallit C. de pactis, & ibi Bologn. nu. 114. Dec. cons. 266. col. fin. Natta. d. cap. quamuis pactum. nu. 9. vers. quarto fallit Anton. Gomez l. 22. tauri num. 15. Cephal. cons. 751. num. 2 & cons. 308. num. 2. & 14. & supra etiam dixi, quare si sub conditione, vel in diem, hæreditas relicta fuerit renunciare illi poterit post mortem eius qui reliquit etiam ante diem vel conditionem, vt in dicta l. 1. C. de pact. cum similibus etenim si restituenda sit sibi hęreditas defuncti sub conditione, tu vero renunciaueris hęreditati certe huiusmodi renuntiatio nihil iniquitatis habet, cum sit de bonis re vera quidem eius qui restituere debet, sed quę spe, & expectatione sunt tua, vt habetur in d. l. 1. C. de pactis, ibi non iniquis rationib. Connan. comentariorum iuris lib. 5. cap. 5. nu. 7. Aliud dicendum est in repudiatione, quandoquidem repudiare non possumus hæreditatē vel legatum ante diei, vel conditionis euentum l. si ita scriptū §. si sub conditione ff. de leg. 2. Cuius ratio est, vt inquit tex. ibi, quia huiusmodi hæreditas non pertinet ad nos antequam dies veniat, vel conditio existat.

Post renuntiationem hæreditatis defuncti nondum delatę proxime accedit, vt videamus de renuntiatione hæreditatis defuncti iam de-
68 latæ, sed nondum aditę; Vbi igitur hæreditas est delata, & nondum adita; tunc aut agitur de illius repudiatione: aut vero agitur de eius renuntiatione. Rursus illius renuntiatio: aut fit simpliciter: aut vero fit cum cessione, & donatione iurium;

Sed videamus primo de repudiatione. Hęreditas igitur repudiatione amittitur l. is, qui hæres in prin. ff. de acq. hęr. & licet repudiata hæreditas propriè non videatur amitti per l. non videtur rē ff. de regulis iuris tamen repudians satis amittere dicitur hæreditatem cum amittit spem hæreditatis obtinendæ. Nā quia post delatam hæreditatem spes certa est, & ea quæ ipsi hęredi tribuit hęreditatē si velit: ideò hac spe amissa, hæreditas ipsa amitti videtur, Vt enim hæreditas acquiritur, ita & amittitur solo animo, hoc est repudiatione l. recusari ff. de acq. hær. Repudiatio autem fit ab ijs tantum qui audire possunt l. is potest ff. eo. Præterea repudiatio hæreditatis ita demū fieri potest, si hæreditas est delata, si quidem repudiatio fieri potest de hęreditate delata tātum l. si ita scriptum §. si sub conditione ff. de leg. 2. l. 1. §. decretalis ff. de success. edic. Et ideo hæreditas viuentis repudiari non potest l. qui superstitus ff. de acquir. hær, sic, & nulla est repudiatio iuris futuri, ex causa de pręsenti, quoniam ante conditionem, vel diem certū repudiare non possumus d. §. si sub conditione multòq; minus repudiari poterit ius quæsitum l. suus l. sicut C. de repud. hær. & d. l. 1. §. decretalis. Nam post aditam hęreditatem non dicitur repudiatio, sed renuntiatio d. l. sicut Castren. cons. 258. pro declaratione in princ. lib. 1. Repudiari igitur potest ius delatum tantum. Cuius rei ratio euidens est. Nam repudiare nihil aliud est quam nolle acquirere, seu non acceptare, siquidem is repudiare dicitur hæreditatem qui non vult eam adire, cùm tamen possit, & nihil impediat quo minus illam consequi possit l. delata ff. de ver. sign. & d. leg. is potest. Sed ius quęsitum ideo non repudiatur, quoniam frustra id consequi nolumus quod iam quęsitum fuit, & iuris quęsiti sera est repudiatio. Qua ratione etiam ius futurum ex causa futura, vel ex causa præsenti repudiari non potest, quoniā illud non pertinet ad nos, d. §. si sub conditione, sed quod ius delatum tantum, non etiam ius nondum delatum, aut quæsitum repudiari possit, est optimus tex. in d. l. 1. §. decretalis. Præpropere igitur repudiatur hęreditas futura personæ viuentis, aut futura hæreditas nondum delata; quæsitę verò hęreditatis sera est repudiatio, cùm delatę hæreditatis tantum tempestiua sit repudiatio. Repudiatio hæreditatis operatur vt per eam euitentur onera hæreditaria l. quia poterat ff. ad trebell. ex cuius verbis depromitur ratio cur fas sit repudiare hęreditatem. Altera est ratio quoniam hæredis institutio semper eam recipit conditionem, nimirum, vt hæreditas non acquiratur nisi ipse hæres velit l. Cornelius l. iam dubitari ff. de hæred. inst. Pręterea quęmadmodum contractus ab initio sunt liberi, contractu autem facto sunt necessarij leg. sicut C. de act. & obligat. ita quoniam hæres adeundo quasi contrahere videtur, & proinde obstringi creditoribus, & legatarijs hęreditarijs §. hæres quoq; instit. de obligat. quę ex qua. contr. nasc. ideò liberū esse debet ei repudiando euitare onera hæreditaria, atq; repudiando quasi non contrahere. Quin etiā vbi hæreditas possit lucrum afferre potest contēnere beneficium acquisitionis quod quidem inuito dari non debet l. inuito ff. de reg. iur.

Simplex quoq; renuntiatio sine cessione non inducit preambulam aditionem, sed repudiationem, ac operatur, vt hęreditas perinde habeatur, ac si nunquam delata fuisset Castrens. in l. si actione in prin. C. de pactis Crauet. Consil. 200. col. 1. Soc. Iun. cons. 129. nu. 25. lib. 1. Mascard. de probat. conclus. 44. nu. 52. Franc. decis. 54. nu. 23. Surd. consil. 244. num. 19. quin etiam renuntians simpliciter ad petitionem alicuius re aliqua accepta non videtur adire, vel ius suum in alterum transferre Aret. consil. 95. col. 1. Soc. Iun. d. cons. 129. nu.

129. nu. 26. facit tex. in l. fuit quæstionis ff. de acquir. hæred. Aliud dicendum est in renunciatione hęreditatis delatę non simpliciter sed concessione; quoniam, & renuntiatio operatur, vt censeatur prius adita hæreditas in actu renuntiationis; deinde vt acquiratur ei, cui fit renuntiatio Castren. in d. l. si actionē in prin. vbi inquit, id esse menti tenendum, vti quotidianum, & facit lex si auit. C. de iur. deliberandi Castren. d. l. pactū dotale, & ibi Corn. num 19. Soc. consil. 34. num. 4. lib. 4. consil. 147. num 8. lib 1. Bald. consil. 304. libro 3. Corne. consil. 147. lib. 1. consil. 236. num. 10. lib. 4. consil. 211. col. 2. lib. 2. Castr. consil. 252. col. pen. lib. 1 Rube. consil. 12. num. x1. Crauet. consil. 200. col. 1. Roland. consil. x1. num. 5. lib 1. Mascard. conclu. 44. in prin. & conclus. 973. num. 8. Surd. consil. 244. nu. 6. consil. 398. num. 37. Gabriel. consil. 135. in princ. lib. 2. Franc. decil. 14. num. 44 & ideo per instrumentum renuntiationis hęreditatis probatur illius aditio Soc. d. consil. 34. num. 2. Socin. iun. consil. 129. nu. 22. lib. 1. Mascard. sequitur d. conclus. 973. & num. 8. & d. concl. 44. in princ. Nam hæreditas vbi est delata statim quæritur etiam ignoranti ius adeundi Castr in l. 1. col 2. vers pone exemplum C. de pact. vnde per repudiationem vel per simplicem renuntiationem quis renunciare dicitur iuri adeundi, secus autem per renunciationem cum cessione Ruin. cons. 207. col. 2. lib. 1. ius namq; adeundi non est in bonis nostris l. prætia rerum, & ibi DD. ff. ad l. falcidiam. proindeq; cedi non potest l. si mulier vbi Bart. § ex asse ff de iur. dotium l. Paulus respondit ff. de acquir. hęred. Ruin. d. cons. 207. col. 2. Corne. d consil. 236. nu. 10. sed quod diximus ex renuntiatione cum cessione induci præambulam hęreditatis aditionem intelligo procedere quo ad effectum, vt valeat cessio, non autem, vt renuntians conueniri possit à creditoribus hæreditarijs Castr. cons. 252. col. 3. lib. 1. Crauet. d. cons. 200. Mascard. d. concl. 44. & Surd. d. cons. 244. num. 19.

Quinimo dicendum est hæreditatem delatam repudiari tantum posse, non autem illi renuntiari posse quoniam, vt per renuntiationem alteri quæratur censetur prius adita, & ideo hęreditati renunciatur non, vt delatæ tantum sed, vt iam aditę, vt statim dixi.

69 Postremo videndum, est de renunciatione hæreditatis iam aditę, & quæsitę, & primo dicendum est hęreditatem iam aditam minimè repudiari posse l. suus l. sicut C. de repud. hær. l. 1. §. decretalis in fin. ff. de success. edic. vbi ita dicitur, sursum postea quam decreta est sera repudiatio est, quia quod acquisitum est, repudiari non potest. Quare si filia, quæ iam adierat hæreditatem paternam, in ea se immiscuerat, si cùm nuptui traditur à fratre, repudiauerit hęreditatem patris, repudiatio non valebit Castren. in d. l. sicut maior, num. 3. vbi inquit id esse menti tenendum, quia notarij non intelligentes facile possunt errare. Nam cum repudiatio nihil aliud sit quàm non acceptatio iuris delati, vt iam dixi, merito sera est repudiatio iuris iam quęsiti, cùm non sit integrum ei, qui iam adiuit non acceptare.

70 Hæreditati autem aditæ rectè renuntiatur ad commodum alicuius. Quo casu renuntians abdicat à se omne commodum hæreditatis, non autem onera, quandoquidem renuntians tenetur etiam satisfacere creditoribus hęreditarijs l. hæreditatem ff. de donatio d. l. sicut maior l. 2. C. de hęre. vel act. vendit. Castren. cons. 228. col. 1. lib. 1. Bald. in l. suus C. de repud. hære. Nam quamuis renuntiare possit hęres rebus, & actionibus, non tamen renuntiare potest inseparabili immixtioni, cùm per renuntiationis instrumentum hęres non desinat esse hæres, vt per Bald. in d. l. suus. Quamuis autem non valeat renuntiatio hæreditatis semel aditæ, valebit tamen pactum de non petendo d. l. sicut Bald. cons. 46. verba num. 5. consil. 47. num 2. lib. 1. Horum autem ratio illa est quoniam hęres qui est obligatus, & tenetur satisfacere creditoribus hæreditarijs, non potest renuntiare sola ipsius voluntate suę obligationi l. sicut C. de actio. & oblig. quamuis renuntians possit actiones suas contra debitores transferre glos. in l. 2. C. de hære. vel actio. vend. vbi Bald. & Salicet. Planè creditores hæreditarij habentes actionem contra hæredem possunt quidem illam in alterum transferre etiam inuito hęrede l. 3. C. de hęre. vel act. vend. At hæres debitor non dicitur habere actionem, qua ipse tenetur, sed illam habet creditor hæreditarius. Inde fit vt hæres renuntiando disponere minime possit de ea actione, quę non est sua sed creditoris. Neq; enim est in potestate hæredis se à creditore liberare nisi satisfaciat, & ita pulcre declarat glos. in d. l. 2. & ibi Paul. de Cast. & ad supradicta facit illa regula quod semper hæres manet, qui semel extitit l. & si sine §. sed quod Papinianus in fi. ff de minori. Neq; quis potest desinere esse hęres nomine, sed solum quo ad emolumentum, vt not. Bald. in l. cum hæreditate ff. de acq. hęre. Et licet creditores agere possint contra ipsum renuntiantem, & non contra eum, cui facta fuit renuntiatio hæreditatis, tamen renuntians agere potest actione pręscriptis verbis contra donatarium, vt eum à creditoribus defendat l. hęreditatem ff. de donatio quoniam id videtur tacitè actū Castren. d. l. hæreditatem nu. 2. vers. in glos. & ibi Cuman. Nam secundum eum ibi, tacitū pactum censetur interuenisse inter renuntiantem, & donatarium, nimirum, vt ipse donatarius subeat onera. Quod pactum resultat ex natura vniuersitatis quæ compræhendit commoda, & incommoda, vt per Castren. d. loco Nomen quippe hæreditatis semper intelligitur non deducto ære alieno l. si quis seruum

§. fin.

§. fin. cum l. seq. ff. de leg. 3. cum nomen bonorum, vt dixi, intelligatur deducto ære alieno, & renuntians hæreditati intelligitur renũciare cum oneribus Coman. d. l. hæreditate. Hoc autem interest inter renunciationem hęreditatis iam aditæ, & renunciationem bonorum, quod renũciatio hæreditatis est donatio vniuersitatis, & renunciatio bonorum est donatio generalis, vt per Castren. in d. l. hęreditatem.

Renuncians autem cuiuspiã hæreditati iam aditæ, non dicitur propriè renuntiare hæreditati, quoniam illa effecta est per aditionem proprium patrimonium glo. in l. 1. §. vereres ff. de acq. possess.

Atq. hęc de renunciatione hęreditatis, & successionis bonorum, satis sit, si tamen hæc materia valde vtilis, & quotidiana, sed confusa, & fere inextricabilis, ita ad compendium conferatur, vt ea dilucidius intelligi possit.

71 Nam aut agitur de hęreditate superstitis; aut defuncti: & hoc casu rursus, aut agitur de hæreditate defuncti nondum delata; aut verò de hęreditate iam delata, aut demum de hereditate iam adita, & quæsita. Primò casu principali quoties renunciatur hæreditati superstitis, aut renuntiatio non fit ei, de cuius hæreditate agitur, sed alteri; & eo casu ad renunciationis validitatem exigitur cõsensus illius, cuius successioni renunciatur, qui in eo consensu, perseuerare debet vsq; ad mortẽ l. vlt. & ibi omnes not. C. de pact. Aut verò renunciatio fit ei, de cuius hæreditate agitur; & hoc casu duplex constituitur conclusio. Prima est quod renunciatio successionis personis super stitis etiam sine iuramento valet. Quod fallit in pacto de non succedendo facto à filio patri, sed hæc limitatio declaratur, vt non procedat in pacto iurato de non succedendo, iuxta dispositionem c. quamuis pactum de pact. lib. 6. Quę conclusio pluribus modis extenditur, ac restringitur, vt supra dictum est. Hoc autem casu principali, quo agitur de renunciatione hęreditatis superstitis sciendum est hęreditatem repudiari minime posse l. qui superstitis ff. de acq. hær. Altero casu cùm agitur de hęreditate defuncti nondum delata illud certum est renunciationem in ea specie permitti l. 1. C. de pact. cum sim. non etiam repudiationem l. si ita scriptum §. si sub conditione ff. de leg. 2. Verùm vbi hęreditas est iam delata permittitur repudiatio tãtum, nisi tamen renuncians hæreditati iam delatę ad alterius commodum adire prius hęreditatem censeatur. Denique renũciatio hęreditatis iam aditę valet; sed renuncians qui semel adiuit, sẽper manebit hęres, atq. debebit satisfacere creditoribus hęreditarijs, vt supra dictum est.

XXVI. RENVNTIATIO LIBERTATIS.

Summæ.

1 *Seruitus triplex.*
2 *Libertas triplex.*
3 *Libertatis ius, respiciens statum personæ, an renunciatione tolli possit.*
4 *Minor 25. ann. cùm non possit alienare absq. Iudicis decreto, potest tamen alienare libertatẽ absq; eo decreto.*
5 *Seruus quis minime effici potest, sua renunciatione, ac nuda voluntate, nisi patiatur se vendi pretij participatione facta.*
6 *Seruituti subijcere, si quis potest, transigendo super statu ratione dubij.*
7 *Libertati, quæ non respicit statum personæ renunciari an possit.*
8 *Libertatis ius renuntiatione, & pacto minime infringi posse.*
9 *Pactum vt quis teneatur perpetuo habitare in aliquo loco.*
10 *Pactum appositũ in remissione iniuriarum ne quis nunquam possit ingredi in aliquem locum.*
11 *Pactum quo quis ex causa priuata pecuniaria se dat in obsidem, vt detineri possit donec placitum impletum fuerit.*
12 *Obligatus facere, non potest præcise cogi ad faciendum.*
13 *Pactum quod non liceat debitori soluere, nisi ad beneplacitum creditoris, & quod semper sit in ipsius creditoris arbitrio accipere.*
14 *Pactum quo quis operas suas in perpetuũ locat.*
15 *Pactum quod scriptor stet in compedibus donec scripserit librum.*
16 *Pactum vt maritus teneatur perpetuo cum vxore habitare.*
17 *Libertas in adscriptitio, & colono an grauari possit.*
18 *Vasallus an obligari possit ad seruitia perpetua.*
19 *Pactum, quo quis se obligat ad carcerem.*

Libertas, quę secundum Cice. in paradox. est potestas viuendi, vt velis, quod attinet ad hanc materiam, potest esse triplex.
1 Nam, & triplex est seruitus, cui opponitur, vna est illiberalis actio respiciens statum personæ per quam quis subijcitur alterius potestati, vt mancipium §. 1. insti. de iure person. iure huius seruitutis seruus ita subijcitur dominio vt possit dominus eo, vti ad propriam vtilitatem, vt, & cœteris rebus, quarum habet dominium, & proinde illum vendere etiam potest. Altera est seruitus minus propria, & liberalis, quæ similitudinem cum superiore habet, per quam homini libero ita adimitur quæpiam facultas, vt parum a seruis differat, vt est rex. in l. 2. ff. de libe. homi. exhib. in hæc verba, nihil enim multum à specie seruiẽtium differunt, quibus non datur facultas recedendi, & hoc sensu capitur libertas in l. 2. §. cum autem C. vt nemo priuat, vbi constat eum, qui deportatur

tatur libertate priuari, & expressius habetur in l. cognitionum §. consumitur ff. de var. & extraord. cognit. ibi cùm libertas amittitur veluti cùm aqua, & igni interdicitur, quę in persona deportatorum euenit, & ad id optimè facit l. Titio centum §. Titio centū 11. ff. de cond. & demon. vbi per conditionem vel modū adiectum, vt quis ab illo monumento non recedat, vel vt in illa ciuitate domicilium habeat, vis libertatis infringi videtur, & per hanc seruitutem non omninò tollitur libertas, sed impeditur, infringitur, ac penè inutilis redditur, & ideò non dicitur propriè seruitus, sed per eam quis in libertate seruit. Tertia est seruitus, cū libero homini adimitur facultas quidpiam faciendi, veluti si habenti liberum arbitrium testandi, id auferatur, in ea specie enim priuatus libertate seruus dicitur. Triplex igi-
a tur est libertas, videlicet libertas status, libertas quę respicit personam, non etiam statum, & libertas voluntatis, libertas status opponitur seruituti propriæ, de qua habetur in l. libertas ff. de sta. homi. Natura etenim omnes mortales liberos genuit antequam bellorum clades seruitutis malum attulisset, libertas autem impropria opponitur seruituti improprię. Quibus accedit alia species libertatis, quę cōsistit in voluntate, & libero arbitrio hominis, quo sensu dicitur, quod vltima voluntas debet
2 esse libera l. 1. C. de sacr. eccle. & quod matrimonia debent esse libera l. Titio centum §. 2. ff. de cond. & demon. ibi matrimonij pœnę metu libertatem auferri, & quod triplex sit libertas, rectè distinguit Bald. in l. libertas ff. de stat. homini. sigillatim igitur de omnibus videndum.

3 Et primo erit videndum, an per renunciationem ius libertatis, vt ea respicit statum personæ, tolli aut infringi possit, & primùm videtur, vt renuntiatione quis possit abdicare se libertate, quoniam liber homo maior 20. annis potest suæ renunciando libertati, se seruituti subijcere, cùm venire se patitur ad pretiū participandum leg. si quis filio exhæredato §. irritum ff. de iniusto testam. §. maxima insti. de capit. de min. l. & seruorum versic. 1. ff de sta. homin. l. si vsumfructum tibi §. in summa ff. de libe. cau. l. non ideò minus vers. sed nec hodie C. eo. §. serui autem insti. de iure person. qui modus seruitutis erat vsitatus etiam in veteri lege, vt habetur exod. cap. 21. & leuit. cap. 25. secundo facit tex. in l. homo liber ff. de sta. homi. ibi, non ad suum statum reuertitur, quo se abdicauit.

Tertiò pro hac opinione est tex. in l. fin. C. de transact. vbi valet transactio super statu, & ideò poterit homo liber per transactionem abdicare se libertate.

Quartò his accedit quod in bello capti fiunt serui ex eorum tacito consensu, cùm spontè ad bellum accedentes videantur, se committere periculo, vt capi possint, & proinde serui hostium fiant, vnde si quid euenerit, videtur eis imputan. si quidem tacitum consensum præbere videntur, & libertatem sua sponte, & ex tacita renunciatione amittunt. Vasq. illustr. controu. l. 1. cap. 10. nu. 17. ex quibus satis constat posse etiam expressè renuntiari. Nam leges victum, captumque in bello victoris seruum fore voluerunt l. ex hoc iure, & ibi doct. ff. de iust. & iure toto tit. ff. & C. de captiu. postlim. reuer. vnde apud Cęs. commentar. lib. 1. Ariouistus inquit, ius esse belli, vt qui vicissent, ijs quos vicissent, quemadmodum vellent, imperarent. Accedens itaque ad bellum videtur se huic iuri belli alligando, tacitè renuntiare suę libertati.

Quintò potest quis libertate sua se abdicando, facere se hominem alterius Iac. de Are. §. præiudiciales num. 9. insti. de actio. & potest facere homagium, vt per eum nam quis potest esse homo alterius Iacobin. à S. Georg. tit. de homag. col. 5. & liber homo potest ex pacto homagium, seu fidelitatem promittere, & teneri alicui, etiā de iure canonico cap grādi de suplen. neglig. pręlat. leg. 6. Alberic. l. 2 nu. 6. C. de patri qui fil. distr. quod sanè iuramentum fidelitatis, & ipsa fidelitas est quędā seruitus Bald. l. libertas ff. de sta. homi. & quis potest fieri adscriptitius l. cum scimus C. de agricol. & censit. leg. 11. Gomez. tract. de potesta. in se ipsum lib. 1. cap. 17. num. 30. vnde homo francus, & liber ex pacto potest fieri. Guido Pap. quæst. 314. 315. Faber. §. pen. insti. de iure person. Bursat. cons. 204. nu. 19. sexto præscriptione longi temporis 30. vel 40. annorum persona libera efficitur homo alterius, & seruus l. eum qui C. de fund. patrim l. 12. l. cum satis §. cum autem C. de agricol. & censit l. 11. Bursat. d. cons. 204. num. 20.

Contrarium tamen verius est quod quis nō potest renunciatione aut pacto se abdicare libertate leg. liberos 2. C. de libe. cau. vbi liber homo ex pacto mutata conditione, seruus fieri non potest, cui concinit tex. in l. nec si volens l. interrogatam C. eo. l. liberos in prin. l. conuentio priuata ff. eo. Bart. in auten. imò C. de actio. & oblig. salicet in l. ob ęs C. de actio. & oblig. Bald. l. fin. num. 2. C. de transact. leg. 1. ibi, ex cęteris autem causis ff. quib. ad liberta. proclam. non lic. l. 3. ff. de liber. cau. circa fin. ibi, etiam inuito ei succurratur Ias. l. is potest, num. 5. ff. de acq. hęr. Balthas. Gomez. tract. de potesta. in se ipsum lib. 1. cap. 1. num. 5. & lib. 2. cap. 17. Nam cum id pactum à re priuata remotum sit, non valet, vt videtur velle glos. in d. l. liberos dum citat l. si vnus §. & in summa ff. de pact. & est tex. in l. si quis rogatus ff. de fid. lib. vbi dicitur libertatem non priuatā sed publicam rem esse, non valet igitur huiusmodi pactum, vt super ea re interpositum, quę non est in comercio nostro l. liber homo l. inter stipulantem §. sacram. ff. de verb. oblig. §. 2. instit. de inutil. stipulat. neq; quis pacisci

potest

25. ann. non possit vel minimũ prædium alienare, etiam cum auctoritate curatoris, nisi accedente judicis decreto, & tamen possit libertatem suam, quæ res est, inęstimabilis l. libertas ff. de reg. iur. alienare etiam, sine curatoris auctoritate, & iudicis decreto, quam dubitationem mouet. Vasq; dicto cap. 9. sed non soluit, & Curt. iun. in l. mandata num. 10. ff. de offic. eius. Vnde ego crediderim huius rei illam esse rationem, quod minor facilius adduci potest, ad prędij alienationem, quæ æstimationẽ recipit, & cuius venditio nullius pręiuditij ferè esse videtur, cùm vendendo illius prætium sit recepturus, quàm ad vendendum libertatem, quę est res inæstimabilis, atq; ad se subijciendum seruituti, quę mortalitati ferè comparatur leg. seruitutem ff. de reg. iur. Quare lex magis succurrit minori alienanti prędiũ, quã libertatẽ ratione maioris facilitatis sicetiã leges succurrunt mulieri alieno nomine intercedenti, non etiam donanti, cùm tamen donate sit maioris pręiudicij, quam intercedere alieno nomine, nam mulier facilius se obligat, quàm, vt alicui donet, vt dicam de renunciatione velleiani.

Non obstat secundo tex. in l. homo liber ff. de sta. homi. quæ, ita demum quis potest se priuare libertate, si patitur se vendi prętium participando, secus ex pacto Paul. de Castren. l. fin. C. de transact.

Tertiò non obstat quod quis possit transigere super statu, d. l. fin. quoniam licet valeat transactio, vt seruus fiat liber, tamen non valet vt homo liber fiat seruus, vt per glo. in d. l. fin. Tamen doct. communiter tenent valere transactionem etiam eo casu cùm ingenuus transigit, vt seruus fiat Iacob. à S. Georg. d. l. fin. Quocirca, vbi dubium est, num quis sit liber, an seruus tunc valet transactio vtroq; casu, d. l. fin. & ibi Paul. de Castren. Curt. iun. & alij, secus est, vbi certum est, quem esse liberum, quoniam, tunc non poterit is sua voluntate libertatẽ amittere, nã, & alias multa valẽt ratione dubij, quę si certa essẽt minimè valerent Paul de Castr. d. l. fin. & ibi Bald. & latè Alciat.

Quartò non obstat quod capti in bello serui quodammodo fiant ex voluntate sua, quoniã imò principalis eorum intentio non est, vt capiantur ab hostibus, sed vt hostes superent, etsi interdum eueniat, vt ipsi superentur, ac capiantur.

Quintò non obstat, quod dicitur hominem liberum posse facere se hominem alterius cap. grandi de supl. neglig. prælat. leg. 6. ibi, fidelitate, homagio, iuramento seu pacto quia, vt inquit Specul. tit. de feud. homag. §. quoniam num. 8. eo casu hominis libertas obligatione seruitiorum non minuitur, sed potius augetur quia dominus subditum contra omnem iniuriam aliorum tueri, & defendere tenetur, & licet quis possit fieri adscriptitius, tamen plura concurrunt, vt in d. l. scimus.

5 Est igitur, vt concludamus ex renuntiatione, aut conuentione liberum hominem minimè effici posse seruum, nisi patiatur se vendi prętij participatione facta Paul. de Castr. leg. fin. C. de transact. Bonacos tract. de seruis vel famul. quæst. 105. nam is, qui ita se vendi passus est non poterit ad libertatem proclamare §. pen. inst. de iure person. l. 1. ff. quib. ad libert. proclam. non lic. l. & seruorum ff. de sta. homi. l. liberis in prin. ff. de libe. cau. §. maxima insti. de capit. demi. Quod tamen, vt locum habeat plura requiruntur, de quibus per glo. in d. §. pen. & in d. leg. & seruorum. Imò qui per venditionem à se abdicauit libertatem, adeò amittit eam, vt postea per manumissionem non possit pristina iura ingenuitatis amplius recuperare l. homo liber ff. de sta. homi. Cæterum potestatem quis non habet renuntiandi suæ libertati, cùm semper ei ad libertatem proclamare liceat, nisi ex dicta causa prętij participandi passus quis fuerit se vœnire l. 1. ibi, ex cæteris autem causis ff. qui ad libert. proclam. non lic. & d. l. liberis in prin.

6 Declaratur, vt quis possit super statu transigendo ratione dubij, seruituti se subijcere Bald. d. l. fin. C. de transact. & ibi Curt. iun. & alij, & d. l. nec si volens, cum sim. quæ disponit ex sua voluntate sola quẽ fieri minimè seruũ procedit in casu claro, & certo, secus vbi dubiũ esse potest, vt per Curt. iun. d. l. fin.

7 Altera est libertas, quę opponitur seruituti impropriæ, quæ habet speciem seruitutis, & non respicit statum personæ, & videtur vt huic renuntiari possit. Hinc potest liber homo locare operas suas in perpetuum, quòd sanè videtur species seruitutis glo. in l. si contra quos C. loca. in leg. antiquitas verbo vnquam C. de vsufruct. in l. 3. §. nec autem versic. reuerti ff. de vsufruct. in §. 1. vers. abscedere insti. eo. & ibi Aretin. & Portius super glo. in ver. salua Couarru. desponsalibus parte secunda cap. 7. num. 5. Ripa in l. obligatione num. 10. ff. de pignori. vbi hanc communem opinionem esse testatur Caroc. de loca. & conduc. par. 1. c. 39. & est communis opinio, vt per Viuium commr. opin. 162. par. 4. & ideò locatio operarum in perpetuum minimè prohibetur Bursat. consil. 204. num. 15. & quod liber homo possit in perpetuum suas operas alicui promittere trad. latè Coler. de processi execut. part. 1. cap. 9. num. 27. Ad idem facit quod not. glo. in leg. stipulatio §. sine autem ff. de ope. non. nunc. vbi valet pactum cum scriptore libri initum, vt detineri possit in cõpedibus donec scripserit librum Bart. d. l. stipulatio §. siue autem nu. 1. & in l. stipulationes non diuiduntur nu. 36. ff. de verb. oblig. Alberic. d. §. siue autem num. 7. & hanc opinionem communem esse asserit Ias. ibi, num. 11. & ibi Bolognet. similiter facit nam vasalli ob recepta feuda se obligant ex pacto ad seruitia perpetua dominorũ, vt habetur in vsibus feud. sit quib. caus. feud,

amitt.

15 Et quamuis videatur, vt valeat pactũ quod scriptor stet in compedibus donec scripferit librum, vt per glo. d. l. stipulatio contrarium tamen dicit communiter teneri Alex. in l. alia §. eleganter col. 2. ver. fallit 2. ff. solu. matr. præterea stipulator non habet ius in re, sed solam actionem contra promissorem dict. §. operarum Ripa d. l. obligatione num. 9. vel etiam dici potest id procedere speciali fauore studiorum Alberic. d. l. stipulatio §. siue autẽ nu. 5. Alex. d. l. stipulationes non diuiduntur nu. 29. Decian. tract. crimin l. 7 cap. 10. nu. 15.

16 Quod verò diximus de pacto, vt maritus teneatur perpetuo cum vxore habitare, illud ita demum valet si probatur aliquod interesse ex pacti obseruantia, quoniam tunc tenebitur maritus ad interesse, alias non valet pactum, neq; cogi poterit maritus ad habitan. Imola in d. §. Titio centum per tex. ibi, vbi quis non potest adstringi ad habitandum in certo loco, ne impediatur libertas. Vnde tex. in dicto §. Titio centum loquitur quando quis iussus est habitare in certo loco ad commodum illius, sed vbi id fit ad alterius commodum, tunc modus, vel conditio debet impleri, vt dec. l. Ruin. cons. 43. nu. 6. lib. 2. & per pactum quis non potest cogi ad domicilium habendum in loco certo Bald. d. §. Titio centum. Præcisè igitur quis non potest cogi ad habitan. sed tenetur ad interesse, vbi illud considerari potest Couar. de sponsali. d. cap. 7. Ant. Gom. var. resolut. tom. 2. cap. 10. num. 24. Gregor. Lopez glo. fin. in leg. 2. tit. 5. part 4. Bursat. consil. 204. nu. 19. Coler. de processi. execut. par. 1. cap. 9. nu. 30. Gomez. tract. de potesta. in se ipsum lib. 2. cap. 19. num. 5.

17 Non obstat etiam quod possit grauari libertas in adscriptitio, & colono, quia imò prima voluntas in adscripticio non nocet, sed vbi secũdo consenserit, & in scriptis sibi præiudicat, ita Iacob. de Are. §. præiudiciales n. 8. insti. de actio. modo tamen ea concurrant de quibus in d. l. cum scimus, vt per Guid. Papa quæst. 315.

18 Et licet vassalli obligari possint ad seruitia perpetua, tamen huiusmodi pacta non inducunt seruitutẽ, sed potius sunt realia res ipsas afficientia Alberic. l. creditores num. 6. C. de pignori. Vnde vasallus tamdiu tenetur præstare seruitia quamdiu feudum retinet. cuius nomine seruitia promisit, Præterea dici potest huiusmodi obligationibus haud infringi ius libertatis, imò augeri, cùm dominus teneatur eos aduersus alios tueri Specul. d. §. 2. nu. 8.

19 Postremo licet pactum, quo quis se obligat ad carcerem creditoris non valeat, vt contra bonos mores, valebit tamen pactum, quo quis se obligat ad publicos, carceres iudicis Bald. d. §. Titio centum. Vnde pactum, vt debitor capi possit per creditorem non valet, vt not. in l. alia § eleganter ff. solu. matr. secus si per iudicem, vt per Bald. d. §. Titio centum, & ibi Paul. de Castr. vbi tenet id posse conueniri in instrumento confessionato. Præterea quis potest obligare se ad carceres ad tempus, in perpetuum autem ita demum potest ad carceres se obligare si potest se ab illis liberare per cessionem bonorum, alias non Boich. cap. ex rescripto num. 16. de iureiur. similiter quis potest se obligare ad obstegium, modò tamen liberari possit cedendo bonis Boich. d. cap. ex rescripto num. 17. & promissio de se incarcerando non valet, vti aduersus bonos mores Rimin. Sen. cons. 61. num. 18. lib. 1. Vnde si debitor per pactum, et cum iuramẽto firmatũ promiserit stare in aliquo loco, donec soluerit, non poterit in eo loco detineri Decian. tract. crimin. lib. 7. cap. 10. nu. 15. De tertia specie libertatis dicam renunc. seq.

XXVII. RENVNTIATIO LIBEATATIS, QVÆ CONSISTIT IN VOLVNTATE.

Summæ.

1 *Voluntas hominis libera.*
2 *Facultas renunciari posse.*
3 *Facultatis cuiuspiam renunciatio non valet, quoties non interest paciscenti.*
4 *Facultatis renunciatio secundum bonos mores.*
5 *Facultati renuntiare non videtur renuntians omni legum, & iuris auxilio.*
6 *Voluntatis libertatem in contractibus obligationis vinculo coerceri.*
7 *Actus ex sui natura requirens voluntatẽ liberã.*
8 *Facultati reuocandi renuntians.*
9 *Promissio de non reuocando procuratorem.*
10 *Iurans non reuocare procuratorem.*
11 *Renunciatio facultatis reuocandi procuratorem, quid operetur.*
12 *Iurans non reuocare testamentum.*
13 *Renuncians facultati reuocandi donationem causa mortis.*
14 *Pactum de non alienando.*
15 *Iuramentum de non alienando.*
16 *Renunciatio earum, quæ libera facultatis esse debent, an valeat.*
17 *Facultatis renunciatio aduersus bonos mores.*
18 *Iurans non diuidere.*
19 *Renunciatio impediens libertatẽ voluntatis, quominus quodpiam bonum opus exerceatur.*
20 *Iurans non fideiubere, non mutuare cum sim.*
21 *Promissia de non ferendo testimonium, an valeat &c.*

1 IAm progrediamur ad alteram speciem libertatis, quæ versatur circa voluntatem, & liberum arbitrium; libera est autem voluntas hominis l. quia poterat ff. ad Trebel. concessum homini fuit liberum arbitriũ cap. Nabucodonosor in fin. 23. quæst. 4. vt eligat vitæ suæ rationem, & præferre possit æquum iniquo Bald. l. 1. coll. 1.

C. de facram. eccleſ. Virtutes enim & vitia,
vt per Philoſophum in moralibus in noſtra
ſunt poteſtate, noſtriq; eſt arbitrij, vt probi,
vel improbiſimus, alioqnin abſq; libero arbi-
trio, nulla virtuti laus deberetur, vitiaq; pro-
bo non eſſent; ac cum iniuria flagitia punirent-
tur ſiquidem ea tantum quæ ſponte noſtra
agimus laudi, vel vitio dantur; verum hæc
libertas voluntatis renunciationibus, & pa-
2 ctionibus coerceri poteſt, cum cuiq; fas ſit
renunciare liberę facultati quam habet, & id
maxime procedere poteſt cum facultas quid-
piam tribuitur, vt beneficium; Qua propter
facultati, & iuri expellendi non ſoluentem re-
nunciari poteſt Salic. in leg. 2. verſiculo ſexto
quęro C. de iur. emphiteu. Felin. in capitulo ſi
diligenti numero 33. verſiculo item hanc Fal-
lenciam de foro compoten. & ſuo loco dictum
eſt: Quinimo beneficia, & auxilia iuris, quæ
renunciatione tolli poſſunt nil aliud ſunt,
quam quędam facultates, quęeam recipiunt
conditionem ſcilicet, ſi is cuius fauorem reſ-
piciunt illis, vti velit leg. fin. C. de executione
rei iud. iuncta leg. debitoribus ff. de re iud.
leg. vniuerſal. & ibi Gloſſ. C. de precibus im-
3 peratori offerendis. Quod maxime procedit,
quoties renunciatio, & pactio ex bonis mo-
ribus concepta fuit leg. ex ea parte §. mulier.
ff. de verborum obligat. vnde licite poteſt
quis paciſci cum aliquo de nunquam ludendo,
& promittere pęnam Bart. in dicta §. mulier.
per illum tex. & ibi alij Conſtan. Rug. tract. de
Summo Bono. verſiculo hactenus numero 18.
4 verum renuncians omni beneficio, & auxilio
iuris non videtur renunciare liberę facultati
quam habet, proindeq; non cenſetur renun-
ciare. Secundis nuptijs quæ quidem ſunt fa-
cultas, non etiam beneficium Bart. in authen.
matri, & auiæ numero 14. C. quando mulier
tutel. officio. quamuis etenim omne beneficiũ
iuris ſit quędam facultas non tamen è contra
omnis facultas eſt beneficium, vt dicitur, de
ſecundis nuptijs.

Supra dicta tamen regula fallit multis mo-
5 dis, & primo renunciatio cuiuſpiam facultatis
non valet, quoties non intereſt paciſcentis;
namq; renunciatio vel pactio. qua quis re-
ſtringendo libertatem facultatis, ſe obligat
ad aliquod faciendum debet eſſe eiuſmodi,
quod interſit ei cui facta eſt leg. nemo paciſ-
cendo ff. de pactis, & ibi Bart. Alber. & alij
Bart. leg. ſi itaquis §. & lege numero 1. ff. de
verb. obligat. Connan. comentariorum iuris
lib. 5. cap. 5. num. 5.

6 Quare in contractibus libertas noſtræ vo-
luntatis obligationis nexu coercetur atq; vo-
luntas libera obligatur leg. ſicut C. de actione
& obligatione. Nam vt fides inter homines
conſtare poſſet introducti fuerant contractus
quibus robur, viſq; attributa eſt, ad coercen-
dam voluntatis libertatem, vt ex conuencione
& promiſsione recte agi poſsit atq; vt conuen-
tionis fides impleatur leg. prima in fin. ff. rer.
permut. Verum contractus nominati tantum
vim habent obligandi, & reſtringendi liber-
tatem voluntatis, cęteræ autem conuentiones,
vti nudę obligationis vinculum non habent,
ne nimium adſtringatur arbitrij libertas, &
poſsit quis libere mutare conſilium, atq; vti
voluntatis ſuę libertate, alioquin facile homi-
nes deciperentur aduerſus liberum arbitrium
atq; ideo aduerſus bonos mores, ſi ex quo vis
dicto aut promiſsione temere fortaſsis pręcur-
rente lingua, tam facile homines obligarentur
facit §. 2. & §. penult. inſtit. de milit. teſtam.
quæ limitatio multo magis procedit vbi quis
nuda voluntate ſua, & ſimpliciter ſe adſtringit
ne poſsit, vti facultate libera, ſiquidem ex lege
promiſsionis quis non obligatur, niſi cum ali-
quo paciſcatur, & quiſpiam ſolus ſibi ipſi pa-
ciſci non poteſt; Nemoque ſibi ex promiſsio-
ne ſua obligatur leg. 2. ff. de ſtipulat. ſeruo-
rum leg. penult. ff. de arb. DD. in leg. debi-
tori C. de pact.

7 Fallit ſecundo dicta regula, vbi forma, &
natura diſpoſitionis eſt, vt circa eam voluntas
ſit omnino libera ſiquidem eo caſu facultatis
libertas non poteſt renunciatione tolli, cum
renunciatio, vel pactum contra ſubſtantiam
actus minime valere poſsit leg. cum pręcario,
& ibi Bart. ff. de præcar. Felin. in cap. ſi dili-
genti nu. 32. verſic. nono fallit. de foro comp.
8 Qua ratione, vbi actus ſubſtantia, & natura
eſt, vt libere reuocari poſsit, tunc ſane non
valet renunciatio per quam tollitur libera re-
uocandi facultas Gloſſ. in cap fin. de procura-
toribus lib. 6. d. l. cum pręcario Socin. in leg.
vbi ita donatur num. 5 ff. de donat. cau. mort.
Natta, in auten. hoc inter liberos num. 74. C.
de teſtam. Natta. conſil. 511. nu. 5. Surd. conſ.
419. numero 13. Nam quando ex natura actus
quis poteſt ab eo libere recedere renunciatio
de non reuocando, tanquam contra ſubſtan-
tiam ipſius actus, aut non valet, aut certe facit
actum tranſire in aliam ſpeciem dicta leg.
cum pręcario leg. vbi ita donatur ff. de donat.
cau. mort. & ibi Bart. Ruin. in rub. ff. de ver-
borum obligatio. in lect. 1. numero. 35.
Quinimo iurans non reuocare actum cuius
natura eſt, vt reuocari poſsit is ſane reuoca-
ri poterit non obſtante renunciatione iurata,
licet reuocans ſit periurus Rip. in cap. 1.
part. 1. num. 58. de iud. Socin. iun. conſil. 44.
num. 24. lib. 2. planè, & ſtipulatio efficere nõ
poteſt, vt quod eſt ex ſui natura reuocabile
minime reuocari poſsit Socin. iun. in Rub. ff.
de verborum oblig. numero. 370. Quamuis
etenim iuramentum quod reuocabile eſt,
faciat eſſe irreuocabile, tamen aliud eſt dicen-
dum, vbi illud interponitur ſuper actu
libero Mancinus de iuramento part. 4. effectu
22. nu. 8. & q. 5. effectu 1. recte parte eadem
nu. 12. Ex quibus recte infertur nõ valere re-
nunciationem, qua tollitur facultas reuocandi

precarium: Quonjam, & renunciatio est contra præcarij substantiam dicta leg. cum precario, & ibi Bart. DD. in dicta leg. vbi ita donatur Gloss. in leg. pactum in verbum cum liceat ff. de pactis Surd. dicto consilio 419. numero 13.

Sane renuntiatio, vt non liceat reuocare precarium est contra leges, siquidem dominij lex est, vt qui dominus est, & libertatem dominij sui retinet, is rem suam quoties velit possit ab inuito reuocare, vtpote rei suę moderator, & arbiter leg. in rem C. mandati. Qua ratione etiam non valet renunciatio, ne domino rem suam alienare liceat, vt postea dicam.

9 Infertur quoq; non valere renunciationem, qua quis promittit non reuocare procuratorem Bart. dicta leg. cum precario Imol. in leg. Sticum. §. vsumfructum numero 10. & ibi Angel. numero 3. ff. de solutione Felin. in cap. si diligenti numero 32. versiculo Nono fallit. de foro compet. Angel. consilio 225. Paris. consilio 69. numero 118. lib. 3. consilio 8. numero 25. libro 4. Natta consilio 511. numero 5. Nam huiusmodi renunciatio facultatis reuocandi procuratorem idcirco non valet, quia est contra naturam mandati Bart. dicta leg. cum precario Felin. dicto cap. si diligenti numero 32. Angel. dicto consilio 225. numero 1. atq; est contra formam, & substantiam actus, cum dominus constituens auferat sibi potestatem exercendi arbitrium suæ voluntatis. Mantua Syng 543. Quia de procuratore.

10 Quin etiam iurans non reuocare procuratorem poterit reuocare etiam non obstante iuramento Gloss. in cap. fin. in verb. reuocatus per illum tex. de procuratoribus libro 6. Bart. dicta leg. cum precario Angel. in leg. & in perpetuum ff. de procuratoribus in dicta leg. Stycum §. vsumfructum, & ibi Imola, & consilio 225. punctus Alex. consilio 18. numero 7. libro 6. consilio 29. in quarto dubio libro 5. consilio 16. colum. 2. lib. 3. Gutter. de contractibus iuratis cap. 1. Paris. consilio 69. numero 119. lib. 3. & dicto consilio 8. numero 25. Dec. consilio 475. numero 18. Ruin. consilio 115. numero 4. libro pri. Balbus decis. 499. Boer. decis. 207. vbi inquit dictam Glossam in dicto cap. fin. esse communiter receptam Ioannes de Selua de iur. iurand. part. 3. numero 44. Seraph. de priuileg. iuram. priuileg. 75. numero 7. Quod procedit etiam in procuratore constituto ad resignandum beneficium, vt asseuerat Paris. de resignat. beneficiorum lib. 9. quæst. 31. numero 18. vbi inquit ab hac opinione tanquam communi non esse recedendum in iudicando, & consulendo, ibiq; extendit etiam id procedere in quacunq; materia secundum magis receptam doctorum sententiam, etenim mandatum reuocari potest non obstante renunciatione etiam iuramento vallata, quod procedit respectu procuratoris, nisi sit in rem suam; secus respectu tertij Caballi. milleloquio 247. Sed & non valet consuetudo in contrarium, vt per eundem Paris. cum dicta quæst. 31. num. 19. neq; valet penæ adiectio Imola. in dicto §. vsumfructum numero 10.

Declara tamen, vt postea reuocans sit periurus Gloss. in dicto capitulo vltimo, quam sequuntur, & comendant DD. in cap. cum accessissent vbi Abbas Felin. numero 12. Dec. numero 7. de constitutione idem Felin. in dicto cap. si diligenti col. 6. in cap. ex parte decani numero 16. in cap edoceri numero 20. de rescript. Ias. in leg. si non sortem §. si centum ff. de condictione indebi. Deci. in cap. ad nostram colum. vltima de confirmatione vtil. vel inutili Socin. consilio 58. lib. 3. Paris. dicto consilio 8. numero 25. & dicto consilio 69. numero 119. & hæc opinio dubio procul. est communis, vt per Couarru. in cap. quamuis pactum part. 2. § 2. numero 3. de pact. lib. 6. Gabriel. tit. de iur. iurand. conclus. 1. numero 9. Bursatus consilio 379. numero 13. Paris. d. q. 31. nu. 31. vbi inquit ita communem tradere doctores Seraph. priuilegio iuram. 75. numero 7. vbi inquit Gloss. in dicto capitulo vltimo esse communiter receptam. Verum Bald. vt refert Iason in leg. si non sortem §. si centum col. 3. ff. de condict. indebit. Roland. consilio 6. numero 50. lib 1. & Surd. consilio 419. in fin. voluit vt Gloss. in dicto capitulo vltimo procedat in simplici iuramento secus in promissione iurata facta parti; Quoniam secundum eum is, qui non simpliciter iurauit, sed promisit parti cum iuramento non reuocare, non poterit reuocare, & ita concludit Massa ad formam camera l. obligat. part. 2. principio partic. 6. num. 5. vbi vult simplex mandatum etiam cum iuramento de non reuocando, posse reuocari tametsi reuocans fit per iurus mandatum vero cum iuramento pręstito ei cuius interest, ne mandatum reuocetur minime reuocari posse; quoniam hò casu iuramentum seruari potest absq; interitu salutis æternę.

11 Declara secundo reeunciationem facultatis reuocandi procuratorem saltem operari vt mandatum non finiatur mortę, quoniam vbi mandatum, ita finitur, non extinguitur, tanquam à dominio reuocatum, sed cessante per mortem voluntate mandantis leg. 4. ff. locati; aliud est sanè reuocare mandatum siquidem tunc consta t, de contraria voluntate, & aliud est cessare voluntatem; cum itaq; agitur, vt mandatum irreuocabiliter iuret vsq; ad certum tempus, tunc operatur, vt interim per mortem mandantis, non extinguatur mandatum, quoniam ex verbo, irreuocabiliter, apparet, quod voluntas mandātis morte minime cessat; qua ratione etiam quando in mandato apponitur clausula donec duxerit reuocandum non finitur mandatum

nisi expresse reuocetur leg. cum tacitum ff. de probationem, & ideo non dicitur per mortem cessare voluntatem, vel tunc dici potest, esse actum, vt non extinguatur nisi expressim reuocetur; Quoniam per inclusionem reuocationis expresse contentam in d. clausula excluditur tacita reuocatio, quæ per mortem inducitur leg. cum prætor ff. de iudi. & proinde actum videtur quod mandatum morte non finiatur, pro vt agi potuit leg. si vero non remunerandi §. fin. ff. mandati, & ita declarat Ruinus consil. 115. num. 7. lib. 1.

Sed, & reuocatio Vicarij quem constituens iurauerat non reuocare valebit, vt per Felin. in d. cap. si diligenti num. 33. vbi inquit idem esse dicendum in reuocatione electionis sepulturę, & in reuocationis Monialis quem Abbas iurauerat non reuocare, & ideo Episcopus qui promisit non reuocare Vicarium, cum iuramento poterit illum reuocare Paris. de resignat. beneficiorum libro 9. quæstione 31. numero 27. Seraph. dicto priuileg. 75. num. 17.

12 Ex supradictis infertur etiam non valere iuratam reuuntiationem facultatis reuocandi testamentum tametsi reuocans sit periurus l. siquis in principio testamenti ff. de leg. 3. & ibi Bart. quamuis ibi voluerit reuocantem nō esse per iurum, vt statim dicam, & in l. siquis inquilinus §. fin. ff. de leg. 1. in leg. cum duobus §. idem respondit ff. pro Socio. & in leg. cum pręcario ff. de præcario Gloss. in cap. vltima voluntas 13. quęst. 2. Alex. in leg. stipulatio hoc modo num. 5. ff. de verborum obligatione in leg. pactum quod dotale num. 3. C. de pactis, & consil. 16. col. 2. lib. 3. Bald. auten. hoc inter liberos C. de testam. & in leg. 1. C. de sacrosan. eccles. Angel. in leg. Sancinus, & ibi Salyc. quæst. 7. C. de testam. Soc. iun. in d. leg. si quis in principio testamenti num. 68. vbi inquit, ita tenere omnes Imol. in cap. cum contingat num. 31. & ibi Alciat. num. 39. de iur. iurand. Ias. in l. duobus §. fin. ff. de iur. iurand. Felin. in cap. in pręsentia num. 9. de probat, & in d. cap. si diligenti nu. 33. Oldra. consil. 106. Bald. consil. 22. lib. pri. Castren. consil. 122. in princ. lib. 1. Corne. consil. 224. lib. 4. Angel. consil. 383. num. 3. Ruin. cons. 207. col. vltima lib. pri. Soc. iun. consilio 44. num. 25. lib. 3. vbi inquit, hanc esse communem sententiam Couarru. in rub. extr. de testam. par. 2. num. 15. vbi testatur de communi late Gabriel. tit. de iur. iurand. conclus. 1. num. 8. Petruc. in repet. l. pri. num. 316. ff. de iur. iurand. & hæc est magis communis opinio cannouistarum, & legistarum, vt testatur Clar. in §. testamentum quæst. 94. versic. sed quid si testator. Vasq; de succes. resol. lib. 1. §. 1. num. 1. Ioan. Crot. in leg. stipulatio hoc modo num. 27. ff. de verborum oblig. & ibi Bolog. num. 58. cum seq. & numero 71. Natta repet. auten. hoc inter liberos num. 82. cum seq. C. de testam. Rimin. iun. consil. 16. num. 46. lib. 1. & hanc opinionem communem esse asseuerat Plot. consil. 168. nu. 55. inter consilia diuersorum vltimarum voluntatum lib. 1. Paris. de resign. beneficiorum lib. 9. quæst. 31. num. 25. Seraph. de priuileg. iuram. priuileg. 75. num. 13. Surdus cons. 264. num. 40.

Et licet Bart. in d. leg. si quis in prin. testamenti col. vltima, & in l. si quis pro eo num. 4. ff. de fideiussorib quem sequitur Bald. consil. 22. num. 3. lib. 1. Angel. in d. l. si quis pro eo. Alex. in d. leg. stipulatio hoc modo col. 4. voluerint reuocantem non esse per iurum tamen DD. communiter contrarium tenent, vt testatur Clar. d. quæst. 94. vers. sed nunquid testator Seraph. d. priuileg. 75. num. 23. Vasq; de successionum resolutione lib. 1. §. 1. num. 1. vers. contrariam partem, & ita tenent imola in d. cap. cum contingat nu. 33. Felin cap. in præsentia num. 6. de probat. Alex. consil. 18. lib. 2. Corneus consil. 294. num. 4. Cretus in l. omnes populi num. 104. ff. de inst. & iur. Soc. iun. consil. 65. num. 50. lib. 1.

Nulla etenim cautela induci potest, qua testator non possit testamentum reuocare tametsi iurauerit non reuocare Bart. in d. l. si quis in priu. testam. quęst. 8. Curt. iun. in l. pactum quod dotale nu. 5. C. de pact. Soc. iun. in leg. stipulatio hoc modo nu. 30. ff. de verb. oblig. vbi inquit, nullum dari remedium, vt testamentum fiat irreuocabile, stante dispositione in finibus vltimæ voluntatis, & idem tradit Durans. de arte testandi tit. 10. caut. 2. cuius ratio est, quoniam renunciatio facultatis reuocandi testamentum est contra naturam, & substantiam ipsius testamenti, quod quidem quādocunq; reuocari potest etiam non obstante iuramento in contrarium adiecto l. si quis imperatorem C. qui testam. fac. possunt leg. 4. ff. de adimend. leg. Seraph. d. priuileg. 75. num. 19. Plane natura, & substantia vltimę voluntatis ea est, vt semper tamdiu reuocari possit, quamdiu ipse disponens viuit d. l. 4. atq; ea est natura, & substātia vltimę voluntatis, vt sit reuocabilis vsq; ad mortem Soc. iun. in l. stipulatio hoc modo num. 30. ff. de verborū oblig. Natta. in cap. quamuis pactum num. 93. de pact. lib. 6. Cum itaq; hæc sit forma vltimę voluntatis, merito non potest disponens illi renunciare leg. nemo potest, & ibi DD. ff. de leg. 1. Sed an testamentum iuratum possit in foro conscientiæ reuocari tradit Salon. de iust. & iur. quæst. 5. art. 5. tomo. 1.

Et supra dicta illatio extenditur procedere etiam si sit adiecta penæ nomine donatio fauore ecclesiæ in casu reuocationis Ias. in dicta leg. stipulatio hoc modo Paris consilio 69. numero 111. libro 3. & est magis communis opinio Clar. in §. testamentum quęst. 95. vers. contrarium vero Seraph. priuileg. iuramentum 75. numero 13. versiculo Quinimo, vbi inquit

vbi inquit id procedere etiam si non esset, donatio omnium bonorum. Quin etiam reuocari poterit, non obstante renunciatione iurata primum testamentum etiam conditum ad pias causas Gabriel titulo de iur. iurando conclus. 1. Seraph. dicto priuil. 75. num. 13. vers. Quod procedit etiam.

Non potest igitur quis sua renunciatione priuari libertate reuocandi testamentum, vel etiam libertate testandi l. stipulatio hoc modo ff. de verb. oblig. Angel. in l. posthu. in prin. ff. de inoff. testam. Dec. in l. nec ex prętorio num. 6. ff. de reg. iur. Crauet. cons. 934. numero 7. Cephal. consilio 375. numero 11. Nam pacta contra libertatem testandi, & vltimarum voluntatum sunt contra bonos mores hoc est contra naturam, & substantiam vltimę voluntatis, quæ omnino libera esse debet d. l. stipulatio hoc modo.

Sed, & in donatione causa mortis, cuius natura est, vt reuocari quandocunq; possit, renunciari non potest facultati reuocandi, imò renunciatio facit, vt ea censeatur donatio inter viuos l. vbi ita donatur ff. de donat. cau. mort. & ibi Bart. Angel. & Castr. Felin. in cap. cum M. Ferrariensis col. 23. vers. hęc conclusio limitatur de constitutionib. Alex. consil. 14. num. 2. lib. 1. Bald. in l. cum quis num. 3. ff. de conditione causa data Ias. in l. quæ dotis num. 41. ff. solut. matrim. Duen. regula 217. Brun. consil. 163. num. 19. consil. 165. nu. 4. Gabriel. consil. 61. num. 2. lib. 1. Ruin. cons. 123. num. 5. lib. 1. Gutter. de contractib. iuratis cap. 12. num. 3. vbi sequitur hanc opinionem, vti veriorem aduersus sententiam Gloss. & aliorum, & hanc communem opinionem dicit Couarr. in rub. de testam. part. 2. post numerum vndecimum. Natta consil. 104. num. 6. & id maxime procedit, vbi dictum est vt nullo casu reuocari possit Gabriel. cons. 96. num. 13. lib. 2. Vel quando in donatione, & pacto de non reuocando adijcitur iuramẽtum quoniam tunc donatio fit irreuocabilis Gutter. d. cap. 12. num. 7.

Sed, & promissio nõ reuocãdi etiã simplex accedit magis ad donationem inter viuos, quam ad donationem causa mortis, quę sola penitentia reuocatur. Cæterum cum exprimitur aliquis casus ex ijs quibus donatio causa mortis reuocatur, quo ad casum expressum erit irreuocabilis, quoad alios vero retinebit suam naturam atq; erit reuocabilis Manric. de coniecturis vltimarum voluntatũ lib. 2. tit. 13. num. 8. vers. tu vero, & general. vbi verborum significatio patitur renunciatio facultatis reuocandi in donatione causa mortis facit, vt censeatur donatio inter viuos Bart. Castren. & alij in d. leg. vbi ita donatur, & DD. id colligunt, vt renunciatio, vel pactum, appositum contra naturam contractus non viciat contractum, sed ita demum facit illum transire in aliam speciem, si id fieri potest salua ratione, recti sermonis, vt in d. l. vbi ita donatur; secus vbi ratio recti sermonis id non patitur, quoniam tunc renunciatio, vel pactum non valet l. cum precario ff. de pręcario.

14 Infertur præterea, quod quis renunciando non potest abdicare facultatem alienandi: Quoniam per pactum de non alienando non impeditur dominij translatio l. & lege, & ibi notatur C. de condict. ob causam l. si itaque is §. ea lege, & ibi glos. Bart. & alij ff. de verb. obligat. leg. si sterilis §. si tibi ff. de actionibus empt. l. nemo ff. de pact. leg. qui absenti §. 1. & ibi notatur ff. de acquir. poss. leg. quoties in princ. ff. de seruitutib. leg. fin. C. de rebus alien. non alien. &c. & ibi Castren. & alij C. de pactis inter emptorem, & venditorem cap. Raijnaldus, ibi transferendi in alium de Testam. Bart. in l. filius familias §. Diui. ff. de leg. 1. & ibi Crot. num. 87. vbi inquit ab hac conclusione neminem dissentire Bald. consil. 482. Magnifici. in prin. lib. 1. tradunt comm. DD. in d. l. filius familias §. Diui. Ferdinan. Loaz. in d. §. Diui. num. 160. & ibi Bologn. num. 201. cum seq; Alex. consilio 10. lib. 1. Paris. cons. 100. in prin. lib. 4. Ruin. cons. 13. nu. 17. lib. 1. Boer. quæst. 49 Gabriel. consil. 154. num. 27. lib. 1. Soc. iun. consil. 91. nu. 5. lib. 4. Roland. consil. 6. num. 26. lib. 1. cons. 62. col. 1. lib. 2. Cephal. consil. 451. nu. 209. Paris. de resignatione beneficiorum libro 9. quęst. 35. nu. 28. Viuius decis. 471. Pereg. de fideicom. artic. 51. num. 72.

15 Quod ampliatur procedere etiam si appositum fuerit iuramentum de non alienando Abb. cap. intellecto col. 2. de iur. iurand. Ias. in d. §. si ea lege col. 5. Felin. in cap. si dilligenti col. pen. de foro compet. Corneus cons. 272. col. fin. lib. 3. Ruin. cons. 107. num. 7. lib. 1. consil. 109 col. 9. in princ. lib. 4. Ferat. cautel. 48. Ruland. consil. 62. num. 4. lib. 2. consil. 6. num. 26. libro 1. Rub. consil. 146. num. 6. vers. Nam dico in fauorem Gutter. de contractibus iuratis cap. 45. num. 4. vbi inquit hanc esse magis communem opinionem Ferdinandus Loaz. d. §. Diui. num. 161. & Crot. num. 90. Grammat. consilio ciuili 31. colum. 2. Ias. cons. 211. col. 2. lib. 2. qui attestatur hanc esse magis communem. Contrarium tamen voluit Gomes. instit. de actionib. in princ. num. 10. vers. ista tamen conclusio. Corneus consil. 178. lib. 1. Roland. consilio 6. num. 54. lib. 1. Ruin. d. §. Diui. & ibi Ripa. colum. 20. versic. septimo fallit. Qui omnes tenent, pactum iuratum de non alienando impedire alienationem dominij, atq; obligare paciscentem ad factum, planè non potest dominus per pactum sibi auferre facultatem disponendi de re sua, nimirum quia dominium nihil aliud est, quam potestas disponendi de re sua; vnde non potest quis dominio penes eum remanente abdicare à se hanc facultatem Castrensis in dicta leg. nemo immo

id esse implicare contrarietatem Rimin. Sen. consil. 319. num. 26.

Limita tamē, vt impediatur dominij translatio, quādo pactum appositum est ab eo, qui specialem hypothecam, vel aliud ius reale habet in ea re, cuius alienatio prohibetur tex. est singularis, & vnicus in l. si creditor §. fin. ff. de distract. pignor. qui sanè textus non reperitur alibi, vt per Angel. & Imol. in l. Qui Romę §. cohęredes ff. de verb. oblig. & qui textus ita communiter intelligitur secundum literam Pisanam, quę verior esse videtur Bart. d. §. fin. in l. si ita quis §. ea lege col. 5. nu. 3. & ibi Ias. num. 32. ff. de verborum oblig. in leg. nemo oppo. vlt. ff. de pactis in l. ea lege C. de condi. ob causam in d. §. Diui. num. 14. & ibi Imola num. 13. Ias. Crot. Rip. Ambros. de Opizoni Ferdin. Loaz. & alij Paris. consil. 32. nu. 100. & nu. 115. lib. 1. Guter. de contract. iurat. cap. 45. nu. 3. Negus. de pignoribus part. 2. memb. 1. num. 4. vbi inquit hanc esse communem Alciat. l. in traditionibus num. 8. C. de pact. Boer. quæst. 49. num. 4. Gozadinus cons. 100. nu. 24. Couarru. variarum resolutionum lib. 2. cap. 15. nu. 5. Fabian. de Mōte. tract. de emp. & vendit. quæst. fin. quartæ quæstionis principalis num. 35. Guid. Pap. quęst. 569. & ideo si donatarius promiserit præstare decem alimētorum nomine cum promissione non alienandi fundum, quoniam eo casu fundus videtur speciatim obligatus dominium non transfertur Bald. in leg. ea lege C. de condict. ob caus. per tex. in l. 5. C. de donationib. quæ sub. & cap. Alex. in leg. qui absenti §. 5. col. fin. in prin. ff. de acquir. possess.

Dubitatur autem circa tex. in d. cap. §. An quemadmodum ex speciali hypotheca, ibi impeditur dominij translatio, ita impediatur etiam ex generali hypotheca, sed hanc dubitationem pręter mittendam duxi, ne sim longior in rebus quę Paulo longius à proposito distant.

Cum igitur renunciatione abdicatur facultas alienandi tunc aut nullius interest, & hoc casu duplici ratione renuncians alienare etiā poterit, & primo quoniam quis non potest adstringere libertatem suam, nisi cuiuspiam intersit l. nemo paciscendo ff. de pact. Deinde quia est contra naturam dominij, vt dominus non possit de re sua disponere; cum autem alicuius interest, tunc qui pactus est, de non alienando poterit alienare, etsi agi possit ad interesse, vel etiam ad pœnam l. si ita quis §. ea lege, & ibi gloss. ff. de verb. oblig. l. ea lege C. de conditione ob causam leg. si sterilis §. si tibi ff. de actionibus emp. Bart. in d. §. Diui. num. 14. l. qui Romæ §. cohæredes, & ibi Doctores ff. de verb. oblig.

16 Et generaliter receptum est, vt quis non possit restringere, aut sibi adimere liberam facultatē, quam habet circa ea quæ dependent ex voluntate, & quorum natura est, vt sint omnino libera, & quandocūq; reuocabilia Bart. d. l. cum precario Socin. consil. 58. col. 2. vers. Vnde succedit regula lib. 3. & regula, 339. in verb. renunciare nu. 3. est quippe contra bonos mores renunciatio facultatis liberæ, & obligatio aduersus liberum arbitriū Constan. Ruger. de legis potentia in cap. finali num. 34. & 43. Mant. singul. 543. Imo renunciari non potest etiam cum iuramento ijs, quæ liberæ sunt facultatis Rip. respons 5. tit. de donationibus num. 8. & supra dicta conclusio, vt renunciatione restringi non possit libera voluntas extenditur procedere etiam stante iuramento Abb. cap. intellecto col. 2. in cap. cum contingat, & ibi alij de iureiurand. Aret. in l. qui iurasse §. fin. in fin. ff. eodem Socin. iun. cons. 44. num. 24. & 28. lib. 2. Nam iuramentum accedens actui libero non reddit eum actum necessarium Ias. in l. si mihi, & tibi §. in legatis col. 2. lect. 1. ff. de leg. 1. Soc. d. consil. 58. col. 2. quam refert Socin. iunior d. consil. 44. col. 5. & ad id facit gloss. in cap. vlt. voluntas 13. quæst. 2. Bald. in l. 5. vers. sed pone quod testator C. de sacrosanctis eccles. Bart. in leg. si quis inquilinos §. fin. ff. de leg. 1. in d. l. si quis in prin. testam. in l. si duob. §. idem respondit & ibi Bald. ff. pro socio in leg. stipulatio hoc modo ff. de verb. obligat. in autent. sacramento C. si aduersus venditionem, & in leg. pactum quod dotale C. de pactis.

17 Tertio fallit principaliter supra dicta regula, vbi renunciatio facultatis esset aduersus bonos mores, vel induceret delictum, & ideo libertati prouocandæ diuisionis renunciari nō
18 potest, & si quis iurauerit non diuidere, quamuis postea diuiserit, valet diuisio, licet diuidens incidat in periurium l. in hoc iudicium §. si conueniat ff. commun. diuid. vbi ita scribitur, si conueniat ne omnino diuisio fiat huiusmodi pactum, nullas vires habere manifestum est l. fin C. eodem l. si conuenerit leg. nulla ff. pro socio. Roman. consil. 13. Dec. cons. 265. col. 1. consil. 282. col. 2. & in l. si quis in conscribendo num. 23. C. de pact. Alex. cons. 18. col. 1. lib. 2. Felin. in cap. si diligenti num. 21. de foro competen. in cap. edoceri col. 5. vers. limitat Innocētius de rescriptis Tyraq. de iur. primigeniorum quæst. 78. Ruin. cons. 54. nu. 8. lib. 5. Paris. consilio 127. per totum lib. 4. Curt. iun. consil. 154. nu. 53. Mars. singul. nono Roland. consil. 84. num. 2. lib. 5. Gabriel. tit. de iureiurand. conclus. 5. nu. 20. & 22. Seraph. priuileg. iuram. 75. nu. 18. Cephal. cons. 44. num. 23. lib. 5. consil. 57. num. 30. cum seq. & consil. 466. nu. 75. Tesaurus decis. 542. Gutter. de contractibus iuratis cap. 58. & hęc videtur magis communis Tesaurus decis. 142. Seraph. priuileg. iuramenti 58. & Gutter. d. cap. 58. vbi inquit hanc esse in puncto iuris veriorem quamuis altera opinio sit communis.

Ratio autem cur improbetur huiusmodi renunciatio ea est, quoniam inducit perpetua

commu-

communionē, quę ſanè ſolet excitare diſcor-
dias, & negligentiā leg. cum pater §. dulciſsi-
mis ff. de leg. 2. l. 2. C. quando & quibus quarta
pars &c. lib. 10. & hanc rationem adfert So-
cin. in l. ſi non ſortem §. ſi centum num. 2. ff.
de condict. indeb. Felin. in d. cap. ſi diligenti
num. 21.

19 Quarto fallit dicta regula quoties renun-
ciatio reſtringens libertatem voluntatis im-
pedit quo minus quodpiam bonū opus exer-
ceatur, vt cum quis promittit non fideiubere,
vel non mutuare cum ſimil. Menoch. recuper.
poſſeſſ. remed. 1. nu. 289. Gutter. de contractib.
iuratis cap. 71. Afin. de execut. §. 9. cap. 231.
Pariſ. de reſignat. beneficij libro 9. quæſt. 31.
num. 30. Io. de Selua. tract. de iureiurand.
20 par. 3. num. 22. verſ. nono fallit. Nam iura-
mentum de non fideiubendo eſt contra chari-
tatem cap. qui ſacramento cap. inter cætera
22. quæſt. 4. & qui iurauit fideiubere, & eue-
niente neceſsitate fideiubere tenetur Alber.
C. de rebus creditis num. 1. & iuramentum
excludens id quod eſt de genere bonorum, nō
eſt ſeruandum Caccialup. tracta. de tranſact.
num. 23.

Fallit vltimo in ijs atq; quis cogi poteſt, &
quæ publicæ expedit, vt fiant, & ideo pactum
21 de non ferendo teſtimonium etiam iuratum
non valet, cap. intimauit cap. conſtitutis il
primo de teſtib. vnde qui iurauit non depo-
nere, pro aliquo poterit inuitus cogi, non ob-
ſtante iuramento, quod quidem eſt contra bo-
nos mores l. 2. §. ſi quis in iudicio ff. ſi quis
cautionib. Rebuff. tractat. de teſtibus arti. pri.
Gloſſ. 10. Publice enim intereſt, quod teſti-
monia proferantur auten. de teſtib. in princi.
Quin etiam celans veritatem in alterius præ-
iudicium peccat. cap. quiſquis 11. quæſt. 3.
cap. 1. de crimine falſi. Promiſsio igitur de
non teſtificando non operatur, vt promittens
in teſtem productus, non cogatur ad teſtifican-
dum Aret. d. cap. intimauit col. 1. huiuſmodi
ſane promiſsio, & iuramentum lædere videtur
publicam vtilitatem, cum teſtimonium ferre
ſit publicum officiū, & proinde non valet hoc
iuramentum; vti aduerſus publicam vtilita-
tem cap. ſi diligenti de foro competenti. Præ-
terea, quis ita renuntians videtur renunciare
iuri alterius, cuius intereſt, vt teſtimonium ad
detegendam veritatem feratur Aret. d. cap. in-
timauit col. 1. Qua ratione etiam promittens
cum iuramento non iurare, ſi poſtea produca-
tur in teſtem compelli poterit per iudicem ad
iurandum Roman. in repet. Rubricæ ff. de ar-
bitris ſimiliter, ſi quis iurauerit non denūcia-
re, poterit poſtea denunciare etiā non obſtan-
te iuramento Couaru. in cap. quamuis part.
2. §. 3. num. 2. verſ. imò præter hęc.

XXVIII. RENVNCIATIO FAMÆ.

Summæ.

1 *Fama bona, & honor.*
2 *Fama eſt maxima bonorum externorum.*
3 *Famæ propria, an quis ſit dominus.*
4 *Famę propriæ bono renunciare, an quis poſſit.*
5 *Diffāmari, ac contumeliam pati ex pacto, an quis poſſit.*
6 *Obligari, an quis poſſit pro altero ad infamiam.*

1 Irtutis vis eſt, vt ex ea prodeat bona
fama, & honor. Nam is ſermo fre-
quens, qui de cuiuſpiam virtutibus
diuulgat fama, dicitur, quę, & exi-
ſtimatio à Iuriſconſ. vocatur in l. pen. §. exi-
ſtimatio ff. de var. & extraord. cogn. & eſt di-
gnitatis illeſæ ſtatus, legibus, ac moribus comꝑ
probatus. Honor autem eſt teſtimonium vir-
tutis, quę eſt in homine D. Thom. 2. 2. q. 103.
artic. 1. Ariſt. ethic. lib. 1. c. 5. virtutiſq; pre-
mium eſt, idem Ariſt. ethic. li. 4. c. 3. Quocir-
cā honor, vt eſt teſtimonium conſiſtit in ex-
terioribus, & demonſtratur per exteriora ſigna
virtus, ob quam honor debetur à voluntate
noſtra proficiſcitur, at honor ſitus eſt in ijs po-
tius, qui honorem deferunt, vt ab alijs item
pendet bona exiſtimatio, quæ de nobis habe-
2 tur Ariſt. d. c. 5. Vt igitur fama, & honor eſt
iudicium teſtimoniumq; virtutis, & excellen-
ciæ hominis meritò, maximum eſt bonorum
externorum, vt per philoſoph. d. c. 3. l. repre-
hendenda, & ibi not. Iaſ. C. de inſti. & ſubſti.
l. Iulianus ff. ſi quis om. cau. teſtam. Soc. in rub.
extra de iniur. nu. 19. Corne. conſ. 162. num.
22. lib. 1. Menoch. conſ. 302. nu. 4. Imò ho-
noris cauſæ vitæ comparatur l. iuſta ff. de ma-
nū. vindic. & proinde ardua eſſe dicitur Bald.
l. ea ratione col. 2. C. de appellat. ſi quidem
honoris iactura morti, eſt ſimilis Rimin. iun.
conſ. 5. num. 98. experi quippè non debet vi-
ta, quæ cum infamia tranſigatur. Quin etiam
metus infamiæ in proprio, vel liberorum cor-
pore maior, quā mortis eſſe debet probis vi-
ris l. iſti quidē §. quod ſi dederit ff. quod met.
cau. & nullo pretio æſtimari poteſt facta Bald.
c. ex tenore vol. 2. de appellat. Quocircā op-
tima ratione fama cuſtodiri debet, pluſquam
oculi ipſi l. infamia C. de decurio. lib. 10. &
crudelis exiſtimatur, qui famam ſuam negligit
c. nolo. 12. q. 2. prodigus quoq; cenſetur, qui
famam negligit l. animaduertimus C. de his
qui potent. nomi.

Sed vt ad renunciationem famæ, ſeu hono-
ris deueniamus, de pluribus eſt videndum,
& primò nū, quis ſit dominus propriæ famæ,
deinde, an quis poſsit ſuę famæ renunciando
ſe ipſum infamare tertiò, an quis ex pacto diſ-
famari poſsit, ac contumeliā pati, in caſu non
ſoluti debiti, aut aliter non obſeruatæ promiſ-
ſionis veluti, quod debitor publicè diffamari
poſsit à creditore, vt perfidus, periurus, & qui
datam, & promiſſam fidem fefellerit poſtremò
an quis obligari poſsit pro altero ad infamiā,

1 Circa primum dicẽdum est, quod homo non est dominus proprię famę, & hanc opinionem tenet Caietanus 2. 2. q. 73. artic. 2. & in summa verb. detractio, & id videtur verius, & communiter receptum, vt resoluit Gomez. in tract. de potesta. in se ipsum lib. 2. c. 12. nu. 3. pro qua opinione primò facit, quod honor vitę comparatur l. iusta ff. de manum. vindic. Gerard. sing. 1. num. 10. Menoch. cons. 302. col. 1. imò vitæ pręfertur l. isti quidem, & ibi glo. ff. quod met. cau. Menoch. d. cons. 302. nu. 6. Viuius decis. 399. num. 3. sed nemo habet dominium suæ vitæ, vt dixi de renunc. bonorum corporis neq; habere debet sueę famæ.

Secundò videtur, vt homo sit custos solùm suæ famæ, non etiã dominus, vt habetur ecclesiast. 41. vbi dicitur curam habe de bono nomine, per quæ verba videtur homo cõstitutus custos propriæ famæ, non autem dominus. Tertio facit, quod scribit D. Augustin. lib. de bono viduit. c. 20. vt refertur in c. non sunt audiendi 11. q. 3. in eos, qui propriam negligunt famam, dum ita inquit, quia nobis est necessaria vita nostra, alijs verò fama nostra. Nam, vt not. Alberic. in l. quintus ff. manda, famæ suæ parcere quilibet tenetur. Quibus accedit quod trad. D. Augustin. de ciuit. Dei lib. 1. c. 20. vti docet præcepto illo decalogi, Nõ falsum testimonium dices, prohiberi ẽt, ne quis aduersus se falso testari possit. Nã quemadmodum grauius est peccatum occidere se ipsum, quam proximum, ita videtur quis grauius peccare se ipsum infamando, quam proximum suum, si quidem ex ordine charitatis quis tenetur plus diligere se ipsum, quã proximum suum, vt per Caietan. d. loco. Prętereà, quomodo quis potest esse dominus eius rei, quę non est in suo arbitrio, & potestate sed alterius, vt est fama, & honor, qui non consistit in eo, qui honoratur sed id eo, qui defert honorem, enim sit operatio honorantis magis quam suscipiẽtis, & videtur magis esse in honorãtis potestate, quam eius cui honor defertur secund. Arist. ethic. lib. 1. c. 5. cùm itaq; honor minimè sit in potestate nostra, dicendũ est nos illius non habere dominium.

Contrariũ tamen verius esse videtur, vt homo sit dominus proprię famæ, & primò fama proprio hominis labore, & industria quęritur, ergo vt quęsita propria esse debet, eius qui acquisiuit, cùm ea sit præmiũ virtutis, vt dixi, secundò fama est bonũ exterius, licet sit maximum omnium bonorum exteriorum c. deteriores 6. q. 1. Arist. d. c. 3. D. Thom. 22. q. 129. artic. 1. sed bona exteriora, vt opes pecunia, & sim. sunt in hominis dispositione ergo, & fama, vt bonum exterius. Tertiò huic opinioni suffragatur, quod inquit D. Thom. d. q. 73. vbi ait, quod liberum est homini pati detrimentũ famæ, nisi id vergat in aliorum periculum. Quod autem quis sit dominus proprię famæ, ex eo satis constat, quod potest restitutionem famæ sibi debitam remittere, & fama potest peccunia compensari, vt trad. omnes Couarru. varia. resolu. lib. 1. c. 2. num. 9. fama igitur pertinet ad liberum hominis arbitrium, vt per Couarru. d. loco. Et hanc opinionem, quod homo propriè habeat dominiũ suæ famæ, contra Caietanũ suprà relatum tenet Soto lib. 4. de iust., & iure q. 2. art. 3. Nauarra in manu. confessare c. 18. nu. 46. Vasq. illustr. controu. lib. 1. c. 11. num. 14. Couarru. varia. resol. lib. 1. c. 2. num. 8. Petr. Aragon. in 2. 2. q. 62. Lessi. de iusti., & iure. lib. 2. c. 4. dubit. 11. Nec obst. quod honor vitæ comparetur, imò pręferatur, quia illud intelligitur quò ad voluntatẽ; hoc est, quod vir bonus potius mori eligat, quã amisso honore vitam cum infamia transigere. Aliud dicen. est, quò ad dispositionem siquidem potest quis, vt dixi, disponere de fama propria, de vita autem, & de suo corpore, non item. Non obstat item, quod dicitur famam non esse negligẽdã, quia fama est bonum exterius, quod lanè non est cõtemnen., neq; est prodigend., sed ex eo nõ sequitur, quod homo non possit illam contẽnere, & parui facere, nam, & pecuniam prodigere quis nõ debet, & tamen potest. Et quãuis iuxta illud ecclesiast., curam quis habere debeat de bono nomine, id intelligitur, vt cura sit habẽda de virtutibus, quę sunt causa boni nominis, & bonę famę, & quas semper veluti vmbra sequitur honor, & fama. Neq; videtur, quis contemnendo suam famã iniuriã facere, & aduersus iustit iam, ac charitatem, quia iustitia non consideratur, respectu sui ipsius, sed ad alterum, vt per Arist. ethic. lib. 5. c. 1. Couaru. d. c. 2. Neq; sit contra charitatem, quantum charitas sui ipsius solum obligat in ijs, quæ pertinent, & necessaria sunt ad salutem, vt per Doct. suprà citatos. Postremo non obst., quod bona fama non sit in eo, qui honoratur, quia imò qui honoratur, fruitur, vt dominus honore delato, cum illum acquisierit propria virtute, per quam honoratur.

4 Ex supradicta conclusione fit, vt quis possit bono famæ renunciando illud contemnere, & proinde se ipsum infamare, vt etiam potest, quis cætera exteriora bona contemnere, atq; prodigere, & ita tenet D. Thom. d. q. 73. artic. 4., quo loci censet esse in hominis arbitrio pati famę detrimentũ. Dominic. Soto de iusti. & iure lib. 5. q. 10. artic. 2. vti tenet contra Caietanum, & latè in releċt. de ratione tegẽdi & detegendi secretum, memb. 1. q. 3. Nauar. in manua. confess. c. 18. num. 18. & 27. & in c. inter verba 11. q. 3. concl. 6. nu. 15. Couarru. varia. resolut. lib. 1. c. 2. nu. 8. Lessij. de iusti. & iure lib. 2. c. 11. dubit. 6. & si contrarium renuerint Abb. & Felin. in c. 1. col. 2. de testi. cogen. 10. Lup. in repet. rub. de donat. inter vir. & vx. §. 70. nu. 4. 5. Antonin. par. 2. tit. 2. c. §. 5. tit. 8. c. 4. §. 5. Caietan. in summæ in ver. detractio q. 3. & 22. q. 73. artic. 2. Neque

5. Neque dicendum est, quod infamare se ipsum sit contra iustitiam, quoniam non sit iniustitia quò ad se ipsum, sed ad alterum, si quidem iustum, secundum philosophum ethicor. lib. 5. c. 1. semper ad alterum refertur. Neque sit contra charitatem proximi, quia quis infamando se ipsum regulariter nemini nocet, neque sit contra propriam charitatem, si quidem charitas, qua quis se ipsum diligere tenetur obligat ad bona spiritualia, non etiam ad exteriora bona, vt est fama, nisi quatenus exteriora bona necessaria sunt ad spiritualia bona, vt per doct. suprà citatos. Quocirca infamare se ipsum est veniale peccatum tantum, præter charitatem, nisi, & circunstantijs, censeatur mortale, vt per Sotum, Nauar. & alios, Couar. d. c. 2. vti tenet veniale esse peccatum famam propriam prodigalitate amittere. Atque detegens occulta sua delicta etiam sine causa nô peccat mortaliter Gomez. tract. de potesta. in seipsum lib. 2. cap. 12. nu. 5. ver. contrarium igitur. Qua ratione etiam potest quis metu mortis, aut tormentorum se ipsum infamare, confitendo crimen, quod non commisit, Soto in d. relect. de ratione tegendi, aut detegendi secretum, memb. primo, q. 3. & sequitur Couarru. d. c. 2. quamuis contrarium tenuerint Abb. Caietan. & alij, qui tenent, quod tam peccet is, qui sibi falsum crimen impingit, quam is, qui alteri falsum crimen imponit, & tam peccet is, qui se ipsum infamat, quam is, qui proximum suum, vt per eos.

Declara tamen prędicta, non procedere, vbi falsa criminis sui proditio directè operaretur mortem, vel mutilationem membri Couarru. d. c. 2. vel quando ex confessione falsi criminis alterius notabile damnum sequeretur, vt scandalum, & si qua similia Nauarr. in d. c. inter verba 11. q. 3. concl. 6. corolla. 44. sed, & declaratur non procedere quando interponitur iuramentum. Soto d. memb. 1. q. 3.

Ex quibus infertur etiã, vt quis possit renũciare defensioni suæ in iudicio, etiã quando ex ea renunciatione posset, quis famæ suæ discrimen pati Couarru. de sponsali. par. 2. c. 8. §. 12. num. 16. vbi resoluit magis probabilem esse illorum opinionem, qui tenent renunciari posse, cùm quis sibi auferre possit defensionem famæ suæ, tametsi corporis defensionem tollere minimè possit, vt alibi dixi.

Hinc prætereà infertur permittere iura, vt quis possit se ipsum infamare allegando suam turpitudinem, modo tamen ea non allegetur ad sui cómodum Bart. in l. iusiurandum, quod ex conuentione §. procurator num. 5. ff. de iureiur. & ibi Angel. 4. per l. inde Neratius §. fin. cum l. seq. ff. ad l. aquil.

5 Quæritur tertio loco an debitor ex pacto pati possit côtumeliam à creditore per famosas scripturas, vel picturas, aut per libellos, vt per Gail. de pace publ. lib. 2. c. 2. num. 6. & primùm sanè videtur, vt huiusmodi conuentio valeat, si quidem voluntas facit, vt cesset iniuria, & volenti non infertur iniuria l. 1. §. vsq; adeò ff. de iniur. c. scienti. de reg. iur. lib. 6. Nam debitor conqueri iustè non potest, cùm ità ex pacto suo voluerit l. in diẽ ver. nam is nulla ff. de aq. pluu. arc. l. 111. §. item si quis volentem ff. de libe. homi. exhib. l. sed si vnius permissu ff. de reg. iur. l. non putauit §. si quis sua manu. ff. de bon. poseff. contra tabul. l. cum donationis C. de transact. Vnde inquit Bart. in d. l. 1. §. vsque adeò num. 2. ver. quandoque permittit, quod quis consentire potest, vt percutiatur alapa. Quod verò possit quis suæ famæ renunciare dictum est suprà. Verùm côtrarium verius est, nimirum, quem minimè posse pacisci, vt infamari possit, nisi consensus interueniat tempore côtumeliæ, & opprobrij, quoniam tunc consensus præiudicat exterum si opprobrium, & infamia sequatur ex internallo, agi poterit ad iniuriam, vt per Bart. in d. l. 1. §. vsque adeò, vbi intelligit ita licere ex consensu aliquem alapa percutere, si is côsentit tempore percussionis, non etiam ex interuallo. Neque obstare videtur, quod creditor ita semel voluerit, per d. l. in diem cum sim. nam ea procedit in actu facti habentis, & exigentis causam continuã, vel tractum temporis successiuum, cùm aliud sit in actu momentaneo facti promissi, quod statim recipit suam perfectionem, vel in facto non reiterabili, vt sit in eo, qui se obstringit ad ferendam contumeliam, quo casu non obstante obligatione præcedente non prohibetur mutare voluntatem Dyn. c. mutare de reg. iur. lib. 6. & hanc opinionem tenet Coler. de processi. execut. par. 1. c. 8. num. 60. cum pluri. seq.

6 Postremò quæri potest, an quis possit pro altero ad infamiã ferẽdã se obligare, & Bald. in rub. C. res inter alios acta col. 1. ver. item nota. videtur tenere, quod ex pacto quis adstringi non possit ad ferendam, pro altero infamiam verùm nihil ad id citat. sed Socin. in l. cum filius familias col. 3. ver. aduerte tamẽ ff. de verb. oblig. tenet contrarium per tex. in l. quisquis C. ad l. iul. maiesta. vbi pro delicto paterno lex imponit filijs infamię pœnam nam pro peccato vnius plectitur, alius infamia Innoc. c. grauem. de sentent. excom. Verùm dicta iura procedunt in lege, vel statuto, quod sanè cauere potest, vt quis puniatur infamia pro altero, cùm in pacto aliud iuris sit. Vnde est dicendum, quod obligans se pro altero ad infamiam, non potest dici infamis infamia iuris, per ea quę trad. Ias. in l. cunctos populos in l. 2. lectu num. 44. C. de sum. trin. vt neq; dici potest infamis infamia facti, quia ea est quid, quod consistit in opinione hominum Ias. d. l. cunctos populos num. 44. Alba cons. 203. num. 8.

XXIX. RENVNCIATIO NOBILITATIS.

Summæ.

1 *Nobilitas maximè commendabilis.*
2 *Præsumendum esse, pro nobilitate.*
3 *Nobilitati deferendum esse.*
4 *Nobilitatis iuri, ac prerogatiuis renunciari, an possit.*
5 *Nobilem non posse renunciare suæ nobilitati.*
6 *Nobilem renunciare posse priuilegio concesso ratione nobilitatis.*
7 *Nobilis renunciare an possit priuilegio, quod habet ne ob debitum ciuile in carcerem detrudatur.*
8 *Nobilis ex priuilegio, an renunciare possit*
9 *Renunciatio, ex qua sequi potest dedecus cæteris nobilibus.*
10 *Nobilis, an renunciare possit nobilitati in præiudicium filiorum, & descendentium.*

X propria virtute emanans, de qua supra disseruimus, ex virtute autem maiorum, quasi iure hereditario, & iure sanguinis prodit nobilitas, de qua nuc dicendum, est Vasq. illustr. controu. lib. 1. c. 1. num. 13. Plane nobilitas inter externa bona collocatur ex sententia Arist. Rhetoric. lib. 1. c. 12. & c. 15. quamuis idem d. lib. 2. c. 9. nobilitatem posuerit inter bona naturæ Tiraq. de nobili-
1 ta. c. 6. num. 4. & c. 21. nu. 21. Nobilitas est admodum commendabilis, vnde scribit Arist. politic. lib. 3. c. 8. optima ratione nobiles sibi honorem, ar ragore, & paulò post addit, nobilitatem apud omnes in honore haberi. Hæc sanè amorem fauoremq; conciliat. Tiraq. de nobilita. c. 37. nu. 80. Quocirca Arist. ethic. lib. 1. c. 8. rectè censuit ignobilem non esse
2 latis, idoneum ad fœlicitatem. Quin pro nobilitate est maximè præsumendū, vt per Menoch. de presumptio. lib. 6. presump. lib. 59. quæ sanè præsumptio oritur ex altera, quæ est, quem simil em esse virtute, & moribus suis maioribus, vndè rectè cecinit Horatius carmin. lib. 4. ode 4. fortes creantur fortibus, & bonis: Est in iuuencis, est in equis patrum virtus, neque imbellem feroces pro generant, aquilæ columbam. Quod autem præsumendum sit pro nobilitate ratio illa facit, quoniam nobilitas virtutibus comparatur, imò virtus ipsa est nobilitas, quare progeniti ex maioribus, qui suis virtutibus initium nobil itati dederunt, præsumuntur, & ipsi tum natura, tum parentum exemplo, atq; imitatione esse virtutibus prædiri Tiraq. de nobilita. c. 20. nu. 21. De-
3 nique in multis nobilitati defertur, vt exuberanter, more suo prosequitur Tiraq. de nobilita. d. c. 20. quò loci sigillatim enumerat nobilitatis pretogatiuas, & priuilegia Luc. de pen. in l. mulieres C. de dignita. lib. 12. recenset 35. priuilegia nobilitatis. Capella in tract. de eligen. & in tract. de re milita, & Duel. lib. 7. refert 47. priuilegia, & Bonus de Curt. in tract. nobilita. enumerat 56. priuilegia nobilibus competentia, & sanè optima ratione nobiles augendi sunt honoribus, & prerogatiuis, iuxta geometricam analogiam. Nam vt homo homini præstat bonis animi, virtute, & ingenio, quemadmodum exclamat ille apud Terent. in eunucho, Dij immortales homini homo, quid præstatur. Vnde, & illud dicitur, Duo cùm idem faciunt, non est idem. Ita ei, qui superat alterum, magis tribuendum est, vt hac accessione equalitas iusti distributiui seruetur. Quantum igitur nobilis clarus est virtute maiorum suorum, quorum vestigia sectari tenetur, nec non virtute propria meritò illi defertur honor, & tribuuntur priuilegia, vt ea ratione seruetur æqualitas distributiuæ iustitiæ, secundū geometricam proportionem, quæ non numerorū interualla simpliciter considerat, sed æqualitatē proportionis inter se comparat. Et si aliud statuendū sit, vbi agitur de rerum communicatione, & contractibus; quoniā tunc non queritur, quid personis conueniat & an quis nobilis sit, an id minus, sed res rebus commutātur, earum duntaxat ratio habetur, non etiam personarum.

Vt autem institutum nostrum sequamur, videnū. est num nobilis, renunciare possit iuri nobilitatis, & non videtur, primè quia nobilitas est quoddam ius sanguinis, quod est incōmutabile, & perinde renunciatione tolli non potest l. iura sanguinis ff. de reg. iur. l. ius agnationis ff. de pact. Tiraq. de nobilita. c. 26. nu. 5. Io. Arz. de nobilita. Hispan. c. 5. nu. 2. Conarru. c. quamuis pactum parte 2. in initio n. 5. ver. primū etenim. Deinde nobilitas ex sola vulgi opinione pendet, isque nobilis est, & præsumitur, quem communis hominum æstimatio nobilem reputat, vt per Tiraq. de nobilit. c. 10. num. 6. sed sola renunciatione tolli non potest cōmunis hominum æstimatio; ergo neq; renunciatione tolli poterit nobilitas, quæ ex aliorum opinione æstimatur. Tertiò prerogatiuæ, & priuilegia nobilibus competētia tribuuntur vniuerso ordini, & corpori nobilitatis, quò fit, vt vnus non possit renunc. in iniuriam, & præiuditium cæterorum nobilium
4 c. si diligenti de foro compet. priuilegia nobilitati concessa, ideò tributa fuerūnt, vt nobilitati honor, & reuerentia exhiberetur, cùm nobilitati, vt iam dixi, honor sit diferendus; sed iuri, & priuilegio, ob reuerentiam inducto renunc. non potest l. vlt. C. de bon. liberi. Conarru. d. c. quamuis pactum nu. 8. & a' ibi [illegible] tè dixi, ergo neque iuri inducto, vt nobilitas sua constare possit reuerētia, renunc. non potest. Quibus accedit tex. in l. ne quis ex corpore C. de aduoc. diuer. iudi. & ibi gl. in ver. ambientibus, vbi renunc. non valet, quoniam per eam iniuria [illegible] togatorum, videtur ne [illegible] ciatione vnius intui-

nia cæteris fiat dicen. est renunciationem minimè valere, & facit quoq; tex. in c. contingit. de sent. excom. vbi clericus non potest renunc. priuil. canonis, si quis suadente diabolo 17. q. 4. quoniam priuilegium fauore clericalis dignitatis inductum fuit, ex quibus constat renunciationem minimè operari, si quidem prærogatiuæ nobilibus competentes, inductæ fuerunt ad tuendam dignitatem nobilitatis 5. pro hac opinione facit tex. not. in l. 3. ver. quę verò non à patre ff. de interdict., & releg. vbi tex, ita inquit, quę verò non à patre, sed à genere, à ciuitate, à rerum natura tribuerentur ea manere eis incolumia. Nam cùm nobilitas sit à genere dicendum est eam renunciatione minimè tolli, sed etiam manere, & ideò cùm inter cętera priuil. nobilibus attributa, illud etiam indulgeatur ne obæs alienum in carcerem trahatur Bald. l. 1. ad fin. C. qui bon. ced. poss. Ias. l. milles col. 2. ff. de re iudic. Couarru. d. cap. quamuis pactum num. 5. versic. vnde cum inter Guter. de contr. iurat. cap. 16. Gomez. in leg. 79. Tauri. tamen non potest nobilis renunciare huic priuilegio Gomez. d. l. 79. num. 3. Vasq; de success. creat. part. 1. lib. 3. §. 22. num. 79. Baet. de inope. debito. credit. addic. cap. 16. nu. 38. vbi alios refert pro hac opinione Guter. d. cap. 16. nu. 61. versiculo & ita remanet, vbi alios citat.

5 Sed circa hanc quæstionem duplex constituenda est conclusio, prima est nobilem non posse renunciare suę nobilitati quoniam nobilitas, quam quis habet non est illi parta propria virtute, sed à maioribus eam accepit quasi iure hæreditario, & iure sanguinis, vnde tolli non potest, neq; separari nisi per actus demeritorios, quoniā quis non habet illius dominium. Vasq; illustr. controu. lib. 1. cap. 11. num. 23. neq; quis pacto facere potest, vt homines reputent eum ignobilem, cum vere sit nobilis, neq; renunciatione sua poterit mutare quis opinionem hominum.

6 Altera est conclusio quod nobilis potest regulariter renunciare priuilegio suo concesso ratione nobilitatis, ex regula l. penul. C. de pact. Nam priuilegium nobilitatis potest cōmode separari, & tolli manente etiam nobilitate, cum ob renunciationem priuilegij competentis ratione nobilitatis renunciantis non desinat esse nobilis. Vasq; illustr. controu. d. cap. 11. num. 24. Planè iura, & priuilegia iure humano nobilitati, & sanguini concessa possunt à nobis voluntate nostra abdicari, vt not. glo. in §. quod autem versic. cognationis insti. de capit. de min. Bald. leg. 1. §. ius naturale ff. de iust. & iure Dec. leg. iura sanguinis ff. de reg. iur. Nec obstat quod ius nobilitatis, vti ius sanguinis tolli minimè possit leg. iura sanguinis ff. de iur. quoniam priuilegia nobilibus attributa non dicuntur iura sanguinis, sed iura nobilitatis, vnde d. l. iura sanguinis, non accipitur de iure nobilitatis, sed de iuribus a sanguine ipso immediatè iure naturali procedentibus, veluti est agnatio, amor, & dilectio consanguineorum, quæ sanè iure naturę competunt, & proinde, mutari non possūt Itaq; priuilegium nobilibus concessum humana lege triburum non potest dici ius naturæ Baet. d. cap. 16 num. 49. Quinimò licet quis renunciauerit priuilegijs nobilitatis non propterea desinit esse nobilis, cum priuilegia non respiciant substantiam nobilitatis, sed possint adesse, & abesse, vt accidentia, & qualitates pręter ipsius subiecti corruptionem, & deficiunt tantum eo casu, quo renunciatum fuit, priuilegia ex voluntate renunciantis incolumi semper manente ipsa nobilitate Baet. d. cap. 16. num. 54.

Non obstat etiam dum dicitur renunciationem non valere, quoniam per eam videtur fieri iniuria ordini, & corpori nobilium per tex. in d. cap. si diligenti, quoniam priuilegium ibi concessum fuit Clericis ratione publicę vtilitatis, sed priuilegia nobilibus concessa non respiciunt vtilitatem publicā, ergo non videtur prohibita renunciatio Baet. de inope. debito. d. cap. 16. num. 65. Couarru. d. cap. quamuis pactum nu. 8. versic. ego vero Neq; videtur regulariter fieri iniuria cæteris nobilibus, vbi nobilis renunciat suo priuilegio, vt per Couarru. d. cap. quamuis num. 9.

Non obstat quoq; quod iuri inducto ob reuerentiam renunciari non possit, vt est honor & reuerentia, quæ nobilibus debetur, quoniā id procedere potest in iure reuerentiæ, quod debetur iure naturali, sed ius reuerentię, quod nobili exhibendum est non est ex iure naturę, meritò igitur illud remitti poterit Baet. dicto cap. 16. nu. 59. & dixi supra de renunciatione iuris, quo reuerentia debetur.

7 Vnde infertur nobilem renunciare posse ei priuilegio qui habet ne ob debitum ciuile in carcerem detrudi possit Gregor. Lopez. in l. 34. tit. fin. par. 7. in glo. de sangu. Couarru. d. cap. quamuis pactum num. 5. vbi scribit ita iudicatum fuisse, & hanc opinionē obtinuisse, not. Orosc. in l. vis agnationis colum. 1. ff. de pact. Vasq. illustr. controu. cap. 11. num. 24. Pala. de maiota par. 1. quæst. 38. num. 2. & alios refert Guter. de contr. iurat. cap. 16. nu. 45. versic. & ita ex supradictis, & numero 57. Baet. d. cap. 16. num. 39. cum seq. & ista est communis resolutio, habetur per Gomez. in tract. de potestate in se ipsum lib. 2. cap. 23. vbi latè disputat hanc quęstionem.

Et multo magis renunciare poterit cum iuramento, vt per Guter. d. cap. 16. nu. 46. Baet. dicto cap. 16. num. 91.

8 Sed & nobilis ex quopiam priuilegio poterit libere renunciare Baet. d. cap. 16. num. 97. Guter de contr. iur. d. cap. 16. circa fin.

Multo q; magis prædicta procedunt si nobilis tempore contractus negauerit se esse nobilem Bart. d. loco num. 93.

9 Verum

Verum si ex renunciatione alicuius priuilegij derogaretur nobilitati in vniuersum, tunc renunciatio non permittitur, veluti si ex renunciatione sequeretur dedecus, & ignominia cæteris nobilibus, propter quam derogari posset honori totius nobilitatis Couarru. d. cap. quāuis pactum in fin.

Præterea supradicta intellige procedere in priuilegio concesso ob fauorem, non etiam vt nobilis commodius vel expeditius, seruire possit reipublicæ, vel principi, in bello, vel alias, quoniam tunc nobilis renunciere non potest Baet. d. cap. 16. num. 97. versiculo illud tamen.

Per renunciationem autem generalem non censetur nobilis renunciare suo priuilegio nobilitatis Baet. d. cap. 16. num. 104.

10 Sed postremo quæri potest an nobilis renūciare possit nobilitati in præiuditiem filiorū, & descendentium, & dicendū est non posse renunciare nobilitati in præiudicium filij, qui eam nō ipso patre, sed à genere accepit. Tiraq. de nobilita. cap. 35. n. 45: per tex. in l. 3. ff. de interdict. & relegat. Sed dic imò renunciari nō non posse nobilitati, vt dictū fuit, cum quis non possit vlla sua renunciatione facere, ne reputetur nobilis, cùm verè talis sit. Neq; enim potest quis à se abdicare, quod pendet ab aliorum opinione. Existimauerim tamen nobilem per exercitium artis vilis detrahere nobilitati filij, licet enim dici possit filiū accepisse nobilitatem à genere, non etiam ab ipso patre vt in d. l. 3. tamen aliàs semper medium inhabile impedit extrema coniungi, atq; aliquid detrahit illius nobilitati cuius sanè plures sunt gradus.

XXX. RENVNCIATIO DIGNITATIS, IVRISDIC. ET OFFIC.

Summæ.

1 *Papa, & Imperator sunt fontes omnis iurisdictionis, & Magistratuum.*
2 *Iurisdictio omnis à Populo Rom. translata fuit in Principem.*
3 *Imperium merum, an sit apud solum Principem.*
4 *Magistratus, an possit renunciare iurisdictioni, & Imperio.*
5 *Magistratibus competit Imperium, & iurisdictio per communicationem.*
6 *Magistratus non potest renunciare iurisdictioni, simpliciter nisi accedente consensu superioris.*
7 *Officij, & iurisdictionis renunciatio fieri debet in manibus superioris, qui concessit.*
8 *Tutelæ muneri renunciare an possit tutor.*
9 *Imperator, & quomodo possit se ab imperio abdicare.*
10 *Papa an renunciare possit.*
11 *Officio, an renunciandum sit in manibus confirmātis, an vero eligentis.*
12 *Officio eum, qui renunciauit, an pœnitere possit.*
13 *Electioni de se factæ renuncians.*

Dignitatum, siue Magistratuum quatuor gradus distinguit glo. in l. 1. ver. tribunorum ff. de offic. eius glo. autem in auth. vt ab illustrib. & qui super eam dign. sunt, & in l. qui indignus ff. de senatori. adijcit quintum gradū, qui est super illustriū, quo gradu collocatur Papa, & Imperator, vt per Barr. in d. l. 1. col. 1. ff. de Roma quamquam Alex. fulgos., & Ias. in d. l. 1. voluerūt Papam, & Imperatorem esse super hos gradus & perinde non esse inter eos annumerandos per d. auth. vt ab illustri, & qui super eam dign. sunt, & hæc videtur magis communis opin. Petr. Calefat. in l. 1. num. 20. ff. de offic. eius,
1 & in tract. de equestri dign. nu. 190. sed quidquid sit Papa, & Imperator sunt fontes, à quib. tamquam riuuli manant ipsi Magistratus, atq; omnis eorum iurisdictio, vt inquit Angel. in rub. ff. de iur. om. iudic. & not. Bald. in l. rescripta C. de precib. Imp. offer. Namq; quemadmodum sunt duo genera Christianorum, vnum clericorum, alterum laicorum c. duo sunt genera 12. q. 1. ita Deus constituit duas dignitates ad instar Solis, & Lunæ, c. solitæ de maior. & obed: c. duo sunt 96. dist. auct. quomodo porte episc. in prin. omnis porrò iurisd. principio fuit penes Pop. Rom. quæ 2
postea collata fuit in principē l. 1. ff. de consti. princ. §. sed & principi ulti. de iure natu. Verùm, quia is omnibus causis, quæ vbiq; terrarum aguntur superesse minimè potest, Magistratibus Imperium, ac potestatem communicauit, quædam tamen sibi reseruando in eminentiæ signum Bart. l. Imperium num. 6. ff. de iur. om. iud. & ibi Bald. & Rom. Ias. l. 1. col. 3. ver. secundo propius ff. de offic. eius.
3 Qua ratione valdè dubitatū fuit num merum Imperium apud solum principem esset, quod sanè asseruit lotharius glosator, cùm Azo ex diuerso merum Imperium, et cæteris Magistratibus proprium esse contenderet. Cuius altercationis, cùm esset Index Henricus, Imperator, lotharius vicit, & Azo equum amisit. Videtur ipse ad id alludens in eius summa tit. C. de iurisd. om. iud. dum docet merum Imperium, & alijs sublimioribus potestatib. cōpetere, ita inquit, licet ob hoc amiserim equū, sed non fuit equū, & refert odope in d. l. Imperium, & ibi Zasius verùm sententiā Azonis sequuntur ferè omnes Bellon. supput. in lib. 1. c. 1. quāuis Alciat. paradox. lib. 2. c. o. tueatur partes lothatij aduersus Azonē, ex hac Azon. opinione illud rectè infertur, quod Magistra-
4 tus potest renunt. iurisdict. & Imperio, quod habet, cùm illi proprium sit etiam merū Imperium, vt per Bellon. d. c. 1. sed quia iurisdictio, vt est potestas iure publico introducta post populi potestatem in principem transla-

tam; á solo principe mandatur, cumeius au-
ctoritate tam mediata vel immediata confer-
ri posſit Cranet. conſilio 338. col. 1. conſilio
463. col. 1. conſil. 507. numero 17. vbi inquit
quod iuriſdictio omnis á principe eſt, á quo
fluit, & refluit more fluentis aquę conſ. 963.
num. 2. & conſ. 592. nu. 99. Claud. Cantiunc.
5 tract. de offic. iudic. cap. 8. lib. 1. Mandatur
autem iuriſdictio non vt princeps ea priuetur
ſed vt magiſtratibus communicetur ad com-
munem vtilitaté, quoniá magiſtratus dicuntur
habere imperium, & iuriſdictionem per com-
municationem citra priuationem quo ad ipsũ
principem, vt per Muſcorn. in tract. de iuriſ-
dict. & imper. nu. 34. quod cùm ita ſit ideo ra-
tione communicationis imperij, quæ fit ob
publicã vtilitatem, quoniá princeps non poteſt
6 ipſe ſupereſſe omnibus cauſis, non poteſt ma-
giſtratus renunt. iuriſdict. niſi accedente con-
ſenſu ſuperioris tex. eſt in l. legatus, quę eſt l.
pen. ff. de offic. pręſid. vbi legatus Cæſaris vel
præſes, abdicando ſe non amittit imperium,
per quem tex inquit Abb. in cap. accepta nu.
1. de appellat. quod iudex non poteſt á ſe ab-
dicare onus iudicandi, quoniam iudicare eſt
munus publicum, & cui renunciari non poteſt
leg. munerum §. iudicandi ff. de munere, &
honor. Quamobrem poteſt quis renunt. iuriſ-
dictioni, & imperio, quod illi propriũ eſt per
communicationé, at illi renunciari non poteſt
ſimpliciter ratione communicationis, vt eſt
caſus in d. l. pen. & ibi not. Odofre. quod quis
renunt. non poteſt iuri ſuo, & ratio illa eſt ſm.
Alberic. in d. l. pen. in fin. quoniá renuntiatio
eſſet aduerſus ius publicum, & in præiuditium
ſubditorum, merito igitur exigitur conſenſus
ſuperioris. Nam magiſtratus non conſtituun-
tur principaliter, ob priuatam ipſorum vtili-
tatem, ſed principaliter ad cómunem vtilitaté
Non poteſt igitur ſimpliciter renunt. illi be-
neficio quod minimé inductũ fuit eorũ fauore
principaliter, ſed eſt ius publicum Iaſ. l. is,
qui heres in princ. num. 20. ff. de acq. hæred.
Vnde poteſtariæ, vt inquit Bald. in l. 2. lect. 1.
ff. quod quiſq; iur. quę dantur á ſuperiore
ſimpliciter renuntiatione abdicari non poſ-
ſunt. Videtur planè magiſtratus ſe obligare
acceptando, nam quemadmodum princeps
non priuat aliquem officio, quo quis fungitur
ſine cauſa Roman. conſ. 467. vt clara ita non
debet magiſtratus ſimplici renuntiatione,
magiſtratum deponere, abſq; conſenſu ſupe-
rioris, á quo accepit. Nam intereſt ſuperioris
vt mandata iuriſdictio exerceatur, cum prin-
ceps ideo mandet iuriſdictionem quia ipſe eã
vbiq; locorum exercere minimè poteſt præ-
tereá quia is qui acceptauit magiſtratum ſe
videtur obligaſſe ad illũ exercẽdũ, non poteſt
ſe ab obligatione liberare niſi accedente ſupe-
rioris conſenſu, cui videtur ſe obligaſſe l. fin. in
illis verbis, ſi de publica ſollicitudine voluerit
ſe liberare C. de defenſori. ciuitatis. Is autem
dicitur ſuperior in hac materia qui habet po-
teſtatem deſtituendi. Innoc. in d. cap. qui in
dubijs, & qui poteſt inuitum deſtituere Ca-
ſtald. tract. de imperat. quæſt. 103. num. 12.
Franc. Marc. deciſ. 616. num. 3. deciſ. 625.
part. 1. Nam non abſimili ratione, quoniá be-
neficiatus acceptãdo beneficium ſe alligat, &
deminuit eccleſię cap. niſi verſic. verum de re-
nunt. ideo non poteſt dimittere eccleſiaſticum
beneficium ſine ſuperioris cóſenſu Geminian.
in cap ſi electio num. 5. de elect. lib. 6. Pariſ.
de reſign. beneficium lib. 7. quæſt. 1. num. 5.
Quia magiſtratus, qui nódũ finita adminiſtra-
tione prouinciá reliquerit reus ſit leſę maieſta.
§. ſiquis autem authen. de adminiſtratori. Vn-
de etiam magiſtratus tranſiens in Monaſte-
rium non amittit iuriſdictionem niſi id fece-
rit cum ſuperioris conſenſu, cui iam erat obli-
gatus Fulgoſ. d. leg. legatus pręterea Vaſallus
volens renunt. feudo, vt ſe liberet á ſeruitio
domini non poteſt, & dominus non tenetur
recipere renuntiationem, quia videtur datũ
gratia vtriuſq; Bald. cap. 1. de noua forma fi-
delit. doct. in l. is cum quo ff. de aquir. plu. an.
& ad id facit etiam quod cuius auctoritas re-
quiritur in conſequendo officium, eiuſdem
item exigitur in illud amittendo per renun-
tiationem Bald. cap. admonet. de renuntiat.
Hinc non valet pactũ factum cum iudice quod
delinquẽs in ſuo territorio per eum non poſſit
puniri, ſiquidem ideſt renuntiare iuriſdictio.
in manibus priuatorum Bald. conſil. 365. ad
euidentiam num. 2. lib. 5.
7 Eſt igitur concluſio quod renuntiatio iuriſ-
dictionis, & officij fieri debet in manibus ſu-
perioris, qui conceſsit d. l. legatus ff. de offic.
præſid. & ibi not. glo. & doct. facit c. admonet.
cap. qui in dubijs de renunt. not. in Clem. 1.
ibi, in cuius manibus ceſsio fuerat facienda
eo. tit. l. 2. §. & eum placuiſſet, & ibi glo. in
verſic. abdicarent ff. de orig. iur. not. fulgoſ.
in l. ſolet prætor. not. 2. ff. de iur. om. iud. Al-
beric. auct. ſi vero contigerit num. 2. C. de
iudic. Bart. l. 1. C. de pen. ſubl. lib. 10. Abb.
cap. 2. nu. 10. de reſtit. ſpol. Roma. ſing. 352.
antabellio & conſ. 444. num. 6. verſic. tertio
quia Caſtald. de imperat. quæſt. 103. nu. 11.
Franc. Marc. quæſt. 615. num. 6. quæſt. 628.
& quęſt. 628. par. 1. & rector Prouinciæ abdi-
cando ſe, hoc eſt reijciendo inſignia magiſtra-
tus, proteſtatio neq; facta de ea re non amittit
imperium Stephan. Forcatul. retiomant. dial.
60. num. 4. Nec obeſt l. 2. §. & eum placuiſſet
ff. de arg. iur. quia ibi ſe abdicarunt, qui ſupre-
mum habebant imperium, ac reliqui de earũ
conſenſu Forcatul. d. dial. 60. num. 4. nam fa-
uor eſt publicus ne ciuitas ſit ſine magiſtratu
leg. 2. §. poſt originem ff. de orig. iur., & licet
iuriſdictio á iudice ordinario in totum, vel
in partem mandetur, tamen non abdicatur
á mandante, quoniam abdicatio denotat quã-
dam ſeparationem factam in totum l. abdica-

tio C. de patr. potesta. quę fieri non potest à iudice Alberic. d. auct. si vero, & not. in leg. solet prętor ff. de iur. om. iud. planè simplex iurisdictio vbi delegatur non diciturtransferri in delegatum, & abdicari à delegante Paul. de Castr. in l. 1. §. qui mandatam ff. de offic. eius Bart. & communiter alij doct. in d. leg. solet. Declaratur tamē vt renunt. poss. quasi possessioni iurisdictionis Innoc. cap. qui in dubijs de renunt. Bart. l. siquis in §. differen. in fin. ff. de acq. possess. ex quibus infertur quod iudex appellationis tenetur acceptare causam quoniam iudicandi munus est publicum, cui renuntiari non potest leg. munerum §. iudicandi ff. de muneri. & honori. Abb. c. accepta, num. 5. de appellat. Vnde ex constitutio. dominij Mediolani tit. de appellatio. § is confidens. Sapienter constitutum fuit, vt iudex, causę commissarius minimè possit commissionem recusare, & idem cauetur in tit. de iudic. §. qui confidens, vbi confidens omnibus iuris remedijs incontinenti, commissionem ipsius causæ acceptare cogitur, cum autem iudex non possit recusare munus iudicandi, multo minus poterit causæ iam acceptatę renunciare, cum eius munus sit causam non solū acceptare, verum etiam terminare d. §. iudicandi. Nam iudex cogitur iudicare, cum iudicare munus sit d. §. iudicandi, quo qui le abdicat, se ipsum exonerare dicitur cap. pastoralis, in princ. de offic. deleg. Menoch. de arbit. iud. quęst. 41. quis postquam acceptauit compromissum non potest renunt. vt not. Bald. in l. 1abe. §. tametsi ff. de recep. arbit. & executores testamentorum post acceptationē renunt. non poss., quoniā æquiparantur arbitris vel procuratoribus Bald. dicta § tametsi. Item executo. vlt. volunt. acceptans legatum relictum non potest renunt. officio executoris Bart. l. potest leg. §. amittere circa fin. ff. de his qui, vt indign. Item non potest quis renūtiare iuri prælationis, inconsulto eo, qui prælationem concessit, & dignitatem Decian. cons. 19. num. 40. & 60. lib. 3. cons. 21. nu 69. lib. 40. Qua ratione etiam non potest quis renunt. officij defensoris nisi in manib. Principis l. fin. & ibi not. Bart. C. de defensori. ciuit. páriq; ratione Tabellio non potest renunt. officio Tabellionatus nisi in manib. superioris Roman. d. sing. 352. an Tabellio Bald. l. falsus C. de furt. Franc. Marc. decis. 628. par. 1. quod & receptum est in muneribus publicis qui semel suscepta simpliciter repudiari non potest, licet suscipiēs alioquin sit exemptus l. 2. C. de his qui sponsè publ. mune. sube. lib. 10. & ibi
8 glo. 2. doct. Non absimili ratione sola voluntas tutoris se tutela abdicantis satis, & vt tutelæ renuntiatū videatur d. l. legatus. Neq; tutor quisquā suo arbitrio deponere tutelam potest leg. pri. in principio ff. de administran. glo. in leg. verum §. ex facto in ver. deponere ff. de minori. Nam quemadmodum cæteris officijs, vt iam dixi, vti constitutis principaliter ob publicam vtilitatem, non etiam ob priuatam vtilitatem ipsius officialis, simpliciter renunt. non potest, ita muneri tutelę quod inductum fuit non ob vtilitatem, & commodum tutoris, sed ad priuatam vtilitatem pupillorum, simpliciter renuntiari non potest, imo neq; etiam cum consensu ipsius pupilli tutelæ renunt. potest, cùm ex sola pupilli voluntate tutoris officium minimè finiatur l. 2. C. quan. tut. vel cur. Differt igitur officium tutelæ a cęteris, primo quia id datur ad priuatam pupilli vtilitatem, deinde datur inuito, & ab inuito suscipi, & exerceri debet quoniā officiū necessarium §. 1. §. vltima insti. quib. mod. tut. fin. l. curatorem ff. de tut. & cur. dato ab his, ex eo autem quod diximus, tutelæ officium esse necessarium rectè infertur quod tutor non potuit initio repudiare tutelam, nisi se legitime excusauerit, vt habet toto tit. ff. de excusat. iur. glo. in l. verum §. ex facto ff. eo. suscepta autem tutela renunciat. minimè potuit, cum post susceptam tutelam non recipiatur excusatio. l. 2. & ibi not. glo. & Salicet. C. si tut. vt curat. fal. alleg. Quod & voluit Azor. insti. moral. part. 2. lib. 10. cap. 9. quæst. 1. Peregrin. de iure fisci lib. 1. tit. 3. nu. 13. Verùm sunt quædam causæ quę cum post cœptam tutelam inciderint, valent, vt ea deponi possit glo. in d. l. verum §. ex facto, & illę ad quatuor genera referuntur, nempè iusta absentia eius, qui suscepta tutela reipub. causa abesse cœperit §. item qui reipub. insti. de excus. iur. deinde dignitas, & officium eius qui cum tutelam gerere cœpisset in consilium principis assumptus est leg. [illegible] ff. de excusat. tut. vel ad militaria munera redijt l. non solum §. qui principio ff. de excus. tutel. tertia causa est domicilij mutatio eius, qui principis permissu domicilium alio mutauit l. idem § 1. ff eo. postrema causa est valetudo eius qui post susceptam tutelam cæcus, aut mutus, aut surdus, aut furcosus aut valetudinarius factus est l. post susceptum ff. eo. cęterum tutor susceptæ tutelæ non potest renunt. vlq; post tutelam susceptam frustra se excusat. vt not. in d. leg. 2. C. si tut. vel cur. fals. alleg. si plures autem fuerint tutores, vnus ita poterit alteri renunt. tutelam gerendam, vt indemnitatem consequatur, sed ea remissio non pręiudicabit ipsi populo l. si mater, & ibi Bald. C. ad velleian. Crauet. consilio 375. colum. 1. Quinimo Immunis ab onere tutelę susceptæ, non poterit renuntiat. sed cogitur in ea perseuerare leg. voluntariæ, & ibi doct. C. de excus. tut. siquis autem susceptam tutelam deponere voluerit, primo debet inspicere, an possit se excusare ex illis quatuor causarum generibus quæ super attulimus, vel poterit docendo se non legitime datum petere alium dari tutorem, vt per Bart. in l. tutores §. curator, ver. vlt. not. ff. de admin. tut. vel docere poterit,

erratum

erratum fuisse in datione tutelę l. tutor si fuerit petitus ff. de tut. & cur. dat. ab his. Aliud est dicen. in tutela anomala tutoris, quæ ad tutelam cogi non potest auct. tutori, & auię C. quando mul. tut. offic. Bart. l. 2. numer. 3. & 10. ff. qui pet. tut. & ideò mater potest repudiare tutelam. Imo repudiasse tacitè, videtur permittendo labi tempus illi statutum, ad assumendum tutelam Surd. decis. 106. num. 16. cùmq. agitur de solis legitimis tutoribus necesse est matrem expresè renunt. tutelę, vt declarata voluntate per renunciationem. Postea pateat via legitimis tutorib. administrãdi Bald. l. precibus nu. 24. ver. in cõtrariũ C. de impube. Socin. iun. conf. 81. col. fin. lib. 2. Surd. conf. 175. nu. 27. poterit igitur mater initio repudiare validè tutelam, cùm non sit necess. tutrix d. auct. matri, & auię Iacob. de Guidoni. interconf. diu. vlt. vol. conf. 157. nu. 54. lib. 1. post susceptam autem tutelam non poterit illi renunt., quoniam suscipiendo tutelam renunt. videtur eius fauori ne cogatur esse tutrix l. voluntarie, & ibi not. C. de excus. tut., & alias semper publicum munus suscipiens sibi pręiudicat, tametsi alioquin sit immunis l. 2., & ibi glo., & doct. C. de his, qui spon. publ. muner. sube. lib. 6. sed hoc ita erit accipien., nisi mater velit transire ad secunda vota, quoniam tunc debet etiam renunt. tutelæ in manibus iudicis Bald. conf. 489. pũctus quæstionis nu. 1. lib. 4. in l. omnem. num. 5. C. ad tertull. Decian. conf. 55. nu. 51. lib. 1 quia per transitum, ad secunda vota censetur tacitè renunt. tutelæ Surd. d. decis. 106. num. 18. vbi igitur renunt. potest tutelę renunt. operatur, vt tutela semel repudiata nunquam restituatur specul. tit. de tutore §. tunc dicendum ver., quid si mater Surd. d. decis. 106. num. 20., & ideo mater, qui tutelæ renunciauit, per secundos nuptias, non potest ad illam redire etiam mortuo secundo viro. Surd. d. decis. 106. Iacob. de Guidoni. inter conf. dict. vlt. vol. conf. 157. num. 17. lib. 1. Imò mater asserens iudici se velle iterum nubere, pro iudice alium tutorem dari, non poterit tutelam reassumere, tametsi posteà nolit nubere Bald. l. imperialis in fi. C. de nupt. & hęc sunt notanda ad declarat. Const. Mediol. tit. de tutel., & cur. ibi per renunt.

9 Sed posset dubitari, an quę diximus, quod iurisdictioni, & officio renunt. non possit, nisi in manibus superioris, procedant etiam in Imperatore, in quo tutor dicen., vt non habeat superiorem, & Ias. Butr. dixit d. l. legatus, proced. etiam in Imperatore, atq; Imperatorẽ esse Magistratum, vt per Fulgol. ibi, sed Imperator non potest renunt. in manibus electorum, quoniam non sunt superiores, & renunt. fieri debet in manibus superioris, qui habent potestatem instituendi, & destituendi e. quod in dubijs de renunt., sed electores non habet hanc potestatem destituendi, ergo renunt. nõ debet fieri in eorum manibus Bald. l. Barbarius col. fin. ff de offic. pretor. Vnde Martin. Laudens. in tract. de principe not. 441 dixit, quod Imperator non potest renunt. Imperium nisi in manib. Papæ, quod est eius super. videtur. Quod, & noluit Azor. Insti. moral. par. 2. lib. 10. c. 9. q. 1. Peregrin. de iure fisci lib. 1. tit. 5. nu. 13. Ant Rolell. in tract. de potest. Papia voluit Imperatorem posse renunt. simpliciter, cum non habet superiorem, vt refert Castald. à tract. de Imperatore q. 103. nu. 12. vbi tenet Imperatorem debere renunt. in manib. Papæ, qui est superior, & ideo dixit Bald. in l. Barbatius col. fin. ff. de offic. Pretor. quod Imperator superiorem habet Papam, & ideò se ipsum non potest deponere, nec dare licentiam electoribus, quod alium eligant, nisi de licentia Papæ sz. Castald. d. q. 103. vbi latè tractat, an Imperator possit renunt. Imperio & in cuius manibus electus, tamen cui Imperatore potest re integra repudiare electionem, & renunt. etiam obstantibus eligentibus coram vicinis, & amicis Bald. d. l. Barbarius col. fin. Illud autẽ dubiũ nomen suum Forcatul. neciomant. dialog. 60. n. 4. quod Princeps regno se abdicare potest per e. 1. de renũt. lib. 6.

10 Sed in Papa illud certum est eum renuntiare posse simpliciter, cùm non habeat superiorem, vt est tex. xpressus in d. c. 1. de renunt. lib. 6. Alex. conf. 224. in re tam graui in fi. lib. 6. Io. à Capistra. de auct. Papæ p. 3. secundæ part. princ. nu. 7. Paris. de resign. benefic. lib. 7. q. 5. Martin. Laudens. tract. de Principe q. 441. Azor Insti. moral. p. 2. lib. 4. c. 6. Nam Papa renũciare potest in proprijs manib. quia potest deponere, & destituere se, quoniã Bald. l. Barbarius vol. fin. ff. de offi. prætor Abb. in sua quæst. 1. col. 4. in fi. num. 9. Azor d. c. 6. Nam Celestinus Papa V. cedens Papatui, cùm dedit dispositioni Bonifacij Octaui successoris, de qua in d. c. 1. de renunt. lib. 6. Quò fit, vt Papa, qui renunciauit habeatur pro mortuo, cùm mors, & renunciatio Papatus æquiparentur Aene. de falconi. de reseru. benefic. q. 5. priu. q. 2 num. 8. sz. quia renunt. Papatui est de reb. arduis, Papa renunt. sz. cum cõsilio Cardinalium, vt habetur in d. c. 1. ibi deliberatione habita cum suis fratribus Zeto. in rub. extr. de constitu. nu. 46. sed huic opinioni restagatur tex. in d. l. legatus in c. admonet, & in c. fin. de renunt., per quę iura videri potest Papam non posse renunt., cùm non habeat superiorem, in cuius manibus fieri poss. renuntiatio Io. à Capistra. de auctnt. Papæ nu. 65. sed responderi potest, ita demum fieri renunciationem in manibus superioris, vbi adest superior, secus vbi nõ est superior, vt hoc casu Coras. de benefic. c. 8. num. 6. Quare d. l. legans loquitur de Magistratibus, qui recognoscunt superiorem, cùm superiorem non recognoscens, possit simpliciter renunciare, vt habetur in d. c. 1. Imò Papa potest renunt. Papatui, tametsi sit aptus ad regen. glo. in d. cap. 1. ver. maximè, Vnde legere est plures

cesisse Papatui, vt legitur de Marcellino, cui successit Marcellus de Clemente, cui Linus successit, & de Celestino 5. cui successit Bonifacius 8. vt habetur in d. c. 1. refert Io. à Capistra. de auct. Papiæ q. 3. sec. part. princ. nu. 7. & num. 66., & alios refert Rebuff. in regul. cancell. in reg. de infirm. resign. parte 1. q. 1. Papa autem cum renuntiat Papatui amittit iurisdictionis potestatem non ordinis Azor d. c. 6. in fi. Imò obligatur iuramento suo Papa, qui promisit renunciare ad tollendum scisma, quia tendit ad fauorem Ecclesiæ vniuersalis. Alex. d. cons. 224. in fi. Et si de Papatu contenditur possunt contendentes, non tantum renũciare, sed compromittere de iure tantum, de factoq; tantum cócordare Zabarel. cons. 150. num. 12. Verùm in his diutius non est immorandũ, cũ per rarò eueniãt l. nã ad ea ff. de legib. quamuis nonnulli renunciauerint papatui, vt iam dixi, & plures sponte se regno, & principatui se abdicauerint, vt refert Gregor. de repub. lib. 26. cap. 1. & in sintagm. iur. lib. 6. cap. 20. nu. 8. Quare fatuus fuit Rex ille qui credens consignari se regis filium minimè esse regno renuntiauit Angel. l. si vicinis nu. 3. C. de nupt. Mathes. sing. 157. nu. 9. Menoch. de arbit. iud. causa 89. num. 28. sit igitur regula Imperio, & iurisdict. renunt. posse in manibus superioris si renuntians superiorem habuerit, & quia Papa superiorem non habet, potest renunt. simpliciter, vt in d. c. 1. ex hac autem regula infertur Imperatorem in quem translatũ fuit imperium a populo l. 1. ff. de consti. princ. non posse imperium abdicare nisi in manibus populi. Hinc videri potest donat. à Constantino factam non valuisse, quia non potuit abdicare nisi in manib. populi, vt dixit Iac. But. in d. l. legatus per tex. & Bart. ibi. Verũ respódet Bart. in proem. Harum in fin. qui Papa, & imperator processerunt à Deo tamquam causa efficiente auct. quomo. à part. episc. §. 1. Vnde imperator donando ecclesię donat Deo, quo casu abdicat in manibus superioris præterea Constantinus donauit de consensu populi, & Senatus c. Constantinus 96. dist. 2. Fulgos. d. l. legatus vel etiam secũ. Fulgos. ibi, d. l. legatus intelligitur abdicando, hoc est exeundo de prouincia. Dicendum igitur est imperatorem posse renunc. iuri videlicet rei alicui imperij ad honoré ecclesiæ Castald. de imperat. q. 104. Quin potest imperator etiam in ecclesiam inferiorem transferre aliqua loca abdicando à se omnem superioritatem, vt esse communes opin. Alba cons. 64. nu. 81. cons. 62. nu. 15. vbi loquitur de donatione ab imperatore facta ecclesię Nouariensi, & quamuis imperator nó possit abdicare aliquam partem imperij, & eius superioritatis, quã quilibet recognoscere tenetur Bald. l. qui se patris col pen. C. vnde libe. cons. 327. col. 3. lib. 1. Alex. l. filio quem pater col. fin. ff. de lib. & posth. Id tamé nó procedit vbi fit denũt. vel alienat. in ecclesiã Alba. d. cons. 62. nu. 20. cum itaq; alien. non fit sub nomine quotæ; sed de rebus singularibus tantum, vt de aliquibus ciuitatibus vel locis, & dummodo non contineat enormem læsionem, valet abdicatio, vt per Alban. d. cons. 62. Nec obest superioris tex. in d. l. legatus iuncta l. 1. ff. de consti. princ. qui imperator non possit abdicare superioritatem, & imperium sine consensu populi, a quo accepit, quia d. l. legatus loquitur in eo, qui dignitatem à superiore accepit, per communicationem quo casu superior, qui communicauit, non priuatur, cum populus non communicauerit, sed transtulerit omne imperiũ, etiam se priuando, & ita intelligitur d. l. 1. vt per Muscorn. tract. de iurisdict. & imper. num. 85.

Quod auté dictũ est, quem non posse renunt. officio nisi in manibus superioris dict. l. legatus cum simil. declaratur non proced. in eo qui renuntiauit possess. & quasi iurisdict. & officij absq; superiore l. si quis in §. differen. ff. de acq. possess. Innoc. c. qui in dubijs de renunt. sequitur Bart. d. §. differen. & ibi Alex.

11 Declara etiam, vt officialis ab vno electus & ab altero confirmatus, debeat renunt. officium in manibus confirmantis, non etiam eligentis Bart. in l. 4. C. de defensorib. ciuit. Dec. l. iusdicentis nu. 47. ff. de iurisdict. omn. iud. in l. more maiorum nu. 26. & ibi Ial. nu. 31. ff. eo. Surd. cons. 385. nu. 33. poterit tamé officialis renunt. in manibus eligentium, vbi eligentes essent à superiore deputati Roman. l. is qui heres in princ. ff. de acq. hæred.

Præterea declara vt renunt. non valeat nisi facta fuerit in manibus superioris quoad præiudicium superioris vel subditorũ, aut ecclesię quoniã si admittatur renunt. & resignatio per superiorem renuntians amittit iurisdictionem aut beneficium verum donec non sequatur ratificatio resignans habet ius in beneficio, & remanet intitulatus, sed aliqui dicunt temere in præiudicium renuntiantis, scilicet vt Castald. de imperat. q. 103. nu. 16. nam renuntians in manibus non superioris præiudicat sibi in possess. & amittit interim facultatem administrandi Castald. d. q. 103. num. 17.

Decl. etiã prædicta procedere in ordinario qui non potest in totum a se iurisdictionem abdicare. Secus in delegato, qui si in totum commisserit alteri vices suas amittit iurisdictionem in totum c. super quęstionum de offic. delega. Alberic. l. pen. ff. de offic. præsid.

12 Item declara vt renuntiantem officio pœnitere minimè poss. nisi tamen res sit integra Bald. l. deberi C. de fideicom. libert. in l. 2. §. sed & si quis q. 3. C. cómun. delegat. Bertachin. tract. de episc. par. 6. lib. 4. num. 80. versiculo quadragesimo quarto. executor relictus testamento, qui renuntiauit officio, in manibus episcopi, videtur quod non possit illud reassumere acceptando, quoniam est legatum officij, quod repudiatum euanuit l. proinde ff. si cert. pet. sed contrarium verius est, siquidem non est legatum, sed quædam facultas, & ideò

reintegra

reintegra pœnitere potest, alias non, c. licet de procurat. lib. 6. quod menti tenendum esse inquit Bald. in leg. deberi C. de fideicomm. liberta.

Declara quoq; præfata procedere in eo, qui habet ius iure, secus si habeat ius ad rem, not. in cap. fin. de concess. præbend. lib. 6. in cap. pen. de præbend. eo. lib.

23 Vnde electioni de se factæ quis potest renuntiare anteq; consentiat Boich. c. inter de translatione episc. & postquam consensit, tamen ante confirmationem, secus si consenserit, & præterea confirmatus fuerit. vt per eum, nam qui sponte renuntiauit electioni suæ super ea amplius non auditur cap. in præsentia de renunciatione, & electus qui nondum acceptauit, potest in manibus cuiusque renunt. cum regula d. l. legatus, & d. cap. admonet. cum simil. locum habeat in acquisitis, & in iure in re, non etiam in quærendis, & in iure ad rem. nunc. Castald. d. quæst. 103. num. 15. & electus in manibus eligentium etiam post consensum ante confirmationem renuntiat, vt per eum numero 14. similiter præsentatus renuntiat in manibus ipsius patroni præsentantis, vt per eum elect. igitur potest renunt. elect. in manibus eligentium suum, non etiam superioris glo. in cap. 2. nu. renuntiauit de resti. in integ. in cap. si electio de elect. lib. 6. in cap. 2. num. confirmatis de translat. prælat. in c. cum inter ver. coniugale de elect. Selua de benefic. par. 3. quæst. 5. nu. 7. Boer. quæst. 2. nu. 47. c. cum venissent, & ibi Innoc. de int. resti. quod verũ est etiam postquam consensit glo. in c. constitutus in verbo renunciasse in fin. & ibi Franc. de appellatio. & ideo episcopus electus potest ante confirmationem etiam, si consentit renunt. in manibus eligentium Bertachin. tract. de episc. lib. 1. par. 3. num 49. Nam electus cũ aliquo beneficium potest simpliciter renunt. electioni c. in præsentia de renunt. Paris. de resign. benefic. lib. 2. quæst. 23. nu. 7. & generaliter renunt. eorum quæ habent ius ad rem nõ requiritur, vt fiat in manibus superioris glo. in c. si electio. de elect. lib. 6. Paris. de resign. benefic. lib. 2. q. 23. nu. 17. potest tamen qui renuntiauit elect. de se factę denuo eligi ad idem, & potest etiam consentire secundę elect. Paris. de resign. benefic. lib. 1. q. 13. nu. 21 & si electus refutauerit potest postea acceptare, vbi electores in eadem voluntate persistunt glo. in c. licet in fin. de procurat. lib. 6. & renuntians elect. de se factæ non potest pœnitere, tamen nec amplius auditur Paris. d. lib. 1. q. 13. nu. 16. & 20. vbi inquit quod electores possũt alium eligere, & qui renuntiauit elect. si appellauerit ab elect. noua non debet audiri capit. cum inter A. de electio. Quo fit etiam vt electus ad beneficium ecclesiasticum seu ad aliquam dignitatem post. renunt. absq; superioris auctoritate ante continuationem habitam Paris. de resign. benefic. lib. 7. q. 1. num. 78. cum seq. vbi latè. Vnde etiam præsentatus ad beneficium antequam à superiore instituatur, potest renunt. prẹsentationi in manib. patroni absq; superioris auctoritate, quoniam ante institutionem cessat interesse superioris Paris. d. q. 1. num. 94. ver. secundò infertur Qua ratione etiã habens literas expectatiuas ad beneficia vacatura potest illis renũt. absq; superioris auctoritate Paris. d. q. 1. nu. 97.

XXXI. RENVNCIATIO SACERDOTIORVM, SIVE BENEFICIORVM ECCLESIASTICORVM.

Summæ.

1 *Sacerdotes ethnicorum.*
2 *Sacerdotia, quæ olim vocabantur, hodie beneficia ecclesiastica dicuntur.*
3 *Beneficia ecclesiastica, cur instituta.*
4 *Ius percipiendi prouentus, officium, seu obligatio, & ministerium spirituale considerantur in beneficio ecclesiastico.*
5 *Beneficio ecclesiastico renunciari an possit.*
6 *Beneficio ecclesiastico renunciari non potest, nisi cum auctoritate superioris.*
7 *Beneficio ecclesiastico, cur renunciari non possit absq; superioris auctoritate.*
8 *Renunciatio in beneficialibus facta, sine superioris auctoritate non valet.*
9 *Resignationem factam absq; superiore, haud censeri nullam in præiudicium resignantis.*
10 *Renunciatio facta sine superiore nocet renuncianti, quò ad possessionem tantum.*
11 *Superioris auctoritas non exigitur in resignatione beneficiorum, nondum quæsitorum.*
12 *Beneficium litigiosum resignari potest sine superioris auctoritate.*
13 *Resignatio facta coram superiore, & operatur.*
14 *Renuncians beneficio expressè, vel tacitè non potest illud repetere.*
15 *Beneficium ecclesiasticum à spiritualibus depẽdet.*
16 *Resignatio beneficiorum debet esse pura.*
17 *Conditionalis renunciatio.*
18 *Renunciatio beneficij ecclesiastici duplex.*
19 *Expressa resignatio duplex.*
20 *Regulæ cancellariæ, duę potissimum obseruari debent in resignationibus beneficiorum.*

Beneficium ecclesiasticum datur propter officium c. final. de rescript. lib. 6. cap. cum secundum de præbend. glo. in cap. vltimo de offic. vicar. 1. ideo consequens est, vt post renunciationem officiorum, dicamus de resignatione beneficiorum ecclesiasticorum. Refert igitur Plato lib. 6. de leg. inter ethnicos fuisse sacrificia, quę necessariò sacerdotes, sacrorumq; ministros exigerent, eosq; assiduos. Quod, & apparet ex antiquorum iurisconsultorum responsis, quæ in ius vocari minimè permittunt, sacerdotem,

dum ſacra facit, nec eos, qui propter loci reli-
gionem inde ſe mouere non poſſunt l. 11. ff de
ius voc., & in l. vitricus cum l. ſeq ff. de don,
inter vir. & vx. cauetur propter ſacerdocium
retineri commode non poſſe matrimonium,
ſcilicet ob exequẽdum munus ipſius ſacerdo-
tij, & in l. non diſtinguemus §. ſacerdotio ff,
de recep. arbit. ita ſcribitur, ſacerdotio ad-
ueniente, videbimus, an cogatur arbiter ſen-
tentiam dicere; id enim non tantum honori
perſonarum, ſed, & Maieſtati Dei indulgetur
cuius ſacris ſacerdotes vacare oportet, ſcilicet
etiam ethnicorum ſuperſtitio, curam habuit
ſacrificiorum, ſacerdotumq;, ac miniſtrorum.
Vnde Ariſt. 7. politic. c. 1. tradit ſacerdotibus
fuiſſe circa templa commeſſationes inſtitutas
& Dionis Halicarn. lib. 2. refert apud Roma-
nos ab initio ſacerdotibus creatis per Romu-
lum, aſsignatam fuiſſe in eorum victum ſuffi-
3 cientem ſubſtantiam. Hincq; ſacerdotia di-
cta apud gentiles, quę nos beneficia appel-
lamus; De ſacerdotijs namq; meminit Li-
uius libro 9. & libro 10. Quo ſenſu Tacit. de
Othone ita inquit, Adoleſcentes auitis, & pa-
ternis ſacerdotijs in ſolatiũ repoſuit. Ergo de
iure canonico, annui prouentus, qui ex eccle-
ſię bonis percipiuntur, rectè beneficia appel-
lantur. Nam beneficium eſt clerici ſtipendiũ,
atq; eſt inſtar beneficij, quod olim militibus
tribuebatur, tamquam vitę ſubſidium, & mer-
ces laborum, vt habetur toto tit. C. de fund. li-
mitroph. lib. 11. clerici quippè iure miniſte-
rij l. generaliter C. de epiſc., & cler. in illis
verbis, cùm propter hoc illis indulgemus be-
neficium, vt omnibus alijs derelictis Dei om-
nipotentis miniſterijs inhæreant Atq; ali de-
bent ex prouentibus eccleſiæ c. extirpandæ c.
cum ſecundum Apoſtolum de prębend. c. cum
ſit romana de Simon. Nam ſcriptum eſt, non
alligabis os boui trituranti. Deute. 25. ad
Gala. 6. Neq; iniquum eſt, ſi qui ſpiritualia
nobis ſeminant, metant temporalia 1. ad Co-
rint. 9. Merceſq; laboris non eſt neganda mer
cenario leuit. 19. Deuter. 24. Tobiæ 4. Itaq;
ab initio Apoſtolorum tempore in eccleſia,
omnia erant communia inter clericos, & laicos
Chriſtianos. Namq; qui conuertebantur prę-
tium prædiorum venditorũ, ad ipſorum Apo-
ſtolorũ pedes deferebant. Poſtea cœptum fuit
conſeruari bona pro eccleſia in vniuerſali, &
ex fructibus bonorum poterãt diſpenſare epi-
ſcopi, quibus expediebat c. certè 12. q. 1. Quo
quidem tempore emanarunt iura, vt clerici
habentes proprium, non poſſent participare
de bonis reſeruatis in cõmuni pro indigẽtibus
vt in illo tex. Nouiſsimę cœperunt clerici poſ-
ſidere res proprias, & beneficia, & eccleſię cœ-
perunt conſtrui, & dotari pro miniſtris et non
indigentibus cap. nemo de conſecra. diſt. 1. ex
quo fit, vt etiam diuites poſsidenteſq; bona
propria, poſsint ex diſpenſatione habere etiã
plura beneficia, atq; de fructibus viuere, cap.
de multa in fin. de prębend. Vnde circa eccle-
ſiaſtica bona diſtinguenda ſunt tria tempora,
vt trad. Abb. quęſt. 3. Sempronius Clericus
col. 5. in fin. cum ſeq. verſic. ad tertium, &
quęſt. 4. Titius Clericus col. 12. num 12.

Beneficium eccleſiaſticum cum ſit ius perci-
piendi fructus ex bonis eccleſiæ propter officiũ
ſpirituale Innoc. & Hoſtien. in cap. relatum
de præbend. Selua tract. de benefic. quęſt.
4 1. Coraſ. de benefic. part. 1. cap. 2. tria in eo
diſtinguuntur, primum eſt ius percipiendi
prouentus ex bonis eccleſiæ, quod quidem ius
eſt propriæ beneficium. Alterum eſt officium
ſeu obligatio. Tertium eſt officium, & mini-
ſterium ſpirituale, quod quidem non eſt bene-
ficium, ſed cauſa, & fundamentum ipſius be-
neficij. Nam beneficium eccleſiaſticum eſt,
quid ex ſpiritualibus dependẽs, Diui. Thom.
22. quęſt. 100. artic. 4.

Si conſideremus igitur beneficium eccle-
ſiaſticum eſſe quoddam ius atq; eſſe commo-
dum, & vtilitatem, vt per Menoch. conſ. 970.
num. 6. certè illi renunciare poterit beneficia-
rius, ſiquidem vnuſquiſq; renunciare poteſt
iuri ſuo atq; cõmodo ſuo contemnereq; bene-
ficium pro ſe conceſſum, vt alibi ſæpè dictum
eſt. Vt autem beneficium datur propter offi-
cium. vt poſtea dicam, illi renuntiari non po-
teſt niſi cum ſuperioris conſenſu. Deniq; cum
beneficium ſit ſpiritualibus annexum, vt per
Diui. Thom. d. artic. 4. in reſignatione bene-
ficij prohibetur pactio.

5 Beneficiarius ergo poteſt renunciare ſuo
beneficio eccleſiaſtico, vt habetur in tit. extra
de renunciatione, & eo. tit. lib. 6. & in clement,
Nam vnuſquiſque renuntiare poteſt iuri ſibi
competenti etiam in ſpiritualibus Flamin.
Paril. de reſign. benefic, lib. 1. quæſt. 1. nu. 5.
& lib. 2. quæſt. 1. num. 2. Cum etenim benefi-
cium reſignatum debeat eſſe proprium ipſius
reſignantis cap. dilecto de præbend. cap. ſta-
tuimus cap. ad apoſtolicam, de regulari cap.
fin. de crimin. falſi. meritò poteſt quis de re
ſua diſponere ſane reſignatio pręſuponit ius
reſignantis Gomez. in regu. cancell. de annali
poſſeſſ. quæſt. 56. Menoch. conſil. 402. nu. 43,
& quæmadmodum poteſt, quis repudiare be-
neficium eccleſiaſticum, quãdo nemo inuitus
cogi poſsit beneficium acceptare Innoc. cap. 1.
de his quę fiunt maio. par. cap. & in cap. quam
ſit de elect. idq; communiter receptum eſſe
teſtatur Flamin. Pariſ. de reſign. benefic. lib. 3.
quæſt. 18. nu. 8. ita æquum eſt vt nemo inuitus
cogatur retinere beneficium, ne contra regulã
iuris inuito beneficium conferatur.

Sed quoniam beneficium eccleſiaſticum nõ
tribuitur principaliter ad ipſius beneficiarij
commodũ, ſiquidem beneficiũ datur propter
6 officium, & miniſterium, vt mox dicam ideo
in reſignatione eccleſiaſticorum beneficiorum
neceſſaria eſt ſuperioris auctoritas qui abdica-
tionem approbet atq; confirmet. Nam licet
regula-

regulariter renunciatio pendeat à nuda renúciantis voluntate, vt alibi latè dixi, tamen officij, seu beneficij à superiore propter officiũ quodpiam concessi renuntiari non potest, nisi accedente ipsius superioris auctoritate, vt habetur decis. Rot. Rom. 3. num. 2. de renunt. in nou. Aliud etenim est in ecclesiasticis beneficijs, quibus renuntiari non potest nisi in manibus eius, qui habet potestatem destituendi, aliud in cæteris rebus Bald. cap. fanè num. 2. de renunt. Itaq; beneficijs ecclesiasticis non renunciatur nisi cum auctoritate superioris c. admonet, & ibi Abbas nu. 6. & Butri. in nat. 3. cap. quod in dubijs, & ibi Butri. num. 10. c. vltimo, & ibi Abb. de renunt. cap. deniq; 6. quæst. 3. cap. Abbas 18. quæst. 2. vbi glo. & in cap. ex one. de his quę fiunt à maio. par. capitu. c. ad audientiam de his quę vi met. ve cau. leg. 2. §. & cum placuisset ff. de orig. iur. l. legatus ff. de offic. pręsid. & ibi glo. §. quod interim auten. de defensori. ciu. arg. c. gonsaldus 17. quęst. 2. Innoc. d. c. quod in dubijs Abb. cap. audita. num. 3. de restitu. spol. Butri. in cap. significauerunt nu. 3. de prębend. in cap. quod Dei n. 8. de sta. Monach. Paril. cons. 39. nu. 25. lib. 4. Coras. de benefic. cap. 5. nu. 56. & cap. 8. num. 54. Rossiniac. tract. de benefic. cap. 54. in prin. Menoch. recupe. possess. remed. 1. nu. 277. Flam. Paris. de resign. benefic. lib. 7. quæst. 1. in prin. & nu. 58. & quæst. 9. Couarru. varia. resolut. lib. 1. cap. 5. num. 6. Cassad. decis. 2. num. 3. de renunt. Io. à Capistra. de aucto. Pap. par. 3. sec. par. princ. nu. 66. Caroz. in reg. concesso ampl. 4. num. 5. de regu. iur. lib. 6. Villadie. de lega quæst. 14. num. 100. Nam, & quis non potest pacisci de non petendo beneficiũ absq; superioris consensu Butri. cap. quod in dubijs num. 7. de renunt. Qua ratione doct. in hac materia vtuntur verbo resignare quandoquidem beneficium resignare est beneficium ei, qui dedit reddere. In quam sententiam ita cecinit Horat. lib. 3. Carmin.

Si celeres quatit penas, resigno quæ dedit, & dixi etiam supra lib. 1. fanè huiusmodi renuntiationes pendent à voluntate superioris Flamin. Paris. de resign. benefic. lib. 1. quęst. 2. num. 12.

7 Neq; mirum est quod non possit beneficiarius iniussu superioris beneficium dimittere. Nam beneficia huiusmodi sunt ecclesiæ bona, atq; in ecclesię vtilitatem instituta, neq; ea habet beneficiarius in patrimonio, & bonis suis. Præterea superioris interest ne dimittatur beneficium sine eius licentia Geminia. in cap. si electio. num. 5. de elect. lib. 6. Paris. d. lib. 7. quæst. 1. num. 3. & num. 81. cum seq. siquidem ei pręiudicatur cap. significasti de foro compet. cap. Clericum 11. quæst. 1. cap. non liceat 3. quęst. 6. arg. cap. siquis suadente 17. quæst. 4. cap. cum desideres §. vlt. de sent. excommunic. Enimuero beneficium datur propter offitium cap. fin. de rescrip. lib. 6. cap. cum secundum de præbend. cap. eos cap. siquis sacerdotum 81. dist. cap. eos qui post diaconatum 32. dist. cap. latores de cleri. excommu. minist. glo. in cap. vlt. de offic. vicar. Redoan. de simo. menta. cap. 27. num. 51. Io. Caraf. de simo. num. 70. Duo quippè sunt quę faciunt benefitium scilicet diuinum obsequiũ & prouentus cap. siquis obiecerit 1. quæst. 3. siquidem officium impendi debet ecclesijs ab his, qui reditus ipsius benefitij capiunt, cum igitur benefitium ecclesiasticum acceptans addicat se ad officium, & onus, quod propter beneficiũ iniungitur Guid. Pap. q. 577. Gig. de pensio. q. 51. atq; videatur se obligare c. nisi ver. verum de renunt. certè obligationis nexu se eximere non potest nuda ipsius renúciatione Paris. d. q. 1. n. 3. Nam admissio renunciationis est quædam absolutio, seu liberatio, sed, & quemadmodum non debet superior alicui beneficium sine causa auferre, ita qui beneficium acceptauit, videtur per quasi contractum se obligasse, ad illius administrationem d. §. verùm. ibi, sponsam suam ex ea de pact. num. 239. Arnul. Ruze. de iure regal. priuil. 45. nu. 54. Vnde is dissolui non poterit nisi ex vtriusq; voluntate, per ea, quę not. Innoc. in c. quę in ecclesiarum de constitu. Qui etenim semel se addixit ecclesiæ, atq; suscepit onus certe non potest illud detrectare, neq; potest beneficium dimittendo ab obligationis vinculo se eximere sine superioris consensu. Ruffiniac. d. c. 14. nu. 38. Quinimo matrimonium esse videtur inter beneficiarium, & ecclesiam, & proinde ab illo tùm dissoluitur, cùm renunciat beneficio c. ex transmissa, & ibi Abb. num. 4. de renunt. Hinc beneficiarius non debet dimittere beneficium, sed debet adhærere vxori, est in potestate militis renunciare militię Bal. c. 1. num. 2. de renunt. facit etiam, cuius auctoritas requiritur in acquirēdo beneficium, eiusdem item exigitur in amittendo illud iam quęsitum Bald. c. admonet de renunt. Nam, & officium, & iurisdictio vt non potest acquiri sine superioris auctoritate, ita neq; abdicatur à renunciante, nisi accedente superioris cõsensu, vt dixi supra renũt. proxima. His quoq; accedit, quia posessio beneficij introducta est gratia vtriusq; , scilicet beneficiarij, & ecclesię ideò ei non potest renunciari solà volũtate ipsius beneficiarij Bald. c. quod in dubijs in fi. de renunt., cùm igitur beneficium ecclesiasticum haberi non possit nisi ab eo, qui habet officium clericale Diu. Thom. 2. 2. q. 100. artic. 4. officium autē ipsum ex necessitate explicari debeat, tametsi ex voluntate susceptum fuerit Abb. in c. post cessionem de probatio. concludendum est beneficij renunciationem non pendere a libera voluntate ipsius renunciantis, si quidem beneficio annexum est officium cui nõ potest renunciari, nisi in manibus superioris l. pen., & ibi glo. ff. de offic. præsid. l. 2. §., & cum placuisset,

cuisset, vbi glo. ff. de orig. iur. l. fin. C. de dec. sen. ciu. Nam officium, & obligatio est causa beneficij, vt iam dictum est, obligationi autem semel constitutæ non potest simpliciter renunciari l. sicut C. de actio. & oblig. obligationē etenim, & necessitatem vltro sibi imponit beneficium acceptans, à qua postea recedere non potest ex eius sola voluntate d. l. sicut.

8 Planè in beneficialibus renunciatio facta sine superioris auctoritate non valet, Innoc. c. quod in dubijs, de renunt. & ibi Abb. nu. 13. cap. Gonsaldus 27. quæst. 2. cap. denique 6. q. 3. Bero. cap. felicite nu. 6. de restitu. spol. Abb. cap. cum pridem num. 3. de pact. in cap. quod Dei num. 4. de sta. Monach. Parif. de resign. benefic. lib. 7. q. 1. nu. 9. Quin etiam ius non abdicatur à resignante nisi resignatio à superiore admissa fuerit, idem lib. 1. q. 3. nu. 50. vbi inquit hanc esse receptam sententiam.

9 Declaratur tamen, vt renuntiatio facta sine superiore nulla sit quò ad præiudicium ipsius superioris tantum, non etiam in præiudicium resignantis, quoniam illi nocet glo. & Innoc. cap. quod in dubijs, & ibi Abb. & Butri. nu. 9. de reunnt. Butri. cap. fin. eum. 9. de extra eo. latè prosequitur Parif. d. q. 1. nu. 12. cum seq. vbi num. 25. inquit ab hac conclusione nō esse recedendum in consulendo, & in iudicando, tametsi contrarium dixerit Hostien. in dict. c. quod in dubijs, & alij, vt per eum. Imo vera est conclusio, quod renuncians absq; superioris auctoritate non potest, absq; eius consensu redire ad beneficium resignatum glo. in d. c. quod Dei, quam singularem inquit Nauarr., vt per Parif. d. q. 1. num. 51. sanè huiusmodi renunciatio facta, absq; superioris consensu non valet, quo ad ecclesiam, vel superiorem, quando ecclesia, vel superior posset repetere, c. non aporter 7. q. 1. c. mulier 33. q. 5. Renuncians verò, sic non poterit repetere, quoniam quò ad se tenet pactum ne repetet, glo. d. c. quod in dubijs, & ibi Butri. nu. 5. Huiusmodi autem renunciatio, quò ad superiorem idcirco est nulla, quia fit contra legem; verùm quò ad ipsius renunciantis præiudicium valida erit, si quidem obtinet vim taciti pacti, vt de acceptilatione dicitur in l. si vnus §. pen. ff. de pact. l. acceptilatum ff. de acceptilat. c. eos 7. q. 1. Parif. d. q. 1. nu. 21. cum pluri. sequ. Quare regula d. c. admonet, & c. quod in dubijs cùm sim. scilicet, vt renunciari debeat beneficijs ecclesiasticis in manibus superioris alioquin non valeat, intelligitur quo ad præiudicium superioris. Cæterum vbi superior velit admittere, & ratificare resignationē priuatur renuntians beneficio, proindeq; illud repetere non poterit Castald. de impera. q. 103. nu. 16. Nam potest superior ex post facto habere ratam cessionem factam, coram alio Parif. de resign. benefic. lib. 7. q. 1. nu. 48. vsq; ad num. 57. per tex. in c. vlt. vbi Abb. nu. 4. de renunt. Nec obstat, secundum cum ratum haberi non posse, quod est ipso iure nullum & quod in aliena ff. de acq. hær. quia huiusmodi renuntiatio non est ipso iure nulla, vel non est omnino nulla, sed quantum attinet ad ipsum superiorem. Quamuis igitur, quod ad superiorem pertinet, non valeat renunciatio si in manibus eius facta non sit; tamen quod pertinet ad renunciantem, & definit esse titularius Rot. decis. 312. in non.

10 Declara præterea, vt renunciatio sine superiore facta noceat renuncianti, quò ad possessionē, quoniam retinet proprietatem, qua declarari debet priuatus Innoc. in c. veniens, & in c. quod in dubijs Abb. nu. 8. & Bald. nu. 4. de renunt. Bero. c. felicite nu. 17. de resti. spol. Ange. in l. pen. ff. de offic. præsid. Iaf. in l. 1. §. sicut nu. 17. ff. de acq. pos. Guid. Pap. cons. 172. num. 1. Menoch. de arbit. iud. casu 201. nu. 47. Flam. Parif. d. q. 1. num. 38. ver. secundo declaratum, & lib. 1. q. 3. num. 97. & facit optimus rex. in l. si quis in §. differentia, vbi Bart. ff. de acq. pos. Nam, & qui non potest renuntiare iurisdictioni, absq; superiore, quo ad proprietatem, poterit tamen possessioni renunciare Parif. d. q. 1. nu. 39. cum seqq. Namq; titulus beneficij, non amittitur absq; superioris consensu Abb. c. ad aures nu. 7. de eo, quod mer. cau. Felin. c. in nostra corol. 34. de rescript. Horum autem ratio est, quia possessio nihil habet spiritualitatis, cùm aliud dicendum sit in proprietate Flam. Parif. d. q. 1. nu. 48. cum seq.

11 Sed, & declaratur auctoritatem superioris exigi in resignatione beneficiorum quæsitorum, cùm aliud sit in resignatione beneficiorum nondum quæsitorum, ac nondum acceptatorum, Innoc. c. quod in dubijs, & ibi omnes de renunt. Parif. d. q. 1. num. 74. Nam in beneficijs nondum acceptatis cessat ratio vinculi & obligationis susceptæ, & regula d. c. admonet. & d. c. quod in dubijs, cum sim. habet locum in beneficijs iam acceptatis, & officio suscepto Castald. de imperato. q. 103. nu. 16. Natura etenim omnium beneficiorum est, vt ea inuito nemini tribuantur leg. inuito ff. de reg. iur. Vnde beneficij ecclesiastici repudiatio pendet à sola repudiantis voluntate. Nam qui non acceptat beneficium ecclesiasticum, minimè præiudicat superiori. Neq; in repudiatione exigitur superioris consensus, siquidem cessat obligationis vinculum. Nam acceptatio beneficij facit, vt postea exigatur superioris consensus.

12 Nam, & beneficium litigiosum resignari potest sine superioris auctoritate Butri. cap. quod in dubijs num. 5. & ibi Abb. num. 4. de renunt. Flam. Parif. d. q. 1. num. 104. vbi declarat procedere in iure adeò controuerso, vt probabile sit dubium, cui ius competat.

Sunt, & alij casus quibus resignari potest beneficiū absq; superioris consensu, sed nobis satis est ostendere regulam esse, vt renuntiandum sit

dum sit beneficijs ecclesiasticis cum superioris authoritate, id quæ propter officium, & obligationem susceptam in acceptatione ipsius beneficij.

13 Hinc resignatio facta coram superiore valet & operatur, vt renuntians priuetur beneficio Paris. de resign. benefic. lib. 1. q. 4. nu. 8. & q. 5. & per resignationem dicitur vacare beneficium secundum communem omnium doct. sententiam, vt per Paris. d. q. 4. & 5. Amittuntur quippe, & vacant beneficia ipso iure, & facto quando nec ius, nec possessio beneficij apud vllum est. Quod accidit potissimũ per renuntiationem, & per mortem cap. susceptũ de rescrip. lib. 6. c. quamuis tibi de præbend. lib. eo. c. fin. de verb. sign. lib. 6. & resignatio mors est ciuilis Gabriel. cons. 67. nu. 9. lib. 2. quæ morti naturali comparatur Roffin. de benefic. c. 22. qu. 5. vnde licet possessio nemini sit auferenda sine causæ cognitione l. fin. C. si per vim, vel alio modo, tamen vbi aliquis renuntiauit beneficio ecclesiastico in manibus superioris, tunc incontinẽti, sine causæ cognitione potest illi auferri possessio, quoniã iudex id facit exequendo suũ officium, vt per Ange. d. l. fin.

14 Hinc quoq; fit, vt renuntians beneficio expresse, vel tacite non possit illud repetere cap. ex transmissa de renunt. Paris. d. lib. 1. q. 13. Nam in resignante nullus est pœnitentiæ locus d. lib. 1. q. 12. siquidem renuntians amittit omne ius in beneficio tam circa titulum, quã circa possessionem Innoc. cap. super litteris, & ibi imola de renunt. Abb. in cap. solicite, de restitu. spol. imò spoliatus violenter possessione beneficij non restituitur vbi illud sponte renuntiauit tex. est in cap. accepta. de restitu. spol. Gigans cons. 10. num. 2. Illud autem est speciale in resignatione beneficiorum ecclesiasticorum, vt renuntiatio facta post spolium minimè obstet agenti spolio, vt habetur in c. solicite de restitu. spol. cum aliud dicendum sit in prophanis, in quibus renuntiatio etiam post spolium excludit spoliatum à restitutione petenda Abb. d. c. solicitè nu. 9. Gabriel. in communi tit. de restitu. spol. concl. 4. nu. 10.

15 Deniq; beneficium ecclesiasticum cap. ex parte 1. & ibi glo. in versic. omnino de offic. deleg. c. dilecto vbi glo. de præbend. c. deliberatione §. prohibemus, ibi libere resignare de offic. lega. lib. 6. c. cum pridem in fin. de pact. c. quam pio. 1. q. 2. glo. in cap. cum vniuersorum de re permuta. & in cap. apostolica 8. q. 1. Roman. consil. 359. quia beneficij staphile de grat. expect. rub. de var. mod. vac. num. 26. Crauet. cons. 122. Natta. cons. 293. num. 2. Menoch. cons. 67. nu. 10. Flam. Paris. de resign. benefic. lib. 1. q. 2. num. 5. quæst 1. nu. 48. & lib. vlt. in præfat. spiritualibus dependet, vt per Diu. Thom. 2. q. 100. artic. 4. siquidem beneficium est spirituale, sed non merè, & essentialiter, neq; propter se, sed propter aliud Abb. c. quanto nom. 5. versic. quædam sunt spiritualia de iudic. ideò conditio, & pactio in beneficijs resignandis improbatur. Nam ecclesiastica munera diuini iuris sunt, proindeq; nec merce, nec pretio comparari possunt citra Simoniæ labem Act. 8. cap. sanctorum 1. q. 1. cap. quam pie. 1. q. 2. cap. siquis obiecerit 1. q. 3. cap. fin. de pact. cap. consulere de simo. c. constitutus, & c. veniens de transact. Neq; enim sacra in comercio hominum sunt leg. inter stipulantem §. sacram ff. de verb. oblig. Atq; ea, quæ sunt spiritualibus annexa, vt ab illis dependeant, nulla ratione emi, aut vendi possunt. Nam cum hæc non possint esse sine spiritualibus, qui ea venderet videretur vendere spiritualia Diu. Thom. d. artic. 4.

16 Itaq; renuntiatio beneficiorum debet esse pura, & absq; pactione. Nam in dependentibus prout in connexis idem est iudicium Io. de Anan. cons. 52. in prin. siquidem connexũ dicitur duobus modis scilicet, quia pendent ab altero, vel quia ordinatur ad alterum Diu. Thom. d. artic. 4. Crauet. cons. 218. num. 3. Ruin. cons. 108. num. 6. lib. 5. Roffiniac. de benefic. cap. 14. nu. 7. Nam resignationis natura est, vt sit pura Arnul. Ruze. de iure regal. priuil. 32. nu. 6. Atq; renuntiatio beneficij est actus legitimus, qui non recipit conditionem Abb. cons. 101. viderũ col. 3. in prin. lib. 2. Nam resignatio in qua modus, conditio vel pactum interuenit, censetur simoniaca Redoan. de simo. menta. par. 2. c. 10. num. 1. Franc. Marc. q. 543. par. 1. Resignationes q; beneficiorum conditionales tanquam Simoniam redolentes reijciũtur Roffin. de benefic. c. 14. num. 20. Vnde antiquis temporibus resignationes fiebant purè, quando non nisi de resignatione simplici mentio fiat in corpore iuris canonici Flam. Paris. d. quæst. 2. num. 3. licet enim possit quis resignare beneficium suum, vt alteri prouideatur, tamen resignatio fieri debet sine aliqua cõditione, & modo glo. 1. in c. dilecto, & ibi Abb. in not. 2. de præbẽd. glo. in c. ordinationes in ver. pretio 1. q. 1. per d. c. dilecto, & in d. c. ex parte, & ibi Abb. Nam conditio simoniam inducit glo. & doct. in c. pactiones, & in c. cum pridem de pact., & facit glo. in l. illæ autem institutiones in glo. vlt. ff. de hær. insti. vbi, qui renunciat præbendæ, vt alius habeat, id libere facere debet, hoc est purè, vt inquit ibi Bald. Resignatio ergo debet fieri in manibus superioris purè, licet renuncians in animo gerat, vt beneficium, quod dimittitur conferatur certæ personæ, aliás non renunciaturus, si quidem propositum in mente retentum non operatur conditionem. l. si repetendi C. de cond. ob cau. Staphil. de grat. expect. nom. 27. & deduci dicitur in pactum, cùm in resignatione dicitur, ad commodum certæ personæ, occaliter, nec aliás Boer. de potesta. lega. à lat. num. 117.

17 Ex

37 Ex quibus fit, vt renunciatio conditionalis quam in fauorem vocant, fiat coram Summo Pontifice tantum c. ex parte 1., & ibi glo. de offic. deleg. Rebuff. in praxi benefic. tit. de resign. condition. nu. 1. Abb. in c. susceptum. de rescript. lib. 6. Felin. c. ad audientiam 11 de rescript. Gomes ad regu. cancell. de trien. pos. q. 13. Flam. Paris. de resign. benefic. lib. 1. q. 3. in prin. lib. 1. q. 6. nu. 1., & num. 189. lib. 9. q. 5. & q. 9. nu. 3. & lib. 11. q. 7. nu. 32. Nam renunciatio in fauoré speciem simoniæ habere videtur c. quam pio. 1. q. 2. c. cum pridem, & c. fin. de pact. quam quidé ordinarius purgare non potest. Solus quippè summus Pontifex dispensare potest in his, quæ simoniaca præsumuntur ratione prohibitionis iuris, & quæ simoniaca ideò dicuntur, quod tanquam talia sint à iure positiuo definita glo. in d. c. ex parte ver. dimittet. in c. tuam in ver. nullum prorsus de æta. & quali. quam defendit sot. lib. 9. de iusti. & iure quæst. 5. artic. 2. Vnde renuntiatio in fauorem potest à summo Pontifice admitti, vt poté qui Simoniæ vitium purgare potest, non etiam ab ordinario d. c. ex parte Rebuff. in praxi benefic. tit. de resign. condition. nu. 1. cum seqq. Flam. Paris. d. q. 3. in prin. Cum etenim resignatio beneficij, quæ in alterius commodum fit, odiosa sit, atq; non nihil simoniacum redoleat, omnis simoniacæ labis suspicio, & macula Rom. Pontificis auctoritate abstergitur, atq; amouetur Roffiniac. de benefic. c. 27. num. 8. Atque ex stilo, & ex certa scientia Rom. Pontificis vitium simoniç purgatur Cassad. decis. 2. tit. de simon. Nam hodiæ ex stilo fiunt renuntiationes sub conditione, & in fauorem in manibus summi Pontificis Felin. in cap. ad audientiam ij. de rescrip. Flamin. Paris. de resign. benefic. lib. 1. quęst. 2. nu. 7. Redoan. de simon. menta. par. 1. c. 25. num. 7. & par. 2. cap. 12. num. 9. Quare communiter doct. sentiunt Simoniam esse resignare beneficium in fauorem, idest cum clausula non aliter, nec alias, atq; simoniæ labem haud abstergi, si resignatio fiat in manibus ordinarij siquidem omnis pactio in spiritualibus simoniam continet si c. fin. de pact. & d. c. ex parte Resignatio igitur, quę fit in manibus ordinarij debet fieri purè, & liberè, cum is nō possit sua auctoritate simoniam purgare. Aliud dicendum est in resignatione conditionali, seu in fauorem, quæ fit in manibus Rom. Pontificis, quoniam is potest simoniæ labem tollere, atq; abstergere, vt iam dictum est.

Verum mihi magis ea sententia probatur, vt simoniaca nō sit, ea resignatio, quę fit in fauorem, atq; sub conditione, vt beneficium per resignationem dimissum certæ personę conferatur, cum clausula non aliter, nec alias. Quā opinioné tenet sot. lib. 9. q. 7. artic. 2. Couarru. varia. resolut. lib. 1. c. 5. nu. 5. sequitur less. de iusti. & iure tit. de simon. dubit. 14. Ratio est quoniam sic renuncians nihil temporale in prætium spiritualis dat, vel accipit, sed solū agit, & declarat se ita renuntiare, si collator in cuius manibus resignat velit beneficium personæ nominatæ conferre, atq; non renuntiare si superior nolit. Nam si quis beneficium ecclesiasticum alicui gratis conferat non committit simoniam, siquidem hoc casu nihil datur vel accipitur pro re spirituali; Vnde hoc non pertinet ad contractum emptionis, & venditionis, in quo fundatur simonia, vt inquit Diu. Thom. 2. 2. q. 100. artic. 5. ad 2. Præterea cum in permutatione licitum sit resignare in fauorem etiam in manibus ordinarij clem. vnica de re permut. idem dicendum videtur in resignatione in fauorem. In hac sanè resignatione, solum renuntiatio fit sub conditione, quam si superior non acceptat, nihil actum videtur. Enimuero, vt vera sit simonia exigitur aliquid spirituale pro temporali, veluti prætio in pactionem adducere. Poterit quidem resignatio in fauorem esse illicita alia ratione, puta propter sanguinis affectionem, & carnalem collationem, tamen dici non potest simoniaca, Diu. Thom. d. artic. 5. ius etenim sanguinis non potest considerari, vt prætium Couarru. d. cap. 5. num. 4. His accedit, nam quemadmodum in mente gerere, vt beneficiū ecclesiasticum, quod habemus, conferatur consanguineo, vel amico, non est simonia, vt per glo. in d. cap. ex parte in ver. dimittere, ita id ipsum verbis exprimere, ac declarare coram superiore, non erit simonia Staphile de grat. expect. num. 28. Nam & permutantes inuicem beneficia possunt coram superiore, citra vitium simoniæ verbis exprimere quod renuntiant permutationis causa, vt habetur in Clem. 1. de re permut. siquidem eis licet exprimere, quod in mente gerunt. Neq; obstat tex. in c. vnico, vt eccle. benefic. vbi glo. in ver. carnalitatem not. simoniam esse conferre beneficium prętextu consanguinitatis, & est tex. in c. nemo de simo. quoniam licet tex. in d. c. vnico dicat illicitos esse huiusmodi resignationes propter solam sanguinis affectionem factas, tamen non ex eo sequitur, vt sit simonia. Couarru. d. c. 5. Quin etiam vbi sanguine coniunctus dignus est, vt illi beneficium per renuntiationem dimissum, conferatur licita est resignatio, vt per Couarru. d. loco. Vnde licet plures existimauerint in manibus ordinarij non posse fieri resignationem in fauorem sine vitio simoniæ, vt refert, & tenet Redoan. de simo. ment. par. 2. cap. 22. nu. 14. Tamen hic nullum potest considerari simonię vitium, per ea quæ dicta sunt. Neq; item obstat cap. fin. de pact. & c. quam pio. 1. q. 2. vbi in spiritualibus non valet pactio, quia non remouetur à spiritualibus nisi pactio in honesta, & illicita vt per glo. in d. c. fin. in ver. cessare, & in d. c. quam pio. in ver. pactio. At nec illud obstat, quod inquit glo. in d. cap. ex parte in ver. omnino, quæ exponit idest sine aliqua pactione,

conditione,

conditione, vel modo inducente simoniam, vt sentit glo. in c. vnico. de re permut. lib. 6. in ver. liberè, ibi, vt simonia vitetur Staphile de grat. expect. num. 29. Qua propter resignare beneficium ea lege, vt illud certę personę detur non est simonia, quoniam in huiusmodi resignatione nulla subest venditio rei spiritualis, neq; huiusmodi conditio, vel pactio continet simoniam.

Resignatio autem conditionalis, seu in fauorem idcirco fieri debet coram Summo Pontifice, quia, vt dixi natura renuntiationis beneficiorum est, vt sit pura namque est contra naturam resignationis beneficiorum conditio, modus, vel pactio. Ratio est quia datur occasio ex resignatione eligendi successores in beneficijs, quod quidem est prohibitum cap. Moyses 8. q. 1. c. peruenit 1. q. 4. Hinc, vt inquit Lessi. d. dubi. 54. resignationes in fauoré ob simoniæ imaginem, ex stilo non possunt fieri nisi in manibus Summi Pontificis. Nam coram ordinario fieri non possunt saltem eo modo, vt possit ordinarius se obligare: nisi ex priuilegio vel consuetudine id ei sit concessũ.

Itaq; beneficium ecclesiasticum, vt est ius competens beneficiario ei renuntiari potest, sed quoniam beneficium datur propter officiũ illud resignari non potest ex libera resignantis voluntate, sed exigitur superioris auctoritas, vt dixi supra de renuntiatione officiorum. Præterea quemadmodum in officijs potest esse ambitus, ita in resignatione beneficiorum interuenire potest simonia, quę est idem quod ambitus Bart. in l. 1. in princ. ff. ad l. iul. de ambi. Boer de potest. lega. num. 114. Verùm pensio imposita super fructibus beneficij poterit per pensionarium cui reseruata fuit, sine concedentis auctoritate remitti Gigas. de pensio. q. 45. num. 5. ver. istis tamen non obstantibus, siquidem secundum eum, in remissione pensionis agitur solum de interesse eius, cui ipsa pensio reseruata fuit. Quod & trad. q. vlt. num. 8.

18 Renũtiatio beneficij ecclesiastici potest esse duplex, expressa, & tacita, quæ & præsumpta dicitur, quandoquidem hęc fieri intelligitur absq; verborum expresione, atq; colligitur ex consequentia alicuius actus, per iuris interpretationem, Paris. de resign. benefic. lib. 1. q. 5. num. 9.

19 Expressa resignatio duplex item est, simplex seu pura, & conditionalis, simplex ea est, quę sine modo, die vel conditione fit. Nam & hac ratione stipulatio pura dicitur §. omnis stipulatio §. sub conditione insti. de verb. oblig. & hęc fit cum quis a se beneficium abdicat in manibus superioris, qui de eo, tanquam vacante potest liberè, cui voluerit prouidere c. 2. c. 3. de renunt.

Conditionalis renuntiatio, seu in fauorem fit in alterius gratiam accedente auctoritate Summi Pontificis, & coram Summo Pontifice tantum c. ex parte de offic. deleg. & ibi glo. & doct. Rebuff. in praxi benefic. tit. de resign. condit. num. 1. 2. Abb. in rub. de Symon. & c. in susceptum de rescript. lib. 6. Paris. de resign. benefic. lib. 1. q. 2. & hæc est communis sententia Paris. d. lib. 1. q. 5. num. 3.

20 Postremò sciendum est in renuntiationibus beneficiorum ecclesiasticorum duas regulas Cancellariæ obseruandas esse, vna est de infirmis renuntiantibus. Altera est de publicandis resignationibus Prior est Bonifacij viij. innouata à Martino v. & Nicolao v. Quæ regula sumpta videtur ex c. 2. de renunt. lib. 6 cuius ratio fuit, vt obuiam iretur fraudibus c. fin. de renunt. lib. 6. Alterius etiam regulę de public. and. resign. ratio est vt euitentur fraudes, & ad vtilitatem ecclesiarum, & animarum Corne. consi. 137. lib. 3. sic quoq; insinuatio donationum quæ est vice publicationis inducta fuit ad fraudes euitandas, quæ in clandestinis donationibus committi possunt l. data C. de testam. & in testamentis l. testamenta leg. consulta C. de testam.

Sunt, & alia pleraque circa præsentem tractationem renuntiationis beneficiorũ ecclesiasticorũ, quę huc adscribenda nõ duximus, quoniam ea præsertim apud Flam. Paris. in suo copioso tractatu de resign. benefic. post alios, videre licet explicata.

XXXII. RENVNTIATIO ACTIONIS, ET ACCVSATIONIS.

Summæ.

1 *Actiones magnum beneficium nobis præstare.*
2 *Actioni renunciari posse.*
3 *Conuenire, an quis possit ne agat.*
4 *Actioni renunciari an possit simpliciter, & nuda voluntate.*
5 *Actionem considerari duobus modis.*
6 *Actio deducta in iudicium.*
7 *Actor si renunciauit actioni propositę, & plures competierint actiones.*
8 *Actionem dupliciter remitti.*
9 *Renuncians actioni intelligitur item renunciari instantię, sed non e contra.*
10 *Pactum de non agendo quomodo differat à pacto de non petendo.*
11 *Differentia de non agendo, putà, actione depositi, vel de non agendo depositi.*
12 *Actione remissa, an videatur dolus remissus.*
13 *Actioni personali renũtiari non videtur recipiens pignus minus idoneum.*
14 *Accusationẽ cõpetere ad similitudinem actionis.*
15 *Accusationi, seu querela, renunciari an possit.*
16 *Actionis criminalis remissio.*
17 *Pactum de non accusando.*
18 *Statutum, quo delictum futurum remittitur.*
19 *Pactum iuratum de non agendo de certo delicto.*
20 *Renunciatio accusationis, seu querelæ super crimine iam*

mine iam commisso.

21 *Remissio, an liberet reum pœna criminis.*

22 *Remissiones fieri debent notario stipulanti nomine omnium, quorum interest.*

NVlli licet, quod suum esse, aut sibi deberi putat, vi, & sua auctoritate auferre ei, qui præstare tenetur l. extat ff. qui met. cau. alioquin omnia tumultu miscerentur, neq; societas humana d. i n cõstare posset pluresq; reperirẽtur, qui cu
1 rum m C. Mario auderent dicere, ob armorum strepitum se legum vocem exaudire non potuisse. Verùm actiones magnum beneficiũ nobis præstant, dum faciunt, vt nostrum, seu is debitum, sine armorum strepitu, & tumultu, vel ab inuitis, & à quibuscunq; facilè in iuditio consequamur d. l. extat. vbi ità pulchrè scribitur, optimum est, vt si quas putas te habere petitiones actionibus experiaris, & paulò post inquit, ius est; & tunc quoties quis id, quod deberi sibi putat, non per iudicem reposcit, & facit l. non est singulis ff. de reg. iur. arma quippe actorum debent esse actiones ipse glo. Insti. de actio. in prin. ver. persequendi l. nihil aliud, & ibi glo. ff. de actio. & oblig. & actiones institutæ fuerunt nõ aliam ob causam, quàm, vt humani iuris satellites sint, & ministræ. Quinimò tantum est actionum beneficium, vt ferè nullũ constituatur discrimen si vel rem ipsam teneremus, vel actionis, cũ autem actiones ad priuatum cõmodum institutæ fuerint insti. de publ. iudic. in prin. & ib glo. Bar. in rub, & in l. fin. ff. de priuat. delict., & in rub. ff. de public. iudic., & in extrauag. ad reprimen. in ver. accusationem imò actio, vt ex eius definitione constat insti. de actio. in
2 prin., & in l. nihil ff. de obligat., & act. cum sit potestas quædam à iure nobis concessa dicen. est regulariter illi renunt. eumq; remitti posse l. quamuis ibi, & actionem remittat, & ibi not. Bald. in addit. nu. 2. quod actioni renuntiari potest ff. de in ius voc. non in l. postquam liti. C. de pact., & fac. reg. l. pen. C. eo. vigore neq; quis agere inuitus cõpellatur l. vnica C. vt nẽo inuit ag. hincq; dicitur remittentibus actiones suas non dari regressum l. quæritur §. si venditor ff. de ædil. edic.

3 Quapropter potest quis conuenire, ne agat furti, vel iniuriarũ, post hæc admissa l. si vnus §. pacta, qui ff. de pact. vel vi indicati, incensarum ædium furti, vel depositi agat leg. iuris gentium §. si paciscar ff. de pact. item ne quis experiatur interdicto videtur in d. l. si vnus §. pacta, & filiafam. pacisci potest ne de dote agatur cùm sui iuris esse cœperit l., & hæredi §. filiafam. ff. de pact., pactumq; fieri potest de non adeundo iudice C. de di. in prin. ff. de cond. cau. data.

Sed hoc ita accipien. erit nisi pactum contineat turpem causam, veluti si paciscatur, quis ne furti cogat, vel iniuriarum, si hæc admitti contigerit d. l. si vnus §. pacta quę nam publicam, vtilitatem respicit, quod delicta puniantur l. ita vulneratus ff. ad l. aquil c. vt famę de sent. excom. ideo non valet hoc pactum, vt iaduersus publicam vtilitatem Dec. l. nec ex prętorio num. 2. ff. de reg. iur.

Rursus hoc ita intelligen. est, vt per pactum actio minimè tollatur, nisi sit actio ex maleficio, quę ipso iure tollitur per pactum l. si tibi decem §. quædam ff de pact. l. si vnus §. pactus ne peteret, & ibi not. doct. ff. de pact. cuius ratio est secundum Bar. Alberic., & Ias. in d. §. quædam, quoniam in maleficijs non datur naturalis obligatio, vnde ciuilis, quæ sola est tollitur ipso iure. Quare legitima conuentio ea dicitur, quæ lege iuuatur, vt ipso iur. tollat actionem, quod non fit in pacto l. legitima ff. de pact. P. de Castr. d. §. quædam, & in d. l. legitima ff. de legitima ff. de pact.

4 Verùm dubium esse potest num simpliciter renunc. posit actioni, vt ea tollatur nuda voluntate ipsius renũciantis, & quod non posit est tex. in l. Pomponius 1. ff. de negot. gest. vbi actio negotiorum gestorum non tollitur nuda voluntate vnius tantum, sed quod posit est tex. in l. dispensatorem in fi. ff. de solut. l. non solu. §. 1. ff. de iniur. §. fin. insti. eo. l. qui in hæredem §. eligere ff de tribut. act. l. 1. C. de furt. c. gratum de offic. delega. prætereà videtur, quod actiones personales, minimè remitti posint sola renunciatione, nam quod ius quęsitum ex duorum voluntate, id tolli non potest, vt eo priuentur, nisi itẽ accesserit duorum voluntas l. prout quisq; ff. de solutio: facit etiam, quod ex simplici renunciatione non potest quęri actio alteri per eam, & proinde non potest repudiari actio ex nuda voluntate repudiantis, cùm non posit ius repudiatum alteri quęri l. stipulatio ista §. alteri ff. de verb. oblig.

Vñ concludeñ est, quod vbi actio dependet à volũtate vnius tm̃ in nascendo, & copetendo tunc certè nuda voluntate ipsius repudiantis, potest repudiari Bar. l. Pomponius 2. col. 2. ver. item ex eo. ff. de neg. gest. vbi facit regulam, quod omnia, qui ex voluntate vnius tantum pendent, possunt expediri, nuda etiam voluntate eius, neq; requiritur pręsentia, aut consensus similiter per actum contrariũ actionis actus impeditur ex sola voluntate, vt in appellatione c. gratum de offic. delega. c. ex ore de his quę fiunt à maiori par. capitu., & generaliter, quis potest renunt. nuda eius voluntate, & simpliciter cuicunq; act. 1. etiam quæsitæ voluntate duorum, modo renunciatio fiat animo, vt renuncians tamen ea priuetur, non etiam fiat animo, vt alteri acquiratur, quoniam tunc exigitur pactũ, quoniam cuiq; permittitur renunt. suo iuri, & rem suã habere pro derelicto, & ita tenet Bolognet. in l. 1. nu. 63. ver. tamen generaliter, vbi respondet ad d. l. Pomponius num. 66. ver. si verò renunt., &

num.

num. 68. sed, & tacitè renunt. potest actioni nuda voluntate ipsius renunciantis, nempè eligendo vnam actionem ex pluribus, vt in actione de peculio, & tributoria l. quod in hæredē §. eligere ff. de tributo. act. idq; in his actionibus ideo receptū est, non solum quia sunt eiusdem rei nomine; verùm etiam quia ea conditione edicto propositæ sunt à prætore, vt vna tantum experiri liceat. Nam vbi id nominatim constitutum non est vna actione electa, ab altera recessū minimè intelligitur sed de hac re dixi, supra lib. 2. de renunciatione tacita per contrarij inductionem.

5 Actio autem potest considerari duob. mod. primo antequam in iudicium deducatur, & tunc etiam nostra dici pōt, & in bonis nostris esse dicitur l. bonorum in fi. ff. de verb. sign. quoniam eam agendi potestas à iure concessa nostra est. Altro modo actio consideratur quādo in iuditium deducitur, & tunc magis propriè dicitur actio cùm verbalia in io desinentia proprie actum ipsum verbi, vnde deriuantur, significent, licet similitudine quadam tūc dici possit ius agendi.

6 Postquam igitur actio deducta fuit in iudiciū videtur, vt illi simpliciter renunt. non possit auct. qui semel C. quō, & qn̄ iud. qua disponitur, quod qui semel actionem proposuit necesse habet, vsq; ad finem litem exercere. Vnde dicendum est, quod post actionem propositam potest actor renunt. instantiæ actioni, & causę l. postquam liti C. de pact. Imò potest renunt. actioni remanente tamen causa, & alijs actionibus proditis ex eadem causa, & hæc est opinio Odofre. quam sequitur Bar. in l. edita num. 11. C. de eden., & licet tex. in d. autētica qui semel cogat actorē exercere litem vsq; ad finem, tamē satis dicitur imponi finis per renunciationem, & hęc opinio videtur cōmunis, vt per Purpurat. in repet. d. l. edita n. 145., & cum Bar. transeunt communiter doct. vt per Curt. iun. d. l. edita num. 144., & hoc casu poterit reus petere, vt absoluatur, & actor in expensis condemnabitur l. eum, quem temere ff. de iudic. Alberic. d. l. edita num. 12, & hęc proced. in ciuili causa, in criminali autem dicēn. est, vt in l. destitisse, in l. qui destitit l. ab accusatione in prin. ff. ad turpilian. Alberic. d. l. edita. Verùm notandum erit, quod is, qui habens instrumentum executorium ab agendo incœpit, poterit mutato consilio renunciare actioni motæ, expensarum restitutione facta parti, atq; mox ab exequendo incipere, vt per Rebuff. tractat. de litter. obligator. artic. 6. glo. 3. num. 7. Neq; obst. secundum eum l. quod in hæredem §. eligere ff. de tribut. actio. quoniam procedit quoties duæ actiones competunt; secus quando via actiua, & executiua competit, quoniam hoc casu vna electa, altera non tollitur l. miles §. qui iudicati, & l. 4. §. si ex conuentione ff. de re iudic.

7 Vbi igitur actor renunciauit actioni propositę, ramanente causa, & omni alia actione tūc si plures competierint actiones tunc altera remanet Bar. in l. certi condictio ff. si cer. pet. sed Alex., & P. de Cast. aliter opinantur per regulam d. lege, qui in hæredem §. eligere. Vnde dicēn. est, vt per Purpurat. in d. l. certi condictio. num. 14. d. regulam §. eligere tùm proced. cùm actiones sunt incompatibiles, quia tunc renuncians sibi præiudicat in vtraq; nempè per electionem, quod est tacita remissio, & per expræssam renunciationem Alex. d. l. certi condictio. in prin. col. 2. cæterum si actiones sint compatibiles, tunc altera actio manet, sed eo casu qn̄ nulla remanet actio, succurri potest actori manu regia, quia poterit adire principem, vt rescribat exequen. esse etiā sine actione formali, illam obligationem reseruatam per ipsum agētem, vel etiam succurri posset per denunciationem euangelicam Purpur. d. l. certi condictio. num. 16.

8 Actio dupliciter remittitur primo quando actio trahit ad se causam principalem, vt actio iniuriarum, vbi actio, & causa sunt connexa, item in criminibus remissa accusat. etiā causa remissa censetur. & ita intelligitur tex. & ibi Bart. in leg. 1. §. vsq; adeò ff. de iniur. vbi remissa actione iniuriarum etiam causa extinguitur. Secūdo remittitur actio vbi actio causam ad se non trahit veluti cùm actionibus oritur ex contractu, vt obligatione quia tunc actio potest remitti, & nihilominus potest esse salua causa ex contractu, & ita loquitur l. quātis, & ibi Ias. nu. 11 ff. de in ius voc. vbi libertus remisit actionem, sed causam principalem seruauit quam posteà poterit incipere petita venia.

9 Renuncians actioni intelligitur renunt. itē instantiæ, renuncians vero instantiæ non censetur renunt. actioni, vt concludunt omnes in l. postquam liti C. de pact. Curt. iun. in leg. si diuersa circa finem C. de transact. vnde in trāsact. dicitur etiam renunt. instantię sub cōditione tamen si fuerint obseruata promissa, quibus non obseruatis potest rediri ad primā actionem, & ad primam instantiam Curt. iun. d. l. si diuersa. in fin. Nam per renunciationē actionis in iudicium deductæ tolluntur omnia quæ ex ea sequuntur leg. vt responsum C. de transact. Vnde erit sublatum iudicium, lis, causa, & instantia Bologn. l. postquam liti num. 13. C de pact.

10 Inter pactum de non agendo, & pactum de non petendo hoc interest secūdū Innoc. in c. 1. de lit. contest. lib. 6. quem refert Bar. in l. si vnus §. pactus ne peteret ff. de pact. & sequitur ibi P. de Castro & primo per pactum de non petendo prohibetur omnis petitio etiam ex̄ iudicialis, cùm per pactum de non agendo prohibeatur tātū iudicialis, & ideo qui promisit non petere non poterit solutionem recipere l. amplius ff. rē rat. habe. qui verò promisit non

agere poterit Bal. leg. peremptorias C. sent. rescin. non posse. Secundo pactum de non petēdo tollit obligationem naturalem, pactū de non agendo non item 3. pactum de non petendo Angel. tamen iud. §. pactus, & ibi Fulgos. nō recipit has differen. 1. vnde Bologner. in dict. §. pactus num. 55. ver. quare remanet concludit. pactum de non agendo, de non pesendo vel non mouendo controuersiam æquiparari, & hæc non tollere obligationem rationalem, cùm non dirigantur ad tollendam obligationem, sed ad impediendam petitionē præterea hæc pacta faciunt, vt quis non poss. petere de iure, aut de facto, in iuditio aut extra respectu verborum, sed non incidit in pœnam petitionis nisi per litis contestationem.

Illud igitur certum est pactū de non agendo minimè tollere obligationem naturalem, quā pactum non opponitur respectu obligationis, sed respectu iudicij Bal. leg. pacta, quæ contra col. fin. ver. quæro quid C. de pact.

Præterea pactum de nō agēdo impedit litis ingressum Bart. l. si vnus §. pactus ne peteret ff. de pact. Bal. l. peremptorias C. sent. rescin. non posse, qui inquiunt aliud esse in pacto de non petendo, verùm de hac differentia plures dubitant, vt mox dixi, & trad. Curt. iun. d. §. pactus num. 92. & in Corne. l. elegantei §. si quis post num. 10. ff. de cond. indebi.

Promittens non agere incidit in stipulationem per litis contestationem, quā agere nihil aliud est quam litem contestari. l. amplius nō peti ff. rem rat. habe. Bar. l. nā postea in prin. ff. de iureiur. Butri. c. si diligenti num. 24. de foro compet. Bal. l. si quis maior num. 10. C. de transact.

11 Est autē differētia, an quis remittat actionē exprimendo actionem veluti, cùm fit pactum, de non agēdo actione depositi, quoniam tunc agi potest rei vendicatione, cùm remissio referatur hoc casu ad actionem duntaxat, aliud est si fiat pactum de non agendo depositi, quia remittendo depositum videtur item remittere rem depositam, arg. l. cum quis ff. de cond. ob caus. nam promittens non agere depositi, vel non petere depositum respicit rem non causam, & ideo non potest agi rei vendicatione, & ex eadem possessione dependet rei vendicatio, & actio depositi l. officia ff. de rei vendicatione, & quia hæ actiones sunt ex eodem facto, & fonte remisso facto videtur omnis actio remissa Alberic. l. si vnus §. illud nu. 6. ff. de pact.

Quapropter renuncians facto, censetur renunc. cuicunque actioni, quæ ex eo facto oriri possit Iat. l. scien. numer. 33. ff. de ver. obl. Craue. cons. 290. num. 2. Cephal. cons. 137. num. 5. Menoch. cons. 78. nu. 22. 23. Bursat. cons. 249. num. 94.

12 Sed remissa actione, an videatur dolus remissus, est dicen. aut loquimur de dolo præterito, & tunc is remissus intelligitur, modo remittens sciuerit dolum esse commissum. Aut loquimur de dolo futuro, & videtur: q. sic, quia per remissionem actionis, per consequentiam videtur remissus quoq; dolus, & culpa, & venit remissio rei principalis, quæ ex actione debetur, Aliud est quā in remissione actionis non venit remissio rei principalis, sed remissio p se venit, veluti cùm remittitur actio furti, vel iniuriarum, quia tunc non videtur remissus dolus futurus. Alberic. lege si vnus §. illud num. 5. ff. de pact., & ibi Cuiacius.

13 Pignus minus idoneū recipiens, non videtur renunc. personali actioni l. creditor ff. si cer. petat. Nam licet prouisio hominis tollat prouisionem legis l. fin. C. de pact. conuen. tamen ex d. l. creditor prouisio legis non tollitur per prouisionem hominis, vt ibi not. Bart. Nam in d. l. creditor prouisio continet ius cōmune, cùm in d. l. fin. prouisio legis fit de iure speciali, vt per Bart. in d. l. creditor.

Sed videamus etiam de accusatione. Nam licet doct. dubitent, num ea sit actio, vel officium iudicis tantum, illud certū est, quod competit ad similitudinem actionis l. 2. ff. de crim. stellion. l. 1. C. qū ciui. act. crim. præiud. Nā sicut actio est ius persequendi in iudicio, quod sibi debetur. Inst. de act. in prin. sic, & accusatio est ius persequendi vindictam publicam insti. de publ. iud. in princ. Bart. in extrauag. ad reprimendū in ver. per accusationem. Atq; sicut actio est ius persequendi, ita accusatio est ius vlciscendi Decian. tract. crim. lib. 3. c. 1. num. 3. In causis itaq; criminalib. proceditur duobus modis tantum, nempè ex officio, vel ad instantiam partis, clar. §. fin. q. 3. in prin. Nam ex consuetudine regulariter in omnibus casibus potest iudex ex officio proced. vt per Clar. d. q. 3. ver. sed certè, & q. 5. ver. quæro in quibus, quin etiam secundū eund. d. q. 3. ver. hinc infertur, ex consuetudinē modus procedendi ex officio, & ad querelam partis concurrere pōt. est tamen scien. vt etiam idem trad. q. ver. sed scias, quod quibus casibus iudex potest ex officio procedi, & per viam inquisitionis tunc ita demum proced. potest ad inquirendum, vel sumendas informationes, vel indicia specialiter contra aliquem, si aliquid præcedit, quod aperiat viam ad inquirendum, hoc est diffamatio, querela partis, denunc., & alia huiusmodi. Neq; attendi debent notificationes extraiudiciales, aut factæ incerto auctore, & supresso nomine notificantis. Modus autē procedendi per viam solemnis accusationis abijt in desuetud., & eius loco successit partis querela, vt per Clar. d. §. fin. q. 10. ver. scias autem.

15 Accusationi, seu querelæ videtur, vt renunciari non possit, quoniam non valet pactum de non faciendo querelam super maleficio committendo, vel commisso auct. sacramenta puberum ibi, maleficiorum commissorum, & ibi Curt. iun. C. si aduer. vend. cùm reipub. expedit.

pedi; at.

pędiat, vt delicta puniantur l. ita vulneratus ff. ad l. aquil. verùm, quod quis poss. pacisci post commissum delictum, facit l. vnus §. illud ff. de pact.

Et qui renūtiauit accusationi institutę amplius ad illam non redit. l. accusationem, & ibi Bald., & Salicet. C. de ijs, qui accusa. non poss. Cùm etenim accusatio fit ius, vt dixi, videtur, vt illud indubitatè remitti possit.

16 Videamus modo, qua ratione remitti possit actio criminalis, & quādo operetur remissio. In qua re prius de remissione iuris accusandi iudicē, videndū erit posterius de remissione accusationis iam institutæ. Pactum igitur de non accusando, aut fit de crimine committendo, aut de crimine iam commisso. Pactum de non accusando crimen cōmittendum rursus fit dupliciter, nam aut conuentum fuit generaliter, vt non agatur de delictis in futurum committendis; aut verò, vt non agatur de certo delicto. Primo casu remissio non valet c. quemadmodum §. illud autem de iureiur. l. si vnus §. pacta in fi. ff. de pact. Nam hęc conuentio continet turpitudinem, & ideo non valet l. generaliter ff. de ver. obl. l. pacta quę contra C. de pact. Atq; cùm fit in pręiuditium iuris publici seruari non debet d. l. si vnus §. pacta l. iuris gentium §. si paciscar ff. de pact. Præterea hæc conuentio, vt quę occasionem delinquendi tribuit, non valet l. conuenire ff. de pact. dot. vbi ita scribitur, illud conuenire non pōt ne ob res donatas, vel amotas agatur; quia altero pacto mulieres ad furandum inuitantur, altero ius ciuile impugnatur. Deniq; dolus futurus remitti non pōt d. l. si vnus § illud l. contractus circa med. ff. de reg. iur. & pro prædictis fac. gl. in d. c. quemadmodum §. illud antè in ver. crimine, & ibi Abb. & Butri.

Hanc regulam, scilicet quod non valet pactum de non accusando de delictis committēdis, extende vt procedat etiam si super huiusmodi conuentione, ac promissione interpositūm fuisset iuramentum l. iurisgentium §. si paciscar ver. & generaliter ibi, nec iusiurandum de hoc adactum ff. de pact. & tex. in c. quia plerique, de offic. ordin. lib. 6. Namq; si valeret huiusmodi conuentio aperiretur via iniquitati Bald. c. 1. §. item sacramenta col. vlt. de pact. iur. firm. iuramentum autem non debet esse iniquitatis vinculum c. quanto de iureiur. c. inter cætera 22. q. 3.

Declara modo, vt valeat huiusmodi pactum quoties principaliter cōcernit fauorem tertij, qui pro delinquēre tenetur, vt filius pro patre. Nam hoc casu valet pactum ratione delicti cōmittendi, sicut statutū, vel rescriptum Bald. l. rescripta num. 4. C. de praec. imp. affer. Aret. in l. 3. num. 4. in fi. ff. de testam.

18 Et supradicta regula infertur non valere ēt statutum, quo delictum futurum remittitur. Vnde statutum, quod quicunq; hominem occiderit, & bannitus fuerit soluendo centum liberetur, quò ad futura delicta non valebit, ne scilicet detur materia delinquendi Bart. Bal. & alij in l. cum lex per illum tex. ff. de legi. Bart. in l. omnes populi q. 6. prin. ff. de iusti. & iure, & in l. 2 in fi. ff. de cond. & dem. Abb. in c. 2. de consti. Butri., & Imola in c. fin. eo. tit. Nam valet argumentum de pacto ad statutum, vt not. in l. non impossibile ff. de pact. Nam vbi aliquid non potest fieri per pactum, quia turpe, vel contra bonos mores, tunc illud neq; potest fieri per statutum, vel legem, si quidem lex debet esse honesta c. erit. autem lex dist. 4. Euerard. in loco à pacto ad legē, statu, vel consuetud. nu. 10. sanè vbi pactum continet turpitudinem, valet argumentum etiam negatiuè à pacto ad statutū Euerard. d. n. 10.

19 Verùm si cōuenerit cum iuramento de non agendo de certo delicto valebit conuentio, ob vim iuramenti, vt remissa censeatur actio ciuilis tantum, si quidem hoc casu, non obstante conuētione, accusari poterit criminaliter, vel saltem denunciari, atq; per iudicem procedi poterit Bolognet. in l. omnes populi num. 60. ff. de iusti. & iure. Nam d. c. quemadmodum quo disponitur vt valeat iuramentum de non accusando, loquitur etiam in delicto committendo. Neq; obstat, quod præbeatur occasio delinquendi quoniam qui promisit non accusare poterit etiam, non obstāte iuramento accusare, vt reus puniatur, ad propriam autem accusantis vtilitatem non item Felin. c. si diligenti nu. 25. ver. contrarium de foro comper. vbi inquit itā quotidiè practicari.

20 Altero casu, vbi agitur de renunciando accusationi, seu querelę supra crimine iam commisso, remissio valebit l. si vnus §. illud l. iurisgentium §. si paciscar ff. de pact. l. si tibi §. quædam ff. eo. doct. in d. c. quemadmodum §. illud, & facit tex. in l. ob res ff. de pact. dot. Nam si non valet pactum, quo remittitur futurum delictum, certe valebit pactū, quo remittitur delictum iam commissum, quoniam hoc casu cessat ratio, ne scilicet prębeatur occasio delinquendi d. l. si vnus §. illud nulla, & ibi not. doct. l. aurelio §. caius ff. de libe. leg.

Sed prædicta intellige procedere, quò ad interesse remittētis, secus quo ad id, quod publicè interest; quia ad huc poterit officialis denunciare, vel iudex inquirere l. si vnus §. pacta in fi. l. iurisgentiū §. si paciscar ff. de pact. & postea dicam.

Deniq; accusationi iam institutæ renunitari potest, in criminibus capitalibus. Cum etenim de his præmissa sit transactio l. transigere, & ibi doct. C. de transact. permittitur, & renunciatio litis, & accusationis tam institutę, quam instituendæ. In alijs autem publicis criminibus, quę non ingerunt pœnam sanguinis, accusationi nondum institutę renunciari poterit, quandoquidem nemo accusare cogitur l. quæsitum, & ibi Bart. not. ff. ad tur pil. in statutæ

ſtitutæ autem accuſationi renunciari non poterit, cùm prohibeatur tranſactio d. l. tranſigere, vbi Bologne. num. 13.
huiuſmodi

21 Sed dubitari poteſt, an remmiſsiones liberent reum pœna criminis, quod voluiſſe videtur Bart. in d. l. tranſigere n. 7. Verùm communitèr contrarium tenetur, nempe renunciationem, & tranſactionem non liberarè reum crimine, neq; iudici facultatem adimere vlterius contra reum procedendi, ac ne tertio quidem de eodem crimine agere volenti obeſſe, & ita voluerunt plures doct. in d. l. tranſigere, vbi Curt. iun. nu. 34 Bolognet. nu. 14. Ant. de Padilla num. 51. Meneſ., & alij. Ant. Gom. de delict. c. 3. num. 55. Boer. deciſ. 91. nu. 2. Connan. cõmenr. iur. lib. 5. c. 7. nu. 2. Clar. in praxi §. fin. q. 58. ver. ſed pone Farinac. lib. 1. cõmun. 99. crim. 9. 4. num. 34. pro qua ſententia facit tex. in l. qui cœtu §. vlt. ff. ad l. iul de vi pub. vbi dicitur, & ſi pater iniuriam ſuam precibus exoratus remiſerat, tamen extraneus ſine quinquennij præſcriptione reum poſtulare poterit, & facit l. 2. C. de abolitio. ibi., redemptę miſerationis vox minimè admittatur, ſed aduerſus nocentẽ reum inquiſitione facta, cõperens pœna ingeratur. Neq; obſtat, quod dicitur in l. ſed ſi vnius §. ſi ante ff. de iniur.: vbi qui ſemel iniuriam remiſit amplius iniuriarũ agere non poteſt quoniam id procedit in iniuria priuato facta, & quę ipſum priuatum tantum lædit; non autem procedit in delictis publicis, quę non tàm ad accuſatorẽ, quàm ad rempub. pertinent. Quare dicendum eſt, vt hęc crimina priuatorum pactionibus minimè extinguantur. Nam hæ pactiones, & remiſsiones ſoli paciſcenti iterum agere volenti obeſſe debent. Neq; item obſtat quod tranſactio nil operetur. Enimuerò cum idcircò permiſſa videatur tranſactio, vt ſanguinem ſuum quis redimere poſsit, vt per doctores in dicta lege tranſigere videtur dicendum, vt remiſsione, ac tranſactione ſequuta euitari debeat pœna ſanguinis. Nam reſpondetur renunciationem, vel tranſactionem operari, vt accuſator non poſsit amplius proſequi inſtitutam accuſationẽ, neq; poſsit aliam inchoare, & hoc caſu reus euitat moleſtiam, & querelam accuſatoris, & vnius aduerſarij, ſi autem tranſactio facta fuerit cum eo, qui primus poteſt accuſare, facilius poterit reus impetrare indulgentiam criminis à principe. Bolognet. d. l. tranſigere nu. 15, & num. 18. Quamuis igitur remiſsio, & tranſactio minimè proſit ad impediẽdum proceſſum, quoniam iudex ea non obſtante procedere poteſt ex officio. atq; alius adhuc accuſare, & denunciare poteſt, tamen prodeſſe poterit ad debilitandum proceſſum. Nam vbi pars remittit, vt plurimum vix tandem cum ſummo labore fiſcus indicia, vel probationes contra reum habere poteſt, vt per Clar. d. q. 58. in prin. verſ. ſed certè. Præterea renunciatio poteſt eſſe vtilis propter ſtatuta, quæ ſtante partis remiſsione minuunt pœnas vel etiam ſtatuunt, vt non poſsit quis moleſtari, nec non propter gratias, quę ita demum fiũt à Principe, ſi præceſsit remiſsio Clar. d. q. 58. in prin. ſed. & in caſibus, in quibus procedi non poteſt, niſi ad querelam partis, maximè prodeſt remiſsio ad tollẽdum proceſſum, atq; vt reus abſoluatur Clar. d. q. 58. & habetur in Conſti. dom. Mediola. tit. de accuſat. §. in caſibus, vbi diſponitur, quod vbi agitur de pœna pecuniaria habita remiſsione ab offenſo, vel eius hæredibus non poſsit aliquo modo procedi, niſi ſint caſus, in quibus poſsit etiam ex officio procedi. Quinimò, vt per Clar. d. q. 58. ver. & ſcias, non tantum iudex ex officio procedere poteſt etiam ſtante tranſactione, & remiſsione, ſed etiam per tranſactionem, ſeu pactum non dicitur perempta inſtantia, cùm poſsit iudex illam quandocũq; proſequi. Ex quibus apparet d. l. tranſigere, quę omnium interpretũ iudicio eſt valde ſubtilis, & difficilis non omnino in praxi obſeruari. Nam primò, quò ad primam regulam d. l. tranſigere, renunciatio, & tranſactio hodie ex conſuetudine non impedit, quominus iudex procedere ex officio poſsit, vt dixi, vel etiam alius accuſare poſsit. Deinde quamuis ſecunda regula d. l. tranſigere prohibeat tranſactionem ſuper criminibus, pro quibus non ingeritur pœna ſãguinis, ne delicta remaneãt impunita; tamen hodie ex generali conſuetudine totius Italiæ tranſigere licet etiam de his criminibus, vt per Clar. d. q. 58. ver. ſecunda regula, ſed & ſecundum eum d. loco, accuſator tranſigens, vel renuncians nullo caſu punitur, vbi refert ita in praxi obſeruari.

Eſt igitur, vt ita concludamus in hac materia pactionum criminum tam controuerſa ex d. l. tranſigere. Nam aut agitur tantum de iniuria priuato illata, ex qua læditur ſolum ipſe priuatus, non etiam reſpub. vel de caſu, in quo procedi non poteſt ex officio, ſed niſi ad querelam partis, & hoc caſu valet remiſsio, & omnino operatur. Aut vero agitur de crimine publico, in quo læditur etiam reſpub. & hodie permittitur remiſsio, & tranſactio etiam in caſibus, in quibus non ingeritur pœna ſanguinis, contra deciſionem d. l. tranſigere. Verum pactum, vel remiſsio non omnino operatur, neq; impedit proceſſum, cùm alius item accuſare, aut denunciare poſsit, atq; iudex ex officio procedere poſsit etiam, non obſtante cõuentione, & accuſator impunè poſsit tranſigere etiã in caſibus prohibitis, & accuſationi renunciare. Operabitur tamen remiſsio, vt accuſator amplius non poſsit accuſare, aut moleſtare, atq; operabitur ad præiudicium ipſius accuſatoris, tum vt facilius inducatur princeps ad indulgendum. Cæterùm ante cõmiſſum delictum generalis promiſsio, de non accuſando non valet, ſpecialis cum iuramento

valet

valet, vt is, qui promisit non possit postea accusare ad propriam vtilitatem, sed non possit accusare, vt reus puniatur.

12 Postremo non est omittendum in praxi seruari, vt huiusmodi renunciationes, seu remissiones fiant notario stipulanti nomine omniũ quorum interest, Nam remissio ita facta prodest cuicunq; illius beneficio, vti volenti, perinde, ac si esset in ipso cõtractus speciatim nominatus Clar. d. q. 58. ver. dictum est, & hanc cautelam, vt trad. Albe. in l. transigere nu. to. ver. in alijs criminibus C. de transact. ad excludendum presumptam confessionem ex l. in fisci ff. de iure fisci. Hanc aũt cautelam nõ esse tutam trad. Bolognet. in d. l. transigere col. fin., & Decian. tract. crim. par. 1. lib. 3. c. 34. num. 66. si quidem satis est ad præsumendum, vt accusatori detur pars pecuniæ, etiamsi sit modica d. l. in fisci. Verùm reus transigens habetur pro confesso in casibus, in quibus transactio non valet, vt in d. l. in fisci. Decian. d. c. 34. nu. 64. Cùm igitur hodie ex generali consuetudine totius Italiæ pro quocunq; crimine permittatur transactio, dicendum est cessare præsumptionem confessionis. Clar. d. q. 58. ver. excipitur tamen in fi.

XXXIII. RENVNCIATIO OFFICII IVDICIS.

Summæ.

1 *Officium iudicis nobile, & mercenarium.*
2 *Officio iudicis nobili renunciari an possit.*
3 *Promittens non implorare officium iudicis.*
4 *Officium iudicis, an excludatur per renunciationem actionis.*
5 *Officium iudicis implorare poterit exclusus ab exceptionibus per renunciationem.*
6 *Defensionibus, qui renunciauit excluditur etiam ab officio iudicis.*
7 *Renunciatio eorum, quæ iudex ex officio facere potest, quando valeat.*

Sequitur, vt de officio iudicis dispiciamus. Hoc autem est duplex, vt tradũt communiter Doct. in l. 1. ff. de iurisd. omn. iud. scilicet, Nobile, & mercena-
1 rium, officium iudicis nobile actioni non deseruit, cùm nullam obligationẽ, aut actionem presupponat l. qui per collusionem §. fin. ff. de act. emp. eo tum agit iudex cum suo proprio motu, vel petente parte sua auctoritate subuenit, etiam si nulla proposita fuerit actio. Quod & fit duobus modis, nempe, aut principaliter ratione publicæ vtilitatis: aut vero ad petentium instantiam. Nam propriè officium nobile dicitur id, quod subuenit cũ pars omni auxilio destituitur, & non deseruit alicui actioni, sanè nobile munus est imperare, & posse extra formulas actioni extraordinario iudicio, vel sine actione à iure proposita, cùm æquum videtur propter potestatem maiorem concessam extra ordinem statuere, vt in l. minor §. 1. ff. de minori l. qui bona §. qui damni ff. de dam. infec. lib. 1., & toto titu. ff. de var. & extraord. cogni. Vnde, & extraordinarium dicitur. Officiũ verò iudicis ordinarium, quod idcirco mercenariũ dicitur, quia legum formulis, & actionibus deseruit. Siquidẽ nihil aliud potest, quam legibus præscribatur, statuendo in actione proposita, cuius naturam sequi tenetur iudex, qui habere dicitur solam iurisdictionem l. feder. quod §. 1. ff. quod met. caus. Verum officium iudicis nobile idest quod absolutè dicitur officiũ iudicis l. officium autem ff. de rei vendit. c. l. officio ff. fam. , & cis.

2 Officio iudicis nobili, quod imploratur à parte, ad priuatum cõmodum renunciari potest, cùm sit extraordinarium remedium, quo subuenitur parti, cùm ordinario auxilio destituitur, vt aliàs quis renunciare potest auxilijs priuato fauore inductis, vt alibi dictum est, veluti est petitio restitu. in integ. excusationis à tutela, cùm sim. quibus potest renunciari, vt suo loco dicam, & huiusmodi petitionis officij iudicis dicuntur persecutiones l. pecuniæ verbum §. 1. ff. de verb. sign. Nam quamuis sit differentia inter actionem, & officium iudicis Bart. in l. 1. ff. de iur. omn. iud. glo. fin. insti. de actio. in prin., & ibi Ias. tamen latè actionis verbo continetur etiam officium iudicis, quod loco actionis datur l. actionis verbo in prin. ff de actio., & oblig. Quemadmodum igitur renunciari potest actionibus, vt proxima renunt. dixi, ita renunciari poterit huic auxilio. Quinimo officium iudicis etiam extraordinariũ siue nobile cedi potest Tiraq. de retrac. Lignager. §. 26. glo. 3. nu. 14. Lancel. lot. de attentat. 22. nu. 19. vti quoq; cedi potest restitutio in integrum, quæ solum competit per officium iudicis Tiraq. d. glo. 3. num. 13. Nam in ijs, quę spectant ad priuatam vtilitatem iudex nõ impartitur officium nisi petenti Bart. in d. l. 1. q. 5. Quare licet lex precipiat iudici, vt debeat quid facere, id tamen intelligi oportet si petatur glos. in c. fin., vbi Abb. de rescript. l. pelo §. fin. ff. de leg. 2. vbi Castren. quem tex. singularem inquit Ias. in l. admonendi col. 5. ff. de iureiur.

Et ideò cùm renunt. non possit reductioni ad arbitrium boni viri, cùm videatur renunt. dolo futuro, caut. est, vt partes promittant non petere reductionem ad arbitrium boni viri, & renuntient officio ind. per quod fieri debet reductio, vt patet in actione depositi, in cuius consequentiam remitti potest dolus futurus, licet non poss. remitti principaliter Bart. in suis qq. in materia arbitrorum nu. 24. Exclusus autem renunciatione ab hoc remedio, & à defensionibus remediũ est, vt soluat, & postea repetat Bart. l. 1. §., & parui ff. quod vi, aut clam. Graff. except. 21. in fi.

3 Vbi quis promittit non implorare officium iudicis intelligitur de eo officio, quod à parte imploratur, non etiam de eo, quod iudex impartitur ex mero eius officio. Cumia super ritib. c. 16. num. 74. Graff. de except., ad mater. stat. excep. 21. num. 14.

4 Per renunciationem actionis non excluditur officium iud., quoniam, qui non potest intentare actionem, non prohibetur implorare officium iud. l. hereditas in fi. ff. de peti hered. l. si ne, & Titium ff. si cer. pet. l. quintus ff. de annu. leg. Ias. l. 1. num. 8. ver. secunda differétia ff. de iur. om. iud., & ibi Dec. nu. 27. Nam licet pacto, vel iuramento quis ab agendo excludatur, non excluditur à remedio implorandi officium iudic. glo. in c. ad aures de ijs, quę vi met. ve cau. Butr. i. c. directi de iudic.

5 Similiter exclusus per renunciationem ab exceptionibus, poterit tamen implorare officium iud. æquitate suadente, l. planè vbi Bar. & alij ff de peti. hæred. l. fin. vbi doct. ff eo. Bar. l. 1. §. & parui n. 7. ff. quod vi, aut clam. in l. 2. nu. 11. ff. de exceptio. Alex. l. 1. num. 18., & ibi Ial. nu. 9. ff. de iur. om. iud. Marsil. sing. 277 Menoch. de arbit. iud. lib. 1. q. 70. circa fin. Roland. cons. 1. nu. 54. cum seq. lib. 1. nam aliud est excipere, aliud implorare officium iud. l. 3. §. fin. ff. nau. caupo., & stabul. & qui non potest excipere obst. stat. reijciente omnes exceptiones poterit tamen implorare officium iud. d. l. planè, & ibi Bar. in secundo not., & alios refert Graff. de exceptio. ad mater. statu. excep. 21. num. 15. Lanfr. de oria in repet. c. quoniam contra num. 128. de probatio. Ratio autem est, quoniam aliud est officium iud., & aliud exceptio, & qui non potest excipere non prohibetur implorare officium iud. Ias. l. 1. num. 9. ff. de iur. om. iud. Graff. d. excep. 21. nu. 16.

6 Aliud dicen. est qñ quis renunciauit defensionibus tunc .n. renuntians excluditur etiã ab officio iud. doct. d. l. planè Bar. d. l. 1. §. & parui nu. 8. Cumia super ritib. c. 11. nu. 6. Lanf. de Oria in repet. d. c. quoniam contra nu. 128. Canar. de execut. instrum. num. 92. Menoch. de præsump. lib. 2. pręsump. 48. num. 28. & alios citat Graff. ad mater. statuti reijcientis omnes exceptiones excep. 21. num. 12. Nam defensio comprehendit etiam officium iudic. Ferrar. in for. lib. 1. contra plur. reos deben. glo. probationib.

Et quia pro re iudicata duo competunt remedia nempè actio in factum, & officium iud. actione in factum intentata non videtur renũt. officio iud. competenti ad exequendam sententiam Guid. Pap. cons. 105. col. 1., & cons. 117. num. 3.

7 Sed non semper officium iud. impertitur iudex ad partis petitionem, sed interdum principaliter fit ratione publicæ vtilitatis, & tunc consensus, vel renunciatio partium nihil operatur; neq; valet renunciatio eorum, quæ iudex ex officio facere potest. Hostien. in summa titulo de offic. iud. §. verum desideret; Vital. de clausul. rub. quib. iurib. renunt. poss. num. 3. ibi, ius vero humanum, & ideo exceptioni compensationis renunc. non potest, quoniam iudex ex officio facere debet compẽsationem Afflic. decis. 121. fuit dubitatum infra, sed de hoc dicam, vbi dicam de renunciatione compensationis. Qua ratione etiã ex constit. dom. Mediol. titulo de accusatio. §. in casib. remissio offensi non prodest in illis casib., in quibus iudex ex officio facere potest. Nam interdum inuitis quoq; partibus interponitur officium iud. quibus casibus renunciatio partium non operatur specul. titulo de offic. om. iud. §. 2. col. fin. ver. inuitis quoq; partibus.

XXXIV. RENVNTIATIO EXCEPTIONVM, ET DEFENSIONVM.

Summæ.

1 *Exceptiones arma esse reorum.*
2 *Exceptio est defensio.*
3 *Exceptio dicitur actionis exclusio.*
4 *Renunciari an possit exceptionibus.*
5 *Exceptionibus suo fauore inductis quemlibet renunciare posse.*
6 *Renunciatio facta omnibus exceptionibus, vel promissio facta omni exceptione remota.*
7 *Generalis renunciatio omnium exceptionum quas non comprehendat.*
8 *Promittens non excipere.*
9 *Exceptioni renuncians an videatur item renunciare actioni sibi ex ea causa competenti.*
10 *Reus principalis non potest renunciare exceptioni semel quæsitæ in fideiussoris, in illius præiudiciũ.*
11 *Tacitè iam renunciari exceptionibus.*
12 *Exceptio, vt differat à defensione.*
13 *Defensionibus renunciari an possit.*
14 *Defensionibus renunciari posse, vbi non agitur de pœna corporali.*
15 *Defensionibus renunciari minimè potest, vbi agitur de quæstione status. vel de pœna corporali.*
16 *Renunciatio an valeat. vbi constat reo nullas competere defensiones.*
17 *Termino an renunciari possit.*
18 *Conclusum in causa nunquam censetur in causis criminalibus fauore defensionis.*

Ctionibus, quæ sunt arma actorum, de quibus iam diximus, opponuntur exceptiones, vti arma ad defẽsionem reorum cõparata, nam actori armis instructo, reus armatus item esse debet, vt par sit vtriusq; conditio C. non debet actori de reg. iur. lib. 6. est quippè exceptio defensio rei, quę actioni appulsa, eam æquitatis ratione excludit est igitur exceptio defẽsio l. si quidem, ibi nulla defensio necess. est l. de-

fen-

fensiones C. de except. insti. eo. in prin. §. exceptiones insti. de replicat. l. 1. C. de iur., & fac. ignor. c. significauerunt c. dilecti c. cum inter priorem ex̃ de exceptio l. duobus § si quis iurauerit ibi, per exceptionem iurisiurandi defendi poterit, & ibi not. Aretin. notab. 3. ff. de iureiur., & est fundata in æquitate l. qui æquitate ff. de excep. doli, & quoniam actionem excludit rectè dicitur quædam actionis
3 exclusio l. 2. ff. de exceptio. hinc ab excludendo rectè dicitur exceptio, si quidem excipere est excludere, vel eximere aliquid de numero l. 1. vbi Dec. ff. de reg. iur. l. 4. §. fin. ff. de penu. lega. nam quemadmodum exceptio aliquid eximit à regula, ita reus defensione vtens agnoscit regulã ab actore propositam, verum ab illa regula excipit eam causam propter quã defensionem aduersus actoris intẽtionem sibi competere contendit. Qua ratione negans factum, quod actor proponit, non dicitur excipere doct. in rub. ex̃ de except. Bal. l. 1. num. 6. C. de iur., & fac. ignor. in l. peremptorias C. sent. rescin. non posse. Neq; omnis defensio actori opposita est exceptio, sed illa q̃ iur. actionem excludit d. l. 2. ff. de exceptio. Quare quamuis ex statuto auferatur omnis exceptio tamẽ nõ tollitur hec negatio, officij iudicis imploratio, aut alia huiusmodi iusta defensio Felin. d. rub. ex̃ de exceptio. Bar. l. plane in fi. ff de peti. hered. in l. 1. §., & parui num. 3. ff. quod vi, aut clam. Vsus tamen obtinuit, vt defensiones omnis generis exceptionũ nomine comprehendantur, etiam si ius actionis funditus tollant, vt si factũ negetur, aut solutio obijciatur, quod propriè exceptiones intentionis vulgo, appellantur Ias. l. qui se debere nu. 6. ff de cond. cau. data in l. ait. ij num. 11. 15. ff. de iureiur. Exceptionum vsus valdè necess. est, quem & natura ostendit, qua impellimur ad defensionẽ, vsus igitur exceptionum in eo rectè versatur, vt diluatur id, quod ab actore propositum est, ad rei defensionem, non etiam, vt negotium calumniosè proteletur, vt faciunt nonnulli veteratores, qui cùm nouerint omnes litiũ protrahendarum anfractus, omnesq; deffugiendi ludificationes nihil aliud in mente agitent peccuniarum accipitres, quam vt remorando sententiam omnem peccuniam litigantibus corradant.

Circa renunciationem exceptionum dicen. sanè videtur, vt illis renunc. minimè poss., vt not. Specul. titulo de renũt., & cond. §. 1. ver. itẽ, quod si quis, & facit l. si seruitus ff. de seru. vrb. prędio. imo exceptiones sunt de iur. naturæ, quod ex eo satis constat, quoniam exceptio nihil aliud est, quã defensio Abb. in rub. ex̃ de exceptio, & in c. dilecti eo. titulo defensio autem est de iur. naturali l. 1. §. cum arietes ff. si quadrup. paup. fec. dic. l. vt vim ff. de iust., & iur., & perinde tolli renunc. non potest doct. d. l. vt vim l. defensiones, vbi Bart. C. de iur. fisci l. 10., & ita arguit Hormanos.

5 Decius in l. 4. §. cato. num. 472. ff. de ver. obl. Vnde regula est, vt quis renunc. possit exceptionib. suo fauore inductis tex. est in l. sed, & si quis §. quęsitum ff. si quis caut., & ibi not. doct. capit. ex parte 2. de offic. de lega. auten. matri. Bal. in leg. si ex cautione num. 11. vbi not. C. quan. mul. tute. offic. Bart., & doct. in lege si quis sub conditione ff. de testam. tute. C. de non num. pecc., & exceptionem suam fauorem suum respicientem quis potest per pactum tollere, vt inquit Bar. in l. pactum inter. in fi. ff. de pact. vnde potest quis, tam in iudicijs, quam in contractibus renunt. exceptionibus. Abb. cons. 72. num. 1. lib. 2. Rimin. sen. cons. 97. num. 11. Decian. cons. 56. num. 80. lib. 4., & ideo valet renunc. exceptionis declinatoriæ, & dilatoriæ etiam in causis criminalibus glo. in l. si accusatoribus, & ibi not. Bal. numer. 11. C. de accusat., & quod exceptionibus declinatorijs etiam in causis criminalibus renunc. poss. trad. Bald. l. pen. ad fin. C. de pact., & in auct. iubemus C. de iudic. Alex. l. custodias ff. de publ. iudic. Bero. c. 1. num. 116. de iudic. nam exceptiones declinatoriæ locum habent coram quibuscunq; iudicibus, nisi eis renunc. fuerit Bal. d. l. pen. nu. 9. Imò exceptione declinatoria, non vti promittens aduersus iudicem pęnitere non potest Ripa c. 1, num. 9. parte 2. de iudic., & exceptio declinatoria cui renunciatum fuit coram ordinario, coram eo non poterit opponi, nec etiam coram delegato ab eo dato Paul. de Castr. l. si quis in conscribendo col. 2. ver. item not. C. de pact., & quamuis Bart. in l. custodias ff. de publ. iudic. videatur tenere, quod renunc. non possit exceptionibus dilatoris inductis à lege vel statuto fauore rei criminis capitalis, tamẽ contrarium tenet Bald., & Angel. in l. in pecuniarijs ff de fer., & idem Bald. in c. cum venissent in fi. de testibus, sed, & excep. perhemptoriæ renunc. potest, non solum expressè sed etiam tacitè. Niconit. in repet. c. quoniam contra num. 260. de probatio. Neq; obstare videtur, quod exceptio sit defensio glo. sing. in c. 1. de lite contesta. lib. 6. Ias. l. 3. §. si is, pro quo num. 9. ff. quod quisq; iur. quapropter stante statuto, quod contra instrumẽtum non poss. opponi exceptio, poterit tamen opponi defensio Bart. l. 3. §, & parui ff. quod vi, aut clam; & ita respondet Decius in d. §. cato. nu. 474. Et licet exceptio sit de iure naturæ Abb. in rub. de exceptio., vbi Felin. num. 5. ac sit defensio l. defensiones C. de exceptio. tamen, quò ad formam; & solemnitatem est de iure ciuili Bero in rub. de appell. nu. 51. & quod dicitur defensioni renunc. nõ posse, vt per glo. in l. pactũ inter ff. de pact. intelligitur id proced. in causa status, & personę suę, vt per Bar. ibi in fi., & j. dicam renunc., quę prox sequitur. Vnde potest quis promittere non vti quapiam exceptione, quod nihil aliud est, quam renunciare exceptioni l. si aduersarius C. de

fide

ſtde inſtrum. quinimò validius renunciatur per huiuſmodi renunciationem, vt per pactū quam per ſimplicem renunciar. not. in l. pacta nouiſsima C. de pact., & ibi Iac. à S. Georg. num. 11. vlt. not. paria. n. ſunt, vt quis renūtier cuipiam exceptioni, vel promittat ea non vti, vt not. Socin. in d. l. pacta nouiſsima nu. 5. Item quis poteſt promittere ſoluere ſiue controuerſia, vt poni ſolet in inſtrumentis, quod intelligitur, vt quis promittat ſoluere ſine alicuius exceptionis obiectione, vt not. Angel. in l. eū, qui § exigimus ff. de conſtitu. pecu., & de clauſula omni iuris, & facti exceptione remota habetur per Specul. titulo de emp., & vend. §. 5. col. 3. Bertazol. clauſ. 33. glo. 14. & clauſ. 41. glo. 7., & de pacto de non opponendo, quod fieri ſolet in regno Siciliæ habetur per Graſſ. tract. de excep. ad mater. ſtat. in præluđ. nu. 163. Quocirca, quoniam excipiēs contra inſtrumentum non poteſt ſe fundare ex illo inſtrumento, ideo cautelæ eſt ſecundū Bar. in l. poſt legatum nume. 7. ff. de his quibus, vt indign., vt ante cauſæ expeditionem renuntier illis exceptionibus, qua renunciatione facta poterit poſtea ex eo inſtrumento ſe iuuare non obſtantibus exceptionibus obiectis, quæ per renunciationem ſublatæ fuerunt.

6 Sed vid. ſi. eſt, an renuncians omnibus exceptionibus, vel promittens nullam obijcere exceptionem, aut ſoluere omni exceptione remota excludatur, etiam ab exceptionib. omnibus etiam legitimis, & iuſtis, & quod non excludatur à legitimis, & iuſtis exceptionib', ſed à malitioſis tantum, videtur tenere Specul. in titulo de obligat., & ſolut. §. 1. col. 4. ver. nullam aliam contrariam exceptionem & ibi Bal. in addit. in prin. inquit, q promittēs non opponere exceptionem intelligitur promittere non ire per ambages, efficacem tñ poterit opponere, per l. iuriſgentiū §. ſi paciſcar ff. de pact. c. cauſamque, idem tenet Felin. in c. cauſamquæ num. 21. de reſcrip. Dec. in c. ex parte ij. nu. 30. de offic. deleg. vbi inquit non excludi exceptionē rationabilē tenet legitimā niſi expreſsè dicatur Signorol. de Homode. conſ. 172. factum nu. 2. Canar. de execut. inſtrum q. 5. Bertazol. clauſ. 22. glo. 1. in prin. quinimo iurans ſatisfacere ſine aliqua exceptione intelligitur de iniuſta, non etiam de iuſta, Seraphin. de priuil. iuram. prin. 74. num. 42., & pro hac opinione plura adducit Coler. de proceſsib. execut. parte 4. c. 1. nu. 2 cum ſeq., & facit pro hac opinione tex. in c. ex parte ij in prin. extra de offic. deleg. vbi nō obſtante forma in reſcripto præſcripta poteſt delegatus rationabiles exceptiones admittere ſimiliter ſublatis per ſtatutum omnibus exceptionibus intelliguntur ſecundùm ſublatæ friuolę legitimæ autem nequaquam l. 1. § , & parui. ff. quod aut clam., & ibi Bar. nu. 3. Alberic. num. 1. Bar. l. ita nobis C. ad l. Iul. de adulter., & hanc opinionem communem eſſe trad. Io. de Imola in l. quęſitum num. 16. 17. 19. ff. a quib. appell. non lic. Butri. c. ex parte ij. nume. 3. de offic. deleg. Canar. de exec. inſtr. d. q. 1. Menoch. de arbitr. iud. caſu 197. Alberic. de ſtatut. pręſ 5. q 65 & q. 152. Afflict. in conſt. reg. rub. 40. vt magiſter. nu. 13. lib. 1. & rub. 18. vt voluit. Promiſſ. uu. 10. lib. 3. Rebuff. tract. de liter. obligator. artic. pri. glo. 9. nu. 44. Viuius deciſ. 575. num. 4. Cumia in ritibus magnæ curiæ cap. 56. num. 31. cum ſeq. Graſſ. de exceptionib. ad mater. ſtat. in præluđ. nu 146. Nihil igitur operabitur pactum, vel renunciatio excludes omnes exceptiones, cùm & alias ſine pacto friuolæ exceptiones à lege ipſa excludantur, vt inquit Dec. in d. c. ex parte. 2. nu. 6. ver. ſublaris. & quod excludantur omnes exceptiones etiam legitimæ, & iuſtæ per renunciationē generalē, eſt tex in d. c. ex parte. 2. ibi, niſi exprimatur in literis, aut in reſcripto, quod nullę debeant exceptiones admitti, & ibi tenet Felin. nu 6. & Dec. Cùm autem quis poſſ. renunt. omnibus exceptionibus ſuo fauore inductis, vt dixi, & conſtet de eius voluntate, ex generali renunciatione certè dicen. eſt tolli omnes exceptiones, quoniam de voluntate expreſſa conſtat, ex verbis generalibus. d. c. ex parte. 2. ver., niſi exprimat, quemadmodum, & ita arguit in ſtatuto tollente oēs exceptiones Bero. in c. cum quis. nu. 26. extra de reſtitut. ſpoliat. & quod hęc opinio ſit de iure verior tenet Coler. de proceſsib. execut. parte 4. c. 1. num. 14. cum ſeq. imputan. ſanè potius eſt renuncianti, quod ita generaliter renuntiauerit, & quod expreſſè voluit excludere omnes exceptiones.

Pro reſolutione tamen harum opinionum dicen. eſt imò cenſeri excluſas etiam legitimas exceptiones, ne pactum ſit ſuperfluum, & nihil operetur, quod maxime proced. quando vltra pactum extaret, item ſtatutum reijciens omnes exceptiones quoniam tunc cenſentur quoq; reiectæ etiā iuſtę, & legitimę exceptiones Bero. c. itē cum quis, nu. 12. de reſtitu. ſpol. Milanen. deciſ. 53. nu 84. lib. 2. Graſſ. d. tract. exceptio, in præluđ. nu. 505. eſt igitur concluſio renunciationem omnium exceptionū comprehendere omnes exceptiones, etiam legitimas, & iuſtas, cùm aliàs ſemper generalia verba generaliter operentur, & ad omnia referantur. l. Iulianus ff. de leg. 3. l. à procuratore C. manda. relicta, §. vlt. ff. de iur., & fact. ignor. cum ſim. & generalia verba generaliter præiudicant. l. vlt. in fi. C. de dot. promiſſ. Tiraq. l. ſi vnquam in pręfatione num. 517. C. de donat. & renuncians generaliter omnibus exceptionib. ſe excludit ab omni auxilio Bar. l. vlt. §. idem quęſiit ff. de cond. indebi. Menoch. conſ. 91. nu. 18. Imo renunciatio exceptionum etiā indefinita excludit omnem exceptionem Bal. l. pacta nouiſsima in fi. C de pact.

Verū hæc generalitas reſtringi debet plurib. modis, quoniam generaliter dictum ſemper

per

per intelligi debet cum temperamento glo. l. interpositas ver. nec tñ, & ibi Bal. in princ. C. de transact., & sermo generalis semper est restringendus glo., & ibi doct. l. inter omnes ff. qui satisd. Cog. in l. sententiam §. cum aliter ff. ad l. aquil. Bar. l. 1. §. nunc. ff. de ope. no. nunc.

7 Et primo renuncians omnibus exceptionibus non censetur renunciasse cęteris defensiobus, quæ illi competere posśint, quę non sunt exceptiones, nam quamuis exceptio sit defensio, vt dixi, tñ defensio est genus complectens etiam exceptiones, & exceptio est species defensionis tendens ad exclusionem actionis tantum, vt dixi, vnde renuncians omni exceptioni non dicitur renunc. omni defensioni, quæ magis generalis est Bar. l. 1. §. & parui. ff. quod vi, aut clam. in l. planè per illum tex. ff. de peti. hæred. in l. 4. §. nouissimè ff. nau. caup. & stabul. Ias. l. 1. num. 9. ff. de iur. om. iud. Angel. in l. si ff. de leg. 5. Socin. l. 2. in prin. ff. de exceptio. Ias. l. si quis iniquum §. si is pro quo col. 2. nu. 9. ff. quod quisq; iur. Dec. in rub. extra de exceptio. in fi., & in c. ex parte ij. num. 77. vbi Felin. num. 9. de offic. delegu., quod. & in statuto excludēte omnes exceptiones voluit Graff. tract. de exceptio. ad mater. statu. excep. 21. Bonacossa qq. crim. 1. ver. defensio vers. fin. Qua ratione, qui renunciauit omnibus exceptionibus non impeditur implorare officium iudicis l. planè l. fin., & vtrobiq; not. Bar. ff. de peti. hæred. Alex. l. 1. col. 6. ff. de iur. om. ind. idem Bar. in d. §. & parui. num. 7. Abb. Butri. Felin., & Dec. in d. c. ex parte ij. Bero. c. item cum quis num. 35. de resti. n. spol. Ruin. cons. 209. num. 23. lib. 2. Beccius cons. 52. num. 69. Roland. cons. 1. num 56. lib. 1 Natta cons. 178. nu. 10. lib. 5. Marsil. sing. 88. Galiaula in l. 4. §. cato. num. 101. ff. de verb. oblig. Asin. §. 71. c. 33. in fi. & c. 42. Menoch. de præsump. 48 num. 28., & ratio est, quia aliud est officiū iudicis, & aliud exceptio Graff. d. tract. de excep. 41. nu. 16. & quia huiusmodi imploratio est defēsio, non autem exceptio Dec. d. c. ex parte ij. col. pen. ver. vigesimo primo fallit, sequitur Menoch. d. præsump. 48. num. 28. vnde deficientibus exceptionibus succurritur cęteris defensionibus, & officio iudic. Graff. excep. 21. in fi. similiter non prohibetur is, qui ita renunciauit, pręuenire creditorē, & facere, vt iudex declaret competere exceptionem legitimam, vt latē de statuto reijciente oēs exceptiones comprobat Graff. de exceptio in pręlud. num. 154. & ratio est quia agēdo ex præuentione non dicitur excipere, vt per eum, & ideo in regno Siciliæ, vt attestatur Graff. in prælud. d. tract. nu. 563. solet ita concipi renunciatio videlicet & non poss. opponere, præuenire, excipere se defēdere, aliquid dicere, vel allegare, officium iudicis implorare, nec oppositiones, & exceptiones etiam legitimas perhemptorias, & cōcretas facere, nisi prius soluat, debet igitur debitor promittere, vt non possit etiam præuenire, alioqui promittens non excipere, poterit pręuenire. Carauita ritu 568. nu. 5. & quoniam denunciatio euangelica non est exceptio licet sit defensio, ideo qui renunciauit exceptionibus, poterit hanc opponere Bero. d. c. itē cum quis num. 37. in fi. Asinius in praxi d. §. 31. c. 34. num. 8. Menoch. d. præsump. 48. in fi. Graff. de exceptio. excep 42. Item exceptio intentionis, & facti non est exceptio sed defensio. Lanfr. de exceptio. num. 14. non excluditur per renunciationem exceptionum glo. l. in rebus C. de iur. dot. ver. exceptionis, vbi Bal. in fi. specul. titulo de exceptio. §. 5. ver. defensionis Alex. l. qui se debere num. 1. ff. de cond. cau. data Bald. l. peremptorias C. sent. rescin. non posse in l. Sācimus C. de donat. Dec. d. c. ex parte ij colū. vlt. ver. vigesimo sexto Menoch. d. presump. 48. num. 37. Asin. d. §. 31. c. 47. Graff. d. tract. exceptione 26. exceptio quoq; inepti libelli obijci poterit, quia hæc non est exceptio Benedic. de Barzis de Guarentig. parte 3. prin. q. 1. col. 4. præterea hæc exceptio, vti notoria ex inspectione obijci poterit, vt dixi etiam j. Nullitas pręterea opponi potest, vbi renunciatum fuit omnibus exceptionibus, cùm nullius sit defensio non etiam exceptio Dec. d. cap. ex parte el ij. col. pē. ver. vigesimo fallit de offic. delega. Bero. d. c. itē cum quis nu. 33. Benedic. de Barzis de Guarentig. parte 3. q. 1. col. 2. Asin. d. §. 31. c. 31. Menoch. d. pręsump. 48. num. 24. neq; censetur exclusa ea exceptio, quæ validitatem & substātiam actus respicit Osasch. decis. 129. nu. 8. Colorus de processi. execut. parte 4. c. 1. nu. 67. Graff. d. tract. de exceptioni excep. 20. & & quia quod falsum est dicitur nullū l. Paulus respondit ff. de verb. sign. ideo falsitatis exceptio non excluditur per renūciationem exceptionum Dec. d. c. ex parte col. vlt. ver. vigesimonono fall. Menoch. d. pręsump. 48. versic. 40. Coler. de process. execut. d. c. 5. ver. 120. Graff. dict. tract. excep. 29. nec obijci poterit exceptio resolutionis contractus, quoniā contractus resolutus habetur pro non facto Graff. exceptione 31. Quo fit etiam, vt stante promissione de non opponendo contra instrumētum tā poterit obijci illud non esse instrumentum Bero. d. c. item cum quis nume. 27. Benedic. de Barz. d. q. 1. Bouer. in singul. nu. exceptio num. 28. Ias. l. fideiussor §. prætor ait. in fi. ff. qui satis cog. Menoch. ad ipisc. pos. remedio 3. num. 167. cons. 135. num. 58. d. præsump. 48. num. 1. Osasch decis. 122. nu. 2. Asin. d. §. 31. c. 21. limitatione prima Coler. d. c. 1. nu. 112. 113. Graff. excep. 2. neq; hac ratione reici debet ea exceptio, quæ per indirectū opponi solet Menoch. pręsump. 48. nu. 20. Graff. excep. 6. Idem quoq; dicen. est qn̄ opponitur de simulatione, quoniam qui allegat instrumentum simulatum, vī negare esse instru-

instrumentum Menoch. d. præsump. 48. nu. 2. Grass. excep. 12. Asin. d. §. 31. c. 37. modo si patens sit simulatio Massa in praxi camer. obl. partic. 4. q. 1. num. 9. Quapropter defectus formę, qua non seruata actus redditur nullus opponi poterit Grassus excep. 39. Vnde etiam opponi poterit defectus personæ q̃ hentis, qñ contractus, cum aliqua persona confectus est nullius momenti; Grass. excep. 38. Defectus quoq; citationis opponi poterit Bero. d. c. itē cum quis nu. 30. Menoch. d. pręsump. 48. nu. 11. Asin. §. 31. c. 27. Bonacossa in qq. crimin. ver. exceptio ver. stāte statuto, exceptio quoq; metus allegari poterit Grassus excep. 11. Menoch. d. præsump. 48. nu. 17. nam nunquam intelligitur sublata exceptio metus vel, quod dolo confectum sit instrumentum, vel scriptura, ex qua agitur Rebuff. de litter. obligat. artic. 1. glo. 9. num. 4. Asin. d. §. 31. c. 36. Erroris quoq; exceptio obijci poterit, qñ vbi est error, ibi nullus potest esse consensus Grassus excep. octaua. Vnde non excluditur etiam, exceptio incompetentię iudicis, quia hęc non est propriè exceptio Couarru. in reg. possessor. parte 1. nu. 5. ver. quinto hic apparet de reg. iur. lib. 6. Benedic. de Barzis d. q. 1. Menoch. d. præsump. 48. num. 26. Bero. d. c. item cum quis num. 34. Grass. d. tract. exceptione 18. recusatio præterea non est exceptio, ideo non excluditur Dec. d. c. ex parte falsa 24. & in c. quoniam contra num. 102. de probatio. vbi latè examinat an recusatio dicatur exceptio Menoch. d. præsump. 48. num. 32. Grass. excep. 24. Est quoq; defensio non autem exceptio solutionis exceptio Dec. d. c. ex parte col. vlt. ver. vigesimo quinto tallit. Benedict. de Barzis de Guarentig. tertia parte prima q. 1. in prin. Asinius dict. §. 31. c. 40. Galesius in for. Cameral. oblig. partic. 4. q. 1. Menoch. dict. præsump. 48. num. 33. Grass. exceptione 25. Nã solutione eius, quod debetur tollitur omnis obligatio Insti. quibus mod. toll. obli. Dec. d. c. ex parte num. 84. Grass. d. excep. 25. nu. 6. deinde, vt dixi, est defensio non autem exceptio glo. c. 1. ver. defensionis de lit. contest. Couars. d. reg. possessor. parte 1. num. 5. & hęc exceptio dicitur potius defectus actionis. Cuman. l. 2. num. 2. ff. de excep. Aretin. rub. insti. de excep. nu. 8. Grass. d. excep. 25. nu. 6. Idem quoq; dicen. videtur de ea exceptione, qua dicitur rem non existere in rerum natura Benedic. de Barzis d. parte 3. q. 10. Grass. de exceptio. excep. 30. & quia pactum de nõ petẽdo, & acceptil. æquipollent solutioni ideo qui renonciauit exceptionibus potest opponere pactum de non petendo, & acceptilationem quoniam hæc perimunt actionem ipso iure. Grass. d. tract. de except. excep. 35. nã pactum de non petẽdo potest opponi non obst. renunciatione Rebuff. tract. de litter. oblig. artic. primo glo. 9. num. 27. similiter non excluditur exceptio cessionis bonorum, cum hæc exceptio sit similis exceptioni pacti de non petẽdo Grass. excep. 17. pari ratione poterit opponi exceptio Macedoniani, & Velleiani, qñ hæc oppositio est defensio non etiam exceptio Grass. d. tract. excep. 37. per totam max. nu. 2. Menoch. d. præsump. 48. num. 38. Asin. d. §. 31. cap. 48. Canarius de execut. instr. 458. Compẽsatio quoq; non excluditur per renunciationem exceptionum, cum non sit propriè exceptio, & compensationem obijciẽs non dicatur propriè excipere l. amplius non peti, vbi glo. & doct. ff. rem rat. habe. Bar. l. 2. nu. 3. ff. de exceptio. Alex. cons. 12. nu. 12. lib. 2. Felin. c. suborta. num. 2. de re iud. Grass. exceptione 16. num. 6. Rebuff. tract. de litter. obligat. artic. 1. glo. 9. num. 39. Osasc. latè decis. 92. nu. 12. Tiraq. de rest. liga. §. 3. glo. 13. num. 4. Menoch. d. præsump. 48. nu. 34. Non cẽsetur item sublata exceptio nouationis debiti quoniam per eam declaratur actionem non cõpetere Bar. l. 2. ff. de exceptio. Rebuff. tract. de litter. obligat. artic. 1. glo. 9. nu. 19. Asin. d. §. 31. c. 48. nu. 7. Coler. de processi. exec. parte 4. c. 1. num. 108.

Secundo non excluditur ea exceptio quæ inest ex natura actus contra quem opponitur, Felin. d. c. ex parte, el 2. nu. 2. de offic. deleg. & ibi Dec. nu. 57. Menoch. de præsump. 48. num. 34. Bero. d. c. item cum quis num. 32. Grass. excep. 10. Asin. d. §. 31. c. 26. nam verba quantumcunq; generalia nunquam tollũt id quod prouenit ab intrinseca natura ipsius actus, Grass. d. excep. 10. num. 3. Et ideo non cẽsetur tolli exceptio cedendarum actionum Dec. d. c. ex parte, num. 7. & ibi Felyn. nu. 52. Bal. in auth. præsente nu. 4. per illum tex. C. de fideiuss. Marsil. sing. 7. Massa ad for. Cam. obl. partic. 4. q. 1. num. 10. Asin. d. §. 31. cap. 55. Nam id sit propter naturam, contractus ex quo fideiussor non aliter præsumitur voluisse obligari ad solutionem pro principali. Coler. de processi exec. parte 4. c. 1. num. 87. Idẽq; dictũ est in exceptione excussionis Bertazol. de claufsul. clausula 41. glo. 7. & de vtranq; exceptione cedendarum, & excussionis Grass. d. exceptione 10. Coler. d. c. 1. num. 94. & de exceptione decis. 15. Coler. ibid. num. 96. Quocirca opponi poterit exceptio pretij non soluti, Dec. d. c. ex parte fall. 10. ver. secundo, item exceptio. rei non traditę, & pretij non soluti Massa ad form. Camer. obl. partic. 4. q. 1. num. 9. & num. 10. 11. Dec. cons. 319. in prin. Coler. d. c. 1. num. 75. quoniam hæc, secundũ eum insunt ex rei natura, & tacitè colligi possũt, vel etiam quod non fuerunt obseruata promissa. Massa d. q. 1. num. 7. Coler. d. c. 1. num. 79. nam quis non tenetur ad obseruantiam pactus nisi illi item obseruatum fuerit, vt per eos, vel quod quis cõditionem non impleuerit Menoch. d. præsũp. 48. nu. 15. Grass. latè exceptione 33. Idemq; dicen. videtur de excep. non num. pecc. quoniã inest ipsi obligationi

gationi cõfessioni Afflic. in c. 1. tit. reg. rub. 40. num. 10. cum seq. lib. 1. Afin. d. §. 31. c. 54. Grass. excep. 45.

Tertio nõ intelligitur excludi exceptio notoria, & manifesta: Dec. d. c. ex parte limitatione 5. Menoch. d. præsump. 48. num. 9. Coler. d. c. 1. nu. 42., & 141. Bero. d. c. item cũ quis num. 29. Grass. excep. 5. quod max proced. qñ exceptio oritur ex eo fõte, ex quo ipsa actio Bero. d. c. item cum quis num. 27. 32. Menoch. d. præsump. 48. num. 3., & num. 23. Coler. d. c. 1. nu. 118. Grass. excep. 13. nu. 3. cum seq., & excep. 3. Stracha de assecur. glo. 29. num. 9. ver. deniq; non tollitur exceptio quæ venit ex capite, & fonte eiusdem instrumenti Crave. cons. 211. nu. 5., & ex superioribus capitulis Pau. de Cast. cons. 239. num. 2. libro 1. Idem dicẽdum est si exceptio notoriè constat ex alio instrumento Grass. d. excep. 5. nu. 4. Menoch. d. præsump. 48. nu. 20. Massa ad form. Camer. oblig. partic. 4. q. 1. nu. 6 8. Afin. d. §. 31. c. 40. Coler. d. c. 1. num. 45. & 99. Grass. excep. 15. Bero. d. c. item cũ quis num. 27., & exceptio, quę patet ex inspectione ipsius instrumenti non cẽsetur reiecta Grassus excep. 19 Qñ igitur exceptio opposita patet notorie iudici ex euidentia facti, tunc illa non reijcitur Coler. d. c. 1. nu. 135. vel si exceptio notoria sit ex actis Coler. d. c. 1. num. 124. Vnde etiam excep. inepritudinis libelli, non censetur reiecta, vti notoria Menoch. d. præsump. 48. nu. 21. Afin. d. §. 31. c. 41. similiter potest excipi de confessione facta in iud. qñ hæc inducit notorium, & exceptio notoria non censetur sublata Grass. excep. 14. Menoc. d. præsump. 48. num. 19. Afin. d. §. 31. c. 39. Coler. d. c. 1. nu. 110. Vnde etiam excluditur præscriptionis exceptio, quę nimirum iudici patere potest ex inspectione instrumenti producti Rebuff. d. tract. de litter. oblig. artic. 1. glo. 9. num. 26. Coler. d. parte 4. c. 1. nu. 74.

Vnde potest opponi, quod instrumentum non sit liquidum, cum id patere possit ex inspectione Coler. d. c. 1. nu. 118. Grass. excep. Item opponi poterit, quod dies solutionis nõdum aduenit, nam ex ipso instrumento, vel scriptura satis constare poss. quod intẽpestiue agit. Coler. d. c. 1. num. 66. 72. Grass. excep. 41. quod, & dicen. est, vbi obligatio est sine cã quia id obijcii poterit, vti manifestum ex instrumento, vel scriptura Coler. d. cap. 1. num. 73. Massa dict. partic. 4. q. 2. num. 12. Grass. excep. 40.

4 Non reijcitur ea exceptio, quę prouenit ex facto aduersarij l. qui officij §. fin. ff. de contr. emp. l. cum proponas C. de transf. facit Grassus excep. 37., & max cùm ex culpa, vel ex dolo partis aduersæ Menoch. d. præsump. 48. num. 19. Grass. excep. 22., & generaliter nunquam censetur exclusa ea exceptio, quæ habet causã ab aduersario Seraphin. priuilegio 10. nu. 6. Marsil. rub. ff. de fideiuss. num. 30., & sing. 96. Vant. de nullita. titulo quis poss. dic. de nullit. c. fin. num. 58. Roland. cons. 95. num. 38. lib. 1. Mascard. concl. 1265. num. 34. Caroc. de excuss. bon. q. 17. p. 2. nu. 5. Roman. sing. 441. tu scis, & cons. 183. in casu proposito Ripa tract. de peste rub. de priuileg. contr. cau. pest. nu. 87. vbi infert ad casum pestis, vt per eum.

5 Qui renunciauit excep., & promisit nõ opponere aduersus quempiam actum, vel dispositionem poterit opponere aduersus aliud, & ideo, qui promisit non excipere aduersus instrumentum poterit tñ obijcere aduersus executionẽ ipsius instrumenti, cùm aliud sit executio ab instrumẽto Menoch. d. præsump. 48. num. 31. Coler. d. c. 1. num 117. 129. Grass. excep. 23. Vnde licet non poss. opponi contra instrumentum, opponi tamen poterit de personę inhabilitate, Bar. l. 1. §., & parui. col. 2. ff. quod vi, aut clam. Dec. d. c. ex parte ij. fall. 4. Menoch. dict. præsump. 48 num. 6. Rebuff. tract. de litter. oblig. artic. 1. glo. 9. num. 36. Afin. d. §. 31. c. 32. Balb. in communi concl. 175. Bero d. c. item cum quis nu. 28. Grass. excep. 4., & poterit opponi, q̃ personam petentem Stracha de assecur. glo. 29. nu. 4. similiter prohibitus opponere cõtra instrumẽtum poterit tamen opponere contra contractum, vel e contra. Grass. de except. in prælud. nu. 153.

6 Admittitur ea exceptio, quæ affertur incõtinenti probari Dec. d. c. ex parte fallentia 7. Menoch. de præsump. lib. 2. præsump. 47., & præsump. 48. nu. 10. Bero. d. c. item cum quis num. 29. Grassus excep. 7. Coler. de processib. execut. parte 4. capit. 1. Imò exceptiones, quę nõ pñt incontinenti probari admittũtur sed non retardata executione Massa ad form Camer. obl. partic. 4 q. 1. num. 17.

7 Non tollitur exceptio de contrarietate, & perplexitate Dec. d. cap. ex parte fallentia 9. Menoch. d. præsump. 48. num. 14. Bero. d. c. item cum quis num. 31. Grass. excep. 9. allegans cõtraria audiri non debet l. 1. C. de furt. vbi Bal., & alij.

8 Intelligitur excepta auctoritas superioris, & ideo, qui iurauit non excipere poterit exceptionem dilationis à principe cõcessę obijcere Ias. l. fin. num. 21. ff. qui satisd. cog. Dec. cons. 352. num. 8. Surd. consil. 299. num. 16. Grass. exceptione 32.

9 Non venit in generali renunciatione exceptionum exceptio beneficij singulariter concessi, vt dixi ĩt 3 lib. 3. renunciatione prima veluti restit. in integ. Menoch. d. præsũp. 48. nu. 42. Galiaula in repetitione lege centurio. num. 166. ff de vulg., & pup. Camia de ritib. mag. cur. c. 17. nu. 89. cum seq. Grass. except. 54. Imò, quod prohibita exceptione, minimè prohibita cẽseatur restitutio in integrũ est magis communis opinio Odd. de rest. in integra parte 2. q. 15. artic. 3. num. 55. per id, quod scrib.

scrib. Bald. in l. in cāa ff. de minori. nam rest. in integ. est beneficium speciale à iur. cōmuni concessum, quod non comprehenditur in generali renunc. Odd. d. q. 15. artic. 6. nu. 46. cum seq. Decimo in generali renunciatione exceptionum non veniunt exceptiones futuræ & incertæ, de quibus non potuit renuncians, verisimiliter cogitare, & ita loquitur l. sed, & si quis §. quæsitū ff. si quis cautio, vt per Bald. in l. pacta nouissima in fi. C. de pact. sequitur Ias. in d. §. quæsitum nu. 6. Et quamuis plures doctores supra citati loquantur in statuto prohibēte exceptiones tamē eadem ratio proced. etiam in renunciatione exceptionum, arguendo de stat. ad pactum glo. rub. C. de decret. decur. lib. 10. Bar. l. omnes ꝑli ff. de iust. & iur. sed, & iuramentum facit cessare omnem exceptionē, & iurans videtur renunciare omnibus exceptionibus. *Mancin.* de iuram. parte 4. effectu 116., & latè dixi supra lib. 1. q. 12.

Supradicta tamen decl., quod licet debitor non poss. opponere, tamē si aduersarius passus fuisset opponi exceptiones, & super eis probari tunc excipiens auditur Grass. dict. tract. de except. in prælud. num. 564.

Vnde autē notan., quod aliud est, quod renunciatione tollantur omnes exceptiones, an verò differantur post solutionem, quoniā hoc casu nulla potest admitti añ tēps in quod differuntur, Altero casu cùm in totum tolluntur, tunc admittuntur omnes de quibus supra diximus, vt de statuto loquitur Grass. d. tract. de except. in prælud. num. 555.

8 Sed quæritur, an promittens simpliciter nō opponere exceptiones censeatur renunc. dilatorijs, & Bar. in l. 4. § cato ff. de verb. oblig. inquit, quòd videtur renunc. etiam dilatorijs cùm illæ sint exceptiones, idem vult Bald. in addit. specul. tit. de emp. & vend. circa prin. sed Ias. in d. §. cato. contr. tenet, quoniam dilatoriæ non dicūtur propriè exceptiones cùm actiones non excludant l. 2. ff. de except. sed dic, quod imò, & dilatoria dicitur propriè exceptio l. 2. §. fin. l. 3. ff. de exceptio. §. appellantur insti. eo. Quinimo etiam per dilatoriā pro tempore excluditur actio, Ripa d. §. cato num. 83., & Socin. iun. num. 140 Alciat. num. 589. vbi inquit opinionem Bar. esse cōmunem, & ibi Galiaula num. 102., & ibi tenent omnes.

Sed an promittens nō excipere poss. appellare Bar. in d. §. cato, tenet non posse per l. si hoc §. 1. l. si quis separatim §. fin. ff. de appell. Vnde propriè appellatio est ius distinctū, tām ab actione, quam ab exceptione Bar. l. 1. in col. 2. ff. de appell. vnde appellatio expeditur non per actionem, vel per exceptionē, sed per officium iudicis Bar. Angel., & alij in l. 1. §. solent ff. quando app. sit glo. c. super qōnem §. intentionis ver. aliquis de offic. delega. verum est, quod appellatio magis participat de exceptione, quam de actione, cum tamen exceptio, quam appellatio sit defensio.

Quæritur etiam an promittens non excipere censeatur promisisse factum diuiduum, vel indiuiduum, ita quod vno hærede contrauenìente pœna committatur insolidum aduersus omnes proportionibus hereditarijs, Bar. in d. §. cato. tenet, ꝙ promissio de nō excipiendo sit diuidua, vbi exceptio præiudicat tantum in parte excipiētis, cæterum si præiudicat in totum etiā, quò ad alios est indiuidua, & cum Bar. transeunt cōmuniter doct. vt per Galiaul. in d. §. cato. num. 99.

9 Illud etiam, queri potest an renūcians exceptioni videatur item renunc. actioni sibi ex ea causa competente, & vr̄, quod non cùm aliud sit actio, & aliud exceptio l. si domus ff. de seruit. vrb. præd. l. hæres statu liber. ff. de cond. & dem. l. vendicantem ff. de euictio. & fac. l. sed etsi ff. de eo. vbi qui succumbit excipiendo potest idem factum, ad alium effectum refricare agendo, vt not. ibi Bal. sed contrariū tenet Guliel. in l. sed, & si quis §. quæsitum ff. si quis caut. quem refert, & seq. ibi Bal., & Alberic. quoniam cui datur actio multò magis datur exceptio l. inuitus §. cui damus ff. de reg. iur. quare si renunciatione excluditur exceptio, multò magis actio. tum ita demū proced. qñ actio, & exceptio ex eadem cā, & fonte oriuntur ad eundem effectum, cæterum si ex diuersis renuncians exceptioni nō videtur renunc. actioni Bal. d. l. sed, & si Alberic. d. §. quæsitum num. 26.

10 Est etiā scien. quod est reus principalis non potest renunc. exceptioni semel quæsitæ seu fideiussori in illius præiudiciū l. fin. & ibi not. ff. de pact. l. sed, & si quis cautio. Verùm si fideiussor renunciauerit quibusdam exceptionibus est distinguen. nam, aut sunt exceptiones prouenientes ex persona fideiussoris, quæ ad principalem non transeunt, & renunc. potest l. si fideiussor §. quædam ff. manda. & ibi not. Aut exceptiones competebant principali, & tunc non potest renunc. quoniam fideiussor in plus teneretur Bar. l. hi qui. num. 54. vers. 3. q. 10. ff. de fideiuss.

11 Secundum, & tacitè etiā renunciat. exceptionib. nam except. opponens si processerit ad litis contestationem non reseruata sibi exceptione videtur illi renunc. Rimin. Sen. cons. 134. nu. 57. Asin. in praxi §. 13. c. 5. nu. 58. Nam exceptionibus dilatorijs per processum ad vlteriora renunc. videtur. Nat. cons. 685. n. 8. & qui non opponit intra tp̄s hoc est añ litis contestationem illis renunc. vr̄ l. Titia. ff. de accus. l. si ea C. qui accus. non poss. Sed & except. declinatoriæ renunc. videtur reus, qui exceptiones dilatorias, & pēptorias opponit, quoniā dilatoriæ opponi non potest citra declinatoriæ renūciationem Bart. l. quidam consulebant. n. 9. ff. de re iudic. Menoch. cons. 87. num. 25. exceptio enī fore declinatoria opponi debet in ipso litis initio, aliàs non opponens videtur illi renunciasse

ciasse. Roman. l. quamuis. num. 4. ff. de iudic.
Quin etiam exceptioni declinatoriæ renunc.
videtur is, qui post illã oppositam comparuit
corã iudice. Rimin. Sen. conf. 351. n. 7. sed quod
diximus non opponentem exceptionem decli-
natoriam añ litem contestatam videri illi re-
nunc. declara non proced. vbi ex conuentione
ea opponi potest etiam post litem cõtestatam.
Mylinger. centur. 4. obseru. 27. Itẽ exceptioni
renunc. vr debitor dando pignus. l. sed si pater
fam. in prin. ff. ad Macedon. & tutus exceptione
patiens se alteri delegari illi renunc. videtur. l.
si quis delegauerit ff. de nouat. & nõ opponens
exceptionem competẽtem illi renunc. videtur
Craue. conf. 121. nu. 4. Cephal. conf. 584. nu. 5.
debitor præterea legando creditori censetur
remittere exceptionem Surd. conf. 113. nu. 29.
31. facit. l. si creditori ff. de leg. 1.

Verùm renuntians vni exceptioni alteri sibi
competenti renunt. minimè videtur. Mascard.
concl. 1267. nu. 6. nisi sint connexæ. l. si domus
ff. seruitu. vrb. prædio.

Vidimus supra de exceptionibus, quę sunt
defensiones, nunc videamus de cæteris defen-
sionibus, quæ non sunt exceptiones, nam hoc
12 interest inter defẽsiones, & exceptiones, quod
defensiones ipso iur. tollunt, & perimunt om-
nem actionem veluti solutio, & acceptilatio
quandoquidem solutione, & acceptilatione
tollitur omnis obligatio §. item per acceptila-
tionem insti. quib. mod. toll. oblig. & ideo non
dicuntur exceptiones, quia licet agentem re-
pellant tamen non excludunt actionem, quæ
non est exceptio autem excludit actionem spe-
cul. titulo de exceptio. §. 1. ver. defensiones
antẽ. Quare renuntians exceptionib. non cen-
setur renunt. defensionib. vt dixi super renun-
ciatione proxima. Nam hoc verbum defensio
est generale complectens exceptiones, quæ ex-
cludunt actionem, & cœteras defensiones, quę
non sunt exceptiones, vt officium iudic. & &
sim. ferrar. in for. lib. contra plur. reos deben.
glo. probationibus. Defensio in gñe sumpta
est de iure naturæ teste Cicer. de offic. libro 1.
qui ita inquit, Principio gñi animantium
idest à natura tributũ, vt se, vitam, corpusq;
tueatur declinet ea, quę natura videantur, &
est tex. in clemen. pastoralis §. cœterum circa
fin. de re iud. l. vt vim ff. de iust. & & iur. c. si
verò de sent. excom. lib. 6. §. cum arietas ff.
si quadrup. paup. fec. dic. l. scientiam §. qui
cum aliter ff. ad l. aquil. l. 1. C. vnde vi. glo.
in §. quod verò insti. de iure natur. Marsil. l.
vnius § cognitiurum num. 47. ff. de quæstio.
Neuizan. consil. 61. num. 43. Curt. iun. conf.
235. num. 11. Becius consil. 51. num. 8. Quo-
circa vim vi defendere omnes leges, omniaq;
iura permittunt, vt inquit tex. in d. l. scien-
tiam §. quod cum aliter, & defensio non est
deneganda, nec diabolo. Hostien. c. inter R.
Priorem de excep. Marsil. d. §. cognitiurum
num. 59.

Videamus nunc, an, & quando renunciare
poss. defensionibus quibus sanè primum vide-
13 tur renunciare minimè posse, nam defensio vi-
detur continere publicam vtilitatem lege ser-
uum quoq; §. publicè ff. de procurat. quę pu-
blica vtilitas suadere videtur, vt quis renun-
ciare non possit, quin etiam defensio est de
iure naturæ, clementina pastoralis de re iud.
cui iuri renũciare non potest lege ius agnatio-
nis ff. de pact. & latè dixi supra.

Verùm in hac materia sunt constituenda
duo capita, ex quibus prodeunt duæ conclu-
siones. Nam aut agitur de pœna, quę non est
corporalis, aut verò agitur de pęna corporali.

Primo casu, vbi non agitur de pœna corpo-
rali quis potest renunciare suis defensionibus
14 lege sed, & si quis §. quæsitum, & ibi notant
doctores ff. si quis caut. anct. iubemus C. de
iudic. & & ibi doctores lege defensionis C. de
iure fisci libri x. & potest quis renunciare ex-
ceptionibus, tam dilatorijs, quam perhem-
ptorijs lege perhemptorias C. senten. rescin.
non posse lege postquam liti C. de pactis lege
destitisse ff. de iudic. lege tale pactum §. qui
prouocauit ff. de pactis, & dixi supra de exce-
ptionibus notat Roman. in lege pacta nouissi-
ma numer. 6. C. de pact. & regulariter defen-
sioni suo fauore inductę quis renunciare potest
Bartolus lege pactum inter in fine ff. de pactis
& ibi Iac. a S. Georg. num. 14. Felinus c. cum
venisset columne 4. de testib. & ibi Aretinus
Paulus de Cast. consil. 260. visis compromisso
colum. 1. libro 2. vbi inquit hanc esse veram
doctrinam, quod defensionibus pręsentibus, &
futuris, quæ tendunt ad priuatã vtilitatem in
causa ciuili, tam in iudicio, quam extra re-
nunciare possit Io. de Anania consil. 50. num.
4. vbi inquit hanc esse veram doctrinam Are-
tin. conf. 146. colum 3. Viuius decis. 68. in fi.
Surdus consilio 158. num. 10. Quapropter vbi
non agitur de pœna corporali sed de pecunia-
ria, vel de pœna relegationis reus põt renun-
ciare suis defensionibus Io. de Imola in lege
custodias colum. 2. ff. de publ. iud. & ita pra-
cticatur, vt per Ant. Gomez tomo 3. c. 13. de
tortura reorum numer. 33. Guter. de actibus
iudic. iurat. c. 10. Couarru. de sponsalibus c.
8. §. 12. num. 16. Vnde si quis renunciauerit
omnibus defensionibus ita, quod nulla renun-
cianti supersit defensio remediũ est, quod re-
nuncians soluat, & deinde repetat Bar. lege 1.
§. & & parui. ff. quod vi, aut clam. Grass. tra-
ctatu de exceptio. ad materiã statutorũ excep.
21. in fine Neq; obstat, quod publicè intersit
reos defendi dicta lege seruum quoque §. pu-
blicè, quia ea vtilitas est secundaria, cui renun-
ciare potest, vt per Angel. d. §. publicè mi-
nusq; obstat, quod defensio sit de iure naturę,
quia illud verum est quando renunciatur de-
fensioni futurę lege si conuenerit ff. de iur. om.
iud. lege 3. C. de pignori. Angel. lege pactum
inter num. 5. ff. de pact.

Sed, & idem diceñ. videtur in causa criminali cum vbi agitur de pœna corporali si quidem videmus, reũ sibi præiudicare posse sua confessione, nec non omissione defensionum intra tempus statutum. Dec. c. iurauit nu. 20. de probatio. quod suadere videtur, vt renunciatione sua item sibi præiudicare possit. Quibus accedit illud, q̃ dicitur si quis percusserit maxillam præbe illi, & alteram. Item illud apostoli, nec vos defendentes.

15 Inde concl. est, quæ in causa crim. vbi agitur de quæstione status, vel de pœna corporali, quis non potest suis defensionibus renunc. ad, quod est glo. notab. in l. pactum inter hæredem in versiculo cùm liceat, ibi item pactum ne quis se defendat ff. de pact., vbi non valet pactum ne quis se defendat in quæstione status vel criminis per l. 3. cum l. seq. ff. de liber. cau. l. non tantum ff. de appellat., & not. omnes in d. l. pactum inter, vbi latè Ias. quæ glo. est singularis, & vnica in iure, vt inquit Bald. in c. cum non ab homine de iudic. in c. cum venisset circa fin. de testib. in c. quoniam contra col. 2. de probat. in l. vnica C. de confess., & ad hoc sæpè allegatur dicta glosa in practica, vnde est famosa, & vtilis, vt per Ias. in d. l. pactum inter, imò est perpetuò notanda, vt per Curt. iun. d. l. pactum inter n. 14. illamq; sequũtur omnes doct. Guter. de actibus iudic. int. c. 10. Regula igitur est secundum d. glo. defensionibus renunc. non posse vbi agitur de pœna corporali, vel vbi agitur de quæstione status, sequitur Bar. l. custodias in fi. ff. de publ. iud. in l. quædam sunt serui. ff. de pœn. in l. non tantum ff. de appellat. doct. omnes in d. l. pactum inter, vbi latè Ias. Fac. l. 1. §. si quis vltrò. ff. de quæstio. Bald. c. 1. num. 7. de probatio. in aub. extra de pact. num. 11. in c. cum non ab homine circa fin. de iudic. in l. vnica num. 24. C. de confess. in c. cum venisset, & ibi Felinus Angel. in l. 1. ff. de furib. balne. Io. de Imola in l. custodias num. 3. ff. de publ. iud. Ias. l. si quis in conscribendo num. 18. C. de pactis in l. 4. § quæsitum ff. si quis caut. doct. in auth. iubemus, vbi Iason Baldus Angel., & Salicet. C. de iudic. Felin. c. si diligenti nu. 3. de foro compet. in c. pastoralis §. quia vero col. 1. de offic. delega., & hæc glo. cõiter approbatur, vt inquit Duen. reg. 150. idem inquit Clar. §. fin. q. 49. ver. quæro nunc. Natta cons. 359. n. 3. cons. 558. in fi. Couarru. de sponsalib. p. 2. c. 8. §. 12. num. 16. Guter. de actib. iudic. inrat. c. 10. Io. Redin. de maiesta. princ. in ver. sed etiam per legitimos tramites nu. 114. par. de puteo de sindica. ver. an potestas nu. 9. Caso. de malefic. tract. vlt. num. 20. Bouer. in singul. versiculo renunciatio num. 1. Consec. in singul. versiculo defensio. 1. Marsil. in practica §. diligenter num. 162. Marsil. leg. 1. §. si cognituram num. 59. ff. de quæstio. Menoch. de arbitr. libro 2. q. 91. num. 9. Gail. de pace publ. libro 1. c. 18. num. 23. Angel. de malefic. versiculo qui iudex num. 5. Conrad. lib. 1. c. 9. de prætore §. 4. titul. de negatione criminis. Aretin. consil. 146. col. 3. Farinac. in praxi crim. q. 39. num. 51. vsq; ad num. 68. Vrsill. ad Afflic. decis. 391. Viuius decis. 68. num. 15. 16. Mãtua sing. 1. num. 2. Rube. de potesta. procur. nu. 29. Decian. in tract. crim. lib. 5. c. 6. num. 12. Surd. consil. 118. num. 6. & 10. Scaccia de iudic. caus. c. 88. num. 22. Gomez. tract. de potesta. in se ipsum lib. 2. c. 17. & magis recepta est opin. Scapp. de iure non scripto l. 5. c. 129. vnde votum se defendendi non obligari decis. aur. parte 2. lib. 2. c. 12. num. 14. Quò circa minus rectè faciunt assessores, qui curant, vt rei renuncient defensionibus suis. Bar. l. custodias ff. de publ. iud. quod vt plurimum faciunt iudices maleficiorum Angel. Pau. de Cast. & fulgos. in d. l. pactum inter ff. de pact. Bald. c. cum dilecti de appella. iux. glo. in l. 1. ff. de furib. balne. Marsil. d. l. 1. §. si cogniturum num. 57.

Ex quibus infertur, quod decuriones, qui sunt tuti priuilegio ne torqueantur l. milites lege decuriones Codice de quæstio. Tiraquel. de nobilita. c. 20. num. 133. non possunt huic priuilegio renunc. quod respicit defensionem Duen. d. reg. 190. Vnde etiam stante statuto quod vulnerans aliquem puniatur in centum, quod si soluere nolit, vel non possit intra mensem amputetur illi manus, certè delinquens non poterit renunciare dilationi mensis, quia sic renunciaret defensioni, & contingere pôt vt interim effugiat pœnã, vel per mortem naturalem, vel aliter Bald. d. c. cum non ab homine col. vlt. præterea quis non potest consentire instrumento confecto de proprio delicto, quoniam consensus nihil operatur, quo ad pœnam corporalem. Felin. c. pastoralis §. quia verò de offic. delega. vbi inquit etiam, quod solutum pro reo mutuo incursuro aliàs pœnam corporalem repeti pôt Felin. d. §. quia verò.

Pro sententia glo. optimè fac. quod defensio est de iure naturali clem. 1. pastoralis de re iudic. cui renunciare non potest l. ius agnationis ff. de pactis, & alias dixi supra de iure naturali, vnde optima ratione defensioni in criminali causa renunciari non potest, cùm defensio status, & personæ sit de iure naturali, & proinde iuris publici. Bald. l. 1. nu. 27. C. de confess. in d. c. quoniam contra col. pen. vers. & finis socin. c. qualiter, & quando. nu. 1000. de accus. Iacobus à Sancto Georgio dicta lege pactum inter numer. 11. potissima quoq; illa ratio est, quoniam nemo est dominus membrorum suorum l. liber. hõ ff. ad l. aquil. Bald. d. c. qm̃ contra Felin. c. pastoralis §. quia verò post princ. de offic. delega. in c. si diligen. n. 3. de foro compet. Menoch. de arbit. lib. primo quæst. 7. nu. 8. Scapp. de iure non scripto libro 5. c. 129. Viuius decis. 68. num. 16. Caso. de malefic. tract. vlt. numer. 21. vbi addit alteram rationẽ qm̃ iudicis interest rationem huma-

humanitas is non condemnare iustum, & quãuis dictum sit, si quis percusserit maxillam, præbe illi, & alteram, illud proced. in leui offensa, non etiam in pœna corporali graui, aduersus quã quis se defendere tenetur. Neq; obst. aliud ap̃li, dum inquit nec vos defendentes, quoniam intelligitur, quando aliter quam se defendendo, euadere poterant, vel potest intelligi non vos defendentes à martirio decis. aure. parte 2. lib. 2. c. 13. nu. 14. & licet quis omittendo defensionem poss. sibi præiudicare tamen id non fit simpliciter ob taciturnitatem ipsius rei, sed quia cum taciturnitate concurrit etiam legis auctoritas, quo casu, & si quis non sit dominus membrorum suorũ ipsa tamẽ respubl. est domina, & habet potestatem Bart. l. titio centum §. titio centum ij. ff. de cond. & dem. Dec. c. cognoscentes secunda lectu. nu. 29. de constitu. in c. pastoralis num. 36. de except. Imò confessio simplex etiam non attenditur in criminibus, vt ex ea quis sibi præiudicare poss. glo. & doct. in l. si donatione C. de collatio. & not. Bar. per illum tex. in l. si fortè ff. de castren. peccul. sed solum statur confessioni quando appĩ de veritate confessionis, l. qui sententiam Cod. de pœn. & requiritur confessio verisimilis l. 1. §. si quis vltrò ff. de quæstio. Dec. c. iurauit num. 21. de probatio.

Ampl. dict. conclusio, vt renunc. non poss. accedente iuramento Bald. l. vnica nu. 27. C. de confess. Felin. c. cum venisset col. 4. de testibus Socin. c. qualiter, & quando num. 1000. de accusat. nam renunciatio etiam cum iuramento non valet, quoniam defensio status, & personæ est de iur. naturali d. clementina pastoralis de re iud. & proinde est publici iuris l. non tantum ff. de appellat. præterea iuramentum est contra bonos mores, vti tollens defensionem rationalẽ Guter. de actib. iudic. iurat. c. 10. circa fin. Gaill. de pace publ. lib. 2. c. 18. num. 3. Viuius decis. 68. circa fin.

Declaratur tamen, vt reus tacitè renunc. poss. omittendo defensionem, & permittendo labi tempus ad se defendeñ. constitutum, Felin d. c. cum venisset Bald. & Salicet. in l. fin. §. fin. C. de tempo. appell. Bald. l. 1. num. 43. C. de his qui accus. non poss. in l. fin. not. 3. ff. de ferijs. Dec. c. iurauit numer. 30. de probat. Iac. à S. Georgi in d. leg. pactum inter num. 13. reus etenim, qui omisit defensiones præsumitur illos non habere, & perinde non læditur ex omissione quasi ex sua renunciatione diuersũ est quando agitur de expressa renunciatione, quoniam tunc præsuponit extare defensiones Menoch. de arbit. iud. lib. 2. q. 82. num. 8. & potest tacitè reus renunciare per contumaciam Menoch. de arbit. iud. lib. 1. q. 7. num. 13. Io. Redin. de maiest. princ. versiculo, sed etiam per legitimos tramites num. 117. 119. Socin. c. qualiter, quando num. 1055. de accusat.

10 Ex quibus declaratur suprascripta conclusio nam vbi constat nullas defensiones competere ipsi reo tunc renunciatio valet, quoniam ex ea non læditur renuncians Bald. l. nam, & postea §. si minor per illum tex. ff. de iureiur. & ibi Signorol. num. 10. Angel. d. l. pactum inter ita demum proced. quando certi sumus, quod reo competere possint aliquæ defẽsiões cæterum si nullæ cõpetunt, renunc. potest Pau. de Cast. l. sed, & si quis §. quæsitum num. ff. si quis caut. Rube. l. seruum quoq; §. publicè num. 10. ff. de procurat. per glo. in l. 1. ff. de furib. balne. Ias. l pen. limitatione 4. C. de pact. Aretin. in tract. de malefic. versic. quod iudex post Angel. in leg. custodias ff. de publ. iud. & renunciatio valet vbi notorium est nullam competere defensionem Felin. d. c. cum venisset Claud. d. seysello in repet. leg. vt vim num. 11. ff. de iust. & iure. Natta clementina sæpè num. 29. de verb. signif. vbi igitur reus reperitur ita innocens, vt nulla egeat defensione, vel ita conuictus, vt nulla illi superesse possit defensio, renunciatio admittitur. Viuius decis. 66. num. 15. vbi inquit ita obseruasse, & hanc esse commu. ...; nam hæc renũciatio non dicitur tollere defensionem, quæ non est, sed facit, vt reus citius puniatur Angel. d. l. custodias §. fin.

Quando verò sumus in dubio num defensio aliqua reo competere possit, idem tenet Angel. in d. l. pactum inter in l. custodias §. fin. ff. de publ. iudic. vt renunc. poss. quib. in locis Angel. tradit cautelam, quod aduocatus ei reuocari faciat renunciationẽ, sed hæc opinio Ange. non videtur vera, vt per Iac. à Sãcto Georg. d. l. pactum inter num. 15. & glo. in d. l. 1. ff. de furib. balne. id non probat, cum hæc opinio reprobatur Guter. de acti. iudic. iurat. c. 10.

Constare autem potest iudici reum nullas habere defensiones, vbi reus sponte confessus fuit delictum, nam hoc casu potest reus renũc. defensioni, & termino assignato. Bald. l. si accusatoribus num. 11. C. de accus. vbi inquit, quod ita practicatur in l. raptores C. de episc. & cler. 4. not. sequitur Ias. d. l. pactum inter limitatione 1. in l. pen. col. penul. C. de pact. Pau. de Cast. in d. l. pactum inter, qui inquit quod d. glo. proced. quando reus non est confessus delictum; aliàs valet renunciatio per l. addictos C. de episc. aud. l. addictis ff. de pœn. Felin. c. cum venisset col. 5. ver. fallit ista concl. de testib. Bald. in d. l. pactũ inter, & in rub. C. de pact. vbi inquit, quod totus mũdus ita obseruat, vbi inquit, quod proced. si reus confessus est iud. per tormenta, vt p cũ nu. 12. & confess. ... ordinariè, & post Couar. de sponsalib. parte 2. c. 8. §. 12. n. 16. Foler. in pract. crim. p. p. 3. p. n. 72. Marsil. l. vnius §. cogniturum col. 12. ver. fallit tã de qst. tũ ita accipiẽ. est, vbi in cõfess. cõcurrũt ea, q requirũtur, vt conf. faciat notoriũ. Na tex d. clẽ. sæpè. n. 30. falt. 5. de ver. sign. & proced. qñ per cõfess. fit notoriũ Pau. de Cast. d. l. pact. inter in fine neq; admitti debet renũc. vbi cõstat reum confessum habere posse legitimam

defensionem Guter. de actib. iud. iurat. c. 10. col. 2. vbi igitur delictum notoriũ est per confessionem reus renunc. põt Angel. l. tale pactũ §. qui prouocanit num. 14. ff. de pact.

Similiter cõstare põt reo nullam competere defensionem vbi delictum ẽ notorium, quo casu nõ proced. l. nõ tñ ff. de appellat. sm̃ Bald. in l. raptores C. de episc. & cler. Vrsillus ad Afflict. decis. 391. vel vbi reus notoriè culpabilis, & facinorosus Felinus c. si diligenti col. 8. ver. 2. corellariũ de foro cõpet. Bal d. c. significante col. 2. de appella. Ias. l. pen. limit. 3. C. de pact. vel publicos, & famosos latro. Bald. leg. prouinciarum C. de fer. Corset. in singul. ver. defensio 1. Roman. in rub. ff. de arbitr. Felin. d. c. cum venisset vel vbi reus repertus esset in fragranti crimine Bald. l. vt vim ff. de iust. & iure. Felin. d. c. pastoralis §. quia verò Ias. d. l. pactum inter limitatione tertia not. glo. in l. ictus fustium ff. de his, qui not. infam. Natta clem. sepè n. 29. ver. 3. fallit. de re iud. Vrsill. ad Afflict. decis. 391. Felin. d. c. cum venisset Corset. in singul. ver. defensio 1. Vnde quando enorme est delictũ renunc. potest Roland. cõs. 12. num. 14. lib. 3. & asassinus potest renunc. suis defensionib. qm̃ est hostis publicus, & proinde potest à quocunq; offendi Roland. cons. 24. num. 9. lib. 1. sed hæc sñtia mihi non placet, quia enormitas delicti non facit, vt quis renunc. poss. suis defensionib. sed qñ constat reo nullam competere defensionem, vt dixi, & circa hanc sñtiam dubitat ẽt Guter. de actib. iud. iurat. c. 10. num. 7. & generaliter licet quis confessus fuerit crimen, vel repertus fuerit in fragranti crimine, poterit ita demũ renunc. vbi constat nullã illi competere posse defensionem secus si aliquam defensionem obijcere põt Cason. de malefic. tract. vlt. n. 25. est igitur concludeñ. quod vbi constat nullã obijci posse defensionem siue reus confessus fuerit crimẽ, siue repertus fuerit in fragrãti, vel aliàs crimen sit notorium, & indubitatum, renunc. valet aliàs non põt reus renunc., & ita in praxi est obseruañ., vt per Curt. iun. d. l. pactum inter nu. 14. & Pau. de Cast. ibi Idem quoq; dicedñ. videtur, vbi reus diceret se nullas defensiones habere glo. est singul. in l. 1. ff. de furib. balne. limit. Ias. d. l. pactum int. q̃ not. Bald. in l. seruum quoq; §. publicè ff. de procurat. Socin. c. qualiter, & qñ nu. 1055. de accusat. vbi inquit, quod sciens se non habere defensionem potest renunc. & inquiens id esse perpetuò notañ. & reus confitens se nullam habere defensionem põt renunc. dilat. Bald. l. raptores C. de episc. & cleric. Corset. d. ver. defensio 1. & ideo Angel. in l. sed, & si quis §. quæsitum ff. si quis caut. inquit, quod iudices maleficiorum faciunt reos renunc. defens. termino ea adiecta cã, quod nullam habent defensionem Bald. d. l. raptores sequitur Angel. de malefic. ver. quod iudex num. 8. refert. Clarus §. fin. q. 49. vbi consulit iudices ne vlla ratione inducant reos ad renuntiañ. suis defensionibus. Verùm id ita accipieñ. ⁊ ritè si præter rei confessionẽ aliter constiterit iudici nullam superesse defensionem Bald. d. l. seruum quoq; ff. de procur. Cason. de malefic. d. tract. vlt. nu. 25. alioquin per indirectum reo concederetur renũciatio quę directò non permittitur quare debent cauere iudices, vt per Ias. d. lege pactum limit. 4. & in l. sed, & si quis §. quæsitum ff. si quis caut.

Concludeñ. est igitur reum ita demũ renũc. posse suæ defensioni in cã, vbi agitur de pœna corporali, si cõstiterit iudici nullam reo superesse defensionem neq; crimen est de simplici confessione, vel q̃ repertus fuerit in fragranti, sed ita tñ liquere debet ipsi iudici nullam habere defensionem ipsum reum, qm̃ hac ratione reus renunciando non læditur, neq; dicitur reus renunciare defensiõ. quam non habet, vnde si reus per lapsum termini omiserit defens. hęc tacita renũc. permittitur, quia ex lapsu termini cõstat iudici reum nullam habere defensionem, & ita declaratur suprascr. cond.

Debent tum iudices cauere ab huiusmodi renunciationib. etiam qñ permittuntur nisi ex causa veluti, vt sedetur tumultus, quoniã tunc potest incontinenti reus occidi. Vrsillus ad Afflict. decis. 391. num. 4. nam ad populi tumultum potest iudex accelerare executionẽ etiam pendente dilatione, vbi aliter tumultus sedari non potest. Roman. sing. 577. licet iudex, & consulit Baldus in capitulo, quoniam contra. de probationibus ne iudex permittat, vt reus renunciet defensionibus, nisi fortè periculum esset in mora; & Clarus dicta quæst. 49. consulit iudices ne inducat reos ad renunciandum defensionibus.

Intellige etiam dictam conclusionem glos. procedere in defensionibus iure naturali inductis Corset. in singul. versiculo defensio 1. cæterum defensionibus ex statuto inductis renũciare potest Felinus c. si diligenti columna 1. de foro competenti Baldus lege 1. C. qui accusari non possit. In inductis autem à iure positiuo Baldus in lege 1. disting. aut per illam excluditur crimen, & tunc renunciare non potest dicta lege non tantum, aut non excluditur crimen, sed defensiones tendunt, vt facilius reus respondere possit putà, quod in tamis admittatur ad defendendum, & tunc renunciare potest. Natta dicta clementina sæpè numero. 30. de verborum significatione. Corsetus dicto versiculo defensio. Vnde defensionibus, quæ sunt de apicibus iuris, & statutorum non etiam de iure gentium renunciare potest lege si accusatoribus, & ibi glosa C. de accusatio. Baldus lege prima numero. 43. C. de ijs, qui accusari non possunt Baldus in capitulo cum venisset in fine de testibus, & ibi Felinus columna 3. Iason dicta lege pactum inter limitatione 5. vbi hanc limitationẽ comẽdat similiter dilatorijs exceptiõ. renunc. põt Bald. &

Angel.

Angel. l. in pecuniarijs ff. de ferijs, Bal. c. cum venisset de testib. sed contrarium videtur innuere Bart. in l. custodias ff. de pub. iudic. Roman. autem in rub. ff. de arbitr. col. 16. ita cōcordat aut per renuntiationem dilatoriarum renunciatur defensioni, et proced. opin. Bart. quoniam prohibito consequenti videtur item prohibitum antecedens l. oratio, ff. de sponsali. alias proced. altera opinio, sequitur Natt. d. Clem. sæpè num. 32. potest igitur renunc. exceptionib. dilatorijs, veluti quod procedatur tempore feriato, Bartolus d. l. custodias per illum tex. Ias. d. l. pactum inter limitatione 1. Felyn. d. c. cum venisset vbi inquit id forte non esse indubitatum per id quod scrib. Bald. in l. pen. Cod. de pact. & potest renunt. exceptionib. fori declinatorijs, Bald. d. l. penul. ad fin. Felyn. d. c. cum venisset, nam in his exceptionib. non consistit naturalis defensio, Bald. d. l. pen. & ibi Ias. limitatione 5. et d. l. pactum inter limit. 2.

Declaratur etiam non proced. quando reo data fui vna dilatio, quia potest reus cœteris reuunt. & ita intelligitur tex. in c. cum dilecti de accusat. Couuar. de sponsalib. c. 8. §. 13. n. 16. sed de hac declaratione dubitat Guter. de actib. iud. iurat. c. 10. vbi inquit in praxi vidisse contr. obseruari.

17 Declaratur quoq; vt renunt. poss. termino, licet renunt. non poss. defensioni, Innoc. c. qm Abbas de offic. delega. sequitur Rube. de potesta. procur. num. 29. Bald. dict. l. si accusatoribus, Ias. l. penult. C. de pact. nam cautela est vbi reus renunt. non potest defensioni, vt renuntiet termino lucerna inquisitorum verò cautela, sed distinct. Innoc. in d. c. cum olim de offic. deleg è potius verbalis, q̃ realis, Pan. de Cast. d. l. pactum inter nam licet renuntiatum sit dilationibus tamen fieri potest defensio sine termino, Bal. d. l. pactum inter in l. fin. ff. de fer.

18 Quinimò in causis criminalibus fauore defensionis nunquam censetur esse conclusum in causa l. vnius §. cognitorum ibi, quocunq; tēpore ff. de quæstio. Marsil. in pract. §. sequens in prin. Abb. c. cum dilectus de fide instru. & est communis opin. Clar. in pract. q. 61. num. 6. sequitur Vid. decil. 325. num. 13. Felyn. d. c. cum venisset col. 4. Natta cons. 359. Gaill. de pace publ. lib. 1. c. 18. & in causis criminalibus non obstat conclus. in causa quia semper reus poss. opponere suas defens. Afflit. in prax §. 23. c. 6. lim. 5. Ang. de Malefic. verbo qui iudex n. 25. Capic. decis. 81. num. 4. Marsil. cons. 16. num. 35. Boss. tit. de public. product. num. 9. & quę dicit in criminalib. non concludi in causa, Roma. cons. 176. intelligit de conclus. causæ, qui fit per hominem, hoc est per litigatores, vel per iudicem, vt per Ias. 1. ad monendi lect. prima. 49. & in secunda lect. nu. 58. ff. de iureiur. sed post fieri conclus. in causa per legem vel per statutum Bald. l. si accusatoribus col. fin. Alba cons. 90. num. 4. & reus post conclusum in causa potest admitti ad proceden. ad sui defensionem Capell. Tolos. qu. 148. in criminali causa non potest plenè cōcludi, sed solū quò ad defensionem non apparentem, Bald. l. si accusatoribus in fi. C. de accusat.

Non est tñ ommittendum quod renuntians defensionibus non propterea confiterur se nō habere defensiones l. sicut C de repud. hæred. Bald. in l. p. num. 42. C. quiadmitti.

XXXV. RENVNTIATIO, NVLLITATIS ACTVS.

Summæ.

1. *Nullitatis auxilium qua ratione inductū fuerit.*
2. *Nullitas fit duobus casib.*
3. *Lex vbi vltra progreditur dando actionem, vel exceptionem.*
4. *Nullitatis auxilium quando competat.*
5. *Nullitas quando censeatur pœna.*
6. *Regula c. quę contra ius de reg. iur. lib. 6. quomodo procedat.*
7. *Nullitatis auxilio renunciari posse.*
8. *Actus nullus fauore alicuius tunc demum nullus censetur, si velit ipse cuius fauorem nullitas respicit.*
9. *Nullitas quando renuntiatione tollatur.*
10. *Pacto quomodo tollatur nullitatis defectus.*
11. *Paria esse renuntiare nullitati, vel facere pactum de non allegando nullitate.*
12. *Nullitas tollitur voluntate eius, cuius fauore actus est nullus.*

1 Nullitatis auxiliū pro obseruatione legū, … introductum fuit, aduersus legum transgressores, & in auxiliū eorum, qui iniuriam patiuntur; quandoquidem ex trangressione legis fit nullitas. Nam, vt inquit Diu. Paul. ad Roman. per legem cognitio est peccati. Cum etenim leges, & statuta obseruari debeant, l. 2. §. has itaq; leges C. de vete. iure enucle l. leges sacratiss. 3 C. de legi. quod fit contra ipsas leges pro infecto, ac nullo haberi debet, l. non dubium C. de legi. l. pacta, quę contra C. de pact. l. vnica C. qui pro sua iurisd. l. ex pretio C. si cert. pet. c. quę contra ius de reg. iur. lib. 6. Hoc quippe auxilium proditum fuit pro defensione eorum qui iniuriam patiuntur aduersus eos, qui contra leges committunt. Quare nullitas dicitur auxilium l. in causæ 11. in princ. ff. de minorib. not. Bal. in l. antiquæ §. fin. in fi. C. ad vellian. atq; defensio, vt in l. si tutore opportet §. fi. ff. de excus. tutor. l. 1. col. 2. C. de iur. & fac. ignor. in l. si quidem in 3. not. l. de except. Felyn. in c. ex parte col. penult. de offic. delega. Vant. tractat. de nullit. possess. in prin. nu. 7.

Fit autem nullitas cum lex simpliciter prohibet, d. l. non dubium vel cum lex procedit

annullando l. iubemus §. Sanc. C. de Sacr. Ecc.
. Atq; his duobus casibus loquitur propr. iẽ regu. d. c. quę contra ius, vt per Dyn. ibi, sed
3 vbi lex vltra progreditur dando actionem, vel exceptionem, eo sanè casu actus tenet, sed rescinditur per actionem, vel exceptionem, vt in dolo, & metu, Butrig. d. l. non dubium col. 3. in princ. Nam cum lex vltra progreditur, statur clausulæ speciali relicta generali l. doli clausula, ff. de verb. oblig. Dyn. d. c. quę contra ius in fi.

4 Quare nullitatis auxilium competit adhoc vt irritetur actus, qui non ex ipso iure nullus sed exceptionis ope annullandus, necnon ad declarandũ, & enunciandum, actum ipso iure nullum. Vant. de nullitate in princ. n. 10.

5 Nullitas autẽ ita dicitur esse pœna, si annullatur actus ratione prohibitionis: secus cùm actus est nullus ratione ommissionis modi, vel formæ, Bal. in d. l. non dubium num. 5. Alex. cons. 90. ómissis col. pri. lib. 7. Soci. cons. 212. in prin. lib. 3.

Itaq; pro obseruatione legum varia inducta fuerunt auxilia, nempe nullitas, de qua nunc dicendum erit, actio, & exceptio. Nam vbi lex simpliciter disponit, neq; vltra progreditur tum actus cõtra ipsam legem factus est nullus. Idemq; dicendum est vbi lex progreditur an nullando factum contra legis dispositionem
6 His quippè casibus actus non valet, & pro infecto habetur, atq; ita accipitur dicta regula c. quæ contra. Verum vbi lex vltra progreditur dando actionem, vel exceptionem, hoc sanè casu, quod fieri non debuit, factum tenet, sed tenere non videtur considerato effectu.
7 Nullitatis auxilio renuntiari potest tale pactum, §. qui prouocauit, & ibi Ang. in repet. num. 17. vers. vlterius vltra prædicta ff. de pact. Cast. cons. 260. col. p. lib. 2. Ias. l. pen. nu. 20. C. de pact. Van. de nullita. ẽx. qualiter senten. repar. poss. num. 19. Gaill. obser. 135. num. 9. lib. 1. Nam nullitas auxilium dicitur. Bald. in l. antiquæ §. fi. in fi. C. ad Velleian. l. in causæ 12. in prin. ff. de minor.
8 Etenim regula est generalis quod vbi actus est nullus fauore alicuius, is ita demũ nullus erit si ipse velit, gl. in l. 2. in vers. volenti, & ibi Ias. not. 4. & 5. C. de iure emphyt. glo. in l. scimus §. repletionem C. de innoffic. testa. in l. vniuersa C. de preci. impe. offer. in c. p. ne se de vacan. Rippa in l. 4. §. hoc autem iudiciũ ff. de dam. infic. in l. si vnquam q. 41. in fi. C. de reuoc. dona. l. si constat. in prin. C. de cõpens. glo. in l. elegan. vers. nullam, ff. de dolo malo. Dec. in l. pacta, quæ contra nu. 11. C. de pact. cons. 185. num. 9. Craue. cons. 212. Roland. cons. 81. n. 5. lib. 2. Guid. Pap. q. 221. Imol. in c. si quis presbiterorũ de reb. eccle. nõ aliẽ. Hotmanocl. in l. 4. §. cato. n. 135. ff. de verb. oblig. Menoch. cons. 366. nu. 31. Cephal. cõs. 133. num. 118. lib. 2. cons. 27. nu. 30. lib. eo. cons. 485. num. 27. lib. 4. cons. 152. nu. 27. cons. 496. num. 26. & actus nullus potest ab eo, cuius fauorẽ respicit acceptari, vel repudiari Pinel. in l. 1. n. 20. par. 1. vbi limit. pluribus modis C. de bon. matern. Roman. cons. 54. nu. 3. Vnde filio præterito licet testamentum ipso iure sit nullum, tamen id ita accipi oportet, nimirum si præteritus voluerit l. filio præterito ibi, si præteritus à fratribus partem hereditatis auocauerit ff. de inuito testam.
9 Ego sic arbitror distinguendum, Aut nullitas continet fauorem vnius partis, vel ambarũ partium, & tunc eius, vel earum consensu tollitur nullitas l. 2. C. cõmun. vtr. iudic., & ideò licet testamẽtum sit nullum, tamen potest heres nullitati repũciando illud approbare l. non dubium vbi glo., & doct. C. de testam., & ibi Bald. similiter testamentũ nullum ex causa preteritionis filij, huius consensu tollitur nullitas d. l. filio preterito Surd. decis. 53. nu. 23. ver. non obst. Aut est nullitas, quæ descendit ex defectu substãcialium, & solemnitatum quibus renunciari non potest, & non valebit renunciatio, sed si pactum fiat, valebit vt pactum, non etiã, vt actus, qui exigat illam formam, & solemnitatem, glo. in l. 2. C. cõmun. vtr. indic. Nam actus validari non possit per renunciationem nullitatis, tamen cum ex pacto oritur consensus, qui potens sit ad actum validandum saltem in vim pacti, tunc valebit actus, vt pactum, & ita procedit d. l. ij. quę ita intelligit Ripa in l. nemo potest, nu. 69. ff. de leg. 1. Verùm si ex pacto actus nullum robur accipiat tunc pactum ẽt non valebit, ne dum actus ipse, & ita declarat Ancharan. consil. 68. quæ cla Felin. c. significasti colum. 3 de foro compet. quos refert, & sequitur Ripa in d. l. nemo potest num. 69.
10 Per pactum ergo nũq. tollitur nullitatis defectus, quando fit super re, de qua non possũt disponere paciscentes, si autem, quod pactum fuit, dependeat a partium potestate, hoc casu saltem valebit in vim pacti, si non potest valere, vt actus, cuius nullitati renunciatum fuit Abb. c. examinata vlt. not. de cõfirm. vti. vel inutili. Ripa d. l. nemo potest nu. 69. & ibi Guter. nu. 378. Quare mihi non probatur ea opinio, quod in casibus, quibus nullitati renunciari non potest, possit tamen fieri pactum de non allegando nullitatem, atq; ita valeat il-
11 lud pactũ, quoniam nihil interesse puto, quod renuntietur nullitati, vel quod fiat pactum ne allegetur nullitatis, vt per Ange. cons. 167. Nã secundum eum ibi, multa sunt nulla, quæ tamen talia allegari nequeunt, glo. l. si creditoribus C. de seruo pigno. da. manu. Bar. l. vbi pactum C. de transact. Alex. consil. 32. lib. 2. Ias. in l. nemo potest lectu. 2. nu 60. ff. de leg. 1. Curt. in l. vbi pactum n. 40. C. de transact. cons. 47. nu. 20. lib. 1. vbi inquit paria esse, vt actus valeat, vel ex pacto nullus dici non possit Dec. cons. 456. nu. 2. cons. 557. col. fin. nu. 3. Tamen pactum illud operabitur, vt saltem valeat,

valeat, vt pactũ, vbi tamen ex pacto vrlri põt consensus aptus ad conualidationem actus; secus si ex pacto actus nullũ robur accipere posfit, vt statim dixi: Nec obstat, quod ex pacto non possit allegari nullitas; & quod seruari oporteat pactum, quia cùm ea forma, & solemnitas non sit in dispositione partium, non potest super eius nullitate pacisci, nõ minus quàm renunciari. Existimauerimq; idem ferè esse renunciare nullitati, vel pacisci de non allegando nullitatem l. sed, & si quis §. quæsitum ff. si quis cautio. vbi ita scribitur; quæsitum est, an possit conueniri, ne vlla exceptio in promissione deserta, iudicio sistendi causa facta obijciatur? Postea sequitur, sed ego puto conuentionem istam ita valere, si specialiter causæ exceptionum expressæ sint, quibus à promissore sponte renunciatũ est Ecce quomodo ibi nulla cõstituitur differentia inter conuentionem, ne quis objcere possit vllam exceptionem, & inter exceptionum renunciationem, sed & qui renunciat priuilegio, videtur vtiq; promittere se non vsurum priuilegio l. pen. C. de pact. & qui renunciat exceptioni, vtiq; promittit non obijcere exceptionẽ, vt in d. §. quæsitũ.

12 Enimuero is, cuius fauore actus est nullus sua voluntate efficere potest, vt is minimè sit nullus l. eliganter in prin. ff. de dolo, & supra dictum est.

Vnde actus ex defectu citationis alioqui innullus, validus erit volente eo, qui citari debuit, neq; de nullitate dici poterit per partem aduersam, quoniam citatio exigitur fauore eius, de cuius præiudicio agitur, ne illi auferatur defensio Ruin. cons. 89. col. fin. lib. 5.

Hincq; vbi forma inducta est fauore alicuius, actus factus contra formam, ita demum nullus est si is velit Clem. constitutionem in prin., & ibi doct. de electio. Bart. in l. 1. ad fin. priu. ff. de tute. Ias. in l. scimus in prin. C. de inoffic. testam. Dec. cons. 118. Corne. cons. 115. lib. 3. Ruin. d. cons. 89. col. fin.

Quibus accedit, quod actus nullus ratificari potest per eũ, cuius fauore nullus est Socin. cons. 15. nu. 47. lib. 1. Cephal. cons. 152. nu. 103. lib. 2. cons. 496. nu. 26. lib. 4. Hippol. Riminald. in c. quę in ecclesiarum nu. 98. de constitu. faciunt, quæ habentur in l. licet ff. de iudic. in l. 3 §. falsus ff. rem rat. habe., & in l. licet C. de procur. Quibus sanè locis habetur, quod licet iudicium sit nullum, tamen ratificari potest per consensum illius, cuius fauore actus erat nullus, si quidem ratificatio tollit dictionem de nullitate d. l. licet Afflic. decis. 220. num. 20.

Renuncians autem omni auxilio censetur item renunciare nullitatis auxilio Bald. l. antiquę §. finali C. ad Velleian. Renunciaturq; nullitati tacitè nempe per lapsum temporis Roland. cons. 83. nu. 16. lib. 1. Cephal. cõs. 202. nu. 18. Bursat. cons. 73. nu. 5. lib. 1.

Sed de renunc. nullitatis sententię dicam infra renunc. 176.

XXXVI. RENVNCIATIO REMEDII POSESSORII, ET PETITORII.

Summæ.

1 *Interdicta possessoria.*
2 *Possessorium, & petitorium.*
3 *Petitorio expressè renunciari posse.*
4 *Possessorio renunciari potest.*
5 *Agens petitorio, an renunciare censeatur possessorio, & e contra.*
6 *Renuncians tacitè petitorio, & transiens ad possessorium, condemnari an debeat in expensis.*
7 *Petitorio renuncians, an videatur renunciare liti, & causæ.*
8 *Dominium, quod erat penes actorem renunciãtem an quaratur reo, ex petitorij renunciatione.*
9 *Remedium, vt spoliatus ante omnia restituatur.*
10 *Spoliatus, an renunciare possit priuilegio, vt ante omnia restituatur.*

Lex xij. tabul. nullum speciale remediũ pro causa possessionis introduxit, quod animaduertentes pretores æquitate moti iua, l. quod si ephesi ff. de eo qui certo loco ne tumultus fierent l. æquissimũ ff. de vsufruc., vt sæpissimè ex causa fieri solẽt inter contendẽtes de possessione interponebãt decreta, hoc est sententias interlocutorias inter ipsas partes prolatas eque, & interdicta di- 1 cebantur, inst. de interdict. in prin. Postea beneficio Saluij Iuliani, qui, & alia prætorum edicta collegit l. 2. §. sed cùm diuinę C. de ver. iure enucle., quę interdicta erant decreta simplicia cœpunt esse perpetua edicta, veceтera, cùm inter ipsos tantum litigantes seruarentur, vt sẽnæ interlocutorię, cœperunt habere vim legis omnes constringentis atq; nomen interdictorum semper retinuerunt. Hisdem remedijs ita introductis, & auctis ex imperialibus etiam constitutio. cœperunt homines, vti remedijs possessorijs, & sequi consilium iur. iscons. in l. is, qui destinauit ff. de rei vendica. vbi, qui vult rem petere animaduertere cum omnia debet. an possessionem ipsius rei aliquo interdicto nancisci possit, cùm longe commodius sit, ipsum possidere, & aduersarium peti- 2 torem facere, quàm allo possidente petere. Hincq; dicitur possessorium, quo de rei sola possessione contenditur glo. in l. vlt. C. qui legit. person., & in rub. ff. de interdict. d. l. is qui destinauit. Cùm autem de dominio cõtenditur hoc est de re ipsa ratione dominij, & de proprietate tunc petitorium dicitur l. quod petitorio ff. de rei vendic. glo. in l. 1. ver. vendicantem C. vti in 3 rem act. sed, vt institutum vẽm prosequamur, petitorio expressè renunc. potest glo. ver. in l. naturaliter §. nihil cõe in secunda lectu. ff. de acq. pos. vbi glo. afferens plures intellectus ad tex. in d. §. nihil commune intelligit, quod

quis

quis primo egerit petitorio, & posteà possessorio post expressam renunciationem petitorij & sequitur Bart. in d. §. nihil cõe nu. 4. ver. videamus, vbi qui primo agit petitorio, poterit ita demum posteà agere possessorio, si petitorio renunciat expræsè. Nec quicquam facit, quod prius agẽdũ sit possessorio l. ordinarij C. de rei vendic. l. incerti C. de interdic., quoniam ibi prohibetur concursus petitorij, & possessorij, sed post renunciationem vnius potest alterum intentari, quoniam eo casu nõ concurrunt Bart. d. §. nihil cõe nu. 4. sed declara, vt quis post intentatum petitorium non possit desistere, & in causa nõ procedere auct. quod semel C. quod, & quando iud. sed poterit in locum liti renunciare l. postquam liti C. de pact., & ita declarat Bart. d. §. nihil cõe num. 4. oppo. 2. Nam potest actor etiam inuito reo renunciare petitorio, & transire ad possessorium c. pastoralis de cau. pos., & propriet. clam. 1. eo. tit., & ibi Socin.

4 Sed, & possessorio renunc. potest expræsè d. §. nihil cõe in fi. vbi non denegatur interdictũ vti possidetis, qui cœpit rem vendicare, quia non videtur possessorio renunciasse, qui rem vendicauit, renunciatur autem expræsè possessorio cùm nominatim agens se nolle eo experiri dicit Conof. d. §. nihil commune num. 53. & quod renunciari possit expresè facit Paris. cons. 10. num. 73. lib. 1., & possessorio renuncians ad illud amplius redire non potest Menoch. cons. 542. num. 9.

Et non modo expræsè renunc. potest petitorio, sed & tacitè glo. in d. § nihil commune in tertia lectu. Non est igitur dubitañ. quin petitorio, & possessorio renunciari possit, & expræsè, & tacitè, vt not. in dict. §. nihil cõe

5 sed dubium esse potest an, & quando vno agẽs alteri renunc. videatur, & circa hanc dubitationem glo. in dicto §. nihil cõe in tertia lectu. voluit, quod proponens possessorium retinendę videatur tacitè renunc. petitorio iam proposito mouetur autem ratione, nam ei qui possidet non datur rei vendicatio §. æquè insti. de action. l. 1. §. interdictum autem ff. vti possid. sed agens interdicto retinendę asserit se possidere dict. §. interdictum ergo videtur quoq; asserere se vendicationem non habere, & perinde illi renunciare arg. l. post diem ff. de lege commissor., & glo. sequitur ibi Bart. num. 8. vbi ita distinguit Aut quis ignorat se possidere, & non videtur renunc. Aut scit se possidere, & tunc aut per aliam, & similiter non videtur renunc. aut per se, & tunc aut agit respectu possessionis, quam habet, & renunc. videtur, aut respectu alterius possessionis, & non videtur renunc., & Bartolum magis communiter sequuntur doct. Menoch. retin. possess. remed. 3. num. 546. sed quoniam hæc materia est valdè controuersa pr. opinionibus variis opiniones, & secum pugnantes, vt latissimè per doct. in d. § nihil cõe ideo, [illegible] omnisq; dubitã. si mater [illegible] prius est immorandum super intellectu d. §. nihil cõe, ad quẽ doct. tot intellectus adsignãt adeò varios, vt fermè nesciam, cui magis sit adhærẽ. Verùm antequàm explicationem aggrediamur, præmittẽda est regula, quod ita demum petitorio agens videtur renunc. possessorio, vel è contra si petitorij & possessorij prohibetur concursus, quoniam tunc ratione contrarietatis prohibetur concursus, & inducitur renunciatio, & si ista iudicia non se compatiuntur Bart. dict. §. nihil cõe num. 6. q. 2. arg. l. post. diem ff. de lege commissor., & latè dixi supra lib. 2. de renunciatione per actum contrarium. An, & quando autem concurrere possint hæc remedia variæ fuerunt opiniones, & prima fuit Io., & Azon. qui tradiderunt nũquam possessorium cumulari posse, cum petitorio, quoniam semper præcedere debet possessorium l. ordinarij C. de rei vendica. l. incerti C. de interdict. l. fin. C. quor. bon. l. si de vi l. inter litigantes ff. de iudic. l. is, qui destinauit ff. de rei vendica. l. 1. §. inter litigantes ff. vti possid. Altera fuit opin. Petri, quod immò semper possessorium cumulari possit, cum petitorio, siue præcedat l. & an eandem §. fin. ff. de re iudic. siue simul, vt in d. §. nihil cõmune l. cum fundum §. fin. ff. de vi, & vi, vbi pendente petitorio potest intentari interdictum, vnde vi, siue postea c. significauerunt de testib. Tertia opinio fuit Martini, quod possessorium adipiscendæ, & recuperandæ possit concurrere cum petitorio, quoniam nulla obstat contrarietas, possessorium verò retinendę minimè concurrere posse cum petitorio. Nam agendo petitorio dicit alium possidere l. 1. C. de aliena. iud. mut. cau. fac. sed agendo possessorio dicit se in possessione esse tuendum, & proinde se excludit, & sibi contrarius videtur glo. in l. si de vi ff. de iudic. tex. est in cap. pastoralis de cau. pos., & propriet. sed huic opinioni Martini communiter receptæ obstare videtur tex. in d. §. nihil cõmune, qui contradicit huic opinioni, & d. c. pastoralis in falsis aliis, vbi videtur, quod non admittatur concursus in interdicto retinendæ. Hanc igitur opinionem Martini communiter doct. sequuntur, & respondent d. §. nihil commune proced. in casu speciali, quum tñ regula sit in contrarium, quod nõ admittatur cumulatio possessorij retinendę cum petitorio, vt per glo. in d. §. nihil commune in d. l. si de vi, & in d. c. pastoralis. & ideo plures adferunt intellectus ad d. §. nihil cõe qui omnes reprobantur, quoniam restringunt tex. cùm tamen is simpliciter, & indistinctè loquatur tradẽs regulam generalem, quod nõ denegatur interdictum retinendæ ei, qui primo proposuit petitorium, quoniam non videtur possessorio renunciasse, qui primo proposuit petitorium, & inde tex. adfert rationem generalem, quæ est quod nihil commune habet proprietas cum possessione, quæ sane ratio generalis [illegible] censeri debeat generalem [illegible] intellectum, & quod regula sit generalis [illegible] videri possessorio renunciasse eum, qui [illegible] agit sit igitur generalis regula

gulà quod semper possessorium cumulari possit cum petitorio, vt voluit Io. & Azo. supra relati, imò quod possessorium retinendæ regul. concurrere posset cum petitorio, aduersus opinionem Martini, quorum ratio est, vt dicitur in tex. in d. §. nihil commune, quia nihil cōmune habet proprietas cum possessione. Vera est autem opinio Martini communiter recepta quod possessorium adipiscendæ, & recuperandæ concurrere possit cum petitorio, ea ratione, quia nihil commune habet proprietas, cum possessione, sed malè constituit regulam negatiuam in interdicto retinendę, minimè admittatur concursus contra tex. in d. §. nihil commune, quod imò videtur tradere regulam affirmatiuam in contrarium. Cùm igitur plures sint casus, quibus interdictum retinendę concurrere potest cum petitorio, vt videre est in casibus specialibus, quibus doctores volunt procedere posse tex. in d. §. nihil cōmune duobus autem casibus tantum impediatur concursus, meritò vbi multò plures sunt casus quibus non concurrit, q; casus, quibus concurrit possessorium retinendæ cum petitorio, constituenda est regula negatiua, non autem affirmatiua, vt voluit Martin. eius autem regula affirmatiua est reducenda ad fallentias, & ex eius fallentijs firmāda est regula, quæ est vt dixi, quod intentans petitorium vbi vr renunc. possessorio, vt dicitur in d. §. nihil commune fallit autem dicta regula in duob. casibus & primo quando litigantes expressè contendunt quis eorum possideat, & quis eorum habere debeat onus petendi, quoniam tunc necesse est, quod præcedat possessorium, vt sciri possit vter possessor sit, & vter petitor l. pri. §. inter litigatores, ff. vti possidet., & hoc casu intentando petitorium renunc. videtur possessorio, & petitorem se constituere. Cæterum vbi non est huiusmodi contētionis ordo, vt præcedat possessorium non est necessarius, sed de consilio l. is qui destinauit ff. de rei vendic. fallit secūdò quando agens expressè se restrinxit ad eādem possessionem eam in iudicio petitorio, q̄ in possessorio, quoniam hoc casu videtur sibi contrarius, & proinde agendo contra tanquam possidentem renunc. videtur illi possessioni, vt sibi competere possit actio, quę possidenti non datur, vt dixi. Quocirca exceptis his duobus casibus semper vnum intentans non videtur alteri renunc. & ratio est quoniam non sunt contraria, imo nihil commune habet vnum cū altero, & ideò simul esse possunt, alioquin si essent contraria vno posito alterum tolleretur, & tacita renunciatione sublatum censeretur, vt aliàs lib. 4. dixi, Verùm vbi adest contrarietas vt in supradictis duobus casibus, tunc vno intentato alterum renunciat. sublatum præsumitur. Atque ita intelligendus text. in dict. §. in communi, vt scilicet generaliter tradat regulam affirmatiuā non etiam vt procedat in casu speciali, atque vt contraria procedant non regulariter sed in quibusdam casibus omnis prorsus scrupulus amouetur, & ita intelligendus est tex. in d. §. nihil commune.

6 Quibus illud consequens fit, vt tacitè renuncians petitorio, & transiens ad possessorium condemnari debeat in expensis, Speculator titulo de expensis §. si ante versiculo, quid si suspenso petitorio, quoniam sunt quasi temerè videatur ad iudicium vocasse, arg. l. eū quē temerè ff. de indic. & sequitur Bart. d. §. nihil commune num. 6. q. 2. & ibi Ias. num. 70. Rippa nu. 115. vers. vltima conclusio, & Socin. iun. num. 201. Bald. l. postquam liti. col. vlt. q. 5. C. de pact. Dec. c. interposita §. ille denique num. 3. de appellat. Afin. in prax. §. 34. capa. ampl. 60. nam etsi renuncians petitorio minimè dici possit victus l. alia, & ibi not. Bal. & Salyc. C. de his qui vt indign. cùm dicatur plenè deffendisse causam, Bal. l. ingenuum, ff. de sta. homi. Rippa d. §. nihil cōmune num. 115. Tamen non idcircò condemnatur in expensis quia succubuit, vt loquitur tex. in l. properandum §. siue autem alterutra, C. de iudic. sed propter temeritatem, iux. d. l. eum quem temerè, Sed hoc ita verum nisi ante renunciationem habuerit iustam causam litigandi, quoniam tunc iusta causæ excusat ab expensis litis. Bal. dict. l. postquam liti q. 5. Rippa d. §. nihil communi num. 117. & ibi Socin. iun. num. 203. Cæterùm vbi non renunciatur petitorio expressè aut tacitè, sed post petitorium proponitur possessorium in casibus in quibus illorum concursus admittitur, tunc proponēs possessorium post petitorium nōn condemnatur in expensis, sed expectabitur finis vtriusque causæ, Bartolus dicto §. nihil commune numero sexto versicul. si verò cum quo transeunt communiter doctores Socin. iun. d. §. nihil commune num. 202. Declaratur etiam, vt spoliatus renuncians petitorio condemnari nō debeat in expensis Ripa d. §. nihil commune num. 118.

7 Est autem scien., quod renuncians petitorio videtur renunc. liti, & causæ Bart. d. §. nihil commune num. 5., & ibi Fab. Acorombon. nu. 67. sed est sciendum, quod aut renunciatur iudicio petitorio tunc videtur renunciare solū instantiæ, & telæ iudiciariæ non etiam iuri in iudicium deducto. Aut verò renunciatur remedio petitorio, & tunc renunciatum censetur liti, & causæ. Accorombon. d. num. 67. & ibi Rippa num. 109. Quare, & possessorij renuntiatione renunciatum censetur liti, & instantia Menoch. retinen. possess. remed. 3. num. 348.

8 Postremò quæri solet in hac materia an ex renunciatione petitorij quæratur reo dominiū quod erat penes actorem renunciantem, quod profuerit scire, vt sciatur an agenti possessorio obijci possit exceptio dominij, & hanc quæstionem ponit Bart. d. §. nihil commune num. 5. vbi tenet non transferri dominium in reum, quoniam renuncians videtur tantū iuri actio-

nio

nis hoc est rei vendicationi renunciare ita, vt ei postea vendicanti obstet exceptio pacti, vel doli, per l. si profundo in fi. C. de transact. & ita tenent Doct. magis communiter in d. §. nihil commune, vt per Socin. iun. ibi num. 167. & num. 182. & hæc conclusio est communiter recepta, vt per Rippam d. §. nihil commune num. 111. Quia petitorio renuncians poterit vendicare à tertio possessore ratione dominij apud eum remanentis non obstante renunciatione Socin. iun. d. §. nihil commune nu. 194.

9 Sed, & ad hanc materiam pertinet remediũ, quod spoliatus habet, vt ante omnia restituatur. l. si quis ad se fundũ. C. ad l. iul. de vi pub. c. p. & ibi not. c. in litteris de restitu. Spol. cap. reintegranda 3. quæst. 1. Bart. & Doct. in l. iustè possidet ff. de acq. poss. doct. in l. naturaliter §. nihil cõe ff. de acq. poss. Socin. in regula incip. spoliatus, & plenissimè habe. per Ant. Corset. qui hanc reg cum suis fallentijs abundè explicat. Quinimò si clericus, qui spoliatus fuit beneficio, ei postea renuntiauerit, non prohibetur agere hoc rem. etiam non obstante renunciatione Innoc. c. super hoc de renunc.

10 Huic priuilegio certè primùm videri potest, vt illi renunc. minimè possit, Nam iuri inducto in odium alterius quis renunc. non potest, vt vt suo loco dixi, sed quod spoliatus ãte omnia restitui debeat inductum fuit in odium spoliatoris clem. unica. de causa possess. & propriet. ergo nõ potest spoliatus renunc. illi iuri quod inductũ fuit nõ fauore ipsius, sed in odium spoliatoris, Rube. l. naturaliter §. nihil commune nu. 161. ff. de acq. possess. Præterea ordo iuris exigit vt spoliatus ante omnia restituatur Bal. cons. 370. ad euidentiam, num. 1. lib 5. cui sanè ordini videtur vt renunc. haud possit, per ea qui diximus infra de ordin. iudic.

Tertio pro hac sententia facit c. 2. de restit. spol. vbi si spoliatus renuntiauerit beneficio Ecclesiastico, non videtur ammittere id priuilegium; sed non obstante renunciatione uti poterit suo priuilegio.

Contrariũ tamẽ verius videtur vt spoliatus huic priuilegio renunc. possit c. fin. de ordin. cognit. c. 1. & ibi not. Abb. num. 3. de restitut. spol. qui textus semper ad id allegatur, vt per Bero. ibi num. 30 & facit l. si conuenerit ff. de re iudic. l. iurisgentium §. pacta ver. item ne experior ff. de pact. Abb. c. solicitè nu. 16. de restitu. spol. & ita tenet Bald. cons. 370. num. 1. lib. 5. Alex. consil. 93. num. 5. lib. 3. Rube. l. naturaliter §. nihil commune n. 161. ff. de acq. pos. Paris. cons. 113. num. 6. lib. 1. Cephal. cons. 272. num. 79. & cons. 235. nu. 27. vbi inquit neminj dubium esse posse, quin spoliatus renunc. possit huic priuilegio. Nam spoliatus quoties promisit non agere hoc remedio tunc renunciatio impedit iudicium possessorium Paris. cons. 1. nu. 151. lib. 1. & pactum de non molestãdo spoliatorem à spoliato factum impedit reintegrationem Franc. Marc. q. 71. num. 2.

Spoliatus igitur, qui post spolium, promisit possessorio non agere aduersus spoliantem restitui non debet, secundum, veriorem opinionem, & communiter receptam, vt per Paris. de resign. benefic. lib. 13. q. 5. nu. 48. Quare contra agentẽ possessorio recuperandæ admittitur exceptio renunciationis pacti facti post spoliationem, de non agendo, & de non molestando. Abb. c. solicitè col. fin. de restitut. spol. Paris. cons. 1. num. 151. lib. 1. Nam spoliato obstat exceptio de non agendo spolio à Lancell. de attenta q. 11. nu. 1. & renunciatio facta per spoliatum de non agendo spolio, illi obstat postea agere volenti idem cap. 4. limit. 15. num. 2. Vnde videmus etiam, quod pactum factum post furtum ne furti agatur, & ne illud restituatur, valet l. si vnus §. pacta ver. item ne experiar ff. de pact. & id maxime proced. vbi accessit iuramentum Paris. de resign. benefic. lib. 11. q. 5. num. 51. Quinimò renunciatio huius priuilegij, adeò renunciãti nocet vt iudex ex eius officio non possit supplere, aut facere, vt spoliatus non obst. priuilegij renunciatione restituatur. Abb. d. c. 1. not. 3. & ibi Bero. num. 33. de restitu. spol.

Sed non solùm expressè renunciare potest spoliatis suo priuilegio, verùm etiam tacitè Bero. d. c. 1. nu. 20. de restitu. spol. Decian. cons. 37. num. 24. lib 3. Quæ renunciatio tacita fit, vbi per probationes receptas constat de iure proprietatis. Paris. d. cons. 113. num. 6. & ideò cautela est secundum Cepol. cautela 82. quod spoliatus non patiatur admitti probationes super dominio: Nã spoliatus tacitè renunc. videtur huic priuilegio, quoties pars aduersa de dominio opposuit, & admissa fuit ad illud probãn: & super proprietate procedẽdum sciente, tacente, & permittente ipso spoliato. Bero. d. c. 1. nu. 20. de restitu. spol. & spoliatus, contra quẽ opposita fuit exceptio proprietatis dũ patitur, vt cognoscatur super petitorio renũc. videtur suo priuilegio Rube. d. l. naturaliter §. nihil commune num. 161. Paris. d. cons. 113. Bursatus cons. 343. nu. 55. Cuch. de mentien. circa possess. nu. 314. Potrò ex consensu spoliati proponi potest contra eũ proprietatis exceptio; qua probata absolui debet ab interdicto. Bald. d. c. 1. de restit. spol. vbi inquit hoc verbũ esse notatu dignũ, qui etiam secundum eum hoc casu spoliatus condemnabitur in expensis, tanquam victus victori, & ideo cautela erit secundum eum, vt actor litem minimè cõtestetur super exceptione proprietatis, sed, & post inchoatũ possessorium, prosequens petitorium ex instrumentis in causa productis renunc. videtur priuilegio Cephal. cons. 289. nu. 6. si inter partes quoque conueniatur, quod res dimitti, & restitui debeat per sequestrum illi, cui per sententiam, adiudicabitur, renunciatũ videbitur huic priuilegio Bald. cons. 370. nu. 1. & generaliter

quoties

quoties spoliatus acquiescit spolio, & nō contradicitur renunc. videtur suo priuilegio. Cephal. cons. 272. num. 79. cons. 235. num. 27. Lancell. de attenta parte 2. c. 4. limit. 15. nu. 2. 3.

Restat nunc respondere ad contraria nam, quod primo loco adducitur hoc remed. inductum fuisse in odiū spoliatoris, non etiam fauore spoliati, sciendū est valdè controuersum fuisse num hoc remed. inductum fuerit principaliter fauore ipsius spoliati, vel potius in odium principaliter spoliatoris, vt per Menoch. recuper. pos. rem. 1. n. 13. vbi refert circa hanc controuersiam, quatuor opiniones, sed quicquid sit illud certum est, quod ea regula, qua disponitur spoliatum ante omnia esse restituendum respicere fauorem spoliati, cui tacitè potest spoliatus renunc. quod vero ea regula inducta sit principaliter odio spoliatoris aut fauore spoliati, nihil attinet ad institutum nostrum, quanquam plures tenuerint respicere principaliter fauorē ipsius spoliati, vel saltem partim respicere fauorem spoliati, & partim odium spoliatoris. Non obst. etiam, quod spoliatus renunciando priuilegio videatur renunciare iuris ordini, cui non potest renunc., quia respondetur hunc non esse ordinem iudiciorum substantialem, sed potius esse ordinem inductum fauore spoliati, vt ante omnia prius restituatur, quin etiam is ordo nō pertinet ad iudicem cùm minimè possit, vt dixi supplere ex officio, vbi spoliatus renunc. suo priuilegio postrem; neq; me mouet, quod quemadmodū spoliatus, qui posteà renunciauit beneficio ecclesiastico potest non obstante renunciatione restitui, ita restitui debeat, non obst. renunc. huius priuilegij; quia tūm non obst. renunc. benefic. eccles. cùm renunciauit dominio, & causæ proprietatis suæ, secus, vbi renunciauit huic possessorio, vt per Bero. d. c. 2. num. 20. ver. nec obst. tex de restitu. spol. Nam etsi renunciatio beneficij ecclesiastici minimè impediat restitutionem Innoc. cap. super hoc de renunc. tamen renunciatio huius priuilegij, & pactum factum post spoliationem certè impedit restitutionem. Quapropter dña est inter renunciationē beneficij ecclesiastici post spoliationem, quoniam primo casu renunciatio concernit ius proprietatis non etiam possessionis, pactū verò, & renunciatio sui priuilegij concernit hanc possessionem Abb. c. solicitè n. 17. de restitu. spol. Paris. de resign. benefic. l. 13. q. 5. num. 53. & ideo dicit Seraph. de priuilegio iuram. priuil. 124. quod quanquam spoliato minimè obstet exceptio spontaneæ renunciationis beneficij, tamen si in illam renunciatione adiectum fuerit iuramentum, & prom. de non agēdo, vel de non petendo restitutionem non poterit restitui, sed in dic. satis esse etiam promissionem, & renunciationem huius priuilegij post spoliationem etiam sine iuramento per ea quæ supra dicta sunt.

Neq; obst. quod renunciatio priuilegij facta post spoliationē præsumatur metu, vel dolo extorta, vt dicitur de renunciatione beneficij facta post spoliationē: quia purgari potest hæc præsumptio prout si appareat instrumentū publicum in quo dicitur, quod sponte, nullo metu, vel dolo præcedente, vt per Abb. d. c. solicitè num. 16. sed hac ratio. proced. etiam potest in renunc. beneficij ecclesiastici, quæ apparet per instrumentum. Veriùs est igitur vt renunciatio beneficij, cū respiciat proprietatem præsumi non spontaneam renunciationem autem priuilegij, quæ respicit possessionem tantum non item, quia hoc casu licet renuncietur possessorio superest tamen petitoriū, & ideo renunciat. huius priuilegij ex interuallo facta non præsumitur metu, vel dolo extorta, vt renunciatio beneficij ecclesiastici, in qua agitur de proprietate.

Sed hanc sententiam, vt spoliatus renunc. possit suo priuilegio velim intelligas, vt procedat quando renunciatum fuit post spoliationem secus fiante, quoniam tunc non valet, sed non obst. renunciatione priuilegij poterit spoliatus restitui, Abb. d. c. solicitè nu. 16. Ripa d. l. naturaliter §. nihil commune num. 55. ampliatione 14. Paris. cons. 92. num. 21. lib. 4. Nam huiusmodi pactum, & renunciat. præberet occasionem delinquendi vsq; contra bonos mores ac denique est remissio doli futuri. Abb. d. c. solicitè num. 16. Paris. de resignat. benefic. d. q. 5. nu. 62. Nam, & iuramentum præstitum ante spoliationem minimè obstat ipsi spoliato vt declar. Seraphin. d. priuilegio 124. num. 3. sed quando attentatis renunciari possit vi. Mandos. de inhibitio. quest. 99. quem quisque videre poterit.

XXXVII. RENVNCIATIO PACTI, ET CONTRACTVS.

Summæ.

1 *Fauor vnius tantū consideratur interdū in pactis.*
2 *Pacto suæ causa apposito quis renunciare potest etiam inuita parte.*
3 *Pacto addictionis in diem, vel legis commissoriæ an possit venditor renunciare.*
4 *Venditor petens, vel recipiens pretium, an censeatur renunciare legi commissoriæ.*
5 *Leg. si vindemeiam ff. de pericu. & commodo rei vend.*
6 *Pactum respiciens fauorem vtriusq; partis.*
7 *Obligation semel constitutæ, aduersario non consentiente renunciari non potest.*
8 *Prouentus in contractibus innominatis.*
9 *Conuentio simplex nominata.*
10 *Renunciari contractui nominato quando possit.*
11 *Locationis contractus, vt dissoluatur.*
12 *Societas etiam renunciatione dissoluitur.*
13 *Societati etiam tacitè renunciari.*

14 So-

14 *Recedi a transactione an possit.*
15 *Compromisso renunciari an possit.*
16 *Sponsalium renunciatio.*
17 *Donationi renunciari an possit.*
18 *Deposito renunciari an possit.*
19 *Mandati renunciatio.*
20 *Obligationi renunciare an possit obligatus.*
21 *Conuentio in contractu innominato, vt in eo locus non sit penitentiae.*
22 *Iuramentum in contractu innominato operatur, vt non sit locus paenitentiae.*

1 POtest etiam considerari fauor vnius tantum in pactis lege, ea lege in fine principio ff. locat. vbi ita scribitur, vt hęc conuentio pro locatore tantũ modo interponeretur Bald. l. quod fauore nu. 10. vers. Gloss. reprehendit C. de legibus in l. iurisgentium §. item si qui. ff. de pactis. & facit l. 2. ff. de lege cõmissoria, & l. Sabinus ff. de in diem addict. per quam legem inquit ibi Odofred. quod reprobatur opinio eorum, qui existimauerint ita demum renunciari posse cuipiam beneficio si illud introductum est per legem, secus si per pactum. Quapropter quis re-
2 nunciari potest pacto sui causa apposito, etiam inuita altera parte, quoniam pactum alicuius fauore appositum, ita demum valere debet si vult is, cuius causa appositum est d. l. 2. ff. de lege commissoria d. l. Sabinus l. 2. ibi volenti, & ibi Gloss. C. de iur. emphite. l. 2. C. de seruis exportandis Glos. in l. 1. C. si mancip. ita vend. l. quamuis ff. de pignora. actio. vbi venditor quamuis de pignore vendendo conuenerit non tamen ipsum vendere cogitur, & ibi Fulgos. ita adnotat, quod pacto in alicuius fauorem constituto potest renunciari, vbi infert ad quaestionem. Nam si conuentum fuit, vt debitor soluat centum ad tempus, vel pignus, aut fideiussorem det, translacto tempore poterit debitor praecisè cogi ad soluendum, cum praestatio cautionis, & pignoris fit ad cautelam creditoris, & proinde illi renunciare potest. Nec obstat secundum Fulgos. in d. l. quamuis dictae illationi l. plerumq; in fi. ff. de iure dot. quoniã ibi vtrumq; est in obligatione, & solutione hoc casu autem vnũ est in obligatione, & aliud est ad cautelam creditoris, & quod pacto sui fauore inducto quis renunciare possit tradit Paulus de Castro in l. sed addes §. si dominus ff. locat., & conduct. Cephal. cons. 43. num. 5. sed, & pacto prohibitionio pro se introducto renunciari licet l. 1. ff. de seruis exportandis & ibi Bald. Nam pactum fauore alicuius appositum non debet in eius odium retorqueri d. l. ea lege Dyn. cap. quod ob gratiam num. 8. de reg. iur. in 6. Bart. in d. l. quamuis. Hinc pacto apposito fauore alterius renunciari non potest lege 1. C. si mancip. ita venden, & ibi gloss. l. in commodato § sicut ff. commodati l. si post mortem in fin. ff. de bonorum possess. contra tabulas.

3 Ex his illud proficiscitur, vt pacto addictionis in diem, quod adijcitur fauore venditoris renunciare possit ipse venditor d. leg. Sabinus vbi licet venditori iuri pacti renunciare, & meliorem conditionem oblatam abijcere, ac sequi primam, & ibi glosa Decisione Perusin. 33. numero quinto sic etiã cum pactum legis commissorię fauorem venditoris respiciat cui liberum est, commisso pacto, vel legem commissoriam exercere, vel etiam illi renunciare ac petere pretium l. si fundus §. eleganter ff. de lege commissoria, ideo potest venditor illi renunciare l. 2., & 3. ff. eodem d. decis. Perus. 33. versiculo eodem. Quod intellige, vt vna via electa, non possit amplius variare dicto §. eleganter, & l. pen. ff. eodem electione enim facta per vẽditorem ius quęritur emptori, cui postea venditor ipse renunciare non potest l.
4 apud aufidium ff. de opt io. lega. Quinimo vẽditor recipiens, vel petens pręt ium renunciare videtur legi commissorię lege post diem ff. de leg. commissor., & ibi Bald. l. Æmilius vers. dicebam magis ff. de minorib. l. commissoriae C. de pact. inter empt., & vendit. Alberic. d. l. Æmilius num. 4. & ibi Fulgos. nu. 3. Aret. cons. 149. Visis col. penult. Rube. l. non solum §. morte nu. 379. ff. de oper. non. nunt. Ruin. cons. 155. num. 7. lib. 5. cons. 151. nu. 6. lib. 3. sic etiam recipiens partem pretij renunciare videtur lege ea lege §. fin. ff. de lege commissor. Ruin. d. cons. 151. num. 6. Surd. cons. 504. nu. 8. Imo simpliciter petens pretium, tam, etsi debitor à quo petitur minime soluat, videtur renunciasse pacto, quũ cum in d. l. post diem dictum sit ex petitione pretij renunciatum videri pacto, & in l. pręcedenti traditum sit renunciatum videri ex pretij receptione, ne videatur superflua d. l. post diem, ita videtur intelligenda, vt per glos. ibi, & cõmuniter sequuntur doctores ibi, vt per Aretin. cons. 149. Visis nu. 12. col. penult. Cum etenim possit venditor recedere à contractu eligendo implementum cõtractus per pretij petitionem, vel receptionem videtur renũciasse resolutioni contractus, vt dixi supra de renunciatione tacita per electionẽ vnius ex contrarijs. Hinc item fit, quod si quis promiserit soluere centum intra annum, & si non soluerit ex tunc dedit quędam bona insolutum, datio insolutum habebit locum creditore volente, non etiam eo inuito, cũ illi renunciare possit. Dec. cons. 12. per totum, quem plures sequuti sunt, vt refert. Surd. decis. 113. nu. 1. quae tamen opinio Decij est dubia, & plures alij contrariũ tenuerant, vt per Tessaur. decis. 147. & per Surdum d. decis. 113. Qua ratione etiam renunciari potest pacto redimendi, seu de retrouendendo. l. 4. C. de pact. inter empt. & vendit. Igne. in repet. l. dudum C. de contrahend. emptio. facit. l. 1 itius in princ. ff. quib. modis. pignor. Alex. cons. 10. lib. 1. Socin. Iun. cons. 27. nu. 16. lib. 4. Castrens. cõl. 19. in fin. lib. 2. Angel.

gel. Aret. consl. 116. in themate n. 53. Verum, & solemnitas requiritur in renũciatione pacti, de retrouendendo, quæ in ipsa re. Glos. Bart., & alij in l. 1. C. si aduers. transact. Decianus cons. 9. nu. 77. lib. 2. Nam idem iudicandum est de actione ad rem, sicut de ipsa re. Glos. ,& doctores in dict. l. t., & ideo executores testamenti, qui rem immobilem pupilli vendiderunt cum eo pacto, non poterunt illi renunciare. Alex. consil. 27. col. vlt. vers. plus videtur lib. 3. Foller. de contracti. censuat. vers., & vide contractum nu. 62. Decian. d. cons. 9. nu. 76. Vnde etiam minor non potest renunciare pacto de retrouendendo sine solemnitate. Si moncell. de decret. titulo 6. inspect. 1. nu. 4. Sed, & pactum, quod colonus det locatori certam quantitatem frumenti procerto pretio, non adstringit locatorem ad recipiendum, sed debet tãtum de pensione dimittere, quantum interesse potest coloni, potius soluere frumentum, quam pecuniam l. sed addes §. si dominus ff. locati, vbi P. de Castr. inquit esse nouum casum. Nam ideo secundum Paulum de Castr. non cogitur dominus recipere frumentum quia pactum, quo colonus tenetur tradere frumentum videtur appositum causa ipsius locatoris, ac proinde illi renunciare potest. Ac ꝙ certo pretio tradatur censetur gratia vtriusq; appositũ, quoniam vbi frumentum plus valet pactum videtur respicere fauorẽ locatoris, qui potest cogere, vt illud tradatur pro pretio cõuento, sin vero minus valet pactum videtur respicere fauorem coloni, qui potest petere loco interesse, quatenus minus valet, vt declarat P. de Castr. d. §. si dominus. His accedit, quod vbicunq; ex pacto aliquid constituitur potestati alicuius huiusmodi pactum, non importat necessitatem, proinde illi renunciari poterit Castr. cons. 295. nu. 2. in fin. lib. 2. Vnde pactum, quod habens rem pignora tam possit illam vendere post certum tempus, vti respiciens fauorem habentis pignus potest illius renunciatione tolli lege quamuis ff. de pignorat. actio. Castr. dicto cons. 295., & 296. prope fin. vers. licet enim lib. 2. Maxime autem interest, siue cuius gratia tantum pactũ appositum cẽseatur, ad cognoscendum num illi renunciari possit, & certe pactum censetur sẽper appositum fauore eius, quod ex eo cõmodum percipit. Natta cons. 374. nu. 13. Cephal. cõs. 399. nu. 27. atq; illius cuius ex pacto paratur actio. Ias. l. petens num. 19. vers. iudic. C. de pact.

6 Supradictis tamen obstare videtur textus in lege si vina emerim ff. de periculo, & commodo rei vendit. , vbi qui emit vina exceptis acidis, & mucidis, non potest cogere venditorem ad tradendum sibi etiam accida, & mucida quamuis, & ipsius emptoris causa excepta fuerint, ex quo textus apparet emptorem renũciare minime posse exceptioni pro se factæ. Sed respondendum est supradicta procedere in his pactis, quæ minime respiciunt substantiam contractus, sed in pactis accidentalib. alias si renunciari posset per vnum ex contrahentibus tantum pactis, qui respiciunt substantiam contractus, ex suo arbitrio penderet, vt declarat Bartolus in lege nulla ff. de legibus. Cum igitur in dicta lege si vina emerim exceptio respiciat rem, quæ interuenire debet in emptione, merito illi renunciare non potest solus emptor, ne contractus pendeat ex arbitrio solius emptoris, contra leg. in vendentis. Codice de contraen. emptio.

Vbi igitur pactum apponitur fauore vnius tantum, is potest illi renunciare, vt dixi, verum quoties pactum respicit fauorem ambarum partium, quod in dubio censetur, nisi aliud actum fuerit arg. lege si cum fundum ff. de pactis, tunc debent paciscentes communi consensu à pacto discedere lege pacta nouissima ibi, quapropter si conuentione, quæ præcessit diuersa pars vsuram se non esse consensit Codice de pactis. Surdus de alimentis titulo nono quæstione 16. numero 18., & ideo per renunciationem pacti de non petendo, actum videtur, vt creditor petat. Paulus de Castro dicta lege pacta nouissima. Verum licet posito pacto secundo prius tollatur, si tamen prius est iuratum, eius renunciatio non sequitur glossa singularis in capitulo licet de iure iurãdo libro sexto. Cepolla cautella 172. Banerius de vi iuramenti numero 41. sequitur Carocius in repetitione capitulo, cum quid prohibetur de regul. iur. libro 6. empt. 3.

Non est tamen omittendum pactis substantialibus minime renunciari posse, vt dixi suo loco, vnde pacto redimendi censum perpetuo renunciari non potest Boccar. de interdicto vti possidet. cap. 18. num. 16. ,& de censibus parte 3. num. 14. 16.

Sed an pactum remitti possit in præiuditiũ tertij, cui ex pacto iꝰ quæsitũ fuerat, alibi dixi.

7 Circa oblig. ,& contract. ea regula est certissima, & indubitata, quod nemo potest renunciare obligationi semel constitutæ aduersario non consentiente l. sicut C. de actio. , & oblig. vbi quis initio liberum sit vnicuiq; cõtrahere, vel non tñ vbi contractum est, & sic est inducta obligatio, tũc non permittitur alicui recedere ab obligatione, nisi consentiente altero, cũ quo contractũ est. Obligatio quippe renunciatione vnius ex contrahentibus minime dissoluitur, nam id vetat, & definitio obligationis, & ius in hac re certò constitutũ d. l. sicut. Hinc ab emptione, venditione, locatione, cõductione cum similib. nulli ex contrahentib. recedere licet inuito altero, quamuis re integra l. 3. C. de rescind. vendit. l. 1. l. 2. C. quando licet ab empt. disced. leg. ab emptione ff. de pactis Planè in huiusmodi contractibus negotium geritur vtriusq; partis causa. Et cum vtriusq; intersit contractũ seruari non pôt hæc vtilitas alterutri ex cõtrahẽtib. auferri inuito. Quare ꝙ initio

est voluntatis, id deinde abit in necessitatem, quã quia quis sibi vltro imponit, ideo minime succurritur ei volenti à contractu recedere l. si fideiussor §. penul. §. qui satisd. cogantur, & ad id facit gloss. final. in §. fin. de capitan. qui cur. vẽd. Quod procedit et in quasi contract. siquidem dicuntur cõtractus, Tiraq. de retract. lignag. ad finem tituli num. 19. Nam à quasi contractibus non licet discedere, quia obligati maneamus, & ideo qui gessit alterius negotia, seu tutelam, vel hæreditatẽ adiuit, non potest libere ab his discedere liberatus, nexu obligationis, quam semel, quasi contraxit Tiraq. de retract. lignag. d. num. 19.

8 Hanc regulam pleriq; declarant non procedere in contractib. innominatis, à quib. re integra et ex vlius volunetate tantũ recedi potest l. si pecunia 2. responso ff. de condit. caus. data Peregr. de fideicõmiss. art. 51. n. 44. & in quibusdã contractib. nominatis simplicibus, vt in contractu mandati, depositi, pręcarij, & simil. Sed hęc regula semper est verissima, & licet nõ videatur procedere in cõtractib. innominatis vbi res est integra, & in cõtractu mãdati depositi societatis, & simil. tñ et in his omnib. procedit regula. Nã ideo in cõtractib. innominatis, locus est penitẽtię, quoniã in ijs non oritur obligatio, nisi cõpleto contractu rei interuẽtu, neq; quis est perfecte obligatus antequam aduersarius impleat ex parte sua. Bart. d. l. sicut. Sic etiam in contractu mandati, depositi, & similib. in eo in quo cõtracta est obligatio nũq̃ recedere licet parte inuita, sed quo tẽpore deponens deposuit non fuit contracta obligatio, vt is permitteret, rẽ semper manere penes depositarium, sed ad ipsius beneplacitum, vnde cum deponens non sit obligatus merito renũciari põt, & hęc est vera ratio, vt per Bart. d. l. sicut. Regula igitur supradicta semper erit vera, vt p Bart. d. l. sicut, & quib. casib. vt nõ procedat in his, qui possunt pęnitere non est obligatus, vnde qm̃ deponens non est obligatus, vt nõ petat depositũ, ideo põt repetere qñ vult, si autẽ esset obligat' actione depositi, certe pœnitere non posset. Bart. d. l. sicut in lectura antiqua, & generaliter illud est certissimũ, q non licet obligato venire contra id, ad q est obligatus, vt per eundẽ in d. l. sicut, in lectura antiqua. Nã ex parte pęnitentis, non debet adesse obligatio. Ias. l. si pecuniam nu. 11. vers. in septima particula ff. de cond. ob causã, & vbi actus non est obligatorius, sed est facultas concessa fauore penitentis, tunc datur pęnitentia, tũc cessio bonorũ nõ sit actus obligatorius, sed inductus fauore debitoris merito illi debitor renũciare põt. Bart. l. 3. ff. de cession. bonorũ. Franch. decis. 346. n. 9. Sed, vt concludamus, aut qui vult renunciare contractui est obligatus, & vera est sẽper regula, quod obligationi semel constitutę renunc. nõ possit aduersario non cõsẽtiẽte. Aut nõ est obligatus, vt tũc frustra quęritur, an renunciare quis possit obligationi, quæ nõ extat, & ad id facit, quod tradit Angel. in d. l. sicut. Quapropter obligatio nata ex contractu impedit pœnitentiã, nõ nata autem obligatio nõ prohibet qñ minus recedi possit à contractu.

Sed, vt magis liqueat hæc materia, sciẽdum est pactum ex latissima significatione cõprehendere omnes contractus, & conuẽtiones hominum tam nominatas, quam innominatas, & tam nudas, q̃ non nudas l. 1. ff. de pactis. Hoc autem pactum diuiditur in cõuentionem simplicem, & correspectiuam simplex conuentio dicitur in quib. vnus tantũ promittit, & obligatur, & hæc rursus diuiditur in nominatam, & innominatam, quæ non habeant nomen, vt pacta nuda. Correspectiua est illa in quibus vterq; promittit, & vterq; obligatur, & hæc similiter, aut est nominata, aut innominata, vnde cõtractus dicitur, aut nominatus, aut innominatus. Conuentioni igitur simplici nominatæ, vt in mandato, deposito, commodato, & simil. Ideo renunciare potest vnus tantum, & altero non consentiente, quia vnus tantũ obligatus est l. 1. ff. mandati. Hinc fit, quod non obligatus potest renunc. alter obligatus non item; nam vbi contractus nominatus celebratur vnius gratia tantum, is tantum à contractu recedere potest, cuius gratia contractus celebratur. Alberic. d. l. sicut. In contractibus autem innominatis, & correspectiuis, aut res est integra, & vtraq; pars pœnitere potest, quoniã tunc nundum nata est obligatio, ex vlla parte d. l. si pecuniam. Vnde renunciare non potest obligationi, quę non extat, aut vltro citroq; inducta est obligatio, quod fit, cum res non est integra, & tunc non potest alter tantũ ab obligatione recedere. Aut vero est nata obligatio ex vna parte tantum, & tunc licet pœnitere ei, cuius fauorem respicit obligatio d. leg. si pecuniam, non etiam ipse obligatus renunciare poterit d. lege sicut quoniam non est in potestate obligati soluere obligationis vinculum, alias obligatio non imponeret necessitatem, vt per

10 Bald. d. l. sicut. Deniq; si contractus est nominatus, & correspectiuus, qui consensu perficitur, tunc recedi non potest, nisi ex vtriusq; voluntate l. 1. C. quando licet ab emp. disced. l. nihil tam naturale ff. de reg. iur. Menoch. cons. 412. num. 49. Pereg. de fideicom. art. 51. nu. 44. Alba cons. 139. nu. 23. Surd. cons. 52. nu. 54. Nam quãdo partes sunt cõcordes nihil ad iudicem l. 1. §. inde ff. de operis nou. nun. & contractus, qui solo cõsensu contrahuntur cõtrario consensu, re integra resoluuntur in totum, vel pro parte l. iurisgentium §. adeo autem, & ibi notatur ff. de pact. Surd. cons. 52. num. 54. Contractus enim, qui duorum consensu perficiuntur, vnius voluntas tantum, nõ satis est ad dissolutionem d. lege ab emptione Angel. l. qui balneum n. 2. ff. qui potior. in pigno habeantur. Surd. cons. 321. num. 57. quod procedit etiam in contractu conditionali, qui dicitur perfectus, quo ad ius reuocandi, ac

reuoca-

reuocari possit altera parte inuita. Cranet. cōs. 669. num. 9., & res dicitur integra, vt declaratur in §. finali instit. quibus modis tollatur obligatio, vbi res nundum est sequuta, idest neq; prętium est solutum, neq; fundus est traditus. Surd. d. cons. 52., & quoniam tria sunt remedia ad oppugnandum contractus, remedium deuolutiuum, quod consistit in nouatione, & in conuersione contractuum, vt notatur in lege singularia ff. si certum petat. remedium impeditiuum, quando contrahentes impedire volunt exactionem tam in in iuditio, quam extra, & remedium resolutiuum, hoc dicitur resolutiuum, vt per Bolognet. in l. si is qui pro emptore num. 289. ff. de Vsucapio, & quoniam in contrahendo consensus, debet eodem tempore adhiberi lege 1. ff. de pactis. Ita in dissolutione, ac renunciatione contractus, consensus vtriusq; debet interponi eodem tempore, alias temporis interuallum vitiat. Surdus cons. 136. num. 21. Quando autem partes recesserunt à perfecto contractu communi dissēsu, non poterit postea vna partium redire ad contractum altera inuita, sed si altera consenserit, valebit contractus ex posteriore consensu, non autem ex priore. Batt. d. l. ab emptione num. 14. Surd. cons. 364. num. 53. Vnde re non integra nuda, etiā vtriusq; partis consensu non dissoluitur emptio, nisi actus priori similis retroagens venditionem intercesserit l. ab emptione ff. de pactis l. 1. in fin. C. quād. licet ab emptio. disced. Crauet. cons. 83. nu. 1. Nam sola voluntate contracta, emptio, vel locatio, sola item voluntate dissolui poterit, si vero alter rem, vel vterq; prętiterit, non satis erit nuda voluntas, sed ab altero, vel vtroq; restituendum erit, quod accepit, vt idem sit distrahendi, qui fuit, & contrahendi modus. Traditione autem rerum, vel etiam solutione partis prętij, res desinit esse integra non ēt datione ararum leg. 2. C. quand. licet ab emp. disced. sed, & iuramentum operatur, vt res minime sit integra. Seraph. de priuileg. iurā. priuileg. 134. per gloss. in lege si pecuniam in prin. in verb. necesse ff. de cond. causa data. Vt igitur emptioneq; verè dicitur esse perfecta, nisi traditio rerum sequatur ita postquam est perfecta nisi earundem restitutio fiat, non potest dissolui. Neq; nuda conuentione contrahentium, vt ab emptione discedatur, cogi potest qui rem accepit, vt eam restituat; sed ita demum contractus dissoluitur, si restituit, quo casu, & is, qui rem ab eo recepit, cogi poterit ad prætium restituendum. Nam alioquin, si statim obligatus esset vterq; ad reddendum, viderentur voluisse nouas vtrinq; obligationes constituere, quod fieri pacto nudo non potest, vt declarat Connan. commentar. iur. Ciuil. lib. 5. cap. 2. num. 13. sed quæri potest, quoniam emptio cōtrahi potest inter absentes per nuntium, & per litteras lege 1. in fin. ff. de contrah. empt. an venditor renunciare possit antequam nuncius, vel litterę perueniant ad eum, & glos. in d. l. 1. tenet contractum valere Verum ea communiter reprobatur Bart. in l. 1. ff. quod iussu. Felin. in cap. ex parte decani. num. 18. vers. deficiente igitur de rescriptis. Surd. cons. 136. num. 51. Nam secundum Bart. in d. l. 1. nuncius, vel epistola nudum præstat ministerium sicut Pyca, atq; ideo sequitur pœnitentia, deficit consensus, proindeq; quod postea sequitur non potest effectum sortiri &c.

11 Qua ratione, quoniam contractus locationis solo perficitur consensu l. cōsensu ff. de act. & oblig. instit. de oblig., quæ ex consensu in princ. ideo solo quoq; contrario consensu dissolui potest l. prout quisq; ff. de solutionibus l. nihil tam naturale ff. de reg. iur. Surd. cons. 136. col. 1. quod tamen ita accipiendum est, modo consensus vtriusq; partis, in dissolutione contractus locationis, & cōductionis adhibeatur eodem tempore. Surd. d. cons. 136. nu. 17. Nam quemadmodum consensus ex interuallo adhibitus non facit locationem, ita neq; eam dissoluere potest Surd. d. cons. 136. num. 36. Sed, & intellige simplicē consensum vtriusq; partis, ita demum satis esse ad dissoluendum locationem, si res est integra, at re non integra requiritur actus etiam retro similis l. ab emptione, vbi doctores, & gloss. ff. de pact. §. fin. instit. quibus mod. tollitur oblig. Surd. d. cons. 136. num. 25. 26. poterit tamen ex causa locator recedere à locatione, vt in l. æde. l. locati, cum simil., & quemadmodum ex causa id permittitur locatori, id quoq; licere debet conductori, vt is possit ex iusta causa recedere à conductione, etiam ante exactum tempus vt notatur in l. si in lege §. si domus ff. locat. l. dominus horreorum §. fin. l. cum in plures in prin. l. si merces §. si vicino ff. eodem Butric. cap. propter num. 6. de locat., & conduc. vbi Abbas Bart. l. 1. §. 1. ff. de migrando. Marsil. singul. 615. necessitas Caroc. de locat., & conduct. parte 2. cap. 102. num. 10. alias conductor absq; iusta causa renuncians ante tempus potest statim conueniri ad totam pensionem, etiam, quod dominus alij postea locet, vt singulariter voluit Paul. de Castr. in d. l. si in lege §. si domus per illum text. quę opinio est periculosa, & contra Paul. de Castro videntur cōmuniter tenere alij doctores, vt per Iaso. in l. diem functo not. 8., & ibi Curt. iun. num. 51. ff. de offic. assess. Hinc est, quod inquilinus potest ex iusta causa a locatione recedere. Gabriel. cons. 75. num. 25. veluti ob causam pestis, belli, & simil. soluendo tamen pensionē præteriti temporis. Caroc. de locat., & conduc. parte 3. capitulo 46. num. 41. cum seq., quo casu debet conductor id denunciare locatori, cum oblatione clauium, vt per eum num. 47. Inquilinus tamen ob pestem superuenientem non potest recedere à contractu conductionis, sed cessante peste, tenetur stare contractui.

Ripa de priuileg. conter. caus. pest. n. 79. Mozzius de cõtract. tit. quãdo finiat cõtra. locat. n. 3.

12 Societas dissoluitur etiam renunciatione l. verũ §. fin. in fin. l. 4. §. 1. ff. pro socio l. tamdiu C. eodem §. manet autem. Instit. de societ. Sed quẽadmodũ societas communis sociorum omnium consensu contrahitur l. cõsensu. ff. de actionib. & oblig. l. qui admittitur ff. pro socio instit. de oblig. quæ ex consensu &c. in prin. ita vnius socij tantũ cõsensus, non est satis ad eius dissolutionem; sed cõmunis sociorũ cõsensus exigitur in ea dissoluẽda l. actione §. diximus, & §. labeo ff. pro socio l. tandiu C. eodé Rimin. sen. cons. 79. nu. 8. Ferrar. infor. lib. in caus. societ. in glos. nec perseuerare Cephal. cons. 475. n. 50. Decian. cõs. 96. n. 41. lib. 2. & ad id facit l. nihil tã naturale ff. de reg. iur. & l. prout quisq; ff. de solut. cæterũ si vnus ex socijs renunciauerit dolosè societati, à se liberat socios, se aut ab illis non item d. l. actione §. diximus §. sed plane instit. de societ. sed, & socius renuncians re non integra tenetur ad interesse d. l. actione §. item si societatẽ in fin. sic ẽt socius ante tẽpus statutũ, & intẽpestiue renũcians tenetur ad interesse actione pro socio, seq; minime liberat à socijs, cum tamen socij ab ipso renunciante liberentur d. l. actione §. renunciare cũ seq. & §. diximus, & ibi notat Bald. distractũ claudicare l. sed, & socius §. vlt. ff. pro socio Rimin. sẽ. cõs. 100. n. 42. Ferret. de re naual. lib. 3. nu. 56. Petr. Vbald. de duo. fratri par. 11. principal n. 8. Ceph. cõs. 475. n. 48. Decian. cõs. 96. n. 42. lib. 2. quod extenditur ẽt procedere si nullũ pactũ interuenerit, q renunciari non possit, neq; ad certũ tẽpus, vt dicit glos. in d. l. sed, & socius §. vlt. in verbo ipso iure. q Bart., & cœteri omnes sequũtur, vt per Decian. d. cõs 96. n. 42. Quare in cõeunda societate, non est opus paciscendo renũciari possit ante tempus, quoniam etiam sine pacto, intempestiue renuncians tenetur ad interesse d. l. sed, & socius §. fin. Declaratus tamen hoc ita verum esse, si sociorum, vel societatis interest non dirimi societatem ante tempus d. l. actione §. labeo, & ibi Alberic. leg. si conuenerit l. sed, & socius §. fin. ff. pro socio, Paril. cõs. 82. nu. 28. lib. 1. Nam renunciatio etiam sine dolo non præiudicat socio, vbi illius interest d. l. actione §. labeo Socius igitur cum non sit obligatus perpetuo manere in societate renũciare illi poterit, modo non intempestiue, cum socij non interest eam dirimi. Alber. l. si pecuniam nu. 4 ff. de cond. caus. data. Vbi autem tempus statutũ finitum est, liberum est vni ex socijs à societate recedere, qñ sine dolo id fit l. actione §. labeo in fin. ff. pro socio. In plerisq; tamen casibus licebit vni ex socijs renunciare societati etiam ante tempus, nam vbi rationabilis, iusta, & necessaria subest causa, renunciare põt societati ẽt limitatæ ad certũ tẽpus l. idẽq; l. si cõuenerit ff. pro socio. Decian. d. cõs 96. n. 11. Imo ex causa rationabili, & necessaria renunciare potest societati ante tẽpus, & et si conuentũ sit, ne intra certũ tẽpus à societate abeatur l. si conuenerit vers. sed et si cõuenerit l. actione §. labeo circa finẽ ff. pro socio. Deinde ex pacto, vt ẽe intẽpestiue renunciari liceat, poterit vnus ex socijs intẽpestiue renũciare d. §. labeo. Sed, & si societati coita ad tempus, ideo renunciare licebit ante tempus, quia promissa non seruantur d. l. si conuenerit §. fin. Capic. decis. 174 num. 16. Quinimo si tempore cõtractæ societatis, socius videbatur diligens, & postea appareat prodigus, vel negligens, poterit sanè alter socius renunciare societati etiam ante tempus, modo tamẽ probabilis sit error, qui excusari possit, Io. Fab. §. fin. instit. de societ. Ignes in l. contractus n. 51. ff. de regul. iur. Deniq; vbi interest totius societatis eam dissolui etiam ante tẽpus, tunc etiam intempestiue renunciare poterit d. lege actione §. labeo est præterea sciendum, quod renunciatio vnius præiudicat illi statim, socio autem absenti, ita demũ præiudicat, si renunciatio illi innotuit l. sed, & socius §. si absenti ff. pro socio. Paris. cons. 82. num. 26. lib. 1. Ferret. de re naual. lib. 3. n. 56. Petr. de Vbal. de duo. fratri. parte 11. principa. num. 12. Et quoniam dictum est. renunciantem intempestiue societati teneri actione pro socio dicta lege si conuenerit dicta lege, sed etsi socius; & dicta lege actione §. diximus. Ideo dubitari poterit an societas dissoluta dicatur, licet renuncians teneatur ad interesse, quod sane videtur, cum regulariter, non possit competere actio pro socio, nisi finita societate lege tamdiu Codice pro socio, & ibi gloss. alia gloss. in §. finali institut. de societ., & in lege actione in principio in verb. stipulatione ff. pro socio. Sed verius est societatem minime dici dissolutam, nam sic intempestiue renuncians, à se liberat socios suos, non autem se ab illis dicta lege actione §. diximus dicto § item qui societatem, & §. manet autem instit. de societ. vbi in principio dicitur, quod societatis renunciatione soluitur societas, deinde sequitur versiculo. sed planè, vbi dicitur, quod renuncians intempestiuè debet communicare lucrum sibi obueniens, ex quibus facile intelligitur societatem, adhuc durare alias ea dictio, Sed si non diuersificaret a præcedenti in facto; & ia iure, sed in facto tantum. Vnde dicto §. manet autem, debet intelligi, quod renunciatione non intempestiua, soluatur societas, secus vero renunciatione intempestiua, & ita visum est Cepolla consilio 41. numero 5. vbi ita intelligit dictum §. manet autem.

13 Tacitè etiam renunciatur societati, veluti cum vnusquisque sociorum cœpit separatim agere, & sibi tantum negociare lege ita quoque ff. pro socio. Ferrarius in for. libr. in causa societatis in glossa nec perseuerat. Natta cons. 108. num. 4. Mozzius de contractibus tit. quomodo soluatur societas numero 8. Vel cum aliquis recedit à Domo. Petr. de Vbaldo

tract.

tract. de duob. fratrib. parte 11. nu. 9. Menoch. cõs. 1. a in fin. Mozzius d. tit. quõ sol. societ. nu. 7. In qua re tamen distinguendum erit; Nam aut quis separatim negotiari cœpit scientib., & patientib. alijs fratrib., & hoc casu societati renunciatum præsumitur: Aut vero alij socij ignorant, & renunciatũ nõ videtur, vt pulchre explicat Menoch. præceptor meus de præsũpt. lib. 3. præsump. 60. nu. 10. Sed, & eo ipso, quod pro socio agitur renunciatũ videtur societati. Bald. in dicta l. actione §. diximus in lectura antiqua.

Renunciari autem potest societati p procuratorẽ habentẽ speciale mandatũ, vel generale cum libera d. l. actione §. renunciare, & procuratori facta renunciatio ita demũ effectum habet, si dominus ratum habet d. l. actione §. ita scriptum est. Sic ẽt societati renunciari põt p curatorem furiosi l. Sancimus C. pro socio, sed societas qñõ renunciatione finiatur, vide Petr. de Vbaldo de duob. fratrib. n. 5. p. 11. principali, & qño possit societati in tẽstitue renunc. vide eũdẽ d. parte 11. principali nu. 6. 8.

14 Sed, & à transact. recedi põt de vtriusq; partis consensu l. si diuersa, & ibi doct. C. de transact. quẽ tex. ad id notat. tradit ibi Rom. vnius autem volũtas tantũ, satis non est, vt à trãsact. recedatur l. fratris C. de transact. Nã etsi r/r in contract. innominatis, re integra, locus sit pœnitentię l. si pecuniã in princ. ff. de caus. data, & transact. fit contract. innominatus l. cũ proponas 2. C. de pact. tñ in ea locũ non habet pœnit, neq; à transact. inita licitum est per pœnitẽ recedere l. fratris l. quãuis C. de transact. Decianus cons. 64. nu. 9. lib. 3. Cuius rei ratio illa est, qm transact. inuenta est, vt sit remedium dirimendarum litiũ; Consensus itaq; vtriusq; partis in tollenda transact. cõcurrere debet, & hoc casu partium cõsensus est magis efficax, & potentior rescripto principis, cum transactio tollatur partium voluntate rescripto autẽ principis non item l. causas C. de transact. eius hæc ratio traditur. Quippe contract. fiunt per consensum, & proinde cẽsentur esse iuris gentium ea autem, quæ sunt huius iuris nõ possunt tolli per rescriptum principis, nisi causa subsistente. Gloss. & DD. in l. fin. C. si contra ius, vel vtilit. public. Cum tollantur partium consensu l. nihil tam naturale ff. de regul. iuris lege prout quilq; ff. de solut., & ita declarat Ias. d. lege si diuersa num. 2. & ibi Curt. iun. in princ. Declara tamen, quod quamuis de cõmuni partiũ consensu recedatur à transactione tamen trãsactio non tollitur ipso iure glos. in d. l. si diuersa, quam sequuntur cõmuniter DD. vt per Iasonem ibi num. 4. ibi Franc. Curtius nu. 6. Sed an postquam renunciatum est transactioni possit actor redire ad primam instantiam inchoatam, an id minus quærit. Bartol. in d. lege si diuersa, sed nõ soluit. Angel. ibi tenet actorem redire posse ad primam instantiam. Sed vide Paul. de Castr. in d. l. si diuersa, vbi pulche distinguit, & eius distinctionem notabilem tradit ibi Curt. iun.

15 Idem quoq; dicendum est de compromisso. Nam quamuis nemo cogatur acceptare cõpromissum, tamen postquam est acceptatũ illi renunciari non põt l. labeo §. tam etsi, & ibi dd. ff. de receptis arbitris, & quemadmodũ interuenit a principio consensus vtriusq; partis facientis compromissum, ab arbitro acceptatum, ita ad illud dissoluendũ exigitur non tantum voluntas vnius partis tantum, & arbitri; sed, & requiritur alterius partis consensus Alex. cõs. 81. reuocatur nu. 3. lib. 5. ex rationabili tñ causa poterunt cõpromittẽtes à cõpromisso recedere, vt cũ arbiter longe se recepit à loco cõpromissi, nõ tã cito reuersurus, vt notat Butr. in cap. præsentata in 2. notabili de testib. Quin pars adeũdo iudicem super re, de qua factũ est cõpromissũ vr renũc. ipsi cõpromisso Rimin. Sen. cõs. 168. nu. 2. sed ad mate. vi. Bapt. Perusi. de arbit. lib. 7. cap. 10 nu. 1. per totum.

16 Sponsalibus quoq; de iure canonico renunciari, licet volentibus ipsis sponsis cap. 2. de spõs. glos. in cap de spõsatas 27. quęst 2. Surd. cõs. 364 nu. 11 & nu. 24. quoniã spõsalia de iure diuino non habent aliud vinculũ, q̃ alię simplices promissiones. Feliu. d. c. 2. nu. 16. Quinimo sponsalia ẽt iurata dissolui põnt volẽtibus sponsis. Butr. d. c. 2. de sponsalib. Franc. Marc. quæst. 355. p. 2 Mozzius de cotractib. tit. qñ dissoluant sponsalia n. 3. permissa est spõsaliũ ẽt iuratorũ dissolutio absq; pecato. Mozzi. d. tit. qñ dissol. spõsal. n. 3. secũdũ vnã opinionẽ, q̃ refert gloss. in d. c. 2. quam sequitur Specular. tit. de leg. §. nunc ostendendũ, & omnes DD. in d. c. 2. vt per Felin. ibi tametsi contrariũ videatur postea tenere glos. in d. c. 2. quæ cõmuniter reprobatur, & facit, quod scribit Surd. d. cons 364 num. 24. vbi inquit id procedere de iure cõmuni, ẽt nulla accedẽte Sũmi Põtificis dispẽsatione, & absq; pecato etiam in spõsalib. iuramento firmatis, cum iuramentũ contineat tacitam conditionem, si partes in eadem volũtate durauerint. At de iure ciuili licet etiam vni ex contrahentib. renunciare sponsalibus lege 1. C. de sponsalibus Franc. Marc. quęstione 536. parte 2. Surdus consilio 364. num. 10. In qua re sciẽdũ est, quod iure veteri latinorum dabatur ex sponsalibus ex sponsa actio, sed id postea lege ciuili Romanorum abrogatum esse, vt libera essent matrimonia Cõnanus comment. iuris Ciuilis libro 8. capitulo 2. numero 4. ex A. Gell. noctium atticarum libro 4. capitulo 4. de iure igitur ciuili, cum nullã haberent sponsalia obligationis necessitatem, merito etiam vnus poterat ab eis recedere, & licet in lege secunda ff. de sponsalibus dicatur moris antiqui fuisse stipulati, & spondere sibi vxores futuras, tamen inquit glossa se non reperire ex ea stipulatione, vnquam actum fuisse, sed non tantum sponsalia, quæ re, & verbis fiunt de futuro dissoluuntur

volentibus sponsis, sed, & sponsalia quę verbis fiunt de præsenti, licet re ipsa, iurisq; interpretatione, & fictione sint de futuro Surd. consil. 364. num. 26. Sed illud quæri potest an sponsalia contracta per parentes liberorũ nomine, etiam cum iuramento, dissolui possint absq; liberorum consensu, & absq; incursu pænæ. In quare glos. in cap. si qui parentes. 31. quæst. 3. refert aliquos tenere, quod sic, licet ipsa teneat contrarium, sed quod excusentur parentes, licet filij alibi contrahant, modo minime liceat per eos tenet Franc. Marc. quæst. 535. part. 2. quod verius puto. Quod autem diximus sponsalia posse communi cõsensu dissolui id procedit in spõsalibus de futuro, quoniam sponsalia de presenti de partium consensu dissolui non possunt Butrius d. c. 2. Franc. Marc. d. quęst. 535. Imo secundum aliquos a sponsalibus etiam de futuro contractis per diuitem cum muliere inope amore Dei renunciare nõ licet, etiam ex vtriusq; voluntate Frãc. Marc. quęst. 517. circa fin. parte secunda Mozzius d. titulo quõnd. solu. sponsal. nu. 5. vbi declarat. Non tolluntur tamen sponsalia de futuro per alia sequentia etiã de futuro, tametsi aliud sit quando posteriora essent de pręsenti cõtracta cap. sicut cap. si inter virum de sponsalibus Surd. cons. 364. nu. 11. vbi alios refert. Illud igitur certum est communi consensu sponsalia dissolui posse, quemadmodum, & supra diximus, societatem communi sociorum consensu recte dissolui, cum sponsalia nihil aliud sint, quam quædam societas cap. 5. de sponsalibus Vnde sponsalium renunciandorum formam pulchre tradit Magius lib. 2. miscellane. cap. 15. sed hoc ita verum erit, nisi iusta, & rationabilis causa adsit quoniã tunc etiam ex vnius voluntate recedi potest à sponsalib. de futuro, & quę sit causa rationabilis iudex diudicare poterit Franc. Mar. quæst. 556. parte secunda Menoch. cons. 786. num. 10. cum seqq. Surd. d. cons. 364. nu. 41. vbi plures refert qui enarrant plures causas, ex quibus vnus tantum recedere potest, & idem tradit Decian. cons. 66. num. 17. lib. 5. Imo quando subest causa rationabilis, recedens non tenetur ad iniuriã vel interesse Franc. Marc. quæst. 537. in prin. parte 2. operatur autem renunciatio sponsaliũ quod licet per carnalem copulã sponsalia transeant in matrimonium, tamen id non procedit vbi ante copulam sponsalib. renunciatum fuisset, cum ea sponsalia minime transire possint in matrimonium, quę renunciatione extincta fuerunt Abb. cap. per tuas in fin. extr. de cõd. appposit. per cap. veniens cap. tut. de sponsa. libro Felinus in capitulo cum M. de constitut. vbi inquid id esse notandum, cum quotidie accidat.

17 Et quoniam donatio respicit commodum, & vtilitatem eius cui fit, Ideo poterit donatarius renunciare donationi, & proinde suæ vtilitati Menoch. cons. 422. in fin. Per regulal. pen. C. de pact. Sed, & potest donatio non acceptari, & repudiari, & tunc proinde habetur, ac si vnquam facta fuisset Soc. consilio 53. num. 24. libro 4. Quin repudiatio donationis non dicitur alienatio, etiam si alius pro repudiante consenserit, vt voluit Paulus de Castro cons. 171. in casu pręsenti lib. 2.

18 Pręterea quoniam in deposito nulla vtilitas versatur eius apud quem res deponitur l. si vt certo §. nunc videndum ff. commod. Ideo deponens potest statim renunciare deposito, & suo commodo, potestq; statim depositum repetere etiam inuito depositatio l. 1. §. est autem, & §. penult. ff. depositi, quoniam deponens non obligatur Paulus de Castr. l. ei apud quem §. in sequestrum ff. eodem quin deponens recipiendo vsuras videtur renunciare deposito lege si hominem §. quoties ff. depositi, quare depositarius tenetur statim reddere depositum. Mozzius de contrarietate titulo Quomodo annull. depositum num. 1. cum seq. & is non potest renuntiare deposito, nisi impleta fuerit causa ipsius deponentis, & nisi ex causa, Paul. de Cast. d. §. in sequestrum sic, & sequester non potest munus suum deponere ante finitam causam sequestri, & nisi ex causa iudiceq; interueniente l. ei apud quem §. vlt. & ibi Bart. ff. depos. Bald. rub. C. depositi in fi. Franc. Curt. l. vnica C. de prohibi. sequest. peccul. num. 58. quæst. 4. Caroc. tractat. de sequest. final. 5. quintæ quæstionis principalis, & quæ causa iusta sit Iudex arbitrabitur Rom. lege quoties nu. 10. ff. qui satisd. cog. Nam sequester spontè onus suscipiendo videtur quasi contrahere, quare sicut initio ei liberum fuit non assumere onus, ita renuntiare semel constitutę obligationi aduersario non cõsentiente minime potest l. sicut. C. de act. & oblig. Tiraq. de retract. conuent. §. 4. glos. 7. num. 5.

19 Soluitur mandatum voluntate vnius tam mandantis, quam mandatarij, modo res sit integra. quapropter mandatum re integra reuocari potest, sola mandantis voluntate §. recte instit. mandati Bart. l. si vero §. si mandauero ff. mandati cuius enim est mandati legem dare, eius est reuocare l. quod iussit ff. de re iudic. l. cum pretor ff. de iudi. sic & suscepto mandato potest mandatarius re integra, si domini non intersit renuntiare, alias exequi mandatum tenetur §. mandatum instit. mandati. l. si mandauero §. vlt. ff. mandati. Iacob. de Aret. l. sicut num. 4. C. de actio. & oblig. Nam initio liberum est mandatum non suscipere, & suscepto mandato renuntiare non potest, nisi res sit integra, quoniam hoc casu renunciare potest sine causa, vel nisi subsit iusta causa, quoniam tunc renũtiare potest etiam re non integra d. l. si mandauero §. vltimo l. si quis alicui §. si mandatum ff. mandati §. mandatum. Instit. eodem Gail. obseruat 46. num. 3. lib. 1. Cæterum qui mandato suscepto intempestiue, re

non

non integra, & sine causa renunciauerit, tenetur actione mandati ad interesse Bart., & Bald. d. §. vltimo. Res autem dicitur integra, quoties principium rei gerendæ mandatarius non dedit d. §. rectè, & ibi glos. & doctores, instit. mandati, vbi concludunt, quod in mandato, ad iudicia, lites, vel causas litis contestatio facit, vt res desinat esse integra nulla C. de procurat. l. post litem ff. eodem in mandato ad iurisdictionem exercendam citatione res desinit esse integra cap. gratum cap. relatum de offic. iud. deleg. l., & quia ff. de iurisd. omn. iud In mandato deniq; iniuncto ad rem quampi m gerendam ob præparamenta intrinseca res desinit esse integra l. 1. §. cœpisse ff. de pollicit. non etiam ob præparamenta intrinseca lege si pecuniam ff. de cond. ob cau.

Quo fit, vt procurator volens re non integra ex iusta, vel legitima causa renunciare mandato suscepto, debet id petere à Iudice, citato prius ipso domino constituente, & requiritur summaria causæ cognitio. Gail. obseruat. 46. lib. 1. Sic & dominus qui cõstituit procuratorem potest ante litis contestationem eum reuocare quasi re integra, cum nundum litis dominus factus sit capit. 2. de procurat. lib. 6., & igi glos. l. si vero § si mandauero ff. mandat. Gail. d. obseruat. 46. post litem vero contestatã non aliter poterit reuocare procuratorẽ, quã cum causa, & præuia citatione ad videndum fieri reuocationem cum causæ cognitione. Gail. d. obseruat. 146. Imo procurator regulariter reuocari potest, & quandocunq; etiamsi cum iuramento renunciatum esset facultati reuocandi glos. in cap. fin. in verbo reuocatus de procur. lib. 5. quã sequitur Fel in. in cap. ex parte decani. num. 12. de rescriptis. Alex. cons. 18. num. 7. lib. 2. Dec. cons. 475. nu. 18. Gallef. ad form. cam. obl. quæst. 1. num. 2. partic. 6. Vant. de nullitate titulo de nullit. ex defec. inhabilit. seu manda. n. 158., & est communis, vt testatur Paris. cons. 69. nu. 118. lib. 3. quod tamen dupliciter non procedit, & primo quãdo ex iuramento de non reuocando quæsitum esset ius parti. Scaccia de iudic. caus. cap. 101. num. 42. Vel quando esset contestata lis, quia tũc procurator, vti factus dominus litis, reuocari non potest sine legitima causa, & præuia citatione, ad videndum se reuocari l. ante litẽ, cum l. seq., & ibi DD. ff. de procurat. l. procuratoribus, & ibi omnes C. eodem Scaccia d. cap. 101. num. 41. versic. limita secundo; sed procurator, an mãdatum mandanti renunciare possit vide Donnel. in l. procuratorem nu. 8. C. mandati. Poterit tamen procurator qui renunciauit mandato, re integra mandatum acceptare. Bouer. vers. procurator num. 26. arg. cap. licet de procuratoribus libro 6. Sed dubitari potest, si quis constituerit aliquem procuratorem, & eo nolente constituit alterum primus acceptauit, & postea renunciauit, an secundus possessor possit esse procurator, & Bald. in l. tutoribus ff. de testam. tutel. concludit, quod non per text., & glos. ibi, & hanc quæstionem se habuisse Romæ tradit Roman. singul. 243., & hoc dictum esse notabile tradit Petr. de Rauen. singul. 513. Ideo autem mandatarius suscepto mandato re integra renunciare potest, quia ex mandato ita demum datur actio directa, si mandantis cœpit interesse vt re integra mandantis nihil interest, ergo cũ nulla actio, aut obligatio competat renunciare poterit mandato l. si procuratorem §. mandati ff. mandati glos. in §. recte instit. eodem vbi inquit id esse speciale in mandato, sed dicendum est id non esse speciale, cum procedat in omnibus cõtractibus tam nominatis, quam innominatis. Est igitur, vt concludamus pro
20 declaratione materiæ eam regulam semper esse verissimam. quod obligatus, & qui tenetur ad aliquid ex contractu nominato, seu innominato, non potest renunciare obligationi, neq; pœnitere potest in eo, in quo cõtracta fuit obligatio l. sicut C. de actio, & oblig. l. in cõmodato § sicut ff. commodati, & hęc regula nunquam fallit in contractibus nominatis, vt per Bart. in l. si peccuniam nu. 11. ff. de cond. ob caus. Quare ita demum renunciari poterit cõtractui si pœnitens non est obligatus ad perseuerandum in cõtractu, vel si recedens à contractu nõ tenetur ad aliquod interesse. Salicet. in d. l. si peccuniam col. 3. vers. quæro modo. Vbi inquit, quod moderniores concludunt illud semper esse indubitatum, quod in contractibus nominatis non licet pœnitere eius, ad quod cõtracta fuit obligatio; secus autem eius ad quod minime contracta fuit obligatio, quo casu dicimus renunciari posse deposito, mandato, cum similib., & idẽ tradit Angel. Aret. in §. recte instit. mandati. Sed & regula perpetua est etiam in contractibus innominatis, vt per Salicet. d. l. si pecuniam, & alios Aret. & Fabr. in d. §. rectè. Nam in his re integra haud dubiè, licita est pœnitentia, quoniam re integra nullus est obligatus, cæterum si vnus impleuerit, recipiens ideò non potest pœnitere, quia recipiendo se obligauit, vt not. in d. l. si pecuniam, vbi implementum, seu tradit. non facit oriri obligationẽ respectu eius, qui dedit, cùm ad nihil magis se obligauerit implendo, quàm prius esset obligatus, sed potius liberauerit se ab obligatione, obligatio itaq; quod ex implemento oritur est, quò ad recipientem, qui recipiendo se obligauit. Qua ratione enim, qui implenit anteq; recipiat rem alterius pœnitere potest, quoniam is minimè se obligauit recipiendo, modo aliqua ratione non intersit eius, qui recepit tantum, quà tunc in eo ad quod tenetur pœnitere non potest, vt latè per doct. vbi Salicet. latè disting. in d. l. si pecuniam, quorum omniũ distinctiones breuiter resolui potest si inspexerimus, an is qui vult à contractu recedere sit obligatus, an id minus, quoniam si fuerit obligatus nõ potest

à con-

à contractu recedere in eo in quo est obligatus, circa id autem in quo non est obligatus licita erit pœnitentia, & ex hac regula facillimè dij judicari poterit, an & quando licita sit in contractibus pœnitentia, & quando alter ex contrahentibus possit à contractu recedere.

21 Verum ne id omittamus in contractibus innominatis conueniri potest, vt locus minime sit pœnitentię Cinnan. in l. si alienam. §. primo. ff. de donat. caus. mort. Ias. in d. l. si pecuniam col. 1. vers. item prædictam regulam Decius cons. 340. nu. 4. Namq; hoc casu alterum tantum pœnitere nõ poterit, cum ex conuentione oriatur obligatio, quæ facit vt minime pœnitere liceat, & quamuis Doctores maxime Iason in d. l. si pecuniam declarauerint, vt plerisq; casibus in contractibus innominatis etiã re integra minime locus sit pœnitentiæ, tamen dic illis casibus, vtrunq; censeri obligatum.

22 Et ideò iuramentum facit ne pœnitere liceat, quoniam contrahentes dum iurant censentur se obligare omni meliori modo, proindeq; ne pœnitentiæ locus esse possit, in transactione præterea alias contractu innominato ideo non licet pœnitere, quoniam ex ea fauore litium dirimendarum oritur obligatio, vt iam dixi; In vniuersum igitur licet vni ex contrahentib. recedere à contractu, vbi non est obligatus, vel vbi mutatio voluntatis non adfert damnum alteri ex contrahentibus, vt per Dyn. in cap. mutare nu. 2. de reg. iur. lib. 6. alias vbi non est obligatus, vel vbi pœnitentia damnum non adfert alteri licita semper erit pœnitentia, atq; ita breuiter declaratur hęc materia &c.

XXXVIII. RENVNCIATIO, IVRAMENTI.

Summæ.

1 *Iuramenti remissionem fieri dupliciter.*
2 *Iuramentum remissum vbi est proinde habetur ac si iuratum esset.*
3 *Iuramentum præstitum fauore alicuius potest ab eo remitti.*
4 *Iuramentum testib. remitti posse.*
5 *Remittere iuramentum is potest, cuius fauore fuit præstitum.*
6 *Remissionem iuramenti etiam tacite fieri posse.*
7 *Periurium iam commissum remitti non posse.*
8 *Iuramentum respiciens commodum tantum ipsius remittentis.*

1 Emissio iuramenti fit dupliciter, vel antequam iuretur, vel postquã iuratum est, & gratia iurisiurandi sic aut delati, & suscepti, aut iam præstiti iuramenti. Ræuard. variot. libr. 5. cap. 2. priore casu is remittere dicitur iusiurandum, qui, deferente se, cùm paratus esset aduersarius iurare, gratiam ei facit, contentus voluntate suscepti iurisiurandi, vt expressè inquit tex. in l. remittit ff. de iureiur. Id autem iuramentum remitti potest cùm prius delatum postea ab aduersario, susceptum fuit. d. l. remittit in
2 fi. Vbi remissum est iuramentum, perinde habetur quasi iuratum esset. l. nam postea. §. 1. ff. de iureiur. l. actori C. eo., & remissum iusiurandum pro præstito habetur, quia satisfactio pro solutione est l. satisfactio ff. de solut. est etenim satisfactionis genus, vbi, qui iusiurandum detulit, contentus est sola voluntate suscepti iusiurandi, & aduersarij parati iurare l. 1. ff qui satisd. cog. sic & remitti potest iurandi necessitas imposita a statuto, vel cõstitutione, modò tamen ea necessitas inducta fuerit fauore ipsius remittentis, secus si iuramentum exigatur fauore publico, vel alterius, vt in casu decreti Mediolani tit. de donatio. voluit Plot.
3 in l. si quando. nu. 866. C. vnde vi Hippolit. Rimin. in §. 1. num. 257. & num. 278. insti. de donatio. sed & iuramentum pręstitum fauore alicuius potest ab eo remitti, & in vniuersum vbi iuramẽtum exigitur fauore alicuius potest is remittere necessitatem iurandi, & efficere ne iuretur, & ad id quoq; pertinet quæ dixi de iuramento calumnię, sed illud dubium est an, postquam iuratum fuit iuramentum remitti possit. & sanè dicendum est eum, cuius fauore iuratum fuit, remittere posse iuramentum, si quidem iuramentum fauore alicuius pręstitum potest ab eodem remitti c. 1. de iureiur. c. 2. de renunc. c. significauit. in fi. de censi. l. fin. ff qui & à qui capit. x. vbi Felin. de sponsali. vbi spõsalia iurata mutuo partium consensu tolli possũt, in c. consuluit. de vusr. Roman. cons. 11. num. 2. in l. fin. num. 43. C. de pact. Paul. de Cast. cons. 210. circa fin. lib. 1. Barbatia cons. 16. num. 17. cons. 71. num. 18 lib. 3. Oldra. cons. 241. factum Fulgos. cons. 19. ad primum in prin. Marsil. in l. de vnoquoq; num. 166. ff. de re iudic. Corne. cons. 121. num. 4. libro 4. Rimin. sen. cons. 89. num. 11. lib. 1. Roland. cons. 99. num. 5. lib. 3. cons. 34. nu. 3. libro 1. Zuccard. lib. 1. num. 14. C. de pact. Guter. de contr: iurat. c. 35. num. 4. Viuius decis. 400. num. 44 parte 1. Borgni. decis. 9. nu. 45. parte
4 1. Surd. cons. 299. num. 21. sic, & iuramentum remitti potest testibus c. tuis de testi. ibi, nisi à parte remittatur Misinger. obseru: 34. cẽtur. 6. Trentacinq. resol. 5. tit. de testi. & infra suo loco differemus, vbi dixi de renunc. vt testibus sine iuramento credatur.

5 Et quamuis iurando quis videatur obligari ipsi Deo principaliter c. debitores de iureiur. l. iurisiurandi C. de rebus credit. tamen is cuius fauore pręstatur iuramentũ potest illud remittere, & nexum obligationis dissoluere Gail. lib. 1. obseru. 24. nu. 1. & de pace publica lib. 2. cap. 4. num. 14. Mysinger. centur. 6. obseru. 52. num. 2. Nam cùm pars, cuius fauore iuratum fuit, remittit iuramentum, tùm & ipse Deus remitti, cùm iuramentum quasi ad alterius vtilitatem recepisse videatur c. ex admini-

strationis

ftrationis, & ibi Felin. not. 2. de iureiur. l. fin. ff. qui, & à qui. ibi, nisi id patronus remittat. Neq; obstat quod iurando, quis videatur se Deo obligasse, & proinde homo minimè possit tollere eam obligationem, quoniam id procedit vbi iuratum fuit simpliciter, secus vbi iuratum fuit alicuius fauore. Bart. l. labeo ff. de iureiur. Quare remissione eius, cui iuratum fuit tollitur, tam obligatio, qua quis parti tenetur, quam obligatio, qua ipsi Deo tenetur. Paul. de Cast. cons. 210. circa fin. lib. 2. iuramentum etenim recipit tacitam conditionem, hoc est nisi satisfactum fuerit, quoniam eo casu non committitur periurium, remissione autem sine dubio satisfactum videtur creditori, quippè quia est consensus. Bart. d. l. labeo, Felin. c. 2. num. 36. ver. vno modo de sponsali. Deus recipit iuramentum sub ea conditione, hoc est nisi illud à parte remittatur. Iacob. à S. Georg. in auth. Sacramenta nu. 54. Cod. si aduer. vend. Nihil quippè aliud respicit Deus nisi, quod partes ipsę concordes sint. Bart. d. l. labeo num. 4. & ita demum vult Deus seruari iuramentum si pars, cui fuit iuratum, idipsum vult, Bart. l. 1. §. ,& post operis ff. de ope. nou. nunc. Paul. de Cast. d. cons. 210. circa fin. Remitti itaq; potest iuramẽtum, etiam postquã iuratum est, si quidem remittens hoc casu habet auctoritatem apostolicam Roland. d. cons. 99. num. 5. Surd. cons. 299. num. 21. nam qui prestiti iuramenti religione aliquem liberat, is iurisiurandi gratiam facere dicitur l. vlt. in prin. ff. ad municipal., & ad id facit, quod apud Sueton. vbi de Tiberio ita scribitur, Equiti Romano iurisiurandi gratiã fecit, vxorem in stupro generi compertam dimittet, quam se nunquam repudiaturum ante iurauerat, & Plaut. in Rudente, ita inquit, Nihil herclè hic tibi est ne tu speres, iurisiurandi volo gratiam facias, & ideo dñs potest vasallo relaxare, & remittere iuramentum. Bald. c. ego circa fin. de iureiur. Roland. cons. 99. num. 8. lib. 3. ,& creditor potest remittere iuramentum suo debitori Marta de iurisd. par. 2. c. 46. num. 20. post remissionem non committitur periurium cõtrauentione, vnde si debitor iurauit soluere ad certum tempus, ante temporis lapsum poterit creditor prorogare, & debitorem à periurio liberare. Bart. ,& alij in l. labeo ff. de iureiur. Roland. d. cons. 99. num. 6. Nam ea, quę impediunt moram contrahi, impediunt ét periurium committi. Bart. d. l. labeo, & remissio iuramenti excusat contrauenientem, vt non videatur periurus. Decian. in tract. crimin. lib. 6. c. 11. num. 53. Imò, secundum eum ad euitãdum periurium satis est remissio, quę potest inducere coloratam credulitatem ipsi iuranti, vt videatur remissum iuratum. Vbi autem remissum fuit iuramentum tunc amplius à iudice ecclesiastico illud remitti non potest Paul. de Cast. d. cons 210. circa fin. Imò nemo prę ter eum, cuius fauorem respicit iuramentum habet potestatem illud remittendi, Couarru c. quamuis parte 2. §. 3. num. 1. de pact. lib. 6 Quin iuramentum remitti potest etiam ignoranti, & absenti l. labeo, & ibi Bart. ff. de iureiur. quod ita declarat Reuard. vario. lib. 5 c. 2. esse accipien. nõ de delato, susceptoq; iuramento, vt communiter doct. intelligunt, sed de iuramento prestito, nam secundum eum, id iuramentum tantum remitti potest absenti & ignoranti, quod prestitum fuit, non etiam delatum ac susceptum.

Et non modo pars potest remittere iuramẽtum, sed, & remittere potest exceptionem periurij, quæ oritur ex iuramento eius fauore prestito. Imola c. cum contingat de iureiur. Spacin. cons. 27. num. 18. lib. 4. cons. 67. nu. 31. lib. 1. Roland. cons. 76. num. 7. lib. 4.

16 Et non tantum expressè, sed, & tacitè iuramenti remissio fieri potest Felin. c. 1. num. 6. de iureiur. c. 2. num. 36. ver. & vlterius de sponsali. Viuius decis. 400. num. 45. Vnde vbi in conuentione deducitur id, quòd obligationi iuratæ aduersatur, tum remitti videtur iuramentum. Viuius d. decis. col. fin. sic, & testator, hæredem instituendo eum, qui iurauit non succedere, videtur iuramentum remittere Felin. d. c. 1. num. 6. l. fin. in. 42. C. de pact. Viu. d. decis. Qua ratione etiam resignãs beneficium cum iuramẽto de non petendo vnquam illud, poterit si denuò eligatur, illud acceptare, quoniam tunc eligẽs videtur iuramẽtum remittere c. 2. de renunc. Viuius d. decis. 400. in fi. facit etiam, quod vbi statutum collegij respicit solùm vtilitatem, ipsius collegij, tunc collegium decernens venire contra statutum videtur remittere iuramẽtum. Felin. d. c. 1. num. 6. ,& c. 2. nu. 36. ver., & pro ista declaratione de sponsali. sed, & iuramentum remissum videtur, si is, cuius fauore iuratum fuit, obligationem, cui iuramentum accessit, remiserit. Couarru. d. c. quamuis d. §. 3. nu. 1. Vnde etiam sublato pacto primo per posterius tollitur, & ipsum iuramentum pacto accedens. Purpurat. l. pacta nouissima num. 8. C. de pact. Nam, vt per eum pars, cui iuratum est postea faciens pactum de petendo illud remittere videtur, & iuramentum pacto adiectum recipit conditionem rebus sic stãtibus, & ideò ex causa pacti de petendo posteà subortã, non obstante iuramento agi poterit.

Non est tamen omitten. quod creditor concedens debitori maiorem dilationem prima iurata non videtur remittere iuramentũ quoniam prorogatio facta videtur cum eisdẽ qualitatibus, vt voluit Bart. in l. 1. §. ,& post operis, circa medietatẽ ff. de ope. nou. nunc. Bal. c. venerabilem col. antepen. de electio. sequitur Felin. c. 1. nu. 5. ver. sed contrariam partem de iureiur., & in c. 2. n. 34. ver. sed tamen de iureiur. vbi inquit hanc sententiam esse veriorem. Imò non requiritur absolutio à iuramento remisso per eum, cui fuit iuratum. Castren.

ftren. d. conf. 210. in fi. lib. 2.

7 Sed quod diximus remitti posse iuramentũ id ita accipi oportet, nisi iam cõmissum fuerit periuriũ, quoniam hoc casu pars, cuius etiam fauore iuratum fuit, non potest periurium iam incursum remittere. Bart. l. iabeo ff. de iuretur. Bald. in auct., quod eis C. de nupt. Felin. d. c. 1. num. 3., & d. c. 2. num. 36. ver. modò limitatur de sponsa. Craue. consil. 151. col. 3. Couarru. d. c. quamuis parte 2. §. 3. num. 2. ver. hæc autem. Afflict. decis. 56. nu. 2. Natta conf. 145. num. 27., & hæc est communis opinio, vt per Roland. conf. 34. num. 3. lib. 1. refert Guter. de contr. iurat. c. 35. nu. 4. Natta conf. 497. nu. 2. Menoch. conf. 343. nu. 48. Rimin. sen. conf. 222. num. 14. Decian. d. c. 11. num. 53. Borgni. decis. 9. num. 35., & nu. 46. parte 1.

Verùm quamuis remitti non possit periurium iam commissum, quò ad pœnam publicam, remitti tamen poterit pœna conuentionalis, & pœna respiciẽs interesse partis remittentis. Craue. conf. 151. num. 9. Natta conf. 245. num. 27. Decian. d. c. 11. num. 53. Borgni. decis. 43. nu. 36. parte 1. Imò iuramenti pœna videtur remissa non etiam periurium si post tempus solutionis recepta, vel petita fuerit pensio, secus si ante tempus, vel in tempore. Borgni. d. num. 36.

8 Declaratur etiam, vt remitti tum possit iuramentum quando illud respicit commodum tantũ ipsius remittentis, non etiam fauorem publicũ vel alterius. Felin. c. 1. num. 2. ver. procedit ergo de iureiur. Decian. d. c. 11. nu. 53. nam vbi agitur de alterius præiudicio quis nõ põt remittere iuramentum. Specul. tit. de legato §. nunc ostendendum num. 30. Afflict. c. 1. §. si à iudice num. 23. de consuetud. recti feudi.

XXXIX. RENVNCIATIO. FEVDI.

Summæ.

1 *Seruitutis genera tria.*
2 *Vasalli seruire dicuntur.*
3 *Feudi ius.*
4 *Feudi beneficium cur detur.*
5 *Feudi repudiatio, & refutatio.*
6 *Vasallum feudo renunciare posse domino volente.*
7 *Feudo renunciari an possit inuito domino.*
8 *Vasallus renunciare potest feudo etiam inuito domino.*
9 *C. vnicum in fi. tit. de vasal. qui contra constitu. lothar. quomodo procedat.*
10 *Feudi renunciatio fieri debet in manibus ipsius domini.*
11 *Vasallus feudum refutans inuito domino intempestiuè, seu dolosè.*
12 *Vasallus post feudi refutationem non debet dominum offendere.*
13 *Vasallus qui iurauit an possit feudum refutare.*
14 *Feudum ligium refutari an possit inuito domino.*
15 *Feudum francum refutari an possit.*
16 *Refutationis feudi effectus.*
17 *Refutatio feudi facta domino.*
18 *Pater refutãs feudum filijs an præiudicare possit.*
19 *Vasallus refutans feudum filijs, & descendentibus suis.*
20 *Feudum remittere non potest vasallus.*
21 *Feudo renuncians ex vna causa potest illud ex alia causa habere.*
22 *Tacitè quoq; feudo renunciari.*

Vidam sunt contractus, qui de sui natura tendunt ad perpetuitatem dominij l. cum manu sata, §. nemo ff. de contr. empt. Quidam vero tendunt ad dominij temporalitatem, veluti feudũ, vel emphiteusis. Nam in his contractibus non intendit dominus, se perpetuò, vt ita loquar, expropriare, ne proprietas sit ei inutilis. Bald. in l. ea lege col. 1. C. de condict. ob cau. De ijs igitur videamus, & primum de feudo, quod quidem est quædam seruitus. Bald. in l. si vxorem in fi. C. de suis, & legit. Alex. conf. 136. lib. 1.

1 Seruitutis enim tria sunt genera, prima est illiberalis, vt cùm quis dominio alieno cõtra naturam subijcitur iure huius seruitutis, ita seruus ita subijcitur dominio, vt possit dominus eo vti, ad propriam vtilitatem, vt & cæteris rebus, quarum dominiũ habet §. 1. insti. de iure person. Altera est seruitus minus propria, & liberalis, quæ cum superiore similitudinem habet, per quam homini libero, ita quæpiam facultas adimitur, vt parùm à seruis differat, vt si liber homo carcere contineatur l. 2. ff. de libe. homi. exhib., vbi ita scribitur, nihil enim multum à specie seruiẽtium differunt, quibus non datur facultas recedendi. Hæc quæ ideò dici potest seruitus, quia non est potestas viuendi, vt velis. Tertia seruitutis species est ea, quam seruiunt liberi mercenarij, obærati, addicti, vasalli, clientes, & si qui si-

2 miles homines, veluti vasalli autem quamuis propriè serui non sint, seruire tamen dicuntur dum seruitia debent, differre, hęc enim videntur seruum esse, & seruire, seruitus, & seruitiũ l. vxori in fine ff. de vsufruct. lega. Hinc proditum est feudi ius, quod per contractum constituitur in rebus immobilibus, dum scilicet dominus per inuestituram, ita dat beneficium vasallo, vt is rem immobilem possideat iure vsufructus, tantum perpetui, vel temporarij, siue, vt vocant doctores iure vtilis dominij, proprietate autem rei, pœnes ipsum dantem manente, ea tamen lege, vt accipiens fidem, & militię munus, aliudue seruitiũ domino danti exhibeat. Debent autem vasalli, fidem domino obstrictam, nomen, famamque domini benefici seruare, nihil in cum, vxorem liberos & familiam cõtra fidem, nihil turpiter moliri. Debentque dominum, vbi res exigit, iuuare,

seruj-

seruitiaque domino exhibere, vt in datione be-
4 neficij conuentũ fuit. Datur itaque feudi beneficium, vt necessitudo quædam coniungatur domini dantis, & beneficiarij; qui beneficio adstrictus iure obligationis antidoralis debet fidem seruare, & rependere beneficium, l. sed & & si lege. §. consuluit ff. de peti. hæred. sic enim tres charites inter se implexæ sunt, vt gratia, gratiam pariat. Quin beneficiarius adeò fidẽ seruare debet, vt quamuis valeat conuentio, ne fidelitatis iuramentum prǽstetur, ac ne seruitium vllum præstetur, tamen non valet conuẽtio, ne fides præstetur, vti contra naturam, substantiamue feudi. l. cum præcario ff. de præcar. Qua ratione feudum a fide, seu fidelitate dictũ est §. fin. per quos fiat inuesti. & per quo recip. in vsib. feud. sed iam pergamus ad institutum nostrum, & videamus an & quomodo feudum renunciatione amitti possit. In qua re prius sciendũ est, an, & quid intersit inter repu-
5 diare, refutare, & renuntiare. Repudiantur igr̃ propriè feuda delata, sed nondum acquisita, vt dixi etiam lib. 1. Refutantur autem sine renunciatione tolluntur feuda iam acquisita in feudo repudiato locus est successorio edicto, nõ etiam in feudo refutato, vt habetur in tit. de vasall. decrep. ęta in vsib. feud. Nam quia repudiantur delata nondum acquisita, & refutantur quæsita, ideò post acquisitionem non est locus successorio edicto, neque iuri accrescendi. Inter refutationem autem, & renunciationem secundum Thom. de Mariu. de feud. tit. a. ver. constitutio regni. nu. 120. hoc interesse videtur quod refutatio fit domino volenti, & acceptãti, renunciatio verò fieri solet inuito domino, sed hanc differentiam ipse quidem non probauerim, nam in hac materia refutare est renunciare, vt in tit. de vasallo decrep. æta. qui feu. refuta. & ibi Cuiac vbi asserit refutare in libris feudorum esse renunciare.

De refutatione feudi loquitur capitulo pri. de vasal. decrepi. æta. capitulo pri. de vasal. qui contra constitu. lothar. feu. aliena. c. 1. de eo qui fin. sec. agna. c. 1. §. & si libellũ. de aliena. feu. pater. c. 1. §. rursus. quib. mod. feud.
6 amitt. Circa quam materiam illud expeditum est vasallum feudo renunciare posse ipso domino volente, & consentiente. Luc. pec. de pen. in l. 2. C. de agricol. & censit. lib. xj. Roman. cons. 17. num. 2. sed dubium est an vasallus renuntiare posit inuito dño, vt se liberet à pręstatione seruitiorum, & ab alijs oneribus; In quare sunt contrariæ Doctorum opiniones, sunt & qui variè distinguunt, & in hanc rem multa a multis afferuntur pro vtraque parte, vt inquit
7 Tiraq. de retract. lign. §. 34. glo. 1. num. 6. & Clarus in §. feudum. q. 34. Plures igitur tenent inuito domino, renunciari feudo minimè posse. Nam feudum est contractus nominatus. Bald. c. quæ in ecclesiarum. num. 21. de constitu. sed cõtractui, & obligationi renunciari non potest inuita altera parte l. iurisgentium, §. 1. ff. de pact. l. sicut. C. de actio. & oblig. ergo videtur dicendum, vt domino nolente, vasallus non posit feudum refutare. Pręterea feudum dicitur à fide, seu fidelitate c. nulla tit. per quos fiat inuesti., sed graue est fidem fallere l. 1. in prin. ff. de constitu. peccun. ergo vasallus non potest fidem fallendo feudum refutare, vt se à seruitijs liberet. Bald. in pręlud. feud. num. 12. Iacobin. à S. Georg. de feud. ver. & vnus ex dictis; num. 1. Vnde nonnulli Canonistę tenent, vt refert Cardin. in c. fin. de capitan. qui cur. vend. quod non potest vasallus renunciare feudo propter bonam fidem seruandam inter dominum, & vasallum, quemadmodum non potest dominus vasallum refutare, aut vasallum feudo priuare, nisi certis cognitisque causis, & quemadmodũ non licet domino feudum trãsferre inuitis, & reluctantibus vasallis, glo. in l. inuitus ff. de fideicom. liberta. ita non poterit vasallus inuito domino renunciare, cùm mutua sit obligatio inter dominum, & vasallum. Luc. de pen. l. 2. in fi. C. de agricol. & censit. lib. 11. Afflict. decis. 265. nu. 53. Menoch. recupe. possess. remed. 10. nu. 81. Vt sanè non licet domino pœnitere, ita vasallo permitti non debet, vt pœnitere posit, ne contractus inter ipsos initus claudicet. Et quoniam datur feudum tàm gratia domini, nimirùm vt seruitia vasalli recipiat, quàm gratia ipsius vasalli, vt is fructus feudi habeat, ideò dicendum videtur, vt dominus non posit feudum auferre inuito vasallo, atque vt vasallus non posit feudum, inuito domino refutare glo. in §. collidis. de prohib. feu. aliena. per Frideric. & ibi Bald. nu. 5. pro hac sententia facit quoq; l. Imperator. §. si certum ff. de leg. 2. l. quicunque C. de fund. patrim. lib. 11. & tex. in l. is, cum quo ff. de aq. pluu. arc. & ibi doct. Postremò vbi est iuramentum non habet locum pœnitentia. not. in l. si peccuniam in prin. ff. de cond. ob cau. Et hanc opinionem negatiuam tenet Bart. in d. l. is cum quo. & ita magis communiter tenetur, vt per Alex. in l. si quis in. §. fin. num. 14. ff. de acq. poss. & hanc approbare videtur Clarus in §. feudi. q. 34. Nam cùm feudum sit contractus nominatus, vltrò citròque obligatorius, non debet fas esse vni, altero inuito, ab eo recedere, & ita tenet Bald. in l. cum fructuarius ff. de vsufruct. neque obstat, secundum eum d. l. quia fructuarius non est obligatus nisi in consequentiam vsusfructus, cùm vasallus sit obligatus. Vnde voluit Afflict. decis. 265. nu. 53. quod dominus non tenetur recipere renuntiationẽ feudi à vasallo factam, siquidem feudum videtur concessum gratia vtriusq;.

Verùm contrariam sententiam affirmatiuã, nempè quòd vasallus renunciare posit inuito domino plures alij tenent, pro qua opinione tex. est expressus in c. vnico. in fi. tit. de vasallo, qui contra constitu. Lothar. vbi ita disertè cauetur, quia vasallus etiam sine domini voluntate rectè feudum refutare potest post refutatio-

tatio-

tationem tamen ad seruiendum non tenetur, & facit c. 1. §. rursus. & ibi doct. tit. quib. mod. feud. amitt. eum fructuarius ff. de vsufruct. l. & si fortè. §. labeo. ff. si serui. vendic. & arg. l. interdum ff. de oper. libert. Ratio autem illa est, Nam feudum, secundum doct. dicitur beneficium tribuens gaudium accipienti, sed nemo inuitus gaudet l. soluendo ff. de neg. gest. ergo vasallus renunciare poterit beneficio eius gratia concesso. Bald. c. quę in ecclesiarum. nu. 22. de constitu. Neque, secundum eum ibi, vasallus refutans dicitur offendere dominum, quoniam id procedit non ex pœnitentia, sed quia cessat, & remouetur causa finalis. Nam cùm feudum sit beneficiū nemo inuitus cogitur habere beneficium Petr. de Bellapert. de feud. tit. qualiter perditur feud. refutatione, & facit regula l. inuito ff. de reg. iur. cum sim. sublato quippè feudi emolumento, ex refutatione, tollitur onus annexum. l. pamphilo. §. vlt. ff. de leg. 2. quoniam in feudo persona est obligata propter rem, non etiā propter personam. Bald. in l. 1. q. 12. ff. de re. diu. & seruitia sunt onera personalia propter rem, non simpliciter, idem Bald. c. 1. de vasallo, qui contra constitu. lothar. circa fin. Præterea illud facit, nam aut refutatio est permissa, & tunc non est dubitationi locus; aut verò est felonia, & eo casu ex lege feudi poterit vasallus, solùm priuari ipso feudo. Bald. in vsib. feud. in prælud. nu. 12. Cùm itaque feudum concedatur principaliter fauore vasalli, poterit ipse suo fauori renunciare; tametsi secus sit in alijs contractibus, vt per Felin. in c. quæ in ecclesiarum, num. 76. de constitu. Postremò dominus est in quasi possessione seruitiorum, ergo eis inuitis spoliari non potest, vt inquit Bald. in §. callidis. nu. 5. tit. de prohib. feu. aliena. per Federic. Refutatione etenim reddit feudum ad ipsum dominum vel inuitum. arg. l. si iudex circumuēto ff. de minori. & hanc opinionem affirmatiuam tenet glo. in §. callidis. tit. de prohib. feu. aliena. per Federic. not. in c. fin. in glo. magna. tit. de Capitaneo, qui cur. vend. & ità tenent communiter doct. vt testatur Abb. in d. c. quæ in ecclesiarū. num. 19. & ibi Felin. nu. 76. vbi constituit regulam affirmatiuam. Aretin. num. 6. Hostien. & Boich. num. 9. Archid. in c. de forma. 22. q. 5. not. Imola in l. Imperator. n. 1. ff. de leg. 2. Bald. in l. post certi. C. de libe. cau. vbi inquit, quod vasallus potest refutando inuito domino se à seruitijs liberare, alioqnin esset perpetua seruitus, quæ non potest per pactum induci, & in l. 1. q. 13. ff. de re. diu. in l. cum archimedoram. in fi. C. vt in possess. legat. in c. 1. de vasallo, qui contra constitu. lothar. num. 6. cons. 250. in prin. cons. 293. ad euidentiam. nu. 12. ver. sed videamus, lib. 2. Afflict. in c. imperialem. nu. 3. vers. decimo sexto quæro. Iacob. à S. Georg. in quæstionibus feudal. ib. q. 14. num 42. Curt. Iun. de feud. par. 4. in vlt. cau. amissionis feudi. reg. 1. quæst. 31. Guen. pison. in Prælud. feud. tit. an vasall. poss. renunc. feudo. Mynsinger. centur. 5. obseru. 65. & centur. 6. obseru. 25. Zasius de feud. par. 10. num. 92. Sonsbe. eo. tract. par. 12. num. 114. Cephal. cons. 18. num. 28. & constitui potest regula, quod vasallus inuito domino potest renuntiare feudo. Aufrer. ad capel. Tolos. 4. 405. nu. 4. & hæc est vera opinio, vt per Io. Bapt. de arbitr. c. 16. num. 2. & licet, secundum eum, canonistæ contrarium teneant, tamen ea opinio est contra lex. expressum in d. c. vnico. de vasallo, qui contra constitu. lothar. Decian. cons. 39. num. 162. lib. 4. Vnde ex stat. placen. disponitur vasallum non posse renunciare, vt refert Nicel. de concord. glo. nu. 479.

8 Vera est itaque conclusio, quod vasallus renunciare potest feudo etiam inuito domino, quando habeamus textum in id expressum in c. vnico. de vasallo, qui contra constit. lothar. Quamuis etenim feudum sit contractus vltrò citròque obligatorius, ac videatur esse mutua obligatio inter dominum, & vasallum, tamen illud datur principaliter gratia ipsius vasalli atque vt beneficium, & proinde potest vasallus illi renunciare. Causa etenim seruitiorum est feudum, qui autem renunciat feudo vel beneficio vasalli fauorem respicienti, non renunciat seruitijs, quoniam illis vasallus obligatus renunciare non potest, sed renunciando feudo, cui renunciare potest, tollit causam seruitiorū, & ita intelligitur, quod inquit glo. in §. callidis. in ver. amittant, ibi, non sola renunciatio, tit. de prohib. feu. aliena. per Federic. & licet feudum sit contractus, tamen in feudo permittitur, vt possit vasallus illud etiam domino inuito refutare, cùm secus sit in alijs contractib. Felin. c. quæ in ecclesiarum num. 76. de constitu. Nam feudi natura admittit, vt illud refutari possit etiam inuito domino. Sonsbe. de feud. par. 12. num. 114. Quin vasallus non potest dici obligatus præcisè, sed causatiuè tantum, hoc est dum retinet feudum, vt pulcrè inquit Bald. in c. 1. de vasallo, qui contra constitu. lothar. circa fin. Quod autem dicitur vasallum ideò non posse refutare feudum inuito domino, quia non potest dominus etiam vasallum inuitum sine iusta causa priuare, non procedit, quia dominus per refutationem vasalli nihil damni patitur, cùm in re sua plenam potestatem acquirat, atque facilè possit alium vasallum acquirere, cùm vasallo feudum eripi sine damno, & fraude non possit, vt per Cuiac. de feud. lib. 2. tit. 14. de refutat. feudi. Dominus ideò reuocare nō potest, quia de lucro certat, atque id cum vasalli iniuria fieret, vasallus autem eum domini iniuria non refutat, cùm iam vtile dominium, cum proprietate in domini fauorem consolidetur. Zasius de feud. par. 10. num. 92. Neque dicendum est quod vasallus feudum refutando inuito domino videatur fidem fallere, quàm potissimùm seruare debet in feudo, quod sanè à fide, seu fidelitate dicitur, quoniam vasallus tenetur seruare fidem, sed

tantisper

tantisper dùm feudum tenet, cæterùm refutato feudo, vti sublata causa, non tenetur ad seruitia. Nam feudum datur principaliter fauore eius, cui conceditur, tit. quæ fuit prima can. benefic. amitt. & ideò vasallus potest renunciare feudo, tametsi illud habeat onus annexum, Cuman. l. is cum quo. ff. de aq. pluu. arc. Denique non obstat iuramentũ fidelitatis à vasallo præstitum quoniam illud, vt dixi de fide obseruãda, adstringit vasallum quandiu feudũ obtinet, non etiam post refutationem, quoniam regulariter iuramentum intelligitur secundum subiectam materiam, super qua interponitur. Mysinger. centur. 5. obseru. 65. nu. 9. Hæc autem conclusio, vt vasallus renunciare possit, vel inuito domino, maximè procedit in feudo, quod effectum est sterile. Luc. de pen. in l. 2. C. de agricol. & censit. lib. 1. Afflict. in prælud. feud. num. 52. Guer. pison. in prælud. feud. tit. an vasallus possit renunciare feudo ver. quinto limitatur. Menoch. cons. 855. num. 21. & recupe. possess. remed. 10. num. 94. per tex. in l. habitatores. §. fin. ff. loca. Preterea id maximè procedit domino alienante inuito vasallo, si quidem hoc casu poterit vasallus renunciare feudo. Bald. cons. 97. proponitur lib. 3.

Quod autem dictum est, vasallum posse renunciare feudo inuito domino distinctionẽ recipit. Nam aut feudum est simpliciter concessum, & tunc vasallus refutare potest inuito domino. Aut verò feudum est concessum ad certum, & determinatum seruitium, & hoc casu vasallus, inuito domino non potest illud refutare, quoniam contractus tunc celebratus videtur gratia vtriusque. glo. est not. in c fin. tit. de Capitan. qui cur. vend. quam communiter receptam esse asserit Iacobin. à S. Georg. de feud. ver. qui quidem inuestiti. num. 29. & ver. & vnus ex dictis vasallis. nu. 1. & eam esse communiter approbatam asserit. Guer. pison. in prælud. feud. titu. an vasalli poss. renunc. feudo. & ita distinguit Felin. in c. quæ in ecclesiarum. nu. 78. de constitu. & ibi Butri. num. 21. Aretin. nu. 8. Bald. nu. 23. Boich. nu. 10. Bald. in l. is cum quo. ff. de aq pluu. arc. in d. tit. de capitan. qui cur. vend. §. fin. in c. imperialem. §. vallidis. de prohib. feu. aliena. per Federic. & cons. 291. nu. 13. lib. 2. Capel. Tolos. q. 405. Alberic. l. cum fructuarius. nu. 3. ff. de vsufruct. & hanc glo. distinctionem sequitur Laurent. Siln. de feu. recognit. qu. 16. vbi inquit eam ab omnibus approbari. Et hæc opinio est magis communis, vt testatur Viuius opinione 1009. hanc quæ distinctionem esse crebriore calculo receptam testatur Mynsinger. centur. 5. obseru. 65. num. 3. Zasius de feud. par. 10. nu. 93. vbi inquit quod doct. communiter sequuntur hanc distinctionem. Sonsbe. eo. tract. pact. par. 12. num. 115. vbi asserit quod distinctionem glo. sequuntur communiter ferè omnes Doctores, & ita tenet Iacobin. à S. Georg. de feud. tract. de Rhuyd. num. 41. Clarus in §. feudum. q. 34. vbi inquit forrè tutius esse tenere hanc distinctionem, quã plures sequuntur vti magis receptam. Valasc. de iure emphyteut. q. 38. n. 24 vbi inquit hanc opinionem, & distinctionem esse veriorem, ac magis receptam. Thom. marin. de feud. tit. de feu. ex pacto, & prouid. antiq. num. 121. & tit. de feudo ex pacto, & prouid. nouo, num. 30. & tit. de feudo conditionato. num. 10. vbi inquit ita tenere communiter Doct. Cephal. cons. 18. num. 34. Surd. de aliment. tit. 9. q. 23. num. 24. Nam vt inquit Andre. de Isern. & refert Bald. prælud feud. num. 16. feudum datum ad certum seruitium dicitur datum tàm gratia domini, quàm vasalli, & determinato modo, adhæretque naturæ pacti, & contractus nominati, atque certa est obligatio præcisè contracta ad antidora, & proinde non potest refutari inuito domino. Et specialis, & certa generalis Boich. c. quæ in ecclesiarum num. 10. de constitu. & ibi Bald. num. 23. inquit quod vbi feudum datur ad certum seruitium, tunc videtur id esse contra naturam feudi, & videtur facta digressio ad alium contractum obligatio, sanè incerta, & generalis ad incerta seruitia quousque non sit certa non potest vasallum obligare, secus si obligatio sit certa. l. vbi autem ff. de verb. oblig. Felin. d. c. quæ in ecclesiarum. num. 78. Breuiter vbi feudum concessum fuit ad certum seruitium status obligationis est certus, & non potest mutari. l. insulam ff. de verb. obl. vbi autem fuit concessum simpliciter tacitè inest hæc conditio si non renuntietur, quam tacitam conditionem inducit consuetudo. d. c. 1. de vasallo, quod contra constitu. lothar. Præterea re deficiente, deficit onus rei. d. l. cum fructuarius. ita Bald. d. cons. 291. num. 13.

Verùm de supradicta distinctione valde dubitat Zasius de feud. par. 12. nu. 11. vbi contra receptam doct. sententiam indistinctè tenet feudum etiam datum ad certum seruitium refutari posse inuito domino, quoniam, secundum eum, d. c. 1. in de vasallo, qui contra constitu. lothar. indistinctè loquitur, & nulla præterea est ratio, quæ supradictam distinctionem tueatur. Et hanc Zasij sententiam sequitur Sonsbe. de feud. par. 12. nu. 116. & Mynsinger. centur. 5. obseru. 65. num. 7. vbi inquit hanc sententiam intrepidè esse sequendam. Ego tamen (neque enim dissimulabo iudicium in hac re meum) ita censeo, videlicet nullum esse constituendum discrimen inter obligationem certorum seruitiorum, & obligationem generalem incertorum seruitiorum; nam in effectu soluendi ita obligant incerta seruitia dum in specie exiguntur, sicuti cùm certa seruitia in obligationem veniunt, & generis obligatio non nisi in specie solui potest l. cum incertus ff. de leg. 1. glo. in l. si non sortem. §. libertus, in ver. operæ ff. de condict. indebit. Vnde existimauerim d. c. 1. de vasallo, qui contra constitu. lothar. indistinctè esse intelligendum, vt procedat tàm in feudo dato ad certa seruitia,

tia, quàm ad incerta, itaq; sic distinguendum erit, nam aut feudum datur secundum propriã naturam feudi, vt illud vasallus tanquam beneficium accipiat, ea tamen lege, vt seruitia, siue certa, siue incerta prestare teneatur, & hoc casu vasallus potest refutare etiam inuito domino, quoniam ea est natura feudi, vt principaliter concedatur gratia ipsius vasalli, tametsi habeat per consequens onus annexum, quod tamen tollitur remota causa, hoc est refutato ipso feudo, quod est causa seruitiorum, glo. in c. imperialem. §. callidis. in vet. amitant. de prohib. feu. aliena. per Federic. seruitia etenim ideo non debentur; quia refutatione cessat causa, non autem idcircò, quia licita est pœnitentia. Bald. c. quę in ecclesiarum. nu. 22. de constitu. Aut verò feudum datur contra naturam ipsius feudi hoc est non principaliter gratia accipientis, vt regulare est, sed gratia tam dantis, quàm accipientis, & eo casu non licet vasallo refutare cõtra domini voluntatem, quoniam id feudum non dicitur habere naturam feudi, sed potiùs habet naturã pacti, & cõtractus nominati, Boich. d. c. quę in eccles. n. 10. & ibi Bald. nu. 23. vbi in inquit, quod vel feudum datur ad certa seruitia, tunc illud non habet naturam feudi, sed videtur facta digressio ad alium contractum. Cùm autem natura feudi sit, vt illud refutari possit etiam inuito domino. Sonsbe. de feud. par. 12. num. 114. dicendum est feudum ita refutari posse contra domini voluntatem, si illud non habens naturam feudi, habeat potius naturam contractus, & mutuę obligationis, vtque minimè sit beneficium, dum igitur doct. tradunt feudum quod non habet naturam feudi, neq; est beneficium respiciens principaliter accipientis fauorem, refutari non posse inuito domino; rectè censent. & in hunc omnes conueniunt; dum autem tradunt exemplum in ea specie feudi quod non habet naturam feudi, & beneficij de feudo dato certa seruitia falluntur, quoniam eorum rationes nihil magis circa certa seruitia, quam incerta stringũt, & ea opinio quod feuda data ad certa seruitia sint impropriè feuda reprobatur per Zasi. de feud. par. 12. num. 10. ver. secunda conclusio potest enim dari feudum etiam ad certa seruitia, vt illud habeat naturam feudi, & sit beneficium, & proindè refutari possit. Ex quibus satis constat, in ea quæstione, an vasallus refutare possit feudum inuito domino, non esse inspiciendum an seruitia sint certa; an id minus; sed vidèndum erit an feudum datum habeat naturam feudi, quoniam tunc, vt beneficium datum principaliter gratia accipientis refutari potest inuito etiam domino, qui post refutationem non potest exigere seruitia, quia cessat per refutationem, ipsorum causa, & sublato feudi emolumento tolli debet onus annexum l. pamphilo. §. vlt. ff. de leg. 2. An verò feudum non habeat naturam feudi, sed digrediatur ad alium contractum, & tunc de eo iudicandum est, vt de cæteris contractibus, qui ab initio sunt voluntatis, & ex post necessitatis. l. sicut C. de actio. & obligat. cùm alias feudi natura sit, vt liberum sit vasallo illud refutare et domino nolente. Sonsbe. de feud. par. 12. num. 114. contra naturam aliorum contractuum, Felin. c. quæ in ecclesiarum. num. 76. de constitu. Mynsinger. centur. 5. obseru. 55. nu. 8. ad quam si digrediatur feudum, de eo censendum erit, vt de cæteris contractibus; in quibus non est licita pœnitentia.

9 Ex his igitur rectè inferri potest ad declarationem c. vnici in fine tit. de vasallo, qui contra constitut. lothar., vt procedat in feudo habente propriam feudi, & beneficij naturam, nõ etiam in feudo, de quo iudicandum est, vt de cæteris contractibus. Item, vt procedat indistinctè, tam in feudo data ad certa seruitia, q̃ ad incerta, per ea; quæ suprà dicta sunt.

Post refutationem autem feudi vasallus non tenetur seruire d. c. vnico de vasallo, qui contra constitu. lothar. vbi ita dicitur, post refutationem tamen ad seruiẽdum non tenetur glo. fin. in §. fin. tit. de capitan. qui cur. vend. not. Angel. in l. prætor. §. hoc edictum ff. de ope. nou. nunc. arg. textus in d. §. hoc edictum in illis verbis, quàm vt noxæ ea damus, & ad id facit l. cum fructuarius, & ibi Bald. num. 2. ff. de vsufruc. Cephal. con 18. nu. 33. Quod diximus, vasallum refutare posse feudum inuito domino id ita accipiendum erit, modò renunciatio fiat in manibus ipsius domini, alias renunciatio facta in manibus ipsius domini, alias renũciatio facta in manibus alterius non nocet domino, ita declarat Felin. in c. quæ in ecclesiarum num. 77. fallent. 2. de constitu., & ibi Butri. num. 21. vbi inquit renunciationem aliter factam nocere vasallo, nõ etiam domino ignoranti, & Boich. in d. c. quæ in ecclesiarum circa fin. Bald. in c. accepta num. 3. de restitu. spol. Aufrer. ad Capel. Tolos. q. 405. num. 5. fallent. 2. Purpurat. l. postquam liti nu. 108. C. de pact. nam feudum, secundum eum dicitur beneficium, vnde quemadmodum beneficij ecclesiastici renunciatio fieri debet in manibus superioris, vt dixi renunt. 31. ita renunciatio quoque feudi fieri debet ipsi domino, & feudum nuda renũciatione non amittitur, nisi ea fiat in manibus domini, vel nisi vasallus patiatur alium inuestiri de ipso feudo, si quidem natura domini tam directi, quàm vtilis est, vt nuda renunciatione minimè tollatur, nisi alteri acquiratur l. si quis vi. §. differentia ff. de acq. pos. Iacobin. à S. Georg. de feud. ver. & vnus num. 13. Quin non satis est, vt renunciatio fiat in manibus filij, aut vxoris domini, sed fieri omninò debet in manibus ipsius domini. Bald. in rub. tit. de vasallo decrepi. ęta. Iacobin. à S. Georg. d. ver. & vnus num. 11.

Ex hac conclusione, quod vasallus renũciare debet feudo in manibus domini, illud rectè infertur, quod renuncians simpliciter liti super

feudo

feudo non videtur renunciare feudo. Iaf. in l. postquam liti num. 3. C. de pact. Ripa l. naturaliter §. nihil commune nu. 108. ff. de acq. pos. Ratio autem illa est, quia fendo renūciari potest solùm in manibus domini c. 1. de vo, qui fin. fec. agnat. Iaf., & Ripa dictis locis.

1 Non poterit tamen vasallus inuito domino feudum refutare intempestiuè, seu dolosè l. sed & socius §. fin. ff. pro soc. Io. Andre. in addit. ad Specul. tit. de loca. §. nunc aliqua. Felin. c. quę in ecclesiarum num. 77. de constitu., & ibi Aretin. num. 6. Boich. nu. 9. Guerr. Pison. in prælud. feud. tit. an vasallus posit reuunciare versic. sexto limitatur. Sonsbe. de feud. par. 12. nu. 117. Mysinger. centur. 5. obseru. 65. num. 12. Aufrer. ad capel, Tolos. q. 405. nu. 4., & ideò vasallus non potest contra domini voluntatem renunciare feudo tempore imminentis belli, quoniam tunc dimittendo feudum nihil agit, neque euitat onus. Felin. d. c. quæ in ecclesiarum num. 77., & ibi Bald. num. 25. vbi inquit, quod vasallus dolosè renunciare non potest, vt euitet seruitia imminentis belli. Thom. Marin. de feud. tit. de feu. ex pacto, & prouid. antiq. num. 121. Boer. de custod. clauium num. 43. Sed hoc ita accipiendum erit, nisi consuli posit indemnitati domini prouidendo de vasallo æquè idoneo, vt per Bald. in d. c. quę in ecclesiarum.

12 Sed, & quamuis vasallus post feudi refutationem solutus fit ab obligatione seruitiorum tamen non debet dominum postea offendere c. vnico in fi. de vasallo, qui contra constitut. lothar., vbi ita disertè cauetur, quia vasallus etiam sine domini voluntate rectè feudum refutare potest: post refutationem tamé ad seruiendum non tenetur: sed eum quidem tunc offendere non debet latè habetur per Feliu. in d. c. quę in ecclesiarum num. 81. 21. Butri. d. c. quæ in ecclesiarum nu. 21., & ibi Boich. nu. 9. Aufrer. ad Capel. Tolos. q. 405. in fi., & ita tradunt omnes doctores clarus §. feudū q. 34. ver. sed posito. Valasc. de iure emphyt. q. 38. num. 24. Coler. de procefsi. execut. par. 1. c. 9. num. 67. & facit l. seruos C. de quęstio. vbi serui interrogari nō posiunt tàm pro dominis sub quorum dominio sunt cōstituti, quàm pro ijs, quorum antea fuerunt, & ad id plura similia congerit Felin. d. c. quę in ecclesiarum nu. 81, cum seq. ob reliquas igitur pristini dominij vasallus, qui refutauit, non debet dominū offendere. Decian. cons. 19. num. 93. lib. 3. Nam ob memoriam feudi dati, etiam refutati tenetur vasallus domino exhibere debitā reuerentiam, atque abstinere debet ab omni offensione. Mysinger. centur. 5. obseru 65. nu. 10. Quinimò post feudi renūciationem vasallus cauere, debet ne offendat dominū ob reliquias precedētis vasallagij, vt inquit Iacobin. à S. Georg. de feud. ver. qui quidem inuestiti num. 29., & d. ver., & vnus ex dictis num. 1. clar. §. feudum quæst. 34. versiculo, sed posito.

13 Sed, & nō potest vasallus, qui specialiter iurauit non contrafacere, vel non contra uenire, feudum sine domini voluntate refutare, quoniam iuramentum imponit necessitatem precisam glo. in l. si pecuniam in prin. in ver. necesse habeas ff. de cond. ob cau. Bald. c. quę in ecclesiarum num. 24. sequitur Iacobin. à S. Georg. de feud. tract. de Rhoyd. nu. 42, Guer. Pison. in prælud. feud. titul. an vasallus posit reunnc. fendo. Verùm hæredes ipsius vasalli, qui iurauit poterunt refutare, non obstante iuramento, quamuis postea teneantur ad interesse, vt distinguit Bald. in prælud. feud. num. 16. Iacobin. à S. Georg. de feud. ver. qui quidem inuestiti num. 29., & ver., & vnus ex dictis num. 3. sic etiam vbi in feudi concesfione interuenit stipulatio vasallus nō potest refutare, secundum aliquos l. sicut C. de actio., & oblig. sed id reprobatur, vt per Felin. c. quæ in ecclesiarum num. 80. ver. quarto fallit. de constitu., & ibi Aretin. nu. 8., & Imola sequitur Guerin. Pison. in prælud. feud. tit. an vasallus posit renunciare feudo. Quamuis postea vasallus teneatur ad interesse. Bald. in prælud. feud. num. 16. Felin. d. c. quæ in ecclesiarum nu. 80. Iacobin. à S. Georg. de feud. ver. quidem inuestiti num. 29., & ver., & vnus ex dictis num. 2. Verùm ego existimauerim vasallum refutare posse inuito domino, etiam non obstante suo iuramēto, ac stipulatione, ita vt neque ad interesse teneatur, Nam vt dixi, feudum idcirco refutari potest, vel inuito domino, quoniam id permittitur ex natura ipsius feudi; quod est beneficium, quod principaliter datur fauore ipsius vasalli, quamuis per consequens vasallus teneatur seruire quandiu feudum obtinet cùm autem iuramentum semper intelligēdum sit secundum naturam actus super quo interponitur l. final. C. de non nume. peccun. latè Gabriel. tit. de iureiur. conclus. 10. quod, & de stipulatione dicitur l. 5. §. cōuentionales ff. de verb. oblig. ibi, pendent ex negotio contracto. Bart. l. cum mota, circa fin. C. de transact. sanè dicendum est iuramētum, vel stipulationem non impedire facultatem renunciandi, quæ cōpetit ex natura actus Aliud tamen dicendum est, quoties feudum contra suam naturam digreditur ad naturam contractus, & pactis vt iam dictum est.

Seruitia etenim per refutationem non dicuntur tolli per pœnitentiam, sed quia refutatione amittitur feudum, & proinde tolluntur, & seruitia, cùm vasallus non sit obligatus precisè, sed causatiuè tantū, hoc est dum feudum retinet. Bald. c. 1. de vasallo, qui contra constitu. lothar. in fine.

14 Feudum præterea ligium refutari non potest inuito domino, vt voluit Bald. in c. ceterum de iudic., & cons. 291. nu. 14. lib. 2. Nam secundum eum, huiusmodi contractus habet vim legis. Et inferior non potest tollere legem superioris, sed hanc limitationem reprobat

Cardin. Alex. in c. 1. de Capitan. qui cur. vend. vbi inquit cõmuniter receptũ esse vt renunciatio permittatur, tàm in feudo franco, & ligio, quàm in cæteris. Nam, & feudũ ligiũ innititur gratiæ, & liberalitati. Guerin. Pison. in præludi. feud. tit. an vasallus possit renunciare feudo vers. quartò fallit, & in feudis est liberalitas, Francischin. Curt. de feud. 4. par. princ. n. 135.

15 Quibus accedit, quòd licet in feudis regulariter permissa sit refutatio, tamen ea non admittitur in feudo Francho. Bald. in c. cęterum col. 8. de iudic., & cum eo transeunt mod. in prælud. Verùm circa id valde dubitat Curt. de feud. 8. q. c. 9. nu. 30. quoniam si vasallus renunciare potest feudo nonfranco nec libero in quo minus iuris habet, quanto magis poterit renunciare feudo franco, & libero, in quo plus iuris habet auten. multo magis C. de Sacr. Eccle., sed responderi potest, quod in feudo non franco idcircò admittitur renunciatio, quia videtur esse species seruitutis, in qua non debet cogi vasallus perseuerare, quæ ratio cessat in feudo franco. Curt. d. nu. 30.

Ex qua potestate vasalli refutandi feudũ inuito domino, qui velit nolit, ex natura contractus tenetur renunciationem admittere, rectè 16 fit, vt non teneatur dominus stare obligationibus, & oneribus post contractum ipsum impositis c. 1. §. rursus si fidelis tit. quib. mod. feud. amit. vbi Bald. inquit, quod quamuis videatur cõtra omnem rationem, vt vasallus possit refutare in præiuditium iuris alteri quęsiti, ita quia eã refutãdi facultas inerat ex natura feudi; id scire debuit, qui cum vasallo contraxit; sequitur Tiraquel. de retract. lign. §. 34. glos. 1. num. 10. vbi inquit aliud dicendum esse, si renunciatio fieret volente domino. Nam quoties feudum ex vasalli renunciatione redit ad dominum ex ipsius voluntate, non reuocatur onus medio tempore impositum. Surd. decis. 280. num. 3. Non absimili ratione vasallus, qui subinfeudauit alteri, poterit refutare feudum in manibus domini, in præiuditium subinfeudarii c. 1. ver. sin autem dissentiẽte qualiter olim feud. alien. pot. Roman. singul. 184. Quarto. Nam subinfeudatio euanescit facta refutatione. Bald. c. 1. num. 4. tit. de alien. feu. pater. Zas. de feud. par. 10. nu. 94. Sonsbe. ad vsus feud. par. 12. num. 125. ver. sed iam hic dubitari. Thom. Marin. de feud. tit. de feu. ex pac. & prouid. antiq. nu. 130. ver. quarta, & vltima conclusio. Iacobin. à S. Georg. de feud. in ver., & vnus num. 9. vbi declarat procedere, nisi ipse sub infeudatus sit paratus seruire priori dño, & ab eo recipere inuestiturã.

Sed videamus qbus personis refutatio feudi fieri possit. Itaq; fieri potest refutatio aut Domino directo ipsius feudi, aut filijs, & descendentibus, aut proximioribus in gradu existentibus, qui in feudo successuri sunt. Thom. Marin. de feud. tit. de feudo ex pacto, & prouid. antiq. n. 117. Mynsinger. centur. 6. obser. 23.

17 Refutatio, quæ fit domino, aut fit de feudo hæreditario vel nouo, vel de feudo quod refutari potest proximioribus etiam sine assensu domini, & hoc casu fieri potest absq; consensu descendentium, siue agnatorum proximiorum, & ita loquitur tex. in c. 1. tit. de vasall. qui con. consti. loth. benefic. alien. fanè refutatio feudi ex pacto, & prouidentia noui idcirco fieri potest domino etiam in præiuditium descendentium vel agnatorum, quia feudum nouum hæreditario comparatur. Vnde quemadmodum primus acquirens in feudo hæreditario nocere potest successoribus, ita etiam in feudo ex pacto, & prouidentia nouo. Thom. Marin. tit. de feudo ex pacto, & prouid. nouo. nu. 50. aut verò fit de feudo antiquo ex pacto, & prouidentia, & fieri non põt ipsi domino absq; consensu descendentium, & proximiorum. c. 1. de alien. feu. pater. c. 1. §. etsi clientulus. de alien. feu. c. 1. de vasal. decrepi. æta. vbi dicitur quod non obstante refutatione feudum est paternum. Nam renuntiatio facta in manibus domini non nocet agnatis, vbi feudum est antiquum, seu paternum. Bald. d. c. 1. in prin. nu. 3. de alien. feu. pater. quem omnes sequuntur, vt refert Iacobin. à S. Geor. de feud. in ver. & vnus ex dictis. nu 8. ver. additę in quantum. idem Bald. c. 1. §. hoc quoq; ver. prima conclusio. de success. feu. in c. 1. de vasal. decrepi. æta. nu. 2. cons. 250. in prin. lib. 1. & quia Baldi sententia in d. c. 1. nu. 3. de alien. feu. pater. est communiter recepta, vt per Valasc. de iure emphit. q. 38. nu. 24. Neq; enim feudi renunciatio domino facta præiudicare potest agnatis ad quos post ipsius renunciantis obitum redire debet feudum. Cephal. cons. 29. nu. 20. lib. 1. Bursat. cons. 252. nu. 28. lib. 3. Socin. iun. cons. 6. nu. 1. lib. 3. Roland. cons. 100. nu. 109. lib. 4. siquidem non potest vasallus sua renunciatione tollere agnatis ius illis quęsitum ex prouidentia primi acquirentis, atq; ex primæ inuestiturę tenore. Clar. §. feudum. q. 34. in fi. Vasallus itaq; non potest refutare in manibus domini in præiuditium successorum, nisi tantum durante vita ipsius refutantis. c. tres erant agnati. de eo, qui fin. fec. agn. ibi, nisi feudum dño refutauit Bald. d. c. 1. §. hoc quoq; conclu. 1. Curt. iun. de feud. par. 4. nu. 137. Tho. Marin. tit. de feudo ex pacto, & prouid. antiq. nu. 119. ver. & not. Andre. Valasc. d. q. 38. nu. 24. Decian. cons. 3. nu. 206. lib. 4. Bursat. cons. 291. nu. 118. & in hoc omnes concordant secundum Cuman. cons. 267. col. 1. ver. in hoc tamen, vt quamuis renuntiatio valeat, tamen non amplius duret in præiuditium agnatorum, quę non facta feudum remãsisset apud ipsum refutantem. Etenim, ei, cui ius defertur per mor-
18 tem renunciantis non nocet renuntiatio feudi. d. c. 1. de alien. feu. pater. Nam secundum eũ, quoniam sicut per mortem extinctus nõ nocet alteri: ita nec quasi extinctus p refutationẽ. Illud certe cõstat q quis renũtiare non põt in præiuditiũ tertij. Bald. d. c. 1. de alien. feu. pater. nu. 7. sed ex ijs oritur dubiũ, an si vasallus renunciat

feudum

feudũ antiquũ dño, qui postea illũ denuo inuestit, an ipsũ feudũ cẽsendũ sit antiquũ, vel nouũ & Bald. in c. 1. nu. 19. tit. an agna. vel fil. defũct. ita distinguit. Aut dominus inuestiuit filium tanquã de nouo beneficio, in l. ẽt simpliciter, & procedit opinio. glo. in d. c. 1. Aut tanquam de vetere, & tunc ius agnatorũ reseruatũ censetur.

Vnde glo. antiqua, quæ inquit valere refutationẽ feudi factã in manibus dñi, licet agnati non cõsenserint vera est viuente ipso refutãte, & ei' descendẽtibus: si quidẽ refutatio habet in se consensũ, quod is, cui refutatur, habeat illa cõmoda, quę habere posset ipse cedẽs. Bald. d. c. 1. nu. 6. de alien. feu. pater. Ex quibus clarè liquet q vbi refutatio facta est dño, & feudũ est nouũ, illud redit ad dñm: sed si feudũ est antiquũ illud non pertinebit ad dñm, nisi ipso, qui refutauit, viuẽte, quo vita functo regreditur ad agnatos, per eã regulã, quæ est, q resoluto iure datis resoluitur ius accipiẽtis. Bald. c. vnico. §. 1. pquos fiat inuesti. Aluar. c. 1. §. fin. q fuit prima cau. in fi. Zas. de feud. par. 10. n. 88. Mynsing. centur. 6. obseru. 13. num. 2.

Verum quamuis feudi antiqui renuntiatio facta in manibus dñi agnatis non præiudicet: tamen vbi feudum est alienabile, fieri põt etiã in agnatorũ pręiuditiũ, ita vt renuncians inuestiatur de feudo nouo. Natta cons. 615. col. 1.

Cùm aũt vasallus feudo renũtiat in manibus dñi, dicitur omninò renuntiare; Bald. c. 1. n. 1. in ver. omnimodò. de eo qui fin. fec. agna. Iacobin. de feud. in ver. & vnus. n. 7. Quæ aũt omnimoda refutatio cũ sit realis refutantẽ excludit in perpetuum Ruin. cons. 1. nu. 20. lib. 1.

Sed qm̃ dictum est renuntiationẽ feudi factã dño non nocere successoribus, speciatim vidẽdum est, an & quando pater refutando feudum in manibus domini possit filijs præiudicare.

18 In qua re cõstituenda est regula, q pater refutãs feudũ non põt filijs pręiudicare. Verùm declaratur primò, vt non procedat quoties filij feudũ nouũ habent nõ propria contẽplatione, sed ipsi' patris refutãtis. gl. in c. 1. §. hoc quoq; in ver. inuestire. de success. feu. q inquit patrẽ præiudicare filio posse in feudo nouo. doct. in l. qui si patris. vbi Bald. C. vnde libe. Isern. in c. 1. §. & si libellus. n. 6. de alie. fen. pater. Trẽtacinq. var. resolu. lib. 3. tit. de feud. resolu. 3. nu. 4. Idq; procedit ẽt si hereditas adita fuerit cũ beneficio legis, & inuẽtarij. Ruin. cõs. 38. n. 21. lib. 3.

Secũdo d. regula declaratur, vt nõ procedat vbi filius habẽs feudũ nouũ ẽt propria cõtemplatione adijt patris hęreditatẽ absq; beneficio inuẽtarij. Nam hoc casu nocet refutatio patris ipsi filio, qui vt hæres tenetur patris factum approbare. l. cum à matre. C. de rei vendic. Vnde ne refutatio illi noceat debet filius hæreditatẽ adire cum beneficio legis, & inuentarij. l. fin. §. in computatione. C. de iure delibe.

Tertio nõ procedit regula in feudis hæreditariæ refutatione, quę sanè nocebat descendentibus, qui sunt hæredes, & qui venire nõ possũt nisi sint hæredes. & ideò nõ possũt cõtrauenire renũciationi paternæ. d. l. cũ à matre. Castren. & alij in l. apud Iulianũ. §. si quis alicui. ff. de leg. 1. Alex. cõs. 10. lib. 2. cõs. 13. & cõs. 26. lib. 5. Dec. cõs. 185. Ruin. cõs. 1. & cõs. 38. lib. 1. Rolãd. cõs. 97. nu. 44. lib. 1. Isern. in c. 1. de alien. feu. pater. Iac. de Beluis. in d. §. hoc quoq. Vñ pr̃, qui stipulatus est feudũ filijs, & hæredib. suis renunciare põt in eorũ præiuditiũ. Bar. l. vt insinuãdum. §. si liberi. ff. de ope. libert. Bald. in auten si quas ruinas. C. de Sacr. Eccle. Quę declaratio procedit ẽt si filius adierit hęreditatẽ cũ beneficio legis, & inuentarij. Trẽtacinq. d. resolu. 3. n. 7. ver. cũ hæc igitur opinio, vbi plures refert. Præterea procedit in filijs, & descendẽtibus nõ ẽt in agnatis transuersalibus, qm̃ illis refutatio nocet solũ donec refutans viuit c. 1. vbi glo. de alien. feu. pater. Bald. d. §. hoc quoq; etenim agnati succedũt in feudo ẽt si nõ sint heredes c. 1. an agna. vel fil. atq. ideo factũ defuncti nõ tenẽtur approbare, cũ aliud dicen. sit in filijs, & descẽden. Trẽtac. d. resolu. 3. n. 7. ver. hic pri. cas.

Quarto nocebit refutatio etiam feudi antiqui ex pacto, & prouidentia filijs, qui hæreditatem patris adierunt simpliciter, non ẽt cum beneficio legis, & inuentarij, si quidem hoc casu non possunt renunciationi patris contrauenire. Afflic. in d. §. hoc quoq. nu. 19. & decis. 112. nu. 2. sequitur Menoch. cons. 89. nu. 25. & nu. 106. cum seq. Frescian. de subfeud. lib. 3. q. 11. Aliud dicendũ est vbi filius confecisset inuentarium. Nam quamuis ex qua persona quis lucrum capit, eius quoq. factum præstare debeat. l. ex qua persona ff. de reg. iur. tamen id intelligitur nisi confectum sit inuentarium. Bald. l. qui se Patri. nu. 30. C. vnde libe. Atq; inuentarij beneficium id præstat, vt hæres, qui alioquin cogitur stare facto defuncti contrauenire possit, si quidem non tantum defuncti personam, sed, & suam pręsefert glo. in l. fin. §. in computatione C. de iure delibe. Alex. in l. debitori nu. 19. C. de pact.

Aliquando autem renunciatio feudi non fit dominis, vt mox dictum est, sed filijs, & descẽdentibus, seu agnatis proximioribus. Nam
19 vasallus rectè refutat feudum filijs, & descendẽtibus suis, & tunc dominus eos inuestire tenetur c. vnico de vasal. decrep. æta. Mysinger. centur. 6. obseru. 23. nu. 3. vnde feudi refutatio facta filio non impedit quominus feudum dicatur antiquum. Zas. de feud. par. 3. nu. 4. & si pater refutauerit feudum ex pacto, & prouidentia nouum eius filio, dicendũ est, vt dictum feudum sit antiquum, vel paternum in persona ipsius filij quoniã non ipse, sed pater acquisiuit, proindeq; poterunt succedere fratres decedenti sine liberis, vt in feudo antiquo Tho. Matin. de feud. tit. de feud. ex pac. & prouid. nouo. num. 33. sanè refutatio feudi ex pacto, & prouidentia, antiqui fieri potest descendentibus siue agnatis proximioribus, qui immediate successuri sunt etiam sine domini

consensu c. 1. vbi Afflic. alien. feu. pater. c. 1. de eo qui fin. sec. agna. Roland. cons. 64. nu. 19. lib. 2. Thom. Marin. tit. de feudo ex pacto & prouid. antiq. nu. 123., & nu. 130., & regulariter feudi refutatio non permittitur, nisi in eos, qui ex primi Inuestiti stirpe, & progenie descenderunt, atq. ordine successiuo ad feudi successionem vocantur, si quidē refutatio, quæ fit ei, qui ius succedendi non habet pro alienatione habetur. Mysinger. d. obseru. 23.

20 Vltra supradictos casus, non potest vasallus refutare feudum, aliàs diceretur alienare, quod quidem prohibetur c. 1. de prohib. feu. alien. per Fede. Imò prohibetur transactio, per quam feudum remittitur. Craue. cons. 197. num. 7. Verùm vasallus de iure communi potest sine domini consensu transigendo dimittere feudū penes possessorem, quia sic non dicitur alienare. Bald. c. imperialem in prin. ver. quæro an vasallus de prohib. feu. alien. per Fede. per tex. in l. si profundo C. de transact. Capic. decis. 156. nu. 16. sed, & prohibita est quęlibet remissio cuiuslibet iuris super feudo, incōsulto domino, etiam si esset vnius gallinæ tantum Afflic. decis. 232. nu. 5. & 8. Bursat. cons. 49. nu. 32. lib. 1. Quamuis renunciatio hypothecæ rei feudalis facta sine consensu domini valeat. Afflict. d. decis. 232. Nam quamuis cessio litis, et causæ super feudo nō valeat sine domini consensu, tamen cessio iuris hypothecæ in feudo valet absq. domini consensu. Capic. decis. 155. maxime nu. 7.

Quibus adde, quod quis non potest renunciare bonis feudalibus viuentis, eo non cōsentiente. Purpur. in l. fin. nu. 57. C. de pact. Socin. cons. 73. nu. 3. lib. 3.

Quamuis autem renuncianti feudum non
21 debeat dari ad illud regressus l. quæritur §. si venditor ff. de ædil. edic. tamen renuncians illi ex vna causa, potest idem ex alia causa habere Paris. de resign. benefic. lib. 8. q. 1. num. 15. Decian. cons. 19. num. 59. lib. 3., & feudum refutatum peti potest ex noua successione postea delata c. 1. de eo qui fin. fec. agna. Alba. consilio 380. in fine. Vnde renuncians feudum agnato non excluditur, quin postea eo manēte sine liberis admittetur ad idem feudum, secus si omninò, vel vt alij legunt domino renunciauerit c. 1. de eo qui fin. fec. agna., & ibi Bald. & Aluar. Tiraq. de iure primigen. q. 86. nu. 7., & de retrac. lign. §. 1. glo. 9. nu. 44. Clar. §. feudum 977. ver. sed pone. Menoch. cons. 401. nu. 90., & 102.

22 Tacite quoq. feudo renunciatur. Nam clericus, qui creatur, feudo renunciare censetur. Afflic. c. 1. §. 1. nu. 10. de benefic. fœmi. Cephal. cons. 1. nu. 9. lib. 1. vbi extendit id procedere quamuis expresse præstetur, quod non intendit renunciare, sed an vasallus censeatur feudo renunciare per susceptionem minorum ordinum trad. glo., & Bald. in d. c. 1. de benefi. fœmin. Defensio tamen feudi non inducit illius renūciationem l. qui agnos. & ibi Bart. C. de omni agro deser. lib. 11. Bald. in prelud. feud. nu. 17. ver. illud sciendum est. Cephal. cons. 18. num. 32. lib. 1. Neq. per simplicem diuisionem etiā cum amplis renunciationum clausulis, censetur renunciatum feudo fauore domini, nisi renūciatio fit realis c. 1. de eo qui fin. fec. agna. Socin. iun. in lege qui Romæ §. duo fratres nu. 138. ff. de ver. oblig. Bursatus cons. 205. nu. 25. lib. 3.

Sed an feudum veniat in generali renūciatione, dixi lib. 4. cap. 2., & an is qui renunciauit bonis patris, vel illius hæreditati cēseatur renunciatum feudo dixi renunt. 24.

XL. RENVNCIATIO, EMPHYTEVSIS.

Summa.

1 *Emphyteusis quid.*
2 *Ager emphyteuticarius, & ager vectigalis.*
3 *Emphyteusi renunciari an possit inuito domino.*
4 *Vasallus cur possit refutare feudum inuito domino, emphyteuta non item.*
5 *Emphyteuta ex consuetudine renunciare poterit etiam inuito domino.*
6 *Emphyteutam ex causa renūciare posse etiam inuito domino.*
7 *Emphyteusis renunciatione amittitur.*
8 *Tacitè etiam emphyteusi renunciari.*
9 *Emphyteusi quando renunciatum censeatur per diuisionem.*
10 *Renunciatio emphyteusis facta domino.*
11 *Emphyteusi renunciari non posse in præiuditium aliorum vocatorum.*

Feudo finitima est emphyteusis, si quidem à feudo ad emphyteusim rectè arguitur, vt latè per Euerard. in Topica iur. Itaque cùm suprà dictum sit de feudo, sequitur vt nunc de emphyteusi videamus.

1 Emphyteusis, est græcis cultura siue, vt ita dixerim, Implantatio, quoniā eius causa agri alioqui steriles certa conuentione, colendi, & fruendi à dominis dantur. Vnde ius emphyteuticum illud est quo ager à domino alicui fruendus datur, siue in perpetuum siue ad longum tempus, certa pensione in singulos annos constituta, ea lege, vt quandiu pensio pro eo domino pręstetur, tamdiu non liceat rem auferre, neque ei, qui accepit, neque his, qui successerunt in eius locum, siue hęredes sint, siue personę in quas ipse, aut hæredes transtulerint. §. adeò autem insti. de locatio., & conduct. l. 1. ff. si ager vectigal. vel emphyt. pet. est quem proprie emphyteusis, vt tradit. Abb. in c. potuit. num. 7. de loca. & conduct. contractus per quem transfertur dominium in emphyteutam manente directo dominio apud ipsum dominum,

tum, & ex quo quotannis certa pensio ipsi do-
b mino præstatur. Ager. autem qui in emphy-
teusim datur, dicitur ager emphyteuticarius, siue etiam ager vectigalis, vt patet in titulo ff. si ager vectig. vel emphyt. pet. Præterea, quæ definitio est agri vectigalis in dicta lege prima eadem quoque adfertur circa agrum emphyteuticarium d. §. adeò autem. Nam ager emphyteuticarius dicitur à cultura, seu implantatione; vectigalis autem à vectigali, quod pro eo penditur. d. l. 1. & l. lex vectigali ff. de pignor. c. Quę pensio verius vectigal dicitur quia soluitur ciuitatibus pro earum agris. d. l. 1. Alciat. dispunct. lib. 3. c. 10. Quapropter agri, qui dantur in emphyteusim à ciuitatibus, quamuis dici possint emphyteuticarij, tamen magis propriè dicuntur vectigales, & ita intelligitur tit. ff. si ager vectigal. vel emphyt. pet. & ibi glo. rub. quę exponit vel pro idest, quoniam idem sunt. & glo. 1. in d. l. 1.

3 Sed vt institutum nostrum sequamur, illud principaliter quærendum est, an emphyteuta renunciare possit emphyteusi inuito domino, vt à pensione liberetur, nam domino volente non est cum dubitetur l. 3. & ibi doct. C. de iure emphyt. in quare videtur dicendum, vt renunciari possit vel inuito domino, Nam à feudo, ad emphyteusim rectè arguere licet, vt per Euerard. in topica iuris, Clarus. §. feudum, q. 3. ver. & hæc quidem, sed feudo renunciare posse vasallum etiam domino inuito suprà demonstrauimus, ergo idem dicendum videtur de emphyteusi. fide. de Sen. cons. 218. factum tale. nu. 2. vbi inquit quod vasallus, & forte emphyteuta potest renunciare domino inuito, prętereà si seruus commiserit delictum potest dominus eum dare pro noxa, vt liberetur. Iac. de Are. in l. prætor ait. §. hoc edictum. nu. 2. ff. de dam. infec. & pro hac opinione videtur esse tex. in l. cum fructuarius, & l. si absente ff. de vsufruct.

Contrarium tñ verius est, nempè emphyteutam, siue centuarium, siue libellarium, nam promiscuè hodiè his vocibus vtimur, vt per Tiraq. de retract. lign. §. 34. glo. 1. num. 1. renunciare minimè posse emphyteusi inuito domino, tex. est à contrario sensu, in l. 2. in illis verbis, si dominus voluerit, C. de iure emphyt. & ibi Bald. col. 2. ver. quæro an emphyteuta. Alberic. col. vlt. & Ias. col. 7. ver. sextò principaliter. l. quicunque C. de fund. patrim. lib. 11. Specul. tit. de loca. §. nunc aliqua. nu. 154. & ibi Io. Andre. Iac. de Are. in l. Prætor ait. §. hoc edictum. nu. 2. ff. de dam. infect. Bart. in l. is cum quo ff. de aq. pluu. arc. Bald. l. cum fructuarius ff. de vsufruct. Abb. c. 1. de feud. Felin. c. quæ in ecclesiarum. nu. 8. s. de constitu. & ibi Aretin. nu. 9. fulgos. l. sed cum ff. de vsufruct. Afflict. c. 1. nu. 41. & nu. 48. de vasallo, qui contra constitu. lothar. Tiraq. de retract. sign. §. 34. glo. 1. nu. 1. & 10. Boui. de censib. artic. 61. nu. 94. Iacob. venent. tract. de annua præstat. q. 33. nu. 5. Capel. Tolos. q. 404. Guido de Suza. tract. de emphyteu. q. 30. nu. 53. Curt. de feud. par. 4. q. 31. Iacob. à S. Georg. in auth. qui rem. nu. 10. C. de Sacr. Eccle. Franc. Marc. q. 325. num. 6. par. 1. Tessaur. decis. 20. num. 2. Bologne. §. 4. §. cato. num. 300. ff. de verb. oblig. Corbul. de caus. ex quib. emphyt. tit. de cau. priuat. ob non solut. can. ampliat. 11. num. 5. visi. & tit. de cau. priuat. ob renunciat. num. 4. Menoch. cons. 855. num. 2. Surd. de aliment. tit. 9. q. 23. num. 24. & ita censuit Senatus Pedemontan. in causa Marchionis Estensis, vt testatur Tessaur. iun. in addit. ad d. decis. 20. post Bart. in d. l. is cum quo & ibi Alex. Huius conclusionis ratio illa est, nam quemadmodum emphyteusis contracta fuit mutuo partium consensu, ita quoque eodem mutuo consensu dissolui debet l. prout quisque ff. de solut. Quaptopter emphyteuta personaliter obligatus, non potest à iam contracta obligatione recedere, quandoquidem obligationes ab initio sunt voluntatis, & ex post necessitatis. l. sicut C. de actio. & obligat. l. in cōmodato. §. sicut. ff. cōmoda. Menoch. cons. 855. n. 3. Planè emphyteusis datur ad meliorādum, atque domini interest vt res melior reddatur, ne res remaneat inutilis, & proinde non potest emphyteuta recedere, vt neque pōt dominus reuocare, & ab obligatione contracta discedere inuito emphyteuta d. l. sicut. Bolognet. d. §. cato num. 300.

4 Non obstat modò, quod dicitur de vasallo, qui potest refutare feudū inuito domino, per tex. in c. 1. in fi. tit. de vasallo, qui contra constitu. lothar. quoniam non semper procedit argumentum à feudo ad emphyteusim, vt per Clarum in §. feudum q. 3. ver. & hæc quidem in fine. Nam in feudo permittitur renunciatio, etiam contra domini voluntatem, quia in eo permittatur seruitium personale, & feudum est quædam seruitus, a qua facilius quis potest se liberare arg. si centum §. si centum ff. de cond. & demon. Bologne. in l. 4. §. cato nu. 300. ff. de verb. oblig. Itaque inter feudum, & emphyteusim hoc interest, quod feudo regulariter renunciari potest inuito domino, emphyteusi non item. Corbul. de caus. ex quibus emphyteuta causa 8. nu. 6. Ratio diuersitatis illa est, quia emphyteuta est obligatus, ex contractu, nam cūm cōtractus ab initio fint voluntatis, & ex post facto necessitatis, l. sicut C. de actio. & oblig. mirum non est si vnus non possit, altero nolente, vel inuito à contractu resilire, & renunciare obligationi d. l. sicut feudū autem licet sit contractus tamen non habet naturam cœterorum contractuum, sed illius natura est, vt sit beneficium, quod principaliter datur gratia ipsius vasalli, & proinde potest vasallus refutare etiam contra domini voluntatem; quæ ratio cessat in emphyteusi, si quidē a non est beneficiū, neque principaliter datur gratia emphyteutę. Prætereà vasallus non est

est obligatus præcisè, vt emphyteuta, sed causatiuè tantum, hoc est dum feudum retinet. Bald. c. 1. de vasallo, qui contra constitu. lothar. Neque dicendum est, quod vasallus renunciando feudo renunciet, & obligationi, cui non potest renunciare obligatus; sed refutato feudo, cui renunciari potest, cùm illud sit beneficiũ, vt aliàs dixi, cessat causa seruitiorum, & obligatio, quę non est pręcisa, sed causatiua.

5 Ex consuetudine tamen emphyteuta renunciare poterit, etiam domino inuito. Felin. c. quę in ecclesiarum nu. 80., & ibi Aretin. nu 9. de constitu. Tiraq. de retrac. lign. §. 34. glo. 1. num. 3. Franc. Marc. q. 325. num. 6. par. 1. Iacob. venent. tract. de annuã pręsta. q. 33. n. 5. vnde huiusmodi consuetudo, vt eius meminit Tiraq. d. §. 34. seruanda est lege venditor fundi § 51. constat ff. commu. prædio. sic, & seruandum est statutum, vt emphyteuta renunciare possit etiam sine domini voluntate. Tiraq. d. §. 34. glo. 1. nu. 10., vt est in ciuitate Papię in statutis ciuilibus titulo quod fictualis perpetuus possit repudiare. Idemque dicendum est de pacto, vt illud valeat. Felin. d. c. quæ in ecclesiarum num. 80., & ibi Aretinus num. 9.

6 Poterit etiam emphyteuta inuito domino renunciare ex causa. Menoch. cons. 855. nu. 22. Iusta causa autem esse potest, quando res periit Franc. Marc. d. q. 325. num. 6. vel nisi successu tẽporis res fieret inutilis emphyteutę. Tiraq. d. §. 34. num. 4. Iacob. venent. de annua præsta. q. 33. num. 5. Decian. cons. 6. nu. 11. lib. 4. Quod tamen non est intelligendum, quod res omnino perierit, quoniam tunc indubitatè liberatur emphyteuta à pensione l. 1. C. de iure emphyt. Nam renunciari potest, quando res facta est inutilis in totum, vel pro parte Surd. cons. 162. num. 18., & ideò permittitur renunciatio emphyteusis ex causa innundationis. Menoch. cons. 855. num. 8., & num. 24. vel quoties emphyteuta non potest re frui, nisi cum maxima difficultate, quæ impossibilitari æquiparetur. Tessaur. iun. in addit. ad decis. Pedemont. decis. 20. Vnde, secundum eum, is, qui recepit ius aquę ducendæ ad molendinum, mutato flumine, poterit renunciare. Nemò sanè intelligit sibi prouidere in casu inutili arg. l. hæc stipulatio §. diuus ff. vt legat. nomi. Decian. d. cons. 6. num. 11. Atque in contractibus semper intelligitur ea clausula rebus sic stantibus l. quod seruius ff. de cond. cau. data cum sim. ex statuto tamen Papię d. tit. quod fictualis perpetuus poss. repud. non potest emphyteuta renunciare quoties res est deteriorata, facto, vel occasione ipsius emphyteutæ, quod æquitatem habet.

7 Priuatur itaque emphyteuta iure suo, ob renunciationem emphyteusis c. 1. de eo qui finẽ fecit agna. de feu. pater. latè Corbul. tract. de causis ex quib. emphyteuta iure suo priuatur tit. de causa priuationis ob renunciat. Renunciatio autem emphyteusis potest esse duplex; nempè realis, vel personalis. Realis renuncia- a tio comprehendit omnem casum, & perpetuo durat. Personalis verò fit contemplatione alicuius certæ personæ. Corbul. d. tit. de cau. priuat. ob renunc. nu. 1., & 10., & latè dixi alibi.

8 Et non modò expressè, sed, & tacitè renunciatur emphyteusi, vt cùm quis patitur alium de emphyteusi, quæ ad ipsum pertinet inuestiri c. 1. §. præterea quibus mod. feud. amitt., & ibi glo., & doct. de qua re latè habetur per Corbul. de causis ex quibus emphyteuta iure suo priuatur causa 9., & alias dixi.

9 Sed hinc potest dubitari, an per diuisionem factam inter duos fratres habentes fundũ emphyteuticum communem, & remittentes ad inuicem, omne ius quod habent, vel habere sperant &c. censeatur renunciatum quominus ipse renuncians mortuo fratre sine liberis succedat iuxta naturam, vel pactum contractus emphytheutici. Hanc quæstionem ponit Bart. in l. qui Romæ §. duo fratres q. 10. nu. 24. ff. de ver. oblig., & concludit, quod emphyteuta in diuisione remittens omne ius, quod habet, vel habere sperat non censetur remittere ius succedendi ex forma cõtractus emphyteutici, vel alia ratione, ex qua priuari potest frater emphyteuta, & applicari põt alteri, vt not. in c. 1. de alien. feu. pater., & Bart. sententiam communiter sequuntur Doct., vt per Ias. d. §. duo fratres nu. 80., & ibi Crot. nu. 146. Dec. in l. 1. nu. 32. C. de pact. Alex. cons. 21. nu. 4. lib. 5. cons. 107. nu. 15. lib. 4. Dec. cons. 411. num. 3. Ruin. cons. 47. num. 2. lib. 1. Corne. cons. 42. num. 9. lib. 4. Socin. iun. cons. 119. num. 17. lib. 5. Gabriel. cons. 88. nu. 11., & dixi lib. 1. cap. 10. nu. 20.

Ratio cur renũciatio non obsit renuncianti quominus possit succedere ex pacto inuestituræ, ea est, quoniam renunciatio generalis omnis iuris, quod quis habet, vel habere sperat, intelligi debet ex causa de presenti, non etiam noua causa superueniente l. Paulo Callimacho §. 1. ff. de leg. 3. Bart. dict. §. duo fratres q. 6. Dec. l. 1. num. 32. C. de pact. cùm igitur post mortem fratris sine liberis decedentis deficiens portio pertineat ad fratrẽ superstitem beneficio iuris accrescẽdi certe poterit is ex noua, & superueniente causa consequi dictã portionem non obstante renunciatione, quandoquidem ea non comprehendit superueniẽtem causam succedendi fratri mortuo sine liberis. Deinde huiusmodi renunciatio, vt pote quę facta fuit contemplatione ipsius fratris, qui decessit sine filijs extincta fuit not. Afflict. in c. 1. de eo qui fin. fec. agn. in 3. not. sic quoque filia à patre dotata, quę fauore fratrum renunciauit, poterit succedere, non obstante renunciatione, si fratres cũ patre decessẽrint, si quidem cessante fauore eorum, propter quos renunciatum fuit, extinguitur renunciatio, & filia, non obstãte renunciatione admittitur ad succes-

successionem. Bald. in l. pactum, quod dotale q. 4., & ibi Salice. C. de collat. not. in c. quãuis pactum de pact. libro 6. Dec. consilio 568. num. 5.

Renunciatio quę dixi suprà non nocere renuncianti, neq; poterit prodesse domino directo, quod possit allegare emphyteutã amisisse ius suum propter renunciationẽ, idq. ipsi domino quęsitum fuisse per Bart. in d. §. duofratres q. 10. Ratio est, quia pactum non porrigitur nisi ad eum, ad quem, vt porrigatur, paciscentis interest l., & hæredi §. fin. ff. de pact. Prætetea pactum factum ad vtilitatem alterius priuationem non inducit in persona promittentis, nisi prius acquiratur illi, cui paciscitur l. nec vtilem ff. ex quibus cau. maior. Priorem rationem improbat Ias. in d. §. duofratres col. fin. ver. secundo principaliter, & ibi Castren. nu. 4. ver. vnum tamen dicit Bartoli sententiã omninò non probat, quoniam imò ex natura rei portio fratris defuncti redit ad dominum, non ratione pacti, vt ex eo actio, vel exceptio acquiratur, sed ratione abdicationis à se facta.

Itaq. circa eam quęstionem, an renunciatio facta in diuisione per emphyteutas prosit domino, de qua per Bart. in d. §. duo fratres q. 10. distinguendum erit, Nam aut apparet renunciationem factam fuisse fauore fratris, qui decessit fine liberis recipiẽtis pro se, & hęredibus, & tunc ex ea renunciatione solùm acquiritur ius illis, & ipsa renunciatio non põt prodesse domino, vt neq. nocet ipsi renuncianti, quominus succedat, si quidem renunciatio facta fauore vnius non extenditur ad aliam personam l. iubemus C. ad velleian. Crot. in d. §. duofratres nu. 148., & dixi d. c. 20. nu. 20. Aut verè constat renunciantẽ voluisse remittere ad fauorem cuiuscunq. qui ius haberet in illa re, & tunc renunciatio proderit domino. Crot. d. §. duo fratres num. 150. Nam huiusmodi renunciatio, cùm censeatur in rem atq. dicatur omnino fieri c. 1. ibi omnino de eo, qui fin. fec. agna. respicit fauorem cuiuscunq; ius habentis in re, etiam fauore tertij absentis ratione abdicationis à renunciante factę; atq. ita procedit, quod tradit Castren. in d. §. duofratres n. 4. vt per Socin. iun. ibi n. 140. & dictũ est d. c. 10. nu. 7. Aut deniq. sumus in dubio, an renuncians, voluerit omninò, & ad fauorem cuiuscunq. habentis ius in re, renunciare, & hoc casu dicendum est renunciationẽ non censeri factam omninò, & in rem atq. ideò non prodesse domino, & ita loquitur Bart. in d. §. duo fratres. Neq. obstat huic sententię, quod vbi non fuit facta mentio hæredum, ne reddatur inanis renunciatio, atq. nullum effectum operetur, censeatur facta contemplatione domini directi, vt voluit Crot. d. §. duofratres nu. 150. ver. sed quando, vbi id reliquit cogitandum. Nam respondetur dictam regulam quod interpretatio semper fieri debet vt actus valeat, & operetur, procedere quoties verisimilis mens agentium, & verba id suadent, sed illa verba, scilicet renuncianti inuicem omni iuri, quod habent, vel habere sperant, possunt importare solum, quod vnus alteri, & e contra renuntiat, non autem, quod aliquid acquiratur domino directo, quoniam persona domini extrinsecus non subaudienda l. si ita stipulatus fuero §. chrisogonus ff. de verb. oblig. Quibus accedit, quod in dubio pręsumendum est renunciationem esse personalem glo., & Bald. in c. 1. de eo qui fin. fec. agna. Socin. iun. dict. §. duofratres nu. 140. ver., & in dubio. Pręterea ex huiusmodi renunciatione, non constat de verisimili mente inuicem remittentium nimirum, quod ex eorum mutua remisione voluerint domino directo aliquid acquiri. Socin. iun. d. §. duofratres num. 138. In casu igitur Bart. in d. §. duo fratres q. 10. renunciatio generalis qua remittitur omne ius, quod quis habet vel habere sperat, censetur personalis, vt per Socin. iun. d. §. duofratres num. 140. ver. sed isto casu. Vnde vera est ratio tametsi de ea miretur. Ias. ibi, scilicet quod ideo renunciatio non prodest domino, quia pactum non porrigitur nisi ad eum, ad quem, vt porrigatur paciscentis interest l., & hæredi §. fin. ff. de pact. Altera est ratio à Bart. allata, quod dicta renunciatio, cùm sit personalis minimè prosit domino, etiã quoties ius remissum non acquiritur ei, cuius fauore factá fuit. Etenim hoc casu perinde est, ac si renũciatio facta non fuisset cessante nimirum ipsius causa, vt dixi lib. 1. cap. 10. nu. 20. Quibus adde, quod pulchre scribit Bald. cons. 431. ad euidentiam n. 5. lib. 2. vbi inquit, quod renunciatio facta in diuisione inter emphyteutas non est absoluta, hoc est in rem, & omninò, sed ipsi diuisioni adiacet, & est causatiua respectu cõsortis, quia eius contemplatione censetur facta renunciatio l. iubemus C. ad velleian. atq. ideo secundum eum, mirum non est si emphyteusis non redit ad dominum directum mortuo emphyteuta sine hęrede sanguinis, sed ad fratrem superstitem pertinet non obstante renunciatione, quæ non nocet renuncianti cessante causa, neq; prodest domino, cujus fauorem respicere non potest renunciatio, idemq. trad. cons. 280. nu. 7. lib. 3. sequitur Crane. cons. 251. col. vlt. ver. rursus ecclesiæ.

Nec omittẽdum duximus, quod si sunt duo vel plures hæredes vnius emphyteutę per renunciationem vnius, ejus portio acquiritur domino, non etiam accrescit cohæredi. Bald. in l. legatarius per illum tex. ff. de leg. 1. quẽ sequuntur doct. vt inquit ibi Ias. nu. 4. vbi tradit ius accrescendi non habere locum postquã portio fuit semel acquisita, licet postea deficiat, præterquam in vsufructu.

10 His amplius adnotandum, quod vbi renũciatio emphyteusis fit domino hæc non transit in eum libera ab hypotheca, seruitute, & alijs oneribus sed ea onera, quæ ab ipso renunciãte

impo-

b

imposita fuerint transeunt in dominum. Bal. cons. 371. Mafiolus lib. 1. Tiraq. de retrac. ligni. §. 34. glo. 1. nu. 9. Surd. decis. 286. nu. 34. Corbul. de emphyteut. ,& cau. &c. cau. 8. nu. 9. Vnde secundum eos dominus, cui emphyteuta renuntiauit debet stare locationi factę ante renunciationem ab ipso emphyteuta factam. Nam quamuis regulariter emphyteusis reuertatur ad dominum libera ab omni onere, quod medio tempore emphyteuta imposuit, tamen quãdo emphyteuta renunciauit domino, tunc non reuocatur onus medio tempore impositum. Guid. Pap. q. 575. Surd. d. decis. 286. nu. 3.

11 autem denique non omittemus, quod emphyteusi renunciari non potest in præiudicium aliorum vocatorum. Alex. cons. 8. vilis nu. 16. Gron. cons. 132. num. 5. lib. 1. Vnde renunciatio patris acquirentis non nocebit filijs quoties emphyteusis recepta est pro se, & filijs, vel liberis, non addita, & hæredibus Ange. Bald. Castren. Imola Albe., & Ias. in l. apud Iulianum §. si quis alicui ff. de leg. 1. Alciat. regu. 2. præsumpt. 35. num. 3. Natta consilio 331. num. 43. Etenim vbi conceditur emphyteusis pro se, & filijs, censentur duę concessiones, vna in persona patris, altera in persona filiorum l. stipulatio ista §. si quis ita ff. de verb. oblig. Ias. d. §. si quis alicui num. 14. Barbat. cons. 18. num. 26. lib. 2., & ius nomen quęsitum à patre filijs non potest eis non cõsentiẽtibus auferri l. fin. ff. de pact. Ias., & Castren. d. §. si quis alicui, & communis est sententia, quod pater non potest præiudicare filijs, quibus emphyteusim acquisiuit, vt per Cec. cons. 239. num. 6. Verum vbi pater acquisiuit emphyteusim pro filijs, & hæredibus, tunc renũciatio patris eis pręiudicat, quoniam hęres nõ potest venire contra factum defuncti l. cum à matre C. de rei vendic. Ias. d. §. si quis alicui num. 15. Sed an pater possit filijs præiudicare in emphyteusi. trad. Valas. de iure emphyt. q. 49. nu. 2. ver. testium caput est, & huc pertinent, quę supra dixi ad renunt. feudi, & an renuntians bonis, simpliciter censeatur renuntiare emphyteusi, dixi supra renunc. 25.

XLI. RENVNCIATIO, IVRIS PATRONATVS.

Summę.

1 *Patroni quasi patres, & liberti quasi liberi dicuntur*
2 *Ius patronatus duplex.*
3 *Iuri patronatus, quod habet patronus in libertum renunciari posse.*
4 *Iuri patronatus ecclesię renuntiari posse.*

1 PAtronorum, & patrum, libertorũ, ac liberorũ eadem prope est appellatio, neque immeritò. Nam seruitus morti ferè cõparatur l. seruitutẽ ff. de reg. iur. ideò à seruitute in libertatem quasi ex morte ad vitã reuocatis, ab illius persona, qui manumisit quasi altero patre genitus, procreatusque esse videtur, sic etiam quemadmodum pater, filium, ita patronus ecclesiam de non esse ad esse producit. Quare illud cõsequẽs fit, vt patroni, & patres tam nomine, quam re ipsa, & eiusdem iuris societate inter se coniungantur, vt habetur toto tit. ff. absq. à liber., & libert. parenti. ,& patron. præstand., & facit l. 4. ff. de in ius voc. vbi refertur edictum in hęc verba. Ne quis parentem, patronum, patronamuè, liberos, parẽtesque, patroni, patronęque in ius sine permissu prætoris nocet. Patroni igitur quasi patres, dicunt quoniam obseruari debent æquè, ac ipsi parentes. Id ius, quod patronis competit ius patronatus dicitur, ius

2 patron. autem, quod attinet ad propositũ nostrum est duplex. Primum est, quod competit patronis in libertos, nam dominus, qui seruũ manumisit habet ius patronatus in illum, toto titulo ff. de iure patron. ,& C. de bon. liberto, & iure patrona., sed quæ sint patronatus iura declarat glo. vlt. in l. vlt. C. de bon. liberto. Alterum est ius patron. ecclesiarum, de quo habetur per Lambertin. in tract. de iure patrõ. vbi plenissimè omnium hanc materiã tractat.

3 Ius patronatus, quod habet patronus in libertum haud dubiè remissione tollitur l. vlt. C. de bon. libert. verum remittens ius patron. non amittit ius reuerentiæ, & ius reuocandi in seruitutem propter ingratitudinẽ, cæterùm is cui facta est remissio habetur pro ingenuo d. l. vlt. & ibi doct. Quin non potest patronus expressè renunc. beneficio d. l. vlt., vt ob ingratitudinem non possit reuocare in seruitutem. vt decidit Bald. in d. l. vlt. num. 4. ver. extra, quo Surd. de aliment. tit. 8. priuileg. 66. num. 9.

An autem remitti possit ius reuerentię, latè alibi dixi, sed ad alterum ius patronatus, vti magis frequentem materiam, pergamus iuri patronatus ecclesiæ renunc. potest c. significauit de testi., & ibi not. Aretin. nu. 4. c. vnico de iure patron. lib. 6. Paris. de resign. benefic. lib. 3. q. 15. num. 8. Quocirca cùm ius patronatus remittitur fauore ipsius ecclesię, tũc ipsamet ecclesia erit patrona sui ipsius, secundum glo. 2. in prin. in d. c. vnico, quam sequuntur omnes ibi, vt per Lambertin. d. iure patron. parte 2. lib. 1. q. 4. artic. 15. p. 9. princ. vbi inquit, quod imò huiusmodi remissione tollitur ius patronatus, & ecclesia fit libera, cùm ecclesia non possit sui ipsius esse patrona. Vbi autem renunciatio fit fauore alterius, quam ipsius ecclesiæ tunc debet esse gratiata c. quia clerici c. quia de iure patron. Menoch. consil. 401. num. 135. vbi declarat id proced. in cessione particulari iuris patron. secus in vniuersali renunciatione omnium bonorum, quoniam eo casu non committitur symonia, licet etiam illi renunciatione facta pecunia accepta, cõtineatur ius patronatus, vt per eum d. cons. 401. nu. 136. post Paul. de Cittadin., & Curt. in tract.

de

de iure patron. Verùm præsentatus non potest
renunc. beneficio iuris patron. sine consensu
patroni. Io. Crot. in c. quod autem num. 15. de
iure patron. Sed quando patronus renunc. pos-
sit iuri patronatus in preiudicium suorum hæ-
redum, vel descendentium, latè dixi suprà lib.
1. Cæterum an & quõdo patronus renunc. vel
cedere alteri possit ius patronatus, & alia per-
tinentia, huc transcribenda non duximus, cùm
longè latèq; tractata fuerit, ab ijs auctoribus,
qui in hanc materiam nuncupatim copiosissi-
mos ediderunt tractatus, ex quibus locis, quæ
quisq; volet, facilè haurire poterit.

XLII. RENVNCIATIO, IVRIS RETRACTVS.

Summæ.

1 *Ius retrahendi quadruplex.*
2 *Ius retrahendi quid sit.*
3 *Ius retrahendi iure proximitatis.*
4 *Ius retractus, seu ius prothomiseos.*
5 *Retractus iuri renuntiari posse.*
6 *Ius congrui renuntiatione tolli.*
7 *Iuri retractus tacitè quoq; renuntiari.*
8 *Iuri redimendi renuntiare an videatur venditor depositum repetens.*
9 *Pactum de non vtendo iure retractus esse reale.*
10 *Proximior renuntians iuri retrahendi illi locum facit, qui eum sequitur in gradu.*
11 *Iuris retractus renuntiatio valet tantum in præiuditium ipsius renunciantis.*

Lim concessum erat proximis, consorti-
busq; vt extraneos ab emptione remo-
uerent, vt habetur in l. dudum. C. de
contr. empt. & in c. constitutus. de in-
teg. restitu. & hodie ex locorum consuetudi-
1 nibus, & statutis. Ius retrahendi siue redhi-
bendi quadruplex esse potest, Nam competit
iure proximitatis, vicinitatis, communionis,
& cohabitationis. Iacob. Nouel. de iure pro-
2 thomise. in prin. nu. 13. Id autem ius est facul-
tas redimendi rem immobilem venditã, æqua-
li pretio, iure proximitatis, siue vicinitatis,
aut communionis, intra tempus à statuto, seu
3 consuetudine definitum. Redhibitio illa fre-
quens est, quę fit iure proximitatis, quo pro-
ximior in emptione remotioribus, & extraneis
præfertur. Huius porrò redhibitionis gentili-
tiæ ratio pręcipua est, vt bona conseruentur in
familia quoniam reipub. interest vt ordinum,
& familiarum dignitas salua sit l. 1. §. quamuis
ff. de vent. inspic. & ne sordidæ stirpes splen-
didis, & ingenuis natalib. subrogentur. l. super
statu C. de quęst. vt enim valet lex imposita
rebus à priuatis ne extra familiam alienentur,
l. cum pater. §. libertis. l. peto §. fratre ff. de leg.
2. Ita valere debet consuetudo, si quidem &
consuetudini inest conuentio. l. sed ea ff. de
legi. Præterea cùm possit lex efficere ne alie-
natione res ad extraneos perueniat. d. l. dudum.
in fi. ibi, nisi lex. poterit id etiam consuetudo
vim legis habentis. l. diuturna ff. de legi. Id ius
4 redhibendi varijs nominibus appellat., vt ius
retrahendi siue retractus l. 1. circa med. C. de
natur. libe. l. 1. C. de fund. rei priu. lib. 11.
quoniam hoc iure proximus ad se, atq; ita ad
familiam, à qua res recesserat, eandem retra-
hit. Tiraq. de retr. lign. in præfatio. nu. 5. &
ideò Tiraq. in d. tract. vocat hoc ius retraict.
lignagier, hoc est retractum gentilitium. Vo-
catur, & ius prothomiseos, hoc est prelationi
ius, & ius congrui. Tiraq. in d. præfat. nu. 2. 3. 5
5 Iuri retractus haud dubiè renunc. potest. Ti-
raq. de retr. lign. §. 1. glo. 9. nu. 109. vbi con-
sanguineus venditoris potest iuri retrahendi
renunciare, & de renunciatione iuris retractus
latissimè habetur per Tiraq. d. glo. 9. nu. 119.
cum pluribus seq. vsq; ad nu. 159. vbi sigilla-
tim discutit sex casus, nempè primũ vbi renũc.
fit iuri retractus iam competenti, deindè cùm
fit iuris nondum competentis, tertiò cùm fit
domino vendituro tantum, quartò quando
proximior expressè consentit alienationi pre-
senti, aut futuræ. Quintò cùm consanguineus,
ante venditionem factam requisitus à domino
noluit emere, postremò cùm consanguineus
præsens est venditioni, & non contradicit, aut
protestatur. Et quoniam Tiraq. more suo la-
tissimè hos casus explicat, ideò eum videtis,
ne si omnia repetam, improbus videri possim
qui iam ab alijs congesta latè, iterum frustrà,
colligam.
6 Similiter potest vicinus renuntiare iuri con-
grui, & expressè emptori promittere non vti
iure congrui contra eum, vt voluit Afflict. de
iure prothomise. §. 6. nu. 18. sic & Statuto Me-
diol. c. 434. de habente quotam volente eam
alienare, vt per Carpan. ibi nu. 171. Et ideo,
qui renunciauit semel iuri retractus amplius
non admittitur. Masuer. in pract. tit. de retrac.
lign. §. 2. glo. 5. nu. 8. Tiraq. de retrac. lign. in
fi. num. 39.
7 Tacite autem renunciatur iuri retrahendi,
permittendo labi tempus à statuto definitum.
Afflict. d. §. 6. nu. 18. Proximior quoq; con-
sentiẽs alienationi rei tacite renuntiare vide-
tur. Napod. ad consuetud. Neapolit. tit. de iu-
re congrui. in ver. emit. nu. 52. Afflict. de iure
prothomise. tit. 10. nu. 54. & latè quando taci-
tè renunciatum censeatur, habetur per Tiraq.
d. glo. 9. vbi discutit duos casus. Primus est
quando consanguineus expressè cõsentit alie-
nationi. Alter est cùm consanguineus pręsens
est ipsi venditioni. Promittens etiam nõ mo-
uere quæstionem super re vendita videtur re-
nunciare iuri retrahendi cõtra emptorem rei.
Afflict. d. §. 6. num. 18.
8 Sed hic quæri potest an venditor, cui com-
petit ius redimendi ex pacto depositum repe-
tens videatur renuntiare iuri redimendi, de
qua re latè habetur per Tiraq. de retrac. con-
uent.

tent. §. 5. glo. 10. Caroc. de deposi. par. 2. q. 58. & de consanguineo repetente depositum habetur per Tiraq. de retrac. lign. §. 7. glo. 3. nu. 4. In qua re mihi placet sententia Foler. de contracti. censuar. nu. 57. vbi voluit sola repetitione depositi non videri renūciatum iuri redhibendi, quū potest iterum deponere, & iterū deposito facto renunciatio non præsumitur. Si autem repetito deposito elapsum sit tempus, tunc renunciatum videtur non ex repetitione depositi, sed ex lapsu temporis. Et hanc opinionem tenet Caroc. d. q. 58. Neq; enim repetitio depositi est actus omnino contrarius iuri retrahendi, quoniam reperi potest depositum.

9 Quin pactum de non vtendo iure retrahendi est reale, atq; ideo transit cum ipsa re, quamuis illud factum fuerit cum venditore tantū, quoniam res transit cum sua causa. Afflict. d. §. 6. nu. 18. Tiraq. d. glo. 9. nu 111.

10 Ex his fit, vt proximiore renunciante iuri retractus illi locum faciat, qui eum sequitur in gradu. Tiraq. de retrac. lign. in fi. num. 39. Surd. cons. 424. nu 6. quo casu sequenti in gradu datur solum residuum temporis, quod ipsi proximiori supererat, & non vlterius, vt voluit Boer. d. glo. 1. nu. 8. vbi citat Zabarel. cons. 27. & cons. 104.

11 Declaratur tamen, vt renūciatio valeat tātum in præiudicium ipsius renunciantis, non etiam cæterorum, quibus competere potest ius redhibendi ordine successiuo. Afflict. de iure prothomisæ. §. 1. n. 30. & in prin. Constitu. nu. 43. Tiraq. de retrac. lign. §. 16. glo. 1. nu. 33. glo. 2. & §. 1. glo. 10. num. 120. Paris. de resign. benefic. lib. 7. q. 1. nu. 18.

XLIIII. RENVNCIATIO.

DISPOSITIONIS INTERVIVOS, Quæ ab vnius voluntate tantū pendet.

Summæ.

1 *Dispositio pendens ab vnius tantum voluntate.*
2 *Dispositio pendens ab vnius voluntate tantum tollitur simplici renunciatione.*
3 *Protestationis duplicem esse speciem.*
4 *Protestationi quando possit protestans renūciare.*
5 *Tacitè quando censeatur renunciatum protestationi.*
6 *Nunciationi operis quando nunciantis voluntate remittatur.*

Vprà tractauimus de ijs dispositionibus, quę duorum consensu nituntur, nunc non penitus intempestiuū, nec ab hac tractatione alienum erit, si de ijs dispositionibus inter viuos, quæ ab vnius voluntate tantum pendent, disseramus. Est igi-
1 tur sciendum esse quasdam dispositiones, quæ pendent à voluntate vnius, & minime continent conuentionem duorum, et ipsa pacta, verùm accedere cōsensu, & acceptatione alterius transeunt in pactū, vt pollicitatio, repudiatio, ratihabitio, confessio protestatio, nūciatio, & si qua huiusmodi. Hæ dispositiones, licet pēdeant ab vnius voluntate tantum, tamen accessione consensus, & acceptationis transeunt in pactum Bologner. in rub. C. de pact. num. 14.
2 Huiusmodi autem dispositiones tolli possunt simplici renunciatione etiam sine pacto, quoniam in ijs, quæ vnius voluntatem tantum habent tantū operatur simplex renunciatio quantum duorum consensus in his, quę duorum conuentionem continent. l. qui in aliena § fin. ff. de acq: hæred. l. eius est nolle ff. de reg. iur. Ripa in l. 1. nu. 12. & ibi Zuccard. nu. 107. C. de pact. & cùm vnius voluntate tantum constituantur, merito vnius item voluntate tolluntur. l. nihil tam naturale; ff. de reg. iur. Quare ante acceptationem tolli potest simplici renūciatione post acceptationem non item, sic confessio, quæ vnius voluntatem tm̄ habet, si fiat parte presente, vel acceptante transit in pactū & proinde sola confitentis voluntate tolli minimè potest, vt not. in l. certum, §. si quis absente ff. de confess. Et quamuis confessio possit ex interuallo acceptari. d. §. si quis absente, tamen acceptatio non est necessaria ad validitatem confessionis, sed solum operatur, vt non possit reuocari. Dec. in l. postquam liti. limit. 4. C. de pact. Huius etiam generis est protestatio cùm illa pendeat à voluntate protestantis, atq; sit simplex declaratio animi, de eo, quod pēdet à sola volūtate protestantis, l. Nesē. nu. in prin. ff. de neg. gest. Bart. in l. non solum, §. morte. ff. de ope. nou. nunc. Felin. in c. præsentium. col. 1. de testi. Iaf. in l. non solum §. morte. nu. 12. ver. prima est ff. de ope. nou. nunc. &
3 huius duplex est species, prima est quæ ex animo protestantis principaliter pendet; Altera est quæ factum eius, cui protestamur, respicit, prima declaratoria, conseruatoria, & certificatoria dicitur, & testatione dicitur, secunda dicitur incitatoria, prohibitoria, atq; inhibitoria, & hæc à nūciatione nomen accepit, & inter hos connumerari potest operis noui nunciatio Alciat. in l. detestatio ff. de verb. sign. cùm sit protestationis species. Rube. l. non solum. §. morte. num. 177. ff. de ope. no. nunc. & quia protestatio semper sit fauore, & ad cautelam ipsius protestantis, vt per doct. in d. §. morte,
4 ideò de ea potissimum dispicien. erit, protestans igitur potest suæ protestationi renuntiare. c. præsentium, & ibi Doct. de testi. Bald. c. cumana. nu. 13. de elect. Socin. reg. 327. protestans. Verum renunc. non potest vbi interest aduersarij. Bald. d. c. cum cumana. nu. 13. Socin. d. reg. 327. fallētia prima, vel vbi protestatio continet criminis, vel status diffamationem l. diffamari. C. de ingenu. manum. Bald.
5 d. c. cumana, tertio non potest renūtiare. vbi ex ea quæsitum ius esset parti, & vbi res non esset integra veluti quando protestans obtulisset se probaturum exceptionem, quæ testes; auct.

qui

qui semel, C. quomodo,& quando iud. Socin. d. reg. 327. fallen. 3. vel produxisset testes ad reprobañ. testes productos, nam hoc casu non potest pœnitere, quoniā testes pro vtraq; parte iurauerunt, & proinde possunt etiā iuuare aduersarium. Innoc. d. c. præsentium. Socin. d. reg. 327. fallentia 2. vbi declaratur id non proced. in productione instrumenti q̄ si protestatus voluerit reprobare per instrumenta poterit etiam post productionē recedere à protestatione, vt per Innoc. d. loco, vel etiam testes, contra quos protestatū fuit, deposuissent, quoniam eo casu protestans non potest desistere. Socin. d. reg. 327. fallentia vlt. 4. renunt. non potest simpliciter, hoc est ex sola voluntate protestantis vbi protestatio transijt in pactum, & vbi is, cui fuit protestatum, consensit protestatione, & protestatio potest iuuare vtramq; partem Boich. c. si conditiones nu. 11. de condit. apposit. Idemq; diceñ. est, vbi protestatio facta fuit iuditio, & pôt iuuare vtrāq; partem. Bald. l. postquam liti, q. 6. & ibi purpurat. no. 113. C. de pact. Quando igitur protestatio pendet à voluntate protestantis, & fuit acceptata vel in iuditio facta, vel vbi pendet à voluntate plurium, & pars aduersa consensit protestationi tunc renūciatio simplex non nocet; quoniam in dependentibus à voluntate plurium ita demum protestatio nocet si pars aduersa expressè consensit. Bald. l. nesennius. Tertio voc. ff. de neg. gest. 53. & vbi aliter ex protestatione quæsitum fuit ius aduersario, vel vbi res non est amplius integra non nocet simplex renunciatio per ea, quæ dixi supra, & facit quod inquit Roman. in l. quamuis, num. 4. ff. de in ius voc.

5 Taciè item renuntiat protestationi faciens actum illi contrarium not. in c. gratum, de offic. de lega. in c. solicitudinem de appellat. Barr. l. non solum. §. morte. ff. de ope. nou. nunt. & ibi Iaf. num. 14. Rom. num. 121. Hor. mano ch. Det. num. 57. Rube. nu. 216. Io. Crot. num. 50. Bologner. num. 45. & alij. Bald. l. nesennius. nou. 3. ff. de neg. gest. Felin. c. cum, M. Ferrariensis. nu. 77. de constitu. & ibi Dec. num. 57. Afflict. decis. 78. nu. 5. 6. Paril. cons. 9. num. 48. lib. 1. Neuizan. cons. 52. num. 55. Socin. iun. cons. 77. num. 61. lib. 1. cons. 107. num. 3. 6. lib. 2. Marsil. in rub. ff. de fideiuss. nu. 164. ver. sed contra prædicta. Roland. cons. 69. num. 46. lib. 4. Cephal. cons. 153 num. 19. Surd. cons. 8. num. 28. cons. 156. num. 43. Mascard. concl. 1243. num. 3. Viuius decis. 251. num. 9. nam facta derogant verbis. Bald. d. l. nesennius. not. 3. & renunc. vi protestationi, quod verum dicit, & aliud facit. Innoc. c. tua. de Sponsal. sed hæc intellige proced. vbi actus contrarius gerit cum alio, quoniam eo casu protestans recedere videtur à protestatione, ne præiudicet ei, cum quo gerit actum, c. solicitudinem. de appellat. c. 1. quod met. cau. Barr. d. §. morte, & ibi Iaf. num. 14. Felin. in d. c. cum M. Ferr. num. 77. & cum hac conclusione transeunt communiter doct. vt per Rube. d. §. morte. num. 223. & est communis conclusio vt per eum, numero 228. & ideo limitatur tex. in l. qui in aliena. §. fin. ff. de acq. hær. vt non proced. quando quis contrahit cum alio adeundo, quod tamen declaratur non proced. quando protestans consentiente, & sciente altera parte protestatus fuit, quoniam tunc etiā actū contrarium gerendo non videtur à protestatione recedere. Mascard. d. concl. 1243. no. 11. Rursus non proced. in protestatione iurata cui non videtur renunc. per actum contrarium etiam cum iuramento firmatum, glo. in c. licet mulieres. de iureiur. libro 1. Bart. l. si quis pro eo. in tertio memb. ff. de fideiuss. Iaf. d. §. morte. num. 14 Mascard. d. concl. 1243. numero 16. Tertio non proced. in actu necessario coacto aut per metum gesto. Mascard. d. loco, num. 18. vbi plures refert. etiam per Boich. d. c. si conditiones nu. 11 namq; sunt eum faciens hoc casu videtur magis pati, quā agere. Quarto non proced. in protestatione conseruatoria iuris alterius, cui non videtur renunc. etiam per actum contrarium, vt per Mascard. d. concl. num. 23 Cæterum vbi actus pendet à sola protestantis voluntate protestatio tollit actum, ne dum actus protestationem tollit nisi exprimatur, & nisi constet expressè de contraria voluntate. l. si quis in principio testamenti ff. de leg. 3. l. qui in aliena §. fin. ff. de acq. hæred. Barr. d. §. morte. & ibi Iaf. numero 14. Felin. d. cum in Ferr. numero 77. vet. recipit autem Boich. in c. 1. conditiones num. 11. de condit. apposit.

Verùm vbi clarè non constat actum esse contrarium sed dubium est, tunc actus sequens non tollit protestationem, sed potius declarat ipsum actum, cùm protestatio declarat quo animo quid factum fuimus. l. 1. §. 1. ff. de libe. agnosc. Barr. d. §. morte. & ibi Iaf. numero 14. concl. 3. Felin. d. c. cum M. Ferr. num. 79. ver. fallit sexto. Mascard. d. concl. 1243. num. 24.

6 Nunciatio quoq; noui operis, cùm sit, vt dixi, protestationis species potest remitti voluntate nunciantis, quamuis nunciatio facta sit etiam authoritate prætoris. l. 1. §. & post operis, & ibi pau. de Cast. ff. de noui oper. nunc. l. vim facit. §. tamdiu, ibi, nam si postea conuenerit cum aduersario, definit vim facere. ff. quod vi aut clam. l. 1. §. inde quæritur ff. de oper. nou. auctor. Imò remissio licet facta fuerit cum auctoritate prætoris iussu ipsius prætoris etiam præfertur. dict. l. 1. §. inde quæritur, vbi ita inquit tex. nec esse periculum, ne pactio priuatorum iussui prætoris antepoſita videatur, quid re alud agebat prætor, quam hoc, vt controuersias eorum dirimeretur à quibus si spontè recesserunt, debebit id ratum habere.

XLIV. RENVNCIATIO;

DISPOSITIONIS TESTATORIS; Legati, & Fideicommissi.

Summæ.

1 *Testatoris voluntas quando vim legis obtineat.*
2 *Dispositioni testatoris renunciare potest is, cuius fauorem respicit ipsa dispositio.*
3 *Dispositioni testatoris quemadmodum renuntiari possit.*
4 *Testamenti ius an renuntiatione tollatur.*
5 *Praecepto, & prohibitioni testatoris an renunciari possit.*
6 *Praeceptum testatoris nudum.*
7 *Legatarius renunciare potest legato.*
8 *Legatum in diem vel sub conditione non potest ante diem, vel conditionem repudiari.*
9 *Repudiatio legati.*
10 *Legatarius emendo rem legatam an censeatur renunciare legato.*
11 *Fideicommissarius fideicommisso sibi relicto renunciare potest.*
12 *Fideicommissi reciproci remissio.*
13 *Fideicommissum conditionale remitti posse.*
14 *Pupillaris substitutio remitti an possit viuente ipso pupillo.*
15 *Fideicommissum conditionale cur remitti posit.*
16 *Fideicommissi conditionalis remissionem duo operari.*
17 *Ius fideicommissi delati tantum.*
18 *Hæres rogatus post mortem suam restituere certæ personæ an possit fideicommisso renunciare fauore illius personæ.*
19 *Tacitè etiam remitti fideicommissum.*
20 *Consentiens alienanti rem fideicommisso subiectam renuntiare censetur fideicommisso.*
21 *Fideicommissum an censeatur remissum per diuisionem.*
22 *Alienandi facultas data in diuisione an operetur fideicommissi remissionem.*
23 *Dispositio l. de his ff. de transact.*
24 *Filij an possint renunciare consuetudini Bulgari.*

1 ETsi illud certum sit voluntatem testatoris vim legis obtinere, quando habemus text. expressum in §. disponat aut. de nuptijs publiceq; expediat suprema hominũ iudicia exitum habere, vt inquit tex. in l. vel negare. ff. quemad. testam. aper. & c. Deniq; pactum minime fieri posit, contra voluntatem testatoris, vt innuere videtur Glos. in l. 1. C. de pactis, vt neq; valet pactum contra le-
2 gem. l. pactaq; contra C. eodem. Tamen hoc ita accipiendum erit, nisi renunciatione tolli posit testatoris dispositio, tunc enim non dicitur lex; cum sperni posit; Quapropter valet pactum contra dispositionem testatoris; accedente voluntate eius, cuius fauorẽ respicit dispositio. l. quoties. 5. C. de fideicomm. & ibi Dec. nu. 3. vers. in glos. l. nihil §. omnib. & ibi Bart. ff. de leg. 1. l. cũ pater §. libertis ff. de leg. 2. Bart. l. 1. col 2. C. de pact. Dec. cons. 323. col. 1. Cephal. cons. 282. nu. 31. Viui. decis. 185. n.
2. Nam dispositioni testatoris renunciare potest is cuius fauorem respicit dispositio. Alciat. l. cum proponas. C. de pact. Siquidem fauor inductus per testamentum non debet retorqueri in odium. Bald. l. quod fauore, nu. 3. C. de legi. Est igitur voluntas testatoris non simpliciter lex; sed secundum quid; hoc est fauorem eius cuius gratia factum est, continens, Bart. d. l. 1. C. de pact. & ibi Rip num. 29. Sed tu die; aut dispositioni testatoris renunciari potest, quod fit, cum respicit fauorem suum renunciantis, & hoc casu non dicitur lex, quandoquidem non habet vim cogentem; Aut verò renunciari non potest, & tunc ideo dicitur lex quia cogit, vt inferius declarabimus. Et licet Respub. intersit testantium voluntates exitum habere, tamen id verum est, nisi renuncietur. Corne. auten. Sacramenta nu. 78. C. si aduers. vendi-
3 tio. Sed videamus qua ratione renunciari posit dispositioni testatoris in qua quæstione trifariàm considerari potest dispositio testatoris; & primo omne ius ex testamẽto competens 2. Præceptum, conditio, aut prohibitio testatoris ab hærede, aut alias honorato seruanda, 3. hæreditas, legatum, aut fideicõmissum. Quoad primum dubitari non est, quin ius testamenti tolli renuntiatione ex eo vocari posit, vnde qui renunciauit testamẽto, non potest ad illud redire, & fideicõmissum ex eo petere. Crauet. cons. 24. nu. 4. & qui petit aliquid aduersus expressam testatoris voluntatem dicitur renunciare testamento. l. vt debitum, & ibi DD. C. de hæredit. act. Abb. consil. 87. nu. 15. sic & per diuisionem contrariam testamento illi renunciari videtur. Crauet. d. cons. 24. nu. 3. Deniq; hæres ex testamento scriptus, minime ignorans testamentum, & ab intestato hæreditatem petens videtur renũciare iuri testamẽti. Crau. cons. 360. nu. 3. permissa est autem, omisso iure testamenti, ab intestato aditio; vbi nulla fraus subesse potest. Bart. l. licet numero 2. l. vlt. nu. 2. ff. si quis omissa causa testamenti, &c. Cæterum si quis omissa causa testamenti ab intestato hæreditatem adierit; circumveniat eos, quib. quid ex iuditio defuncti deberi potuit, si non ab intestato possideretur hæreditas, tunc enim actionem dari potest per inde, ac si hæreditas ex testamento addita esset, vt præstare cogatur, quæ relicta sunt. l. 1. C. de libertatibus §. vltimo ff. si quis omissa causa testamenti, &c. Repudiari igitur, & omitti potest ius testamenti quadrupliciter, & primo omittitur ex testamento, vt deinde possideat ab intestato, Secũdo, vt alius ab intestato possideat. Tertio, vt substitutus capiat. Postremo quando omittit cõtra Tabulas, vt ab intestato habeat. Bar. l. fin. nu. 2.

numero 1. ff. si quis omissa causa testam.

5 Circa præcepta vt prohibitiones, quæ fiunt à testatoribus est distinguendum. Nam aut quis impugnat testatoris dispositionem, aut non impugnat scilicet in exequendo minime seruat præceptum, aut prohibitionem. Bald. l. si pater. num. 2. C. de hæred. instit. Primo casu repudians, institutionem dicitur impugnare iuditium testatoris vbi solus hæres institutus repudiat hæreditatem. Bart. & alij in l. quæsitum. ff. de acquir. hæred. in l. filio pater de leg. primo. Simon de præt. de interpræta. tim vltimarum voluntatum. interpræt. 1. dubit. 1. numero 37. tametsi Bald. in l. quidam elogio num. 12. C. de iure delib. dixerit aliud esse impugnare, & aliud repudiare. Qui repudiat igitur institutionem, & relictum in testamento, videtur & repudiare præceptum testatoris; Quoniam repudians ideo repudiat, quia non vult negotijs hæreditarijs implicari, vt inquit text. in l. filio pater in fin. ff. de leg. 1. & quia vult ad nihil obligari, & tunc non procedit in eo, qui renunciauit hæreditati, vel relictis in testamento, quoniam is nihilominus obligatur. l. hæreditatem. ff. de donatio. l. 2. C. de hæredit. vel act. vend. & ibi Gloss. Bald. l. fuus. C. de repud. hæred. Nam quemadmodum ab initio contractus sunt liberi, & ex post facto fiunt necessarij. l. sicut C. de actionibus, & oblig. ità liberum est hæredi, vel adeundo hæreditatem, contrahere cum defuncto, & ita obligari, vel etiam repudiando non obligari. §. hæres quoq; instit. de oblig. quæ ex quasi contract. & c. Cæterum vbi quis non repudiat hæreditatem, vel relictum in testamento, tenetur obseruare voluntatem testatoris, cum regulare illud sit. Quod præceptum testatoris seruari debet. Imol. in l. pater familias testamento. col. 1. vers. in Gloss. fin. ff. de hæred. instit. Simon de præt. de interpræt. vltim. volunta. num. 4. dub. 4. numero 2. Nam quis diuidere iudicium testatoris non potest. l. penul. ff.
6 de acquir. hæred. Verum vbi præceptum testatoris est nudum à causa, & à persona, hoc est vbi aliter conijcere non possumus, quam quod præceptum nulla alia ratione contrafactum sit, quam solo fauore ipsius prohibiti, vel eius cui fit præceptum, non ex alia iusta causa, vel fauore alterius personæ, tunc huiusmodi præcepto haud dubiè renunciari potest, vt notant DD. omnes in l. filius familias. §. Diui. ff. de leg. primo DD. in cap. cum accessissent. & ibi Buig. nu. 88. de constitut. Abb. consil. 21. tria col. 2. numero 2. Crauet. consil. 466. numero 9. consil. 80. in fin. Gratus consil. 35. numero 6. lib. 2. Paris. consil. 2. num. 23. lib. 5. Socin. iun. cons. 79. numero 50. lib. 1. Cephal. consil. 455. numero 55. consil. 730. numero 52. Menoch. consil. 89. numero 97. Surd. de aliment. tit. 9. quæst. 16. numero 27. Nam prohibitio facta fauore prohibiti, non valet ob iuuio Beтra de fideicomm. prohib. quæst. 2. numero 26. & ideo prohibitioni factæ in gratiam tamen ipsius filij potest renunciare filius, quoniam huiusmodi preceptum est nudum, & videtur factum ea nulla alia causa, & ratione nullius personæ, quam eius, cui fit preceptum. Aret. consil. 19. numero 5. Hinc etiã prohibitus alienare, potest remittere fauori suo, nisi sit minor. Surd. consil. 284. numero 13. & prohibitioni alienandi nudæ factæ fauore hospitalis renunciare potest hospitale Cephal. consil. 511. numero 88. Prohibitio sane testatoris prohibiti tantum fauorem respiciens dicitur nuda, & non lex. d. l. filius fam. §. diui Rip. l. 1. numero 20. C. de pact. Cum prohibitum licitum fiat accedente eorum voluntate; quorum fauorem respicit ipsa prohibitio. l. nihil §. omnibus, & ibi Bart. ff. de leg. primo, voluntatiq; testatoris cum prohibitione renunciare potest; vbi ea facta est fauore renunciantis. l. cum pater. §. libertis, & ibi Bart. de leg. 2. in l. nihil de leg. primo in l. quoties, la prima, C. de fideicomm. l. si non centum, in principio ff. de cond. & demonst. & ideo consuluit Oldra. consil. 241. Factum tale, Quod filij, qui promiserunt cum iuramento patri non diuidere eius hæreditatem vsq; ad 10. ann. potuerunt remittere huiusmodi iuramentum, cum eorum fauore tantum præstitum fuit. Sic & præcepto de non alienando facto fauore ipsius hæredis, potest hæres renunciare. Bart. l. pater. §. Iulius Agrippa. ff. de leg. 3. in l. filius familias. §. Diui. de leg. 1. Ratio autem cur præcepto modo renunciari potest, ea est. Quia testator videtur illud fecisse in fauorem ipsius prohibiti, vt per DD. omnes in d. §. Diui. Præterea permissum fuit testatoris disponere de rebus suis, vt vult de vno in alium transferendo vel obligando, scilicet, vbi prohibitio non continet alterius interesse, vel vtilitatem, quam ipsius prohibiti, inde obligatio alij nasci non potest; Quare cum nullius intersit, merito dicitur præceptum nudum, & proinde non obligat. hæres enim vt sit obligatus debet extare persona, cui obligatus esse debet, qua defficiente præceptum remanet nudum. Imo testator videtur velle derogare ei facultati, vt quilibet in re sua sit moderator, & arbiter l. in re mandat. C. mandat. namq; dicendum est quod præceptum nudum est consilium solum, vt voluit Angel. sed etiam prohibitio. Cuman. d. §. Diui. numero 1. 2. & generaliter verba in testamento fauore vnius apposita, non debent in eius odium retorqueri. l. cum pater. §. 1. ff. leg. 2. & voluntas testatoris regulatur secundum voluntatem eorum quorum fauore facta fuit dispositio. Dec. l. 1. nu. 7. in fin

C. de pactis per l. Titio centum in principio ff. de cond. & demonst. Vnde si testator certam summam in funere erogari mandauerit, fauore hæredis, poterit hæres fauori suo renunciando, quicquid vlterius velit impendere. Alciat. in l. cum in testamento ff. de verb. significatione. Aliter tamen dicendum erit, si id mandauerit testator non fauore hæredis, sed ex alia causa Alciat. d. loco. Declaratur tamen, vt minores non possint renunciare dispositioni etiam eorum fauore factæ propter eorum facilitatem. Dec. consil. 403. in fin. consil. 386. nu. 4. Surd. consil. 284. nu. 13. consil. 394. nu. 32. Aut igitur, apparet testatorem motum fuisse ad iubendum: aut vetandum aliquid in suo testamento ex aliqua rationabili causa, veluti cum testator prohibet alienationem ratione fragilitatis personæ, aut ratione affectionis ad rem vt tradit Castr. in d. §. Diui, & hoc casu præcepto renunciari non potest: Aut vero præceptum respicit interesse alterius personæ; quam ipsi ius prohibitionis, & similiter renunciari non potest; idemq; dicendum erit, vbi præceptum respicit interesse testatoris Dec. consil. 547. Viso, col. 4. ver. non obstant allegata. Vt autem concludamus, ita demum renunciare quis potest præcepto, aut prohibitioni testatoris, si apparet ipsum testatorem motum fuisse nulla alia ex causa, quam vtilitatis ipsius prohibiti, aut ratione nullius personæ præterquam prohibiti; Cæterum si appareat de alia causa; aut si agatur de interesse alterius personæ, vel ipsius testatoris renunciari non poterit.

Quod autem attinet ad legata, & fideicommissa, sciendum est relictis in testamento renunciari posse; Corne. auten. Sacramenta puberum numero 78. vers. & licet. C. si aduersus vendit. Est tamen sciendum, quod renunciatio eorum, quæ relicta fuerunt in vltima voluntate non valet, nisi facta sit mentio expressa, nempe quod renuncians cognouerit, & inspexerit contenta in testamento. l. de his ff. de transact. vbi Bart. & alij, de cuius dispositionis renunciatione dicam renunciatione 135.

7 Legatarius igitur haud dubiè renunciare potest legato. l. vnica. §. vbi autem C. de caduc. tollend. atq; prælegato. Capra consil. 77. numero 6. potestq; legatarius abdicare à se legatum, & dominium rei legatæ. Ias. in l. plane §. si coniunctim numero 18. ff. de leg. 1. Quapropter ex legato, cui renunciatum fuit, nihil peti potest; l. vxorem §. testamento, vbi Bart. ff. de leg. 3. Nam legatum respicit fauorem eius, cui relinquitur, ideoq; legatarius potest renunciare Cyn. in l. 1. num. 1. C. de pact.

Non est tamen omittendum constituendam esse differentiam inter legatum in diem, vel sub conditione, vel inter legatum delatum, & legatum iam acquisitum.

8 Nam quemadmodum legatum in diem, vel sub conditione non potest vtiliter agnosci nisi cum acquiri potest; ita neq; repudiari potest ante diem, vel conditionem. l. si ita §. 1. de leg. 2. cum generaliter traditum sit, eum repudiare posse qui & acquirere potest, l. is potest ff. de acquir. hæreditate legatum autem iam delatum repudiari potest; quoniam legatum nemini acquiritur inuito. l. hoc iure §. 1. ff. de donationibus atq; vt qui agnoscit legatum illud acquirit, ita qui repudiat illud amittit, ne possit amplius legatum agnoscendo acquirere.

9 Quo circa repudiatio legati facit, vt à principio res legata videatur fuisse hæredis; & nunquam ipsius legatarij, & perinde est quasi non fuisset res legata. l. seruum §. in l. si tibi §. cum seruus l. legatarius ff. de leg. 1. Quin vbi plura sunt legata potest legatarius aliqua agnoscere, & alia repudiare. l. si duobus in principio ff. de leg. 2. Surd. consil. 107. numero 7. sed & legatarius repudians onus legato iniunctum repudiare videtur ipsum legatum; Aret. in l. omnium §. ff. si cert. pet. l. meminerim, vbi Bart. ff. de leg. 2. recipiensq; vt legatum relictum amittat, dicitur repudiare legatum. Rui. consil. 60. num. 12. lib. 2. Delatum igitur legatum repudiari potest; non etiam acquisitum, quoniam vbi est agnitum non tollitur repudiatione, sed renunciatione. l. 1. §. decretalis, ff. de success. edict. acquisita enim amittere possumus non etiam repudiare, Coiac. obseruationum lib. 3. cap. 11. cum repudiare nihil aliud sit, quamuis iam delatum non acceptare, vt alias declarauimus, legatum igitur conditionale pendente conditione non tollitur repudiatione, sed renunciatione, ex qua abdicatur spes futuri legati, delatum autem non tollitur renunciatione, sed repudiatione, cum delata tantum repudiari possint. Deniq; legata agnita, & acquisita, non nisi renunciatione tolluntur, vt dixi supra de renunciatione iurisiurandi.

10 Sed illud bene non intempestiuè quæri potest, an legatarius emendo rem legatam censeatur renunciasse legato, in qua quæst. Ias. in l. plane. §. quod si rem num. 8. ff. de leg. 1. adnotauit legatarium ex emptione rei legatæ, minime censeri renunciasse legato, declarando tamen id procedere vbi emit à tertio, vel ab hærede, sed ignorans, & idem inquit in l. si à substituto in principio num. 2. ff. de leg. 1. Et ideo vbi legatarius pretium soluit, id potest repetere, vt re euicta à se ipso, vbi vero non soluit id potest retinere. Glos. est notanda in l. à substituto in principio in ver. & antequam ff. de leg. 1. vt tradit Cephal. consil. 767. num. 2. Quinimo vbi legatarius etiam sciens emit rem legatam pendente conditione, non videtur renunciasse legato,

gato,

gato, quapropter purificata conditione desinit eam habere ex causa emptionis, & incipit habere ex causa legati. Glos. in d. l. si à substituto. Ruin. consil. 156. numero 4. lib. 5. Luchin. de Curte inter consilia diuersorum vltim. volunt. consil. 108. num. 5. lib. 1. Verum vbi legatarius, rem pure legatam sciens ab hærede emit, Videtur alteri causæ renunciasse quoniam emendo videtur renunciasse iuri suo, & facere ne hæres ex causa legati amplius possit dare. Alciat. consil. 143. numero 6. lib. 5. & quod legatarius non ignorans legata, & emens ab hærede rem legatam censeatur renunciasse legato decidit Alex. consil. 100. numero 5. lib. 7. per legem Titius. ff. quibus modis pignor, & argumento l. huiusmodi. §. qui seruum. ff. de leg. 2. & l. cui res. ff. de act. empti, vbi legatarius ignorans emendo seruum sibi legatum ab hærede, non videtur renunciasse legato, ergo à contrario sensu legatarius emens, cum sciret videtur renunciasse legato, & quamuis. Bart. circa id dubitet. in l. qui Romæ. §. duo fratres. quæst. 12. ff. de verb. oblig. tamen distinctio Dyni, quam minime approbat Bart. in vltimo membro est magis communiter approbata, vt asserit Alex. d. consil. 100. numero 5. & 6. vbi huius dicti eam adfert rationem, Quod legatarius sciens emendo rem legatam, videtur eam nolle habere ex causa legati, sed ex causa emptionis, quo casu non potest agi ad pretium ex testamento, cum renunciauerit, & habere noluerit ex causa legati, imo nec actione ex empto agi poterit cum habeat rem ex causa emptionis, vt habere voluit, non etiam ex causa legati, quoniam tunc demum potest actione ex empto agi ad pretium quando legatarius videtur habere rem ex causa legati, vt per Alex. d. consil. 100. numero 6. Aut igitur legatarius emit rem legatam non ab eo qui reliquit, aut ab hærede, sed ab alio, & tunc emendo non renunciat. l. plane §. quid si rem. ff. de leg. 1. & ibi Gloss. & Paul. de Castr. nu. 3. intelligit d. §. quod si rem, quod ibi testator sciens legauit rem alienam, & legatarius emit à vero domino. Aut vero legatarius emit ab eo, à quo res relicta est, vel ab hærede, & hoc casu. Aut rursus res est legata sub conditione; aut pure. Primo casu etiam sciens emendo non videtur renunciasse. l. fundo. ff. ad l. Falcidiam. l. cui res ff. de act. empt. Altero casu ignorans emendo minime sibi præiudicat in legato, secus si sciens emerit. d. l. Titius, & hæc fuit distinctio Dyni, quam refert Bart. in d. §. duo fratres. quæst. 12. Paul. de Castr. in d. §. quod si rem. num. 3. quamuis Bart. reprehendat vltimum eius membrum. Quæ tamen distinctio magis communiter recipitur, vt per Alex. d. consil. 100. num. 6. Et ad id facit, quod scribit Cuman. in Repeti. l. si à substituto in principio num. 2. ff. de leg. 2. vbi inquit quod emens rem legatam, sibi pure relictam ab hærede, vel ab alio domino intelligitur repudiare, cum faciat quominus res legata dari possit, & ridiculum videatur, quod soluat pretium, & postea id ab hærede repetat, vt per eum quod ibi ita tradit aduersus sententiam Bart. in d. §. duo fratres. quæst. 15. & idem inquit in d. §. duo fratres. nu. 59. & quod Bart. minus recte reprehendat Dyn. tenent ibi Bald. & alij quos sequitur Aret. in d. §. duo fratres, & in l. possideri §. ex plurib. nu. 26. ff. de acquir. possess. Postremo circa renunciationem legati, & relictorum in testamento sciendum est, quod in generali renunciatione facta de omnibus legatis relictis testamento non includitur legatum dotis; nisi illud nominatim expressum fuerit. Ias. l. si quã §. & generaliter num. 3. C. de inoff. testam. & mulier renuncians legatis relictis in testamento non videtur renunciasse legato dotis. Socin. consil. 214. col. 1. num. 2.

15 Qua ratione etiam fideicõmissarius fideicõmisso sibi relicto renunciare potest. l. 1. l. cum proponas la prima C. de pact. l. qui Romæ. §. duo fratres, & ibi Bart. quæst. 6. in fin. Rip. num. 101. ff. de verb. obl. l. de fideicõmisso. C. de transact. l. in ratione, la seconda. §. tam etsi. vers. Quo loco ff. ad l. Falcidium. l. aut restituam ff. de solut. l. nihil §. 1. & ibi Bart. l. si fundum per fideicõmissum ff. de leg. 1. l. cum pater. §. libertis ff. de leg. 2. mater. C. de rei vend. l. Procula ff. de probat. l. Lucius Titius ff. ad Trebell. l. quoties, la prima C. de fideicomissis. Bald. consil. 434. Factum nu. 2. lib. 3. in l. qui cum Tutor ib. col. 5. vers. sed natura ff. de transact. & consil. 46. nu. 3. lib. 5. & in l. cũ pater §. hæreditatem. ff. de leg. 5. Dec. consil. 323. col. 1. Zasius l. nulla iuris ratio nu. 8. ff. de legib. Ruin. consil. 112. num. 8. lib 2. Bursat. consil. 195. nu. 11. Boer. quæst. 147. nu. 8. Osasc. decis. 112. nu. 16. Ludouic. decis. perusi. 59. nu. 6. parte 1. Menoch. de præsumpt. num. 3. præsumpt. 115. nu. 1. Cephal. cons. 226. nu. 37. cõs. 650. n. 50. Gaill. obseru. 139. nu. 7. lib. 5. Natta cons. 470. nu. 11. Viuius decis. 185. nu. 1. Cum fideicõmissum relinquatur fauore fideicõmissarij, merito illi potest fideicõmissarius renunciare. Paul. de Castr. d. l. prima col. 2. C. de pact. & ideo si prohibita fuerit alienatio, & in casu contrauentionis substituta fuerit causa pia, poterit causa pia remittere eam substitutionem ejus fauore factam, & remissio poterit fieri ex causa transactionis, appositis illis verbis, inspectis, cognitis verbis testamenti. Angel. l. quoties, la prima C. de fideicom. Dec. consil. 323. col. 1. Quia etiam remitti potest fideicõmissum, etiam si testator prohibuisset fideicõmissi remissionem. Purpurat. d. l. 1. nu. 9. & nu. 12. vers. & Bart. ampliat. 2. C. de pact. per id, quod voluit ibi Bart. col. fin. vbi decidit dictum Bartoli procedere. Nisi duplex cõcurreret prohibitio, nẽpe legalis, & specia-

lis ipsius testatoris, idem tenet Dec. consil.
636. Cephal. consil. 296. num. 25. Nam fidei-
comissi remissio est fauorabilis, Menoch. cõs.
87. num. 43. fideicomissum etiam non recipro-
cum remitti potest d. l. 1. C. de pact. vbi fidei-
comissum remittitur ab vna parte tantum; vt
12 per Bologn. ibi num. 17. Quinimo vbi fidei-
comissum est reciprocum potest illud ab
vna parte tantum remitti per eam regu-
lam quod quilibet renunciare potest fauori
suo. Purpurat. l. 1. nu. 9. vers. ampliatur C. de
pact. Sic etiam fideicomissum reciprocum re-
mitti potest l. de fideicomisso C. de transact.
qui text. est valde singularis, vt per Boer. quest.
147. nu. 7. l. cum proponas, la prima C. de pa-
ctis. Decius consil. 323. col. 1. & ideo filij inui-
cem substituti possunt remittere huiusmodi
substitutionem, quæ videtur facta eorũ fauore,
Roman. d. l. de fideicomisso num. 1. & Tutor
potest remittere fideicomissum reciprocum
cum iudicis decreto. Peregrin. de fideicom.
art. 52. nu. 50. Quinimo facilius præsumitur
fideicomissi reciproci remissio. Boer. d. §. duo
fratres quæst. 2. in fin. Barbat. consil. 237. num.
5. nam vbi fideicomissum reciprocum remit-
titur neutra pars læditur D. D. dicto §. duo
fratres, & ibi Rip. nu. 19. & remissio reciproci
fideicomissi fauorabilis censetur Crauet. cons.
638. num. 10. Menoch. consil. 87. nu. 39. Verum
fideicomissum reciprocum non videtur remis-
sum ab eo, qui & ipse remissionem minime
consequitur. Bart. d. §. duo fratres quæst. 2.
vers. tertius, & ibi Rip. num. 46. vers. sexto
amplia. Cephal. consil. 296. num. 25. consil.
13 731. num. 19. Sic etiam fideicomissi condi-
tionalis remitti potest. d. l. 1. C. de pactis. Vbi
expressè fuit remissum fideicomissum condi-
tionale. Glos. in d. l. cum proponas, la prima,
& ibi Dec. l. quoties, & ibi Angel. C. de fidei-
com. Bald. consil. 18. in fin. lib. 3. Nam ius fi-
deicomissi etiam in futurum competituri, quis
non ex causa de præsenti remitti potest. Pe-
reg. de fideicom. art. 52. num. 17. Et ideo fi-
deicomissum sub conditione debitum remit-
tere potest fideicomissarius hæredi grauato. d.
l. 1. C. de pact. & ibi notat Gloss. & DD. Pereg.
d. art. 52. num. 14. fideicomissum enim condi-
tionale remitti potest, licet videatur pactũ fine-
re ea parte promittentis. Bolog. d. l. 1. num. 14.
C. de pact. & licet videri possit, vt fideicomis-
sum conditionale, minime remitti possit pa-
cto, vt neq; nouari potest, tantum ideo non
nouatur, obligatio conditionalis, quantum
nouatio est prioris obligationis in aliam trãs-
fusio. l. 1. ff. de nouationibus. Quare cum non
detur prior obligatio ante conditionis euen-
tum, meritò conditionalis obligatio non no-
uatur. l. quoties ff. de Nouat. Verum in re-
missione fideicomissi agitur non de tollendo
obligationem natam, sed de remittendo spem,
quæ est de præsenti cum remittitur, & proinde
considerari potest. Et quamuis non valeat
pactum de futura successione viuentis, l. fin.
C. de pactis. Valet tamen pactum de remit-
tendo fideicomissum, quod est de hæreditate
defuncti, quoniam substitutus per fideico-
missum non succedit grauato, sed ipsi testa-
tori l. cohæredi. §. cum filia ff. de vulg. & [illegible]
pupil. & c. ita Rip. d. l. 1. num. 17. C. de pactis.
Quo circa si loco plus substitutus fuerit filio,
poterit remittere substitutionem fideicomis-
sariam etiam viuente filio, & licet remissio
non valeat in præiuditium causæ piæ, tamen
non præiudicatur illi ex remissione eius fidei-
comissi, cuius dubius est euẽtus, modo tamen
pro dubio euentu causa pia aliquid accipiat. l.
praeces. C. de transact. Rip. l. 1. nu. 28. C. de
14 pactis. Aliud tamen dicendum est in pupil-
lari substitutione, cuius ius remitti minime
potest viuente ipso pupillo, quoniam hoc casu
agitur de hæreditate viuentis. l. patris, & filij,
ff. de vulg. & pupil. Bart. d. §. duo fratres quæst.
7. Curt. Iun. l. fin. num. 19. C. de pactis. Rip.
d. l. 1. numero 18. Vnde licet fideicomissum
remitti possit, tamen aliud dicendum est in
substitutione pupillari, sub conditione facta;
cuius ratio est, quoniam per pupillarem sub-
stitutionem succeditur pupillo. d. l. cohæredi.
§ cum filia. Et proinde tunc dicitur agi de
hæreditate viuentis, quod facit vt pactum non
valeat; & hæc est communis Doctorum senté-
tia Curt. Iun. d. l. 1. num. 52. C. de pactis. &
ibi Bologn. num. 87. & Purpurat. nu. 36. cum
seq. vbi late. Verum substitutioni pupillari
renunciari potest cum iuramento, etiam viuẽ-
te ipso pupillo, cum ea substitutio facta sit fa-
uore substituti Guter. d. contrac. Iur. cap. 41.
nu. 5. Vers. & sic indistincte. Sed quod substi-
tutus renunciare possit substitutioni pupillari
etiam sine iuramento late comprobat Gomez
ad l. Tauri l. 22. nu. 16. vers. sed his non obstã-
tibus per plura, quę illic omnibus videre
promptum est.
15 Triplex ratio adfertur cur fideicomissum
conditionale remitti potest. Prima ex regula
generali. Quod quilibet renunciare potest
fauori suo. Æquum sane videtur, vt is possit
fauori suo renuntiare, in cuius gratiam fidei-
comissum relictum erat, l. si quis in conscriben-
do C. de pactis. Altera est quoniam per huius-
modi remissionem tollitur votum captandæ
mortis. Tertia est: Quia inter fratres tollitur
discordia, ita Cyn. in d. l. 1. C. de pactis, & ibi
Dec. num. 7. & alij, per remissionem sane fi-
deicomissi conditionalis, tollitur votum cap-
tandæ mortis, & proinde eius remissio valet;
Roman. l. de fideicomisso num. 2. C. de tran-
sact. & non tantum tollit votũ captandæ mor-
tis, sed etiam inter fratres æqualitatem, & con-
cordiam seruat. Ias. d. l. 1. nu. 2. C. de pact. &
ibi Bolog. num. 34. Gall. obseru. 139. num. 8.
lib. 2. Neq; dicendum est, quod remissio fi-
deicomissi minime fieri possit, cum agatur de
fauore testatoris, vt eius voluntas effectũ sor-
tiatur:

stiatur: Quoniam testatoris voluntas regulatur secundum voluntatem eorum, quorum fauore facta fuit dispositio. Dec. d.l.1.nu.7. per l. Titio centum in principio ff. de cond. & de-
16 monstrat. Remissio fideicomissi conditionalis duo operatur; vnum de præsenti, & statim cum remittitur; quoniam tollit eam spem, quam remittens habebat eo tempore, quo remisit: Deinde operatur in futurum, vbi euenire potest eam spem, deuenire ad rem: Quare quo ad primum effectum tollendi spem remissio est pura; quo ad alterum tollendi rem est conditionalis, vt ipsum fideicommissum, & ideo quemadmodum non existente conditione fideicómissum habetur pro non facto, ita quoq; se habet remissio, ita declarat Paul. de Castr. l.1.num.3. C. de pactis. In fideicomisso itaq; conditionali duo considerantur, nempe ipsum fideicómissum, quod est ius futurum, & hoc nó est in rerum naturà, & nulli quæsitum, & spes quod appellatur incertum, vnde dicitur ius præsens quod remitti potest. Bolognet. d.l. prima, nu.20. Potest autem spes deduci in cõtractum, & proinde remitti. l. nec emptio. ff. de contrahen. emptio. l. spem C. de donatio. & nó tantum per pactum, sed etiam simpliciter renunciari potest fideicemisso conditionali, vt per Bolognet. d.l.1.num.13.C.de pact. & vide etiam quæ dixi supra de iure futuro, vbi aduersus communem sententiam comprobaui iuri futuro etiam simpliciter renunciari posse. Quinimo fideicómissi conditionalis, & incerti remissio videtur magis iusta, & fauorabilis propter incertitudinem, notatur in d.l. 1. vbi Dec. nu.7. in fin. quæ facit, vt id valeat, quod alias non valeret argumento l. de fideicomisso. C. de transact. glos. magna. in d.l.1. Neq; dicendum est in fideicómisso facto sub conditione, si quis decesserit sine liberis, remissioné minime valere in præiuditium filiorum, sub conditione vocatorum; Quia quamuis filius cùm certus est euentus, & ex post facto dici possit læsus, tamen huiusmodi læsio non consideratur, cùm ad probandam læsionem semper spectari debeat tempus contractus, non etiam id, quod ex post facto sequitur, cap. eum dilecti, cap. cum causa, de empt. & ibi Gloss.

17 Declaratur tamen, vt iuri fideicómissi delato tantum renuntiari non possit. Bolognet. d.l.1. num.11. vers. secunda regula. C. de pact. cum fideicõmissum delatum tantum tollatur repudiatione, non etiam renunciatione. l. seruũ filij. §.1.ff. de leg.1. Vt repudiari etiam potest hæreditas delata. l. fin. C. de hæred. Peregrin. de fideicom. art.52.num.9.

Fideicõmissum autem debitũ, in diem, vel sub conditione repudiari non potest, l. si ita scriptum. §. si sub conditione. ff. de leg. 2. vbi tex. adfert rationem in illis verbis, nam nec pertinet ad nos, antequam dies veniat, vel cõditio extiterit, DD. in l.2. C. de pactis. Peregr. de fideicom. art.52, nu.10. potest tamen fideicõmissum debitum in diem, vel sub conditione hæredi præsenti, aut alteri acceptanti pro eo, remittere. l. & hæredi. §. filia familias. l. pactum in fin. ff. de pactis. d.l. prima C. eodé. Ratio differentiæ illa communiter assignatur, quod repudiatione in præsens tempus remittitur fideicommissum, quod pendente conditione ad huc nullum est, cum per rerum naturam non possimus à nobis id abdicare, quod delatum non est, qui paciscitur autem remittit in futurum, idq; cùm fideicomissum peti posse cœperit, & promittit se, quamuis postea res deberi cœperit, tamen eam non petiturum. Sed vera ratio illa est, quod repudiare, (vt alias etiam dixi) est non acceptare, & non acquirere, & quoniam ius nondum delatum non potest acquiri, merito illud repudiari non potest, per regulam. l. is potest. ff. de acquir. hæred. Potest autem ius nondum delatum renunciatione tolli, cum renunciatione abdicetur spes, quæ est de præsenti vt. etiam dixi, & est comm. Peregrin. de fideicom. d. art.52. nu.11.

18 Potest præterea hæres rogatus post mortem suam restituere certæ personæ renuntiari fideicómisso fauore illius personæ, si quidem mortis dilatio fauore hæredis adiecta, operatur vt is censeatur rogatus restituere cùm volet. glo. in l. vxorem §. sciuola. ff. de leg.3. not. doct. in l. post mortem. C. de fideicom. Sed dubium est an huiusmodi renunciatio fideicómissi facta ab hærede fauore illius personæ cui debet restituere post mortem valeat in vim cessionis, & donationis; quę postea eueniente casu fideicomissi transeat in restitutioné ex Trebelliano; an vero valeat, vt restitutio, quę retractari non possit per creditoré, nisi in eorum fraudem facta, quod quidem videtur per tex. in l. patrem ff. quæ in frau. cred. l. si sponsus. §. si quis rogatus ff. de dona. inter vir. & vxo. Vnde secundum Bald. in rub. C. de reuoc. ijs, quæ in frau. cred. nu.11., quod pater grauatus restituere post mortem hæreditatem filijs potest ante casum mortis, renuntiare fideicomissum fauore filiorum; quæ renuntiatio, & restitutio ante diem facta non poterit retractari per creditores vti in eorum fraudem facta. Namq; ex huiusmodi renuntiatione non dicitur hęres fraudare creditores, Surd. cons.264.num.14.

Sed contrarium, nempè quod renuntiatio fideicõmissi fieri non possit fauore certæ personę, vt habeatur pro restitutione ex Trebelliano, voluerunt plures, quos refert Peregrin. de fideico. artic.2. num.51. ver. contra verò, cùm etenim hoc casu restitutio facta minimè sit, prout defunctus voluit, interim non transferuntur actiones ex Trebelliano. Bart. in l. sed & si alio in fi. ff. ad Trebell. Qua ratione hęres grauatus, qui renunciauit fideicommisso ante mortis casum cõueniri adhuc poterit non obstante renunciatione à creditoribus vti per renunciationem donans, vel cedens hęreditatem.

tem. Bart. in d.l. post mortem nu.4. ver. vnde fateor. Verùm Bald. ibi num.5. ver. ego vero teneo, voluit renunciationem eo casu factam habere vim restitutionis ex Trebelliano, perindeac si euenisset casus fideicōmissi; vt patet ex tex. in d.l. post mortem, in ver. iudicio, & in ver. quarta. Nam si huiusmodi renunciatio, & fideicōmissi haberet vim donationis inter viuos non detraheretur de eo Trebellianica, item non magis dixisset quarta, quàm dimidiam. Et hanc opinionem quoq; tenet Fulgos. in d.l. post mortem, nu.7. ex pluribus per eum ibi adductis.

Huiusmodi ergo renuntiatio fideicōmissi est quædam restitutio facta, vt satisfiat voluntati testatoris grauantis, vt in d.l. post mortē, ibi, satisfacere, cum renunciatione dilationis adiectę fauore ipsius grauati, cui potuit renunciare, vt dicam renunt. 198.

19 Tacitè etiam remittitur fideicomissum d. §. duo fratres. Purpurat. l. 1. nu.9. & ampl. 2. C. de pactis, & memorabilis est casus tacitę remissionis fideicōmissi. in l. Procula. ff. de probatio, vt tradit. Gaill. obseruat.139. in fin. lib. 2. Peregrin. de fideicōm. art.52. nu. 12. Nam in d.l. Procula præsumitur remissio fideicōmissi trib. concurrentibus. Videlicet ratione sanguinis, temporis diuturnitate, & sæpius hinc inde facta computatione secundum intellectū, Gloss. Bart. Fulgos. & communem Socin. iun. cons.128. nu.108. lib.1. Bart. l. qui dotis. col. 4. ff. solut. matrim. Bald. l. si certis annis col. 4. C. de pactis. & vbi vnum ex tribus defficit non inducitur remissio. Natta cons. 501. num. 61. & illum text. intelligit, Gloss. notabil. in l. libertis §.1. ff. de aliment. legatis. Ruin. cons. 139. nu.8. lib.2. consil.162. nu.10. lib.3. Afflict. decis.13. nu.12. Roland. cons.65. nu.18. lib.4. Tiraq. de præscriptio. §. glos. 4. vers. octauo istis. Socin. iun. cons.128. nu.128. lib. 1. Menoch. de arbitrar. Iudicum cas.88. nu.16. Peregrin. de fideicom. art.52. num.12.

20 Consentiens item alienanti rem fideicōmisso subiectam, tacite renunciasse videtur fideicōmisso Petra de fideic. prohib. quæst.14. nu.9. Mascard. conclus.776. nu.16. & facit glos. in l. cū proponas, la prima. C. de pactis, quod licet magis communiter reprobetur, dum vult ex sola taciturnitate, censeri extinctum ius fideicōmissi; tamen omnes DD. conueniunt, vt censeatur extinctum ius fideicōmissi cōditionalis, interueniente consensu verbis expresso, vel facto. Alba cons. 105. nu. 2. contrauenienș quoq; fideicōmisso, videtur illi renuntiari Petra de fideicom. prohib. quæst.14. num.4. Sed etsi grauatus per fideicōmissum, legauerit rem aliam fideicōmissario, is acceptando legatum videtur repudiare fideicōmissum. Alba consil. 17. col.1.2. Peregrin. de fideicom. art.52. nu. 11. In dubio tamen non est præsumendum remissum fuisse fideicōm. art.52. num.24.

Circa præsumptionem remissionis fideicōmissi perdifficilis, & obscura & quæstio est, an per diuisione censeatur remissum fideicommissum, quam quæstionem breuiter duabus conclusionibus perstringam.

21 Prima conclusio est non præsumi remissum fideicōmissum ex sola diuisione. l. cum pater. §. hereditatem ff. de leg.2. & ita tenent omnes, vt per Bart. in d. §. duo fratres quæst. 5. in fin. Alex. cons.208. nu.4. lib.6. Bald. cons.89. nu.9. lib.1. Dec. cons.187. num. 16. vbi inquit hanc esse receptam opinionem, & idem inquit in cons.79. col.2. in d. l. cum proponas la prima in fin. cons.86. col. 3. vbi inquit communiter reprobari Angel. in d. §. duo fratres cons.245. nu.1. cons.495. nu. 17. Roman. cons.403. Pro decisione nu.1. & ibi Mandos. Fulg. l. tres fratres nu.9. ff. de pact. Bero. consl. 150. in princ. nu.2. Gozadin. cons 36. col. fin. Ruin. cons.138. nu.9. lib.2. cons.137 nu.6. vers. si præmissis lib. eodem Rip. l.1. nu.4. C. de pact. & ibi Bologn. nu.49. Grat. cons.60. nu.5. lib.1. Bellon. cons.19 nu.8. Socin. iun. cons.128. n.122. lib. 1. Natt. cons.474. nu.32. Cephal. consil.731. nu. 6. cons.571. nu.14. & hæc est vera, & approbata doctorum sententia. Roland. cons.34. nu. 73. lib. 4. & hanc esse receptissimam doctorū sententiam tradit Menoch. lib. 3. præsumpt. 115. nu.9. Crot. in d. §. duo fratres nu. 73. vbi inquit tam esse veram, & indubitatam conclusionem, quam omnes sequuntur. Et est communis opinio, vt attestatur. Portius lib. 2. reg. 38. Franc. Marc. quæst.245. Alba cons.74. nu. 6. Mascard. de probat. conclus. 776. in princ. Petra de fideicōmissi prohibitione, quæst. 14. nu.15. vbi inquit hanc esse communem resolutionem omnium scribentium. Bursat. consil. 64. nu.18. lib.1. vbi asserit hanc esse magis cōmunem. Peregrin. de fideicōm. art.52. nu.18. Gaill. obseru.139. lib.2. vbi plures refferendo asserit hanc esse receptam doctorum sententiā. Decian. cons.33. nu.9. lib.5. cons.52. nu.5. vers. Primo quia lib.1. vbi tradit hanc esse communem conclusionem. Surd. cons.67. nu.44. & ita tenent omnes per text. in d. l. cum pater. §. hereditatem secundum vnum intellectum, & ibi Bart. & in l. qui cum tutorib. in princ. ff. de transact. notat in l.1. C. de pact. ibi, facta sicut placuit diuisione, iuncto principio, ibi, conuētione finitum est, & ibi notat Ripa nu. 4. Zuccard. num. 59. & expressius probatur in l. qui Romæ §. duo fratres, & ibi gloss. ff. de verb. oblig. intelligendo, quod ibi male iudicatum fuerit, vt communiter intelligunt omnes. Zuccard. d. nu.59. & ibi Ripa nu.4. & hanc esse cōmunem intellectum inquit Ruin. cons.92. nu. 20. lib.3. Socin. iun. cons.128. n.130. lib.1. vbi inquit ab hoc communi intellectu in iudicando non esse recedendum, & idem inquit cons. 116. nu 64. lib.1. Ratio autem cur ex diuisione non censeatur remissum fideicōmissum, illa est. Quoniam diuisio non est actus contrarius iuri fideicōmissi conditionalis, quādo

ita

ita demum quis censetur per actum renunciasse iuri suo, si actus ille est contrarius, vt dixi supra loc. 5. quo loco dixi de tacita renunciatione per actum contrarium. Quare qui petit postea fideicōmissum non rescindit diuisionem, licet petat eam partem diuisam, quę loco partis diuisę successit. Bald, d. l. cum pater §. hæreditatem: Ideoq; per diuisionem simplicem non videtur remitti ius fideicommissi conditionalis, quia simul esse potest, quod bona diuidantur, & quilibet teneat partem suam, donec existat cōditio fideicōmissi. Paul. de Castr. d. §. duo fratres. col. 3. vers. concludo ergo. Diuisio igitur simplex non est actus cōtrarius fideicommisso futuro, cum bona possint diuidi, vt quilibet habeat partem suam donec existat conditio fideicommissi; qua postea eueniente portio vnius ad alterum redit Menoch. lib. 3. præsumpt. 115. num. 16.

Et non tantum per diuisionem voluntariam non videtur remissum ius fideicomissi conditionalis, sed etiam per diuisionem factam per Iudicem vel arbitrum, cum Iudex minime derogare possit iuri futuro. Bald. consil. 454. Factum proponitur numero 1. lib. 3. Rip. d. §. duo fratres. num. 80. Gaill. obseru. 139. num. 6. lib. 2. Extenditur hæc conclusio, vt procedat etiam in fideicommisso condicionali reciproco. Peregrin. de fideicomm. art. 52. num. 58. & tradunt communiter omnes in d. §. duo fratres, & ibi Bart. quæst. 1. cum quo transeunt communiter alij, & infiniti consuluerunt, vt per Rip. ibi, numero 38. & numero 47. Extenditur quoq; vt procedat etiam in diuisione iuramento firmata, cum iuramentum minime augeat consensum. Menoch. lib. 3. præsump. 115. nu. 21. & iurans non venire contra diuisionē, non videtur remittere fideicōmissum. Seraphin. d. Priuil. iuramēti Priuil. 557. n. 2. Corbul. de causis ex quib. emphit. tit. de can. priuat. ob renunciat. nu. 22. Ampliatur quoq; d. conclusio, vt procedat etiam si diuidentes promisissent non contrauenire diuisioni. Bart. d. §. duo fratres. quæst. 52. & ibi Socin. iun. nu. 87. hæc conclusio communiter recipitur, vt per Rip. ibi, nu. 44. tenendo, vt superius etiam dixi, quod in d. §. duo fratres, fuit male iudicatum, & idem tradit Paul. de Castr. consil. 96. in fin. lib. 2. & consil. 188. col. 1. lib. eodem, & cum Bartolo transeunt comm. DD. vt per Ruin. consil. 92. nu. 20. lib. 3. consil. 138. nu. 5. lib. 2. & Bartolum omnes sequuntur, vt per Dec. consil. 33. num. 29. lib. 5. & ita tenet Bald. consil. 18. Nobilis vir, lib. 3. Alex. cons. 208. nu. 4. lib. 6. vbi inquit, hanc esse veram, & approbatam conclusionem, idem inquit consil. 40. nu. 3. lib. 4. Dec. cons. 495. num. 17. Grat. consil. 29. nu. 29. lib. 2. vbi hanc communem asserit; Ruin. consil. 134. nu. 4. lib. 2. consil. 137. nu. 6. lib. 2. consil. 537. nu. 25. lib. eodem vbi inquit ita communiter teneri. Paris. consil. 71. in principio lib. 3. Ias. consil. 173. num. 6. lib. 4. Bellon. consil. 19. nu. 8. Bero. consil. 130. col. 1. lib. 2. Fulg. l. hos fratres. nu. 9. ff. de pact. Neuizan. cons. 33. nu. 13. Barba. consil. 48. lib. 1. vbi asserit hāc esse communem opinionē Menoch. de præsumpt. 115. nu. 22. vbi inquit hāc esse receptam Doctorum sententiam Peregrin. de fideicomm. art. 52. nu. 26. Ant. Gabriel. in communi tit. de fideicō m. conclu. 1. num. 2. Curt. iun. cons. 274. nu. 34. vbi ait hanc esse communem conclusionem, & idē inquit, cons. 49. nu. 12. lib. 1. Pena. d. quæst. 54. nu. 16. Socin. iun. cons. 116. nu. 32. lib. 1. Becc. consil. 112. nu. 7. lib. 1. Mascard. conclus. 776. nu. 4 Natta cons. 581. nu. 4. cons. 372. nu. 15. Beccius cons. 112. nu. 6. cons. 24. nu. 15. Roland. cons. 51. nu. 16. lib. 4 cons. 14. nu. 75. lib. 4. Surd. cons. 67. nu. 35. Decian. cons. 3. nu. 112. lib. 1. consil 7. nu. 92. lib. 5. vbi inquit esse communem opinionem. Neq; refragatur opinio Angeli dicētis, quod vbi fideicommissum est reciprocū, quod per clausulam de non contrauenendo diuisioni intelligitur remissum fideicōmissum, quandoquidem contrarium tenet Imol. Aret. & Alex. in d. §. duo fratres, & tradit Ruin. cons. 138. num. 9. lib. 2.

Quinimo prædicta procedunt etiam si clausulæ de non contrauenēdo diuisioni accesserit iuramentum. Menoch. d. præsump. 115. nu. 25. etenim per clausulam de non contrauenendo etiam cum iuramento non videtur renunciatū fideicommisso. Decian. cons. 33 nu. 29. lib. 5. etiam si promissum fuerit non contrauenire perpetuo, vel vllo vnquam tempore. d. præsump. 115. nu. 26. Rip. d. §. duo fratres, nu. 48. & in l. 1. nu. 4. C. de pactis. etiam si dicatur, ex quacunq; ratione vel causa. Surd. cons. 67. nu. 46. Nam & clausula qua promittunt diuidentes non contrauenire diuisioni restringitur ad specificata. Dec. cons. 86. nu 4. vbi asserit hanc esse communem opinionem. cons. 495. nu. 17. & quod restringatur ad specificata tradit Roland. cons. 34. num. 79. lib. 4. Gaill. obseruat. 139. nu. 4. lib. 2. & d. clausula non debet operari augumentum vltra quod importat ipsa diuisio. Socin. iun. cons. 116. nu. 33. lib. 5. & d. clausula confirmat diuisionem, ac potius exprimit effectum diuisionis, quam auget. Bald. d. cons. 18. lib. 3. Imo per dictam clausulam non intelligitur fideicommissum remissum ēt reciprocum. Bart. d. §. duo fratres, cuius opinio est comm. recepta, vt per Crot. ibi nu. 90. & idem tenet Dec. consil. 86. nu. 4. Plot. cons. 63. in fin. Decian. cons. 7. nu. 92. lib. 5. immo per diuisionem non videtur remissum fideicōmissum etiam si dictum sit, quod vnus alteri remittit omne ius quod habet, vel habere sperat. Bart. d. §. duo fratres. quæst. 6. num. 19. Mascard. de probat. conclus. 776. num. 5. vel etiam si in diuisione dictum sit, quod vnus alteri remittit indefinitè, omnia sibi ex testamento relicta. Bart. d. §. duo fratres. quæst. 5. nu. 18. Mascard. dicta conclus. 776. nu. 6. etiam

si por-

si portiones liberè assignatæ fuerint. Ruin. cõs. 29. nu. 10. lib. 4 & Mascard. d. loco. n. 7. Vel etiam si diuisio facta fuerit ex certa scientia, vt per eum num. 8.

Supradictam conclusionem declara procedere in fideicommisso conditionali, & futuro, non autem in puro, vel purificato quod per diuisionem remissum censetur. Bart. d. §. duo fratres oppos. 4. & ibi Castr. circa medium, & Rip. nu. 17. vbi declarat procedere cum diuidentes habuerunt fideicommissi scientiam, vt per eum nu. 18. & communiter. DD. in d. §. duo fratres, quæ opinio Ioannis Andreæ communiter est recepta, vt per Curtium Iuniorem cons. 49. nu. 12. & refert. Bertazolus clausula. 21. glos. 13. nu. 4. Alex. cons. 100. col. fin. lib. 7. Dec. cons. 49. col. 2. cons. 86. cons. 167. nu. 5. in fin., & in l. cum proponas, la prima in fin. C. de pactis. Crauet. cons. 237 col. fin. vers. 3. Ruin. cons. 159 nu. 10. lib. 2. Bursatus cons. 15. nu 45. Peregrin. de fideicõm. art. 52. num. 19. Gabriel. titulo de fideicõm. conclus. prima nu. 28. Menoch. de præsumpt lib. 3. præsumpt. 125. nu. 3. vbi inquit hanc esse receptam Doctorum sententiam. Mascard. de probationib. conclus 776. nu. 12. Nam diuisio est actus contrarius fideicomm. puro, vel purificato, non etiam futuro à conditionali fideicommisso: Quoniam ex fideicommisso debetur vni totũ, seu aliter, quam per diuisionem assignerũt. Alex. d. cons. 100. col. fin. Castr. d. §. duo fratres. oppos. 4. & ius futuri fideicommissi cum superueniat post diuisionem agitur ex causa superueniente, quæ quidem non venit in diuisione. Quæ sanè ratio cessat, vbi fideicommissum est purum quoniam tunc agitur ex causa, quæ ante diuisionem competebat: proindeq; agens dicitur contrauenire. Ruin. d. cons. 139. nu. 10 & id maximè procedit vbi fideicõmissum est reciprocum. Borgnin. decis. 36. num. 26. parte prima.

Altera est conclusio, quod vbi in diuisione apposita sunt verba adeo generalia, & eius generis, vt salua ratione recti sermonis non possint aliter intelligi, quam vt remissum censeatur ius fideicommissi, atq; vbi verba ad aliud referri nequeunt, quam ad ius fideicommissi, & hoc casu ne verba sint superflua, & ociosa cẽsetur remissum ipsum ius fideicõmissi. Ioann. Andreas. in add. ad Specul. tit. de testam. §. in Primis. vers. quid si duobus, qui omnium primus hanc opinionem tenuit, vt per Menoch. cons. 476. num. 12. Bart. d. §. duo fratres. quæst. 6. arg. l. 2. ff. de liberis. & posthum. Quæ Bartoli doctrina communiter approbatur, vt testatur ibi Alex. col. antepenultima. Paris. cons 71 nu 13 lib 3. Alex. cons. 208. num. 6. lib 6. Aret. cons. 91. col. penult. Dec. cons. 613. num. 3. cons. 287. num. 16. Roman. in l prima quæst. 12. C. quando non petentium partes, &c. Ruin cons. 1, 2. num. 9. cons. 119. col. fin. lib. 2. cons 92. nu. 23. lib. 3. & ita communiter concludunt DD. vt per Paris. d. cons. 71. col. 1. Roland. cons. 34. nu 77. & 92. lib. 4. Curt. iun. cons. 274. nu. 47. cons 49. nu. 14. Neuiz. cons. 31. nu. 14. Crotus. d §. duo fratres. nu. 94. & nu. 127. Gratus cons. 60. nu. 17. lib. 1. Crauet. cons. 638. num. 14. & num 9. cons. 645. num. 5. Cassanc. cons. 51. Menoch. cons. 87. num 20. & nu. 28. cons. 749. nu. 13. cons 476. nu. 7. & nu. 12. vbi inquit hanc esse receptam DD. sententiam. cons. 48. nu. 37. Grizadinus cons. 53. col. 2. Ceph. cons. 253. nu. 11. cons 330. nu. 48. & ita concludit. Marcarius de fideicommissis. Quæst. 59. Soc. iun. cons. 116. nu. 50. & 74. lib. 1. Menoch lib 3. præsumpt. 113. nu. 28. & 34. Pancirolus. cons. 59 nu. 82. Alba cons. 44. nu. 7. cons 311. in fin. Borg. decis 36. nu. 17. parte 1. Bursar cons. 86. nu. 12. cons. 64. nu. 28. lib. 1. cons. 295. nu. 16. vbi inquit hanc esse magis communem. vt Surd cons. 143. nu. 31. de alimentis. tit 9. quæst 15. nu 14. Pereg. d. artic. 52. nu. 34 Rimin. iun. cons. 343. nu. 12. & nu. 18. Fachine. controuer. iuris. lib. 5. cap. 20. Petra de fideicõm. prohib quæst 14. nu. 23. Decian. cons. 3. nu. 113. lib. 1. cons. 52. nu. 5. vers. 2. lib. eodem Mascard. cons. 776 nu. 9. & 11. tametsi Dec. cons. 495. nu. 18. tenuerit cõmunem opinionẽ esse in contrarium voluerit Ioseph. Ludouic. decis. perus. 19. num. 8. cum seq. parte 1. vbi inquit hanc esse veriorem, & magis communem opinionem.

Nam & si remissio generalis non comprehendat ea, quæ dependent ex testamento, vt notat in l. tres fratres. ff. de pactis, tamen quãdo non potest referri ad aliud ius, tunc ius fideicommissi videtur remissum. arg. l. 2. ff. de lib. & posthum. Bart. d. §. duo fratres. quæst. 6. quæ doctrina Bartoli est pulcra, & menti tenenda, vt per Crot. ibidem nu. 127. quamuis DD. communiter teneant contra Bartolum, vt per eum nu. 128.

Intellige tamen quod per verba generalia, & ampla ita demum videtur remissum fideicõmissum, si ea apponuntur per viam principalis dispositionis, veluti per pactum secus vero si accessoriæ, & in clausulis executiuis. Marzar. cons. 39. nu. 5. vbi inquit hanc esse veriorem. & magis probabilem sententiam, quæ cum ita sint, ideo in diuisione remittens omne ius quod habet, vel habere sperat in reb. diuisis, & tempore diuisionis non appareat aliud ius, quam fideicommissi futuri, tunc illud videtur remissum, ac si nominatim expressum fuisset. Barr. d. §. duo fratres. quæst. arg. l. 2. ff. de lib. & posthum. Alex. cons. 102. nu. 6. lib. 6. Peregrin. d. art. 52. nu. 32. 33. Qua ratione etiam promittens non contrauenire diuisioni occasione fideicommissi, debiti vel debendi ex testamento patris, censetur remisisse fideicommissum: alias verba illa, occasione fideicommissi, nihil operarentur. Rip. d. §. duo frat. nu. 63. post Bart. ibi, quæst. 4. nu. 27. Menoch. lib. 3. præsumpt. 113. nu. 31. Peregr. d. art.

52. nu. 29. Idemq; dicendum est, si dictum sit de iure cuiuscunq; substitutionis, vel fideicõmissi simpliciter, licet non dicatur ex quo testamento, datâ tamen sciẽntia Bart. d. § duo fratres. quæst. 5. Peregrinus, dicto articulo 52. num. 30.

22 Hincq; rectè infertur, quod facultas alienandi data in diuisione operatur fideicõmissi remissionem, quoniam hæc facultas non potest aliud operari, quam fideicommissi remissionem, & alienatio est actus contrarius conseruationi fideicõmissi Bart. d. §. duo fratres. quæst. 8. cum quo transeunt communiter DD. vt per Rip. ibi nu. 83. Crauet. cons. 24. num. 8. cons. 328. nu. 37. Grat. cons. 60. nu. 8. Gabriel. cons. 125. nu. 15. lib. 1. Natt. cons. 536. num. 5. Menoch. cons. 87. nu. 29. vbi inquit hanc esse verã omnium sententiam cons. 476. num. 14. cons. 364. nu. 5. Cephal. cons. 253. num. 8. cons. 282. nu. 20. Bursat. cons. 195. num. 12. vbi ait hanc esse communem cons 64. nu. 30. cons. 273. nu. 45. Gaill. obseruat. 139. nu. 11. lib. 2 Roland. cons. 74. nu. 79. lib. 4.

Nam diuidentes, concedentes facultatem alienandi necessario censentur renunciasse fideicommisso, cum citra remissionem fideicõmissi alienare minime possit, quoniam qui vult consequens, videtur velle etiam necessarium antecedens ad illud. l. illud ff. de acquir. hæreditate, Paris. cons. 71 nu. 30. lib. 3.

Verum non satis est ad remissionem fideicommissi, vt data sit potestas alienandi nisi illa vsus fuerit, qui alienare potest, & nisi sequuta fuerit alienatio. Bart. d. § duo fratres. quæst. 8. & ibi Rip. nu. 84. vers. limitatur pri. per l. sicut §. superuacuum. ff. quibus modis pignor. & c. & ita intellexit. Bart. Alex. ibi nu 73. Ias. nu. 58. Soc. ibi. num. 127. Menoch. presumpt. 115. nu. 48. per dictam l. sicut § superuacuum, & §. pen. Alex. cons. 8. nu. 8. lib. 3. quæ doctrina Bartoli est communiter recepta, vt per Socin. cons 43. col. penult. lib. 4. Crauet. cons. 24. nu. 8. Gabriel. cons. 125. nu. 15. lib. 1. Ruin. cons. 13. col. 2. lib. 2. cons. 144. col. fin. lib. eodem, cons 152. nu. 10. lib. eod. Paris. cons 71. nu. 24. lib. 3. Cephal. cons. 370. nu. 53. cons. 256. nu. 22. Menoch. cons. 476. nu. 14. Decian. cons. 33. nu. 107. lib. 1. Gaill. obseruat. 139. num. 14. lib. 2. Rimin. sen. cons. 259. nu. 40. Peregrin. de fideicomm. art. 52. nu. 44. Et licet sequuta non fuit alienatio inter viuos, tamen venit etiam ea, quæ fit per vltimam voluntatem, vel ex dispositione legis ab intestato. Paris. cons. 71. nu. 55. lib 3 & sufficit quod sequuta sit alienatio ex testamento Zuccar. d. l. 1. nu 61 C. de pact.

Quare concessa per diuidentes alienandi facultate remissum videtur ius fideicommissi si alter institutionis titulo alienauerit Surd. cõs. 10. nu. 14. neque enim constituenda est differentia, quod alienatio fiat titulo singulari inter viuos, vel vniuersali ex vltima dispositione, & successione, vt dicatur alienans vsus facultate sibi attributa, cum & hæredis institutio sit alienationis species. Menoch. cons. 87. n. 60.

Quapropter per clausulam ad habendum, tenendum, & quicquid placuerit faciendum remissum videtur fideicommissum. Bart. d. §. duo fratres. quæst. 8. & ibi Crot. nu. 135. Zuccard. in l. prima, nu. 60. C. de pactis. Bursat. cons. 64 nu 31. & cons 86. nu. 15. Grat. cons. 17. nu 11. cons. 25. nu. 1. lib 1. Roland. cons. 34. nu. 78. lib. 4. Ossasc. decis. 112. num. 17. Bero. cons. 150. nu. 22 Cephal. cons. 371. num. 23. Menoch. cons. 87. nu. 15. & præsumpt. 115 lib. 3. num. 63. vbi inquit hanc sententiã esse magis receptam. Cephal. cons. 253. num. 7. cons. 420. nu. 49. Mascard. de probat. conclus. 776. num. 13.

Similiter per clausulam constitutionis procuratoris in rem suam videtur tributa facultas alienandi, & proinde sequuta alienatione dicitur fideicommissum renunciatum. Bart. d. §. duo fratres, cum quo communiter transeunt DD. Petra. de fideicomm. prohib. quæst. 14. no. 31 Sed & per clausulam ponentes se eorum loco omnes in eorum locum videtur remissum fideicõmissum. Menoch dicta præsumpt. 115. nu. 67.

De euictione prætereà obligatio operatur fideicommissi remissionem. Roman. consil. 457. vers. aduertendum puto. Roland. consil. 34. nu. 91. lib. 4 Mascard. d. conclus. 776. num. 14. quæ tamen opinio est dubia. vbi bona fuerunt absq; dolo diuisa, & æqualiter. Menoch. cons. 476 num. 15. & videtur non procedere, vbi obligatio de euictione est sola Peregrin. d. art. 52 nu 89. Menoch. d. præsumpt. 115. num. 35. declarando, vt per eum ibi, nu. 20. Vel etiã vbi non est in forma amplissima. Bursat. cons. 64. nu. 35. cons. 237 nu. 4. Sic & in diuisione censetur remissum fideicommissum, vbi facta fuit vnius fideicommissi. vel partis reseruatio quoniam exceptio declarat regulã. Menoch. d. presumpt. 115. nu. 74 & cons. 87 num. 34. Surd. cons. 244. nu. 18. Crot. d. §. duo fratres, nu. 95. Deniq; per clausulam, qua diuidentes promiserunt portiones diuisas habere ratas, firmas, & perpetuo attendere, & obseruare, &c. censetur remissum fideicommissum; Menoch. d. cons. 87. nu. 35. Peregrin. d. art. 52. vbi communem inquit. Bursat. cons. 64. nu. 33. lib. 1. Ruin. cons. 119. num. 21. lib. 3. Mascard. d. conclus. 776. num. 17.

23 Vt igitur liqueat hæc materia cõfusè à DD. tradita, concludendum est, quod per simplicẽ diuisionem non videtur remissum ius fideicõmissi conditionalis, nisi diuisioni accesserint verba, per quæ apertè appareat de præsumpta remissione fideicommissi, quod constare potest, vbi verba aliter non possunt intelligi, & ad aliud ius non potest referri, per ea quæ supra diximus. Nam licet ex simplici diuisione minime censeatur remissum ius fideicommissi, tamen aliud est concurrentibus alijs coniecturis.

ćturis, ex quibus necessario inducatur præsumptio remissionis. Bald. l. qui cum tutorib. col. 2. vers. Sed natura, ff. de transact. Cephal. cōs. 812. nu. 52. Bursat. cons. 237. num. 4. Decian. cons. 2. nu. 84. lib. 2. cons. 116. num. 12. lib. 5. cons. 38. num. 12. lib. 4. Vbi inquit Doctores omnes nemine excepto ita tenere, & fideicōmissum licet non sit reciprocū, tamen ex coniecturis aliud erit dicendum. Cephal. d. cons. 622. nu. 53. Menoch. cons. 87. nu. 39. Cæterum vbi verba possunt aliud operari, quam remissionem fideicommissi, & vbi per clausulas etiam valde generales in diuisione appositas alia iura possunt videri remissa, non videtur remissum ius fideicommissi conditionalis Cephal. cons. 731. num. 12. Curt. iun. cons. 23. col. 3. lib. 1. vbi inquit ita communiter tenere Doctores. Quo circa per licentiam alienandi in diuisione datam, non videtur remissum ius fideicommissi. vbi ea se compatiuntur cum fideicommisso Cephal. cons. 731. nu. 16. si etiam promittens non contrauenire occasione fideicommissi, & aliquod fideicommissum sit purificatum, tunc præsumitur remissum fideicommissum purificatum non etiam conditionale, cum verba possint referri ad fideicommissum purificatum. Bart. d. §. duo fratres. quæst. 5. Menoch. d. præsumpt. 115. num. 27. & renuntians fideicommisso nō intelligitur renunciasse conditionali, vel in diem. Rip. d. §. duo fratres, nu. 61. Cephal. cons. 773. nu. 61.

Vt autem per verba valde generalia in diuisione apposita censeatur remissum ius fideicōmissi conditionalis. Primo ipsa verba debent respicere tempus futurum alias minime operantur remissionem fideicommissi futuri. l. si ita scripsisset. ff. de leg. 2. l. si stipulatus fuerim l. si à colono. ff. de verb. oblig. Bart. d. §. duo fratres. quæst. 4. & ibi Crot. nu. 107. & Rip. nu. 47. Dec. cons. 86. col. 3. Cephal. cons. 820. nu. 51. Menoch. cons. 87. nu. 40. Pereg. d. art. 52. nu. 28. & nu. 31. Decian. cons. 116. nu. 16. lib. 3. Deinde, vt diuidentes censeantur remisisse ius fideicōmissi, illud præcipuè exigitur, quod habeant scientiam fideicommissi: Vnde re-

23 nunciatio fideicommissi fieri debet visis, & cognitis verbis testamenti, vt in l. de his, ff. de transact. Bart. d. §. duo fratres. nu. 11. qui text. procedit etiam in renuntia fideicommissi; vt per Decian. cons. 37. nu. 104. lib. 1. Dec. l. cum proponas, la prima nu. 1. C. de pact. Pereg. d. art. 52. nu. 23. Soc. iun. cons. 216. nu. 34. lib. 1. Decius, in d. l. cum proponas, la prima nu. 11. C. de pactis, cōs. 325. col. 1. Gaill. obseruat. 39. nu. 9. lib. 2. Cephal. cons. 620. nu. 54. Menoch. cons. 87. nu. 9. & licet tex. dicta l. de his, loquatur in transactione tamen secundū veriorem opinionem procedit etiam in pacto. Decian. cons. 33. nu. 104. lib. 1. cons. 52. nu. 9. lib. eod. Peregrin. d. art. 52. nu. 15. & 26. & ideo remissio facta de omni iure præsenti vel futuro, ex testamento, vel ab intestato, iure substitutio-nis vel fideicommissi non inducit remissionē fideicommissi in his personis, quæ non præsumuntur habere scientiam testamenti. Bart. d. §. duo fratres. quæst. 5. quæ sententia est communiter recepta, vt per Crot. ibi nu. 123. Vnde præsumpta fideicōmissi remissio, quæ ex clausulis generalibus inducitur non nocet minoribus mulieribus, & rusticis. Pereg. d. art. 52. nu. 51. vbi cogitandum relinquit scientia autē fideicommissi sufficit, vt habeatur ex coniecturis. Bart. d. §. duo fratres. Dec. cons. 619. nu. 3. & satis est, vt scientia in remissione fideicommissi habeatur etiam in minori ętate proxima pubertati. Bursat. cons. 174. nu. 11. vbi asserit, hanc esse receptam doctorum sententiam. Neq; est necesse quod in instrumento dicatur, inspectis, cognitisq; verbis testamenti, si sufficit effectus. Pereg. d. art. 52. nu. 22 & scientia fideicommissi coniecturis probari potest. Ludouic. decis. perusi. 19. nu. 17. parte t. Menoch. cons. 87. nu. 56. satisq; est renunciantes habere scientiam fideicommissi, & intellexisse tenorem testamenti ab his, qui legerunt verba fideicōmissi, & licet tempore remissionis fideicommissi minime fuerint lecta verba testamenti, tamen sufficit, alias ante fuisse lecta, vel intellecta ab aliequi legit. Rip. d. §. duo fratres. num. 64. 65. & ideo secundum aliquos, vt cēseatur remissum fideicomissum tria concurrere debent. Primo scientia fideicommissi. Secundo, vt fideicommissum sit reciprocum. Tertio futurorum iurium remissio. Dec. cons. 287. nu. 6. Soc. iun. cons. 116. nu. 41. nu. 50. lib. 1. Cephal. cons. 254. num. 10 Gaill. obseruat. 139. num. 13. lib. 2. Sed secundum non est de necessitate: quamuis (vt superius dixi) fideicommissi reciproci remissio facilius præsumatur.

24 Postremo sciendū est, q hæres non pōt recedere à volūtate testatoris, quāuis cōiecturata, & quāuis ea respiciat fauorē ipsius hæredis, & ideo quamuis consuetudo Bulgari, de qua per gl. in auth. hoc locū. C. si sec. nupse. mul. inducta sit ex cōiecturata testatoris voluntate, atq; fauore filiorum: tamen filij non possunt illi renunciare, & velle potius dare matri vsumfructum, quam alimenta, ipsa inuita. Salicet. in d. authen. hoc locum. 13. & licet consuetudo respiciat fauorem ipsorum filiorum, & proinde dicendum sit, vt possint fauori suo renunciando, præstare integrum vsumfructum: tamen quia ea interpretatio voluntatis iam est facta, ideo debent filij illi acquiescere, & vel in totum stare voluntati testatoris, vel in totum ab ea recedere, & institutioni renunciare. Surd. de aliment. tit. 2. quæst. 5. numero 66. Nam hæres à voluntate testatoris etiam coniecturata, & respiciente ipsius fauorem, recedere non potest, l. cum virum. C. de fideicommissis: Salicetus, d. authent. Hoc locum in fine.

XLV.

XLV. RENVNCIATIO, BON. POSESSIONIS.

Summæ.

1 *Bonorū possessionis beneficiū, qua ratione inductū.*
2 *Bonorum possessionem inuito nemini acquiri.*
3 *Renunclatio bonorum possessionis.*

Bonorum posesio est nomē vniuersale, vt hereditas, de qua supra dixi, vt per Corafi. in l. frater à fratre nu. 85. ff. de condic. indebi. ac, vt inquit tex. in l. 2. ff. de bon. posess. in omnibus vice hæredum bonorū posessores habentur, ideo consequens est, vt de ea quoq; aliqua subijciamus. Hoc beneficiū a pretoribus inductum fuit, vt ius 12. tabularum circa successiones, tam ex testamento, quam ab intestato deferendas nimis rigorosum, angustisq; finibus constitutum corrigerent, aut suplerent, successionum viam ex stricto iure 12. tabularum coangustatam ex æquitate dilatantes, vt habetur in §. adhuc autem insti. de bon. posess., & insti. eo. in prin. Nam pretores beneficio bonorum posesionis magis latam, atq; amplam succedendi reddiderunt facultatem, id agentes, ne quis sine successore moreretur, cum reipub. intersit, vt morientes successorem habeant l., & quia ff. de interrog. actio. tum ne defuncti iniuria afficerentur, nemine illis hærede existente l. Iulianus ff. si quis om. cau. testam. §. 1. insti. ex quib. cau. manu. non lic.

Verùm cùm non sit adeo fauendum defunctis, vt superstitibus fiat iniuria, eos inuitos obligando ad onera hereditaria atq; vt teneantur satisfacere creditoribus hereditarijs, optima ratione constitutum fuit, vt inuito nemine bonorum posessio acquiratur l. 3. §. inuito ff. de bon. pos. Nam pretor voluit inuitum neminem succedere: quin etiam suis hæredibus, qui à iure Ciuili etiam inuiti vocabantur cōcessit abstinendi beneficium l. necessarijs ff. de acq. hære. Quapropter is, cui delata est bonorum posessio si maior 25. ann. fuerit, repudiare poterit, minor autem non nisi tutore auctore l. 1. §. vnusquisq; §. tutor ff. de success. edic. l. tutor ff. de bon. posess. l. 1. C. de repud. bon. posess. l. 1. C. de repud. bon. pos. sed ita demum repudiari potest bonorum posessio, si non est decreta, vel agnita l. sicut C. de repud. her. l. 1. §. decretalis ff. de success. edic.

3 Sed, & suus hæres renuntians bonorum posessioni, non videtur renuntiasse hæreditati l. suum C. de iure delib. ex diuerso simpliciter repudians hæreditatē, videtur item repudiare bonorum posessionem, atq; omnē ius eam acquirendi; secus si quis renuntiauerit iuri adeundi hæreditatem, quoniam illo casu non videtur renuntiasse bonorum posessioni. Bart. in l. 1. §. 1. ff. de acq. hære. Quę distinctio, vt pōderat Aretin. in d. l. nec. is §. 1. est contra tex. in d. l. suum, vbi qui renuntiauit bonorum posessioni, non videtur renūtiasse hereditati, ita contradicendum est, quod qui renuntiauit hæreditati, non intelligitur renuntiasse bonorum posessioni, & Aretin. sequitur Curt. iun. in l. qui se patris num. 44. C. vnde libe. Illud autem non est omittendum, quod tradit Bald. Castren., & alij in d. l. suum, vbi renuntians bonorum posessioni, vel hereditati, addita causa in genere, quia hereditas est dānosa, videtur repudiasse, tām bonorum posessionem, quām hæreditatem, quoniam ratio expressa videtur excludere vtrūq; remedium, sequitur Ruin. in l. Gallus §. & quid si tantum lectu 1. nu. 115. ff. de libe. & posthum.

Et ex prædictis inferri etiam potest, quod pater emancipans filium, & aliquid ab eo recipiens, potest per pactum renuntiare bonorum posessioni cōtra tabulas, quam habiturus erat contra testamentum l. 1. §. si parens ff. si a pa-
1 ren. quis fue. manu. de cuius intellectu, dixi renunc. 25.

XLVI. RENVNCIATIO IVRIS ACCRESCENDI.

Summæ.

1 *Ius accrescendi vnde proficiscatur.*
2 *Ius accrescendi cur inductum.*
3 *Ius accrescendi etiam inuito accrescere.*
4 *Hæres renuntiare non potest iuri accrescendi.*
5 *Iuri accrescendi renunciari quando possit.*

Hæres suo cohærede partem repudiante potest cum sua parte, & alteram cohæredis repudiare l. si duo ff. de acq. her. Quinimò si ipse ante aditam, vel repudiatam à cohærede, partem suam adierit, potest repudiante cohærede, suam, & illius partem respuere l. cum hæreditate ff. de acq. her. qui tex. licet loquatur de hærede suo, & necessario repudiante, tamen secundo glo. ibi, & Doct. communiter procedit etiam in hærede extraneo, Cror. in l. re coniuncti nu. 99. ff. de leg. 3. Alias, qui semel ex aliqua parte hæres existens, vulc eam partem retinere, partes deficientium etiam inuitus excipit, eiq; etiā inuito tacite deficientium partes accrescunt l. qui ex duabus §. vlt. ff. de acq. hær. ex qua partis acceptatione, ex retentione in necessariā consequentiam cogitur etiam inuitus hæres alteram partem excipere, nimirum quia, qui vult antecedens vult, & consequens l. illud ff. de acquir. hær.

1 Ex quibus proditū est ius accrescendi, quod proficiscitur ex tacita mente defuncti, iuncta legis interpretatione l. si titio §. iulianus ibi, quasi substitutus ff. de leg. 2. iuncta l. si in testamento ff. de vulg. & pup. glo. in d. §. iulianus in ver. cum suo onere, quam communi-

tet approbatam esse testatur Sapia in l. vnica. nu. 4. C. quando non peten. part. Bart. in l. 3. oppo. 3., & ibi Ripa nu. 17. ff. de leg. 1.

2 Nam ius accrescendi idcirco inductum fuit quia absurdum videbatur, vt hęreditas, quę est quid indiuiduū pro parte adiretur, & pro parte repudiaretur. Mantua singul. 59. Quare cùm hæres sciat, aut scire posit cohærede suo repudiante se, tàm ex tacita mente defuncti, quàm ex legis interpretatione oneribus fore implicitum ea conditione adire partem suam, & illam retineri videtur d. l. si duo in fi.

3 Ex quibus fit, vt ius accrescendi etiam inuito accrescat d. l. qui ex duabus §. vlt. l. vnica §. his ita C. de caduc. toll. Accrescit autem inuito causatiuè, hoc est si velit partem suam retinere d. l. cum hæreditate.

4 Hincq; est, vt hæres renuntiare non posit iuri accrescendi, vt not. in d. §. his ita, & in l. reconiuncti ff. de leg. 3. Bald. in l. vnica nu. 32. C. quan. non peten. part. Nam cum hæres qui renuntiauit iuri accrescendi maneat hęres in totum, & ius accrescendi non sit personę, sed portionis l. si tatio §. 1. ff. de vsufruc. l. si totam ff. de acq. hæred. ideò persona hæredis ei renuntiare non potest, & ius accrescendi inuitæ personæ accrescit. Bart. l. 1. nu. 2. ff. de acq. hęre. Adde etiam aliam rationem, quia absurdum videtur, quod vna eademq; hęreditas pro parte acceptetur, & pro parte repudietur, reducaturq; ad causam testati, & intestati, vt dicitur in d. §. his ita, & hanc rationē ponit Aretin. in l. 1. col. 3. ff. de acquir. hær. Qui igitur non renuntiat antecedenti, hoc est parti hæreditatis, quam retinet, non poterit etiam renuntiare consequenti, idest iuri accrescendi, quod cōsequitur ex retentione partis hæreditatis, & quod accrescit inuito, sed causatiuè hoc est si velit cohęres partem suam retinere, vt dixi.

5 Sed, quod diximus iuri accrescendi renuntiari non posse, id intellige procedere in hęreditate, secus autem in legatis, & fideicomissis. Bald. in l. vnica nu. 32. C. quando non peten. part. Quinetiam id procedit in fideicomisso particulari, secus autem in vniuersali. Romā. in l. vnica nu. 28.

Intellige etiam, vt ita demū renuntiari posit iuri accrescendi, si renuntietur antecedenti, hoc est hæreditati, & successioni, vt not. in l. is qui hæres ff. de acquir. hęr. Carоc. in regu. cum quid ampliat. 4. nu. 2. de regu. iur. lib. 1.

Sed, & declara, vt renunciari posit facultati succedendi ex iure accrescendi. Bart. in l. qui Romę §. duo fratres quæstione 11. ff. de verb. oblig. Menoch. cons. 593., & ideo renuntians iuri accrescendi competenti in emphyteusi. non potest ad illud redire. Ruin. consil. 166. nu. 1. lib. 1. & de renunciatione iuris accrescendi, siue succedendi in emphyteusi. Corbul. tit. de cadu. ex quibus emphyt. iure suo priu. cau. 8. nu. 18. cum seq.

Ex quibus aperte intelligi potest, quod facultas succedendi ex iure accrescendi tolli potest renunciatione. Cæterum hæres non potest renuntiare iuri accrescēdi, & retinere partem hæreditatis, quoniam hoc casu ius accrescendi inuito accrescit, sed causatiuè: hoc est si velit hęres partem hęreditatis retinere, vt dixi.

Quinimo si repudiatio fiat fauore vnius hęredis tantum, aut eius contemplatione in iure accrescendi, portio accrescit portioni, non habita ratione personarum. Craue. cons. 288. & vbi repudiatur hęreditas mortui tunc si fiat repudiatio contemplatione vnius alteri nihil accrescit, quoniam sic repudians videtur prius adire, & deinde renunciare. Craue. d. consilio 288.

XLVII. RENVNTIATIO LEGITIMÆ PORTIONIS.

Summæ.

1 *Legitima quid sit.*
2 *Legitima portio cur ita appellatur.*
3 *Legitima dicitur proprium filij patrimonium.*
4 *Legitima cur inducta.*
5 *Legitima renunciari posse.*
6 *Renunciatio legitima debet esse specialis, & expressa.*
7 *Generalis renunciatio non includit legitimam.*
8 *Generalis renunciatio hæreditatis, & successionis an trahatur ad legitimam.*
9 *Legitima speciatim, vt renuntiatum censeatur, quid exigatur.*
10 *Dispositionis l. si quando §. 1. & generaliter C. de inoffic. testam. renunciatio.*
11 *Specialis renunciatio circa legitimam, an exigatur pro forma.*
12 *Generalis renunciatio cum iuramēto, an trahatur ad legitimam.*
13 *Specialis expressio quando requiratur, vt tollatur legitima.*
14 *Dispositio §. 1. & generaliter quomodo procedat.*
15 *Legitima quando renunciari possit.*
16 *Filius renuntians legitimam patri paciscenti.*
17 *Filius renuntians enormiter læsus.*
18 *Filius renuntians legitimam fratri patre viuente.*
19 *Filius consentiens, vt à patre exhæredetur.*
20 *Legitima renuntians filius post mortem patris.*
21 *Filius approbans detractionem legitimę.*
22 *Pater relinquens filio minus legitima.*
23 *Filius relicto accepto promittens plus non petere.*
24 *Filius repudiando hæreditatem patris an videatur etiam se excludere à petitione legitimæ.*
25 *Legitima an quemadmodum tollitur renunciatione, tollatur item à lege municipali.*

1 Legitima, quæ nihil aliud est; quàm congrua portio taxata legis arbitrio personis, quibus iure necessario debetur successio, vt voluit Bald. cons. 69. cum litteratum n. 1. lib. 1. Socin. cons. 15. nu.

nu. 17. ver. decimo quinto lib. 1. debetur per-
sonis, quas enumerat glo. in l. filium, quem C.
fam. ercis. quę tradit septem species legitimę.
Adeoq; ijs personis debetur, vt modò dicatur
debitum bonorum subsidium, vt in l. si totas C.
de inoffic. donatio. modò debitum naturale l.
scimus §. illud C. de inoffic. testa. auten. hoc
amplius C. de fideicom. auten. de trien., & se-
mis. ibi, & naturæ consequens, & modo debita
portio. d. l. scimus in prin., vel debita emolu-
menta, vt in l. vnica C. de inoff. dot. interdū
legitima portio d. l. scimus §. 1. vel pars legi-
tima d. l. scimus in prin. l. omnimodo in prin.
l. si quādo §., & generaliter C. de inoff. testam.
Auct. Resquę C. cōmunia de legat., & demum
simpliciter legitima vocatur l. si qua mulier,
C. de sacrar. eccles. l. si quis, la prima in prin.
C. de inoff. testam., & quamuis hæreditas a-
2 gnatorum dicatur etiam legitima, tamen hæc
portio magis speciali nomine legitima, quasi
per antonomasiam appellatur, quod magis ex
legibus debeatur l. hac edictali §. siu autem C.
de secun. nuptijs. Siquidem communiter ap-
pellatur portio, qua priuari nō potest, cui de-
betur. Cuman. consil. 188 Spectabilis miles
circa medium leges, etenim hanc portionem
deffiniuisse dicuntur l. scimus §. cum autem.
C. de inoff. test. eaq; capitur ex lege, & neces-
sario § si quis autem non implens auct. de hę-
red., & falcid. fac. l. legitima ff. de pactis libe-
ris autem ipsis legitima iure naturali debetur
l. cum ratio ff. de bonis damn. vnde dicitur pars
iure naturæ debita cap. si pater de testam. lib.
6., & dicitur liberis prouenire, non tam ex Pa-
tris relinquentis iudicio, quam ex ipsius legis
prouidentia l. si atrogator vers. cæterum ff. de
3 adopt. Quinimo hęc portio dicitur quasi pro-
prium filijs patrimonium arg. text. cum Gloss.
in vers. cælario auct. de hæred., & falcid. §. si
quis vero nō implens, quam ad id citat Albe-
ric. in rub. ff. de vulgar. col. fin. vers. Pręterea
& optime faciunt verba tex. in l. vnum ex fa-
milia §. si de falcidia ff. de leg. 2. vbi ita scri-
bitur. Quid est enim, quod de suo reliquisse
videtur quis, quod reliquit omnimodo redde-
re debuit. Quæ satis Papiniani verba recte
accomodari possunt ad parētes, qui liberis ex
testamento relinquunt partem iure naturę de-
bitam. Deniq; in legitima filius dicitur cre-
ditor. Gloss. l. si quis legatum §. fin., & ibi
Bart. ff. ad l. corneliam de fals. DD. in l. 3. C.
de iur., & fact. ignorant. Bald. in l. 2. C. ad l.
falcid., & in l. scimus in prin. C. de inoff. te-
stam. Alex. cōsil. 83. lib. 4. Afflict. decis. 162.
4 nu. 3. Becius consil. 34. nu. 19. Porro optima
ratione inducta est hæc portio, vt tam testato-
ribus, quam ijs, quibus legitima debetur lex
prouideret, est sane ipsorum testantium fauore
vt eorum testamenta valeant. Nam cum per
querelam rescindantur testament. querelam
autem legitimę relictum excludat l. cum quę-
ritur C. de inoff. testam. legitima igitur indu-
cta fuit conseruandorum testamentorum gra-
tia, ne legitima portione saltem concessa, ea te-
mere rescinderentur. Præterea hac portionis
deffinitione leges temperauerūt ius naturale,
quo vniuersa successio parentum filijs debeba-
tur l. in suis ff. de liber., & posth. l. cum ratio
in prin. ff. de bonis damnat. fauore filiorum
autem, temperata fuit ea effusa testandi licen-
tia, quam lex 12. tabul. partib. familias con-
cedebat verbis legis ff. de verb. signif. l. 1. prin.
ff. ad l. falcid., vt saltem hæc portio ex necessi-
tate debeatur ratione alimentorum, cæterum
libera sit adhuc testandi licentia. Optimum
igitur fuit temperamētum legitimæ portionis
deffinitio fauens, tam parentibus, quam libe-
ris; Parentibus, vt liberam habeant licentiam
testandi, relicta hac portione tantum liberis
ipsis, ac proinde, vt eorum testamenta conser-
uentur relicta quota tantum. Ipsis vero libe-
ris confulitur, vt restricta testādi licentia, alias
parentibus concessa, illi saltē nomine alimen-
torum legitimam portionem omnino capiāt. 2
Nam quemadmodum iure naturæ ad alimēta
filiorum pater viuens tenetur l. 1. §. hinc de-
scendit ff. de iust., & iur. Ita post mortem te-
netur alimētorum loco filijs legitimam relin-
quere Auth. de trient., & semis. §. hoc nos. in
fin., & §. prohibemus ibi, si vult filiorum, &
ideo scribit Bald in l. illud in prin. C. de col-
lat. Quartā iure naturæ debitam introductam
fuisse fauore filiorum, actionem autem ad le-
gitimæ suplemētum duplici fauore inductam
fuisse, hoc est testatoris, (vt ipse ait) per prius
& liberorum per posterius.

Sed videamus qua ratione possit quis, tam
expressè, quam tacitè, sua renunciatione, vel
pacto ius legitimæ, eiusq; supplementum tol-
5 lere. Nam illud certum est legitimę renuncia-
ri posse, per tex. expressum in l. si quando §. &
generaliter C. de inoff. testam., & ibi notant
omnes doctores, idq; omnes admittūt, vt tra-
dit Menoch. cons. 411. num. 28. Cyn. in l. sā-
cimus C. de nupt. Cagnol. l. iura sanguinis nu.
11. ff. de reg. iur. Paris consil. 69. nu. 103. lib.
3. Corne. consil. 154. in fin. lib. 3. Guid. Pap.
consil. 153. nu. 2. Cyn. Iun. consil. 47. nu. 4.
Roland. cons. 96. nu. 36. lib. 3. Claud. Chiflet.
de portionibus legitim. cap. 16. Menoch. cōs.
456. num. 27. & communis est veraq; opinio,
quod renūciatio tunc expressa legitimę valeat,
vt per Decian. consil. 39. nu. 63. lib. 2. Quin
suppletio legitimę, ita demum fit ipso iure li-
lios allegat l. scimus. in prin., & ibi Gloss., &
Bald. C. de inoff. testam., & quamuis videri
posset, vt minime valeat legitimæ renuncia-
tio, cum ea sit iuris naturalis, & cum succedat
loco alimentorum, quibus renunciari non po-
test, vt post Gloss. tradit Bald. in l. ius autem
agnationis ff. de pactis, & refert Cephal. cons.
563. nu. 23. tamen eius renūciatio valet, quo-
niam est ius quasi naturale, instinctu naturali
debitum, quod renunciatione tollitur. Felin.

cap. si diligenti num. 1. de foro competenti ex quo dconsequens est, vt filium qui legitimæ renuntiauit, minime penitere posit. Bald. l. fiu. col. 2. C. de repud. hæred. Sed, & quemadmodum potest filius renunciare legitime; ita potest quoq; renunciasse dispositioni statuti augentis legitimam: Menoch. consil. 456. num. 27. Imo filius qui renunciauit legitimæ patri, & matri, deinde institutus ab eis heres; ac grauatus post mortem de restituendo alteri nõ potest legitimam deducere, cũ semel sua renunciatione ab ea exclusus fuerit. Fabian. de Giocch. auth. nouissima n. 229. C. de inoff. testam. vbi tamen, id cogitandum relinquit; & quod diximus legitimæ renunciari posse, id maxime procedit, accedente iuramento cap. quamuis pactum, DD. de pact. lib. 6. cap. cũ contingat de iur. iurand. Auten. Sacramenta puberum C. si aduers. vend. Paris. consil. 69. nu. 103. lib. 3. Roland. consil. 96. nu. 56 lib. 3. Guid. Pap. quæst. 96. nu. 1. Bursat. cons. 248. num. 15.

6 Debet autem esse renunciatio legitime expressa, & specialis, neq; satis est generalis l. si quando §. , & generaliter ibi, nisi hoc specialiter, & ibi omnes DD. de inoff. testam. Gloss. in l. sub pretextu C. de transac. Alber. Bald. Angel. Zas., & alij in l. 8. de his ff. eod. Angel. in l. iubemus col. 2. vers. sed responde C. ad trebel. Ruin. in l. si quis posthumos § si filium nu 57. ff. de liber. ; & posthum. Alex. consil. 209. in fin. lib. 8. Dec. consil. 887. in prin. Signorol. cons. 181. num. 11. vers. venio ad tertium, & consil. 80. factum num. 5. Cuman. consil. 188. Spectabilis Paris. consil 93. nu. 10. consil. 93. num. 10. consil 94. num. 21. lib. 3. Petra de fideicom. quæst. 15. nu. 129. Berd. cap. Rainutius nu 220. de testam. in cap. 1. num. 187. de iudic. Fabia. de Giocch. auth. nouissima num. 225. C. de inoff. testam. Tiraq. l. si vnquam vers. susceperit liberos nu. 115. C. de reuoc. donat., & de iur. primigeniorum quest. 55. Afflic. decis. 178. num. 3 Boer. quæst. 14. num. 6. Ruin. consil. 52. num. 5. Soccin. cons. 230. num. 4. lib. 2. consil. 130. num. 7. lib. 1. Crauet. consil. 832. num. 3. Curt. Iun. consil. 191. num. 1. consil. 326. nu. 26., & 30. Alba consil. 66. consil. 37. num. 5. consil. 117. num. 20. lib. 2. consil. 54. num. 7. lib. 3. Barbatia consil. 55. nu. 14. lib. 2. Ant. Gabriel. in suis commun. titulo de legitima conclus. 8. num. 8. Cephal. consil. 117. nu. 9. consil. 479. nu. 76. consil. 148. nu. 25. consil. 563. nu. 18. Bursat. cons. 102. nu. 12. consil. 32. nu. 49. cons. 351. num. 8. Brun. consil. 6. nu. 28. cons. 128. nu. 24. Roland. cons. 96. num. 26. lib. 3. cons. 62. num. 11. lib. eod. Soccin. Iun. cons. 136. nu. 17. lib. 1. Hippolit. Rimin. in l. precibus nu. 93. de impub. &c. Mantic. de coniectur. vlti. volunt. lib. 8. tit. 8 nu 8. Menoch. cons. 831. in prin. cons. 71. nu. 2. Surd. cons. 215. nu. 5. & de alimen. tit. 9. quest. 25. num. 4. Franc. decis. 20. nu. 6 decis. 525. nu. 21. Mascard. conclu. 1165. nu. 33. Pancirol. consil. 105 nu. 27. Moretius cons. 9. nu. 20. Beretta cõs. 144. nu 3. Trentacinq. tit. de legit. resol. 8. lib. 1. Petra de fideicom. q. 1 num. 119 vers. sed quid in generali seraph. de priuil. iuram priuil. 70. n. 10. Decian cons. 71 n. 11 lib. 4. cons. 116. n. 18. lib. 5. cons. 1. n. 93. lib. eodem.

7 Quapropter generalis renunciatio successionis, vel hereditatis, vel bonorum, non includit renunciationem legitimæ, nisi expresse id dictum fuerit, Guil. de Cu. in l. de his ff. de transact. quem sequitur Iason in dict. §. , & generaliter. Tiraq. de iure primigeniorum quæst. 55 num 2. , & quest. 75. in præfat. l. si vnquam C. de reuocand. donat. nu. 144. Boer. decis. 3. nu. 7. , & consil. 28. nu. 11. Gramat. decis. 101. nu. 5. Guid. Papp decis. 93. Afflic. decis. 179. nu. 3. Cagnol. l. iura sanguinis nu. 6. de regul. iur. Aret. §. tam autem instit. de inoff. testam. Afflic. in constitut. Regni. fratribus num. 11. Roland. consil. 77. nu. 11 lib. 3 Neapod. in consuetud. Neapol. contra instrumentum versic. solutum num. 132. Cassaneus in consuetudine Burg. titulo Des successions § 11. ne retourné posit numero 8. Franch. decis. 20. num. 8. Decian. consil. 32 num. 98. lib. 2. Gabriel tit. de legitima conclus. 8 nu. 11 Vasq. de successio ad dictum §. , & generaliter nu. 11. Fabian. de Giocch. auten. nouissima num. 226. C. de inoffic. testam. Cephal. cons. 148. num. 25. consil. 563. nu. 21. Gutter. de contractib. iuratis cap. 19. Renuncians quoq; hereditati patris casu promissione amplius nõ petendi, non videtur renunciasse legitimæ. Angel. l. de his in fin. ff. de transact. Decian. consil. 32. nu. 97 lib. 2. Quinimo si filius fecerit generalem quietationem hæredibus patris, poterit, & legitimæ suplementum petere Ias. dicto §. , & generaliter secundo notabili. Dec. consil. 303. nu. 3. Cephal. cons. 563. nu. 15. Sed hoc ita etiam accipiendum, nisi generalia, vel vniuersalia verba aliud suadeant; Quia tunc generalis renunciatio comprehendit etiam legitimam: Vnde renuncians omnibus bonis paternis, integre, & sine diminutione, dicitur etiam renunciasse legitime, seu eius suplemento, Menochius consilio 737. nu. 10. cons. 71. num. 11. ; & cons. 421. numer. 28. versiculo quapropter. Similiter filia promittens non petere aliquid de cuncta substantia patris excluditur à legitima. Menochius dicto cons. 71 num. 18. Nam secundum eum illa verba cuncta substantia sunt vniuersalia, idemq; operantur ac si speciatim legitimæ renunciatum fuisset. Nam etsi controuersa sit ea doctrina. Castrensis in d. §. , & generaliter col. 2. tradentis, quod si filius promisit plus non petere excluditur à suplemento legitime, cum contrarium teneat Bald. in d. §. , & generaliter, & alij, quos refert Menoch. dicto consilio 71. numer. 14. tamen cum filius promisit nihil

plus

plus petere, excluditur ab omni legitimę supplemento, quoniam dictio vniuersalis totum negat, vt per eum d. cons. 71. nu. 15. Nec est omittendum; nam quod diximus filium renuntiando hęreditati, non videri renuntiasse legitimæ, nisi id expresim dixerit, vt in d. §. & generaliter tamen aliqui intelligunt id non procedere in filio vniuersaliter instituto, quoniam tunc renuntiando hęreditati, videtur etiam renuntiasse legitimę, cum eam consequi non possit, nisi sit hęres, quamuis alij doctores intelligunt dictum §., & generaliter indistinctè, vt refert Rip. in l. 1. num. 159. ff. de vulg., & pupil. Quid subdit posse forte dici, quod DD. ibi debent intelligi, quando filius erat particulariter institutus; secus si vniuersaliter, & id cogitãdum relinquit, vt per eum.

8 Dubitari autem potest, an renunciatio, & iurata hæreditatis, & successionis trahatur etiam ad legitimam, vel eius suplementum, ac vt non trahatur plures tenuerunt, quoniam de ea specialis mentio fieri debet. Guil. de Cune, & Ange. in d. l. de his per tex. in d. §. & generaliter, vbi Bald., & alij, quem tex. omnes communiter ita intelligunt, vt testatur Ias. in d. l. de his. Aretin. in l. qui superstitis col. 5. de acq. hęr. Grammatic. decis. 101. nu. 5., & nu. 26. decis. 178. nu. 3. Guid. Pap. decis. 427. Boer. decis. 3. n. 8. Butigel. in l. stip. hoc modo nu. 34. ff. de ver. oblig. Curt. iun. cons. 536. lib. 3. Bertrand. cons. 63. nu. 8. lib. 1., & ita communiter tenetur, vt per Ant. Gabriel. in communi tit. de legitima conclus. 8. nu. 1. Vasq; de success. creat. §. 21. num. 27. Crass. de successio. §. legitima q. 3. nu. 9. vbi nu. 10. extendit procedere, etiam si generalibus verbis, & amplis facta fuisset renunciatio Idem Crass. in §. successio ab intesta. q. 10. in fi. Decian. cons. 32. num. 97. lib. 2. cons. 78. nu. 11. lib. 5. Ienin. caute. 231. nu. 1., & alij, quos refert Bursat. cons. 248. nu. 16. ver. etsi aliqui. Quinimo voluit Bero. in c. rainutius nu. 181. de testam. quod renuntians omnibus bonis, vel successioni bonorum patris excludatur à legitima ratione iuramenti, secus autem, vbi renuntiatum fuit hæreditati, & successioni patris cum iuramento, quoniam tũc non videtur renunt. legitimæ, cùm ea non sit de hæreditate, vt per eum, vbi relinquit cogitandum.

Contrarium tamen alij voluerunt, nempe, quod filia, quę patri renuntiauit cum iuramẽto excludatur etiam à legitima. Bald., & Ias. in d. §., & generaliter. Roman. l. 1. §. si quis ita nu. 23. ff. de verb. oblig. Tiraq. l. si vnquã in prefat. nu. 139. C. de reuoc. donatio. nu. 3. de pact. lib. 6. vbi inquit hanc opinionem esse veriorem, quamuis contraria secundum eum sit item communis, & ibi Gutet. in ver. omnino nu. 6. Grat. cons. 17. in fi. lib. 1. Bero. cons. 49 nu. 30. lib. 1. Bertrand. cons. 284. col. 7. lib. 3. Socin. iun. cons. 136. col. fin. lib. 1. cõs. 130. n. 22. lib. 3. cons. 50. col. pen. lib. 2. Ripa l. 1. nu. 70. ff. de vulg., & pup. vbi inquit non esse discedendum ab opinione Romæ, quæ est communis. Gutet. de contracti. iurat. c. 19. Petrac. l. 1. nu. 159. ff. de iureiur. Seraphin. priuileg. iuram. 163. Cephal. cons. 467. n. 48. Bursat. cons. 249. nu. 62. cons. 248. num. 16. Decian. cons. 6. num. 45. lib. 1. Menoch. cons. 496. nu. 78. vbi tradit veram esse doctrinam eorum, qui voluerunt filium renũtiantẽ bonis paternis ipso patre viuente, excludi etiam à legitima, & idem inquit cons. 71. nu. 5. cons. 71. nu. 5. cons. 831. num. 9. Rimin. iun. cons. 164. nu. 21. lib. 2., vbi inquit neminem reperisse, quid dissentiat. Fachine. controu. iur. lib. 3. c. 25. Azor. Insti. moral. par. 2. c. 28. lib. 2. 4. 9. Neq; refert, quod in renunciatione legitimę requiratur specialis renũciatio, quia in casu d. c. quamuis pactum videtur renunciatum legitimæ, quod sibi aliàs si non renuntiasset debebatur in bonis patris, quib' renũt. aliàs nihil operaretur renunciatio, vt per Guter. d. loco reprobauit contrariam opinionem Guil. de Cune., & Angeli omnium primus. Roman. in d. §. si quis ita. Verum licet dicti Guil. de Cune., & Ange. in d. l. de his dicant generalem renunciationem minimè extendi ad legitimam, tamen non dicunt idem esse dicendum quoties in renunciatione apponitur iuramentum. Et ideo plurimi ex his, qui tenent cõtrariam opinionem loquuntur in simplici renunciatione, cæteri autem, qui da renunciatione iurata tradiderunt loquũtur, vbi renunciatio non est factã ipsi patri sed tantum post mortem patris, quoniam hoc casu renuntiatis minimè trahitur ad legitimam, nisi expresse dicatur, cùm aliud dicendum sit quoties renunciatio hæreditatis patris sit ipsi patri, quoniam tunc renuntians excluditur etiam vltima, vt per Bursar. d. cons. 248. num. 16. ver. attamen dici posset. Neq; obstare videtur dispositio d. §., & generaliter, quoniam ea locum non habet quoties in renunciatione interuenit iuramentum. Roman. d. l. 1. §. si quis ita sequitur Roland. cons. 99. nu. 28. lib. 4.

Pro hac sentẽtia facit etiam, nam legitima est portio eius, quod ab intestato quis habiturus est l. parentibus C. de inoffic. testa., at per renunciationem hęreditatis quis excluditur à successione ab intestato, ergo, & à legitima. Pręterea nisi filia in casu d. c. quamuis pactum excluderetur à legitima, certe parum aut nihil operaretur renunciatio. Guter. d. c. quãuis pactum ver. omnino nu. 6.

Verùm vt tollatur omne dubium bene erit, vt renunciatio legitimæ expresim fiat, vt per Guter. d. ver. omnino nu. 6.

9 Porrò, vt non ignoretur qualis debeat esse expresio in renunciatione, vt per eam legitima tollatur, sciendum est, quod aut expresè, & speciatim apparet testamẽto filium excludi à legitima, aut ex eius consensu, aut ex sola

patris dispositione; & etiam vt legitimæ specialiter renunciatum censeatur, satis erit filium mortuo patre apertissime patris iuditiū agnouisse neq; exigitur specialis renūciatio, & ita loquitur l. si quando §. illud C. de inoffic. testa. in fi. At verò expressè nō apparet ex testaméto de exclusione filii à legitima, & tunc non sufficit simplex agnitio, sed requiritur specialis renunciatio, vt habetur in d. §. & generaliter ibi, nisi hoc specialiter, vbi si pater filio reliquesit minus legitima portione, & filius post mortem patris relictum simpliciter agnouerit nō propterea excluderetur à petitione legitime nisi specialis ren. interuenerit, & ratio est secundum Parif. conf. 9. nu. 3. lib. 3. quoniam filius simpliciter agnoscendo reddit se conformem cum patris dispositione, volentis illud solum imputari, & proinde non sufficere, neq; per illud minus relictum filium excludi à suplemento, cùm lex præsumere eum fuisse patris voluntaté, vt suplementum deberetur l. omnimodo C. de inoffic. testa. cum fine. Quare vt à suplemento excludatur filius exigitur specialis renunciatio. Diuersum est quando in testaméto patris expressè cautum fuisset, quod per illud relictum filius in totum excluderetur, & legitimæ mentio facta esset, quoniam tunc filius simpliciter agnoscēdo excluditur dummodò agnitio apertissimè probetur, neq; hoc casu specialis exigitur renunciatio, cum per huiusmodi agnitionem reddat se conformem cum patris voluntate, & eo casu renunciatio satis expressa dicitur cōsiderata patris dispositione, & agnitione posteà sequuta, specialis igitur renūciatio, vt concludit Parif. d. conf. 9. nu. 4. vbi per eam aliquid inducitur vltra patris dispositionem, ex qua expressè non apparet de exclusione filij à legitima, secus est vbi vltra dispositionem patris nihil vltra inducitur quia tunc sufficit constare filium apertissimè agnouisse iuditium patris, vt in dicto §. illud, & ita pulcrè declarat Parisius dicto consilio nono columine primo. Præterea secundum eum, expressio specialis, de qua in dicto §. & generaliter non fuit inducta pro forma, vt si aliter facta appareat, non valeat, & ideo sufficit renunciationem esse expressam etiam per æquipollens, modò apertè constet, quod filius voluit carere legitima. Quocirca cùm in d. §. & generaliter specialis expressio requiratur, vt per eam apertè constare possit de voluntate filij volentis renuntiare legitimæ, seu eius suplemento si aliter per alias demonstrationes æquipollentes appareat de huiusmodi voluntate, certè satisfactum dicitur dispositioni d. §. & generaliter exigentis specialem renunciationem, & minimè requirentis specialem expressionem pro forma. Sed & in d. §. & generaliter fit mentio de speciali renunciatione tantum, non etiam de singulari, & indiuidua, aut de generali, sed de ea per quam possumus esse certi de voluntate, vt per Parif. d. conf. 9. nu. 23. Quod igitur dicitur legitimæ esse renuntiandum specialiter id procedit. vt clarè cōstet, quod filius voluit legitima carere, & ideo generalis renunciatio ideò non includit legitimam, quia apertè non constat, quod filius voluit excludi à legitima, secus est si aliqua ratione clarè cōstare possit, quod filius etiam de priuatione legitimæ senserit, & satis est quod in eo intellectus minimè laboret. Socin. iun. conf. 122. nu. 22. lib. 1. & ideò vbi generalis renunciatio est huiusmodi circa quam intellectus hominis multum laborat, ea non operatur legitimæ exclusionem Petra de fideicōm. q. 5 5. nu. 124. ver. sed contra hoc. Hincq; est quod sufficiūt verba generalia in renunciatione legitimæ; vbi ex illis necessario infertur ad legitimam, cùm in d. §. & generaliter, minimè requiratur pro forma indiuidua legitimæ expressio. Curt. iun. conf. 195. nu. 25. vt autem concludamus renunciatio legitimæ ita demum expressa dicitur si per eam ita constat de voluntate renunciantis; quod intellectus nō laborat in intelligendo; Socin. iun. d. conf. 122. nu. 22. & conf. 136. num. 17. 19. lib. 1. Petra de fideicomm. d. q. 15. Vnde vbi verba sunt aliàs clara, etiam generalis renunciatio operatur priuationem legitimæ Menoch. conf. 831. nu. 5. & generaliter legitimæ venit in renunciatione quando constat aliqua ratione de partium intentione Roland. conf. 99. numero 51. lib. 1. Hincq; est quod vbi renunciatio nihil aliud operari potest, quam legitimæ renunciationē aut eius suplementi certè id operari debet. Socin. iun. d. cons. 136. num. 17. quem sequitur Menoch. conf. 71. nu. 23. conf. 831. num. 7. Bec. conf. 34. num. 14. Surd. de aliment. tit. 9. q. 15. nu. 16. conf. 73. in fi. conf. 299. nu. 15. & conf. 212. nu. 13. Mantica de coniectur. vlt. vol. lib. 7. tit. 8. nu. 51. Mororius conf. 9. nu. 24. Quinimò, vt renuntiatio legitimæ specialis dicatur satis est, vt tacitè insit, & ex mente colligatur, modò de necessitate inferat, non etiā persuasiuè vel ex argumentis, cùm tex. in d. §. & generaliter de tenore non loquatur, vt per Curt. iun. conf. 139. nu. 11. per doctrinam Felin. in c. translato. de constit.

10 Quinimò dispositioni d. §. & generaliter, disponentis quod in legitima satis sit generalis renunciatio vnde renunc. per renunciationem factam iuri dicenti generalem renunciationem non valere nisi specialis præcesserit, Socin. iun. cons. 136. nu. 22. lib. 1. sequitur Menoch. cōs. 71. num. 19.

15 Verùm aliqui tenent, quod specialis renunciatio circa legitimam exigatur pro forma, & proinde non sufficiat generalis renunciatio cū iuramento, vt refert Tiraq. de legib. connubi glo. 7. nu. 559. Quamuis etenim iuramentum vim habeat clausulæ specificatæ. l. cum pater §. filius matrem. ff. de leg. 2. tamen illud proced. nisi lex requirat pro forma actum specificari quam tunc iuramentum non suplet formā,

&

& ideò cùm tex. in d. §. & generaliter pro forma disponat, quod specialiter sit renuntiandũ legitimæ, iuramentum non habet vim clausulæ specificatæ. Barbatia cons. 55. nu. 13. lib. 2. sed quod iuramentum faciat, vt renuntiatio generalis trahatur ad legitimam, & quod d. §. & generaliter, locum non habeat, vbi in renunciatione interuenit iuramentum alij voluerunt, Ias. d. §. & generaliter. col. 3. Curt. iun. cons. 260. nu. 18. cons. 263. num. 44. Roland. cons. 99. nu. 18. ver. stante igitur, lib. 4. vbi late. cons. 70. nu. 40. lib. 2. Socin. iun. cons. 50. nu. 36. lib. 2. cons. 150. nu. 22. lib. 3. cons. 136. nu. 27. lib. 1. Tiraq. in l. si vnquam in præfatione. nu. 144. C. de reuoc. donat. Cephal. cons. 563. nu. 19. latè habetur per Menoch. cons. 831. nu. 9. vbi plures refert. Decian. cons. 39. num. 79. lib. 2. cons. 6. nu. 47. lib. 1. Tenin. can. 80. in 6. Bursat. cons. 355. nu. 41. 43. Seraph. de priuil. iuram. priuil. 70. nu. 10. ver. tametsi, & priuil. 74. nu. 16. Rimin. iun. cons. 164. num. 21. lib. 2. Guter. de contr. iurat. c. 19. Nam quamuis iuramentum non extendatur nisi ad cogitata. l. fin. C. de non nume. pecun. tamen quia renuncians cum iuramento generaliter potuit cogitasse etiam de legitima. l. qui iure mulctari ff. de milita. testam. ideò fauore animæ arbitrati. est, quod etiam de legitima iurãs senserit, vt per Rip. in rub. ff. de verb. oblig. nu. 4. Quin etiã Barbatia d. cons. 55. num. 15. inquit, quod iuramentum ita demum habet vim clausulæ specificatæ si adest defectus consensus in specie, qui tamen adest in genere, secus vbi non interuenit consensus in genere, quoniam tunc iuramentum non potest operari interuentum consensus, vt per eum. Verùm hac in re distinguen. erit, vt per Seraphin. de priuileg. iuram. priuil. 70. nu. 16. ver. ego tamen, vbi inquit attendendam esse formam generalis renunciationis. Nam aut per eam verisimiliter potest conijci aliqua ratione cogitatum fuisse per renunciantem de legitima, de qua tamen nihil dictum fuit, & hoc casu ex vi iuramẽti legitima comprehenditur sub generali renunciatione, quoniam iuramentum habet vim specialis expressionis. Quocircà si quis renuntiauerit cum iuramento hæreditati bonis, aut successioni patris censebitur eam renuntiasse ex vi iuramenti legitimæ. Aliud dicen. erit vbi renunciatio est adeò generalis, & obscura, vt minimè verisimile sit de ea à contrahentibus cogitatum fuisse veluti si renũtiatum fuerit omni iuri, & actioni sibi competenti, & hæc distinctio est vera, & ideò vbi apparet de consensu renuntiant hæreditati patris censetur etiã renunt. legitimæ, Seraph. d. priuilegio 70. nu. 17. sequitur Menoch. cons. 918. num. 17. renuntians bonis paternis vel successioni patris censetur, item renunc. legitimæ accedẽte iuramento. Bursat. cons. 215. nu. 18. lib. 2. vbi inquit hanc esse cõmunem, & veriorem, quamuis sententia contraria sit quoq; communis, vt per Crass. Gabriel. & alios quos refert. & legitima censetur remissa ex renunciatione bonorum cum iuramento. Menoch. cons. 71. n. 24. vbi inquit hanc opinionem esse magis receptam, ac magis æquam. Bursat. cons. 248. nu. 16. vbi inquit hanc esse cõmunem sententiam nam iuramentum confirmat renunciationem successionis etiam in legitima. Ducans de arte testã. tit. 3. caut. 3. nu. 2. contrarium tamen alij voluerunt, vt generalis renunciatio successionis, vel hæreditatis etiam iurata minimè comprehendat legitimam, vt per Tiraq. de iure primigen. q. 35. nu. 3. Boer. q. 3. nu. 7. Afflict. decis. 118. nu. 3. Mysinger. centur. 1. obseru. 36. Cæterùm alij dixerunt renunciationem iuratam factam patri viuenti stipulanti comprehendere etiam legitimam, secus vbi renũciatio non est facta patre viuente, sed post eius mortem tãtum, quoniam tunc renunciatio minimè trahitur ad legitimam, nisi expressè dictum fuerit, vt per Bursat. cons. 248. num. 16.

13 Sed quod diximus, vt tollatur legitimam, exigi specialem expressionem, vt in d. l. si quã. §. & generaliter, id intellige proced. in dispositione hominis, veluti cùm quis excluditur renunciatione vel pacto, secus in dispositione legis, vel statuti, quoniam generalis exclusio legis facit est, vt excludatur legitima. Roland. cons. 62. num. 50. lib. 3. Ioseph Ludouic. decis. 21. nu. 47. parte I. Surd. cons. 85. nu. 16. cons. 91. nu. 13. Nam exclusio legis siue statuti fortior est exclusione hominis. Bart. l. 1. §. si pater ff. de coniung. cum emanc. libe. in l. 1. ff. de bon. poss. cõtra tabul. & in l. pater filiũ ff. de inoffic. testam. Dispositio igitur d. §. & genera-
14 liter, loquitur cùm excluditur renunciatione aut pacto ea persona, quæ erat successibilis, & in qua erat ius radicatum ius successionis, & quoniam quò ad successionem ea persona non habetur pro mortua, ideò ad redden. personã successibile requiritur mentio specialis, cùm secus sit in statuto, quod initio facit personam insuccessibilem, & inhabilem, ita vt habetur pro mortuo. Bart. l. 1. §. scien. ff. de suis, & legit. & ita decl. Hippol. Rimin. in l. precibus nu. 94. & nu. 149. C. de impube. & ante eum ita decl. Ruin. cõs. 51. nu. 21. lib. 4. sciẽdum est etiam, quod regula d. §. & generaliter, qua disponitur generalem renunciationem, minimè præiudicare legitimę proced. vbi filius priuatur legitima, & nihil in eius recompensationem recepit, vt inquit Socin. iun. cõs. 122. nu. 24. lib. 2. arg. l. cum ex filio ff. de vulg. & pup. & l. si pater puellæ C. de inoffic. testa. per quæ iura inquit Imola in l. fin. colum. 7. ff. de condit. insti. quod propter recompensationẽ quis aliquando non dicitur grauari, vbi alias grauatus diceretur, & Socin. iun. sequitur Gabriel. in communi cõclus. tit. de legit. conclus. 8 numero 5. Roland. consilio 99. numero 21. lib. 4. Menoch. cons. 71. nu. 10. & cons. 83. num. 6. Morotius cõs. 9. nu. 23. Præterea specialis

expres-

expressio legitimæ, de qua in d. §. & generaliter est necessaria, vbi salua ratione recti sermonis possunt verba restringi ad id, quod filius accepit, & absq; eo, quod referantur etiam ad id, quod erat supplen. Cæterum vbi verba generalia necessariò includunt etiam onus annexũ tunc agi non potest ad suplementum. Ruinus cons. 56. nu. 15. lib. 2.

15 Vt autem hæc materia planius explicari possit, distinguen. erit. Nam aut filius renunciat legitimæ, viuente ipso patre, aut verò post eius mortem de primo casu loquitur tex. in d. l. si quando §. illud, de altero autem agitur in d. §., & generaliter; vt per Pau. de Cast., & alios ibi. Curt. iun. cons. 160. col. fin. quod inquit d. §., & generaliter proced. vbi quis legitimæ renunciauit post mortem patris, & ita eo tempore, quo legitima debetur, & ius est quæsitũ, idem inquit Tiraq. de iure primigen. q. 55. n. 14. quare d. §., & generaliter loquitur in filio, qui agnouit legitimam post mortẽ patris, & ita post ius quæsitum filio. Ruin. cons. 51, nu. 13. lib. 3., & de renunciatione legitimæ iã filio quæsitæ. Motot. cons. 9. nu. 21.

16 Primo casu, vt filius expressè renunciat, & paciscitur cum patre de non petendo legitimã seu eius suplementum, & tunc mortuo patre poterit filius petere legitimam etiam non obstante renunciatione, vel pacto, vt expressè, habetur in l. si quando §. illud C. de inoffic. testam. Nam quemadmodũ videmus non valere pactum, quo filius renunciat successioni patris ipsi patri l. pactũ quod dotali C. de pact. l. pactum C. de collat. not. in l. fin. C. de pact. Bart., & alij in l. stipulatio hoc modo concepta ff. de verb. oblig. Ita neq; renunt. potest legitimæ, quæ est portio successionis; vt per glo. in d. §. illud, quę est communiter recepta, vt per Peregrin. d. artic. 36. num. 79. Verùm si huiusmodi renunciationi, aut pacto accesserit iuramentum iurisiurandi religio operabitur, vt valeat, & filius ita renuntians excludetur etiam a legitima, & eius suplemento per tex. in d. capit. quamuis doct. omnes in d. l. si quando §. illud latè Peregrin. d. artic. 36. nu. 17., & nu. 79. c. quamuis etenim filio viuente patre nullum ius competat in legitima l. fin. ff. de libe. agnosc. Bald. cõs. 304. quidam lib. 4. tamen filius potest illi renunciare, in manibus patris, atq; cum ipso patre conuenire, vt fit tacitus pro omni eo, quod petere potest. Castrẽ. cons. 425. viso lib. 2. deniq; dicen. erit, vbi filius tacitè renuntiare videtur, consentiendo ipsi patri, qui reliquit minus legitima: Peregr. d. artic. 36. num. 80. Nam filius consentiendo patri, qui in testam. grauauit poterit mortuo patre legitimam sine onere petere, vt per doct. in d. §., & generaliter, quod cum non proced. vbi accessit iuramentum, vt communiter dicit Ripa lib. 1. renũ. 6. Gabriel. in cõmuni cõcl. tit. de legit. concl. 1. nu. 7. Crass. recept. sentent. §. legitima q. 38. nu. 21. Morotius cons. 113. nu. 1. Aut generaliter filius renunt. successioni patris, & non valet renunciatio, nisi fuerit iurata, vt not. in l. fin. C. de pact., & in c. quamuis de pact. lib. 6., & hoc casu quo filius renuntiauit cum iuramento successioni censebitur item renunciasse legitimæ, quod est portio successionis intestatæ, cui filius renũtiauit Dec. cons. 199., & cons. 525. n. 8., & alii, quos refert Peregrin. de fideic. artic. 36. nu. 78., & supra etiam dixi. Quinimò filius renunciãdo hæreditati, & bonis patris ipso viuente excluditur etiam à legitima, & si renunciatio simpliciter facta fuerit. Raph. Comens. cons. 188. spectabilis quem sequuti sunt. Ruin. in l. gallus §., & quid si cum n. 170. ff. de lib., & postu n. Menoch. cons. 71. nu. 5., & alij plures, quos refert d. cons. 71., & cons. 851. nu. 3., & refert Morotius cons. 9. num. 12. cuius rei ratio assignatur hæc, quia patrę viuente filius nullum ius habet in legitima l. 1. §. si impuberi ff. de collat. bon.; & proinde à iure quærendo facilius excluditur filius, quam à iure quæsito, vt in casu d. §., & generaliter, vt per Menoch. d. cons. 411. num. 28., & cons. 71. num. 6. vbi addit aliam rationem: Nam si patre viuente considerari potest aliqua filij legitima ea dicitur vnita ipsi patrimonio. Quare filius simpliciter renuntiando bonis, & hæreditati patris excluditur etiam à legitima. sed quod filius renuntians hæreditati patris viuentis cum iuramento non censeatur renuntiasse eius legitimæ, quę filio non censetur debita viuente ipso patre tenet Seraph. de priuileg. iuram. priuil. 79. nu. 19. quod ita tenet aduersus Ruin. cons. 97. col. fin. in prin. lib. 2. Cæterum legitima, cui frater renuntiauit fauore alterius fratris, absq; patris consensu, eoq; viuente deuoluitur ad fiscum. Dec. in l. 1. num. 13. C. de sec. nupt. per glo. in l. fin. C. de pact. quæ est communiter approbata, vt per Cephal. cons. 603. num. 21., & facit tex. in l. quidam §. fin. in l. seq. ff. de donatio. secus si frater renuntiauerit legitimam alteri fratri patre viuente, & consentiente. Socin. iun. cons. 70. col. 5. lib. 2.

Et hæc haud dubiè procedunt, vbi filius renuntians patri aliquid capit ex testamẽto pro eius legitima, dubium autem est, vbi filius pro legitima nihil capit, sed à patre grauatus, vt restituat omnia bona, etiam absq; deductione legitimæ, consentit expressè grauamini cum iuramento renuntiauit iuri legitimæ, In qua re doct. tradunt filium excludi etiam à legitima, nam quamuis, vt dixi simplex renuntiatio hoc casu non valeat, tamen secus est, vbi accessit iuramentum, vt est tex. in d. cap. quamuis doct. in d. l. si quando §. illud. Quin etiam cùm possit filius tempore, quo fit testamẽtum consentire, vt prætereatur, vel exhæredetur l. cum putauit §. si quis sua manu ff. de bon. pos. contra tabul. glo., & ibi communiter doct. in d. §., & generaliter Socin. iun. cons. 50. num. 6. lib. 2. multò magis poterit cõsentire huius-

modi

modi oneri imposito. Contrarium tamen consuluit Morotius cons. 113. in pulcro casu, vbi pater conferit testamentum in domo Rolandi à Valle celeberrimi consultoris cum eius præsentia, & de eius consilio, in quo hæredem instituit filium naturalem legitimatũ, cum onere fideicomissi, & de restituendo omnia bona, itaut bona ipsius testãts integrè transferantur ad substitutos, & sequentes in gradu, absq; detractione legitimę, & trebell., cui grauamini filius præsens consensit, specificè etiam renunciando iuri deducendi legitimam, & trebellianicam cum iuramento. Nam vt ipse trad. hoc casu cessarę debet dispositio d.c. quamuis, quo innituntur doct. quoniam, vt exorbitans à iure ciuili, strictè intelligi debet, & proinde restringi debet ad terminos, in quibus loquitur hoc est, vt procedat quando filia, quæ nuptui traditur dote contenta, non vi, nec dulo renũ-
17 tiauit, secus autem vbi filius renuncians læditur tam enormiter à patre, nam tũc cessare debet dispositio d. c. ne vinculum iuramenti sit iniquum. Hoc igitur casu, secundum eum, cum consideretur metus reuerentialis, tum læsio enormissima, quę etiam consideratur in legitima viuente patre cessare debet dispositio d. c. quamuis, vt satis per eum. Quæ sententia etsi videatur refragari consilio Rolandi à Valle, & hæc quęstio sit duodecima, cũ eius status sit coniecturalis. Vasq. de succesio. libro secundo §. 18. numero 124., tam facilè sustineri potest, nametsi legitimæ speciatim renunt. possit, vt dixi, tum hoc ita erit accipien. nisi interuenerit enormissima læsio, quoniam tunc renunciatio etiam iurata minimè nocet. Gozadin. consil. 97. num. 14. quem sequitur Roland. cons. 96. num. 57. lib. 3., qui inquit ex enormissima lęsione dolum pręsumi, qui dicitur proprie dolus, & proinde excluditur in casu d. c. quamuis pactũ, & facit, quod scribit Cephal. cons. 165. nu. 21, vbi inquit, quod filius, qui renuntiauit cum iuramento legitimam patri cum eo conueniendo de certa quãtitate non potest petere legitimæ suplemẽtum per d. c. quamuis, nisi læsio interuenerit enormissima, & quod dispositio dicto capitulo quamuis cesset, vbi filia renontians fuit enormissime læsa, & vbi ad renuntiandum fuit inducta dolo etiam præsumpto ex enormissima læsione, & metu reuerentiali, consuluit latè, idem Cephal. cons. 34. num. 20. cum plurib. seq., & quod filia in renunciatione facta enormissime læsa non excludatur à legitima, seu eius suplemento plures tenent, quasi filia consensum præstitisse non videatur, tam enormissimæ læsioni, vt refert Vasq. de success. lib. 2. §. 18. requis. 29. nu. 128. post Couarru. in d. c. quamuis, & licet aliàs sub generali renũciatione, cum iuramento compræhendatur, & legitima, tamen id non proced. quando adest enormissima læsio, hoc est vbi nihil retinetur pro legitima. Alba cons. 66. in fine post Dec. cons. 180. colum. fin. Vnde plures tenent d. c. quamuis non proced., vbi filia nihil accepit, Socin. iun. cons. 50. nu. 9 lib. 2. Contrarium tamẽ alij tenent, quod tex. d. c. quamuis proced. etiam, quod filia nihil accepisset, vt per Socin iun. d. cons. 50. num. 9., & quod filia maior renuntians cum iuramento etiam enormissimè læsa excludatur à legitima, seu eius suplemento, respondit Bursat. cons. 75. num. 5. ver. at secus, & cons. 248. nu. 17. post Vasq. de success. libr. 2. §. 18. requisito 29. nu. 128. vbi inquit veriorem esse sententiam, vt filia excludatur per tex. in d. c. quamuis, dum generaliter decidit iuramentum omnino seruari, & ibi nullum regressum, & quia iuramentum cõcedentis sese extendit eatenus quatenus iurantis potestas sese extendit l. cum pater § filius matrem, & ibi doct. ff. de leg. 2., & filia renuntians per d. c. quamuis habet potestatẽ se excludendi omnino etiam à legitima, ideo dicendum est filiã omnino excludi, & id maximè procedit, quia iurando videtur saltem implicitè cogitasse omnes, qui euenire possunt, & proinde etiam legitimam cogitasse videtur saltem in genere, quod quidem sufficit, & hæc opinio est tenenda, vel tutior pro salute animæ & deniq. ita obseruari testatur Vasq. d. loco, His accedit, quod patre viuente nulla potest considerari læsio enormis, cùm viuente patre nullum ius habere dicatur filius etiam in legitima. Paril. cons 28. num. 81. lib. 3. Crauet. cons. 214. nu. 13. Grammatic. decis. 101. nu. 74., & alij, quos refert Moroti. d. consil. 113. sed ego putauerim priorem sententiam esse magis tutam, & ita consulere videtur Decian. cons. 39. nu. 30. lib. 5 Quare videns Roland. in casu, de quo consuluit Morot. d. cons. 113. cautelam ab eo tradi:am, vt filius nihil acciperet, nisi fructus, adijci curauit hæc verba, videlicet, & quatenus aliqua ratione dicta prohibitio, & substitutio non posset extendi ad legitimæ &c.

Ex quibus constat rem hanc esse admodom dubiam, & valde tenebrosam, Verum vt omnis scrupulus amoneatur omnisq; dubitandi materia subducatur, sciendum est huius controuersiæ statum esse coniecturalem, vt cõsiderat Vasq. de requisito 29. nu. 28. Nam si quæramus de potestate certè potest filius se excludere omnino à legitima cùm iuramentum renuntiantis sese extendat eatenus quatenus iurantis potestas sese extendit l. cùm pater §. si filius matrem ff. de leg. 2. Vasq. d. requisitio 29. num. 128. si quęratur autem de voluntate liberafacit scrupulum paterna reuerentia, & metus reuerentialis, impedit libertatem voluntatis, idq; maxime proced. concurrentib. alijs coniecturis vel oti forte errore, aut ignorantia filij renũtiaotis, qui potest ignorare vires hæreditatis, ac quota sit legitima, Quare si filius renuntians erit, nihil accepit, quia sit ingressurus religionẽ, vel monasterium, vel aliũ-

de

desit diues, & proinde minimè egeat parte aliqua hæreditatis patris, tunc hoc casu existimauerim renunciationem valere, cùm verisimile sit filium magis curare, vt portionem cui renũtiauit, magis capiat frater, aut alius quẽ pater voluerit, quam ipse qui aliunde habiturus est, & ita loquitur Vasq. dict. requisito 29. dum exemplum trad. de filia ingrediente monasterium. Aliud dicendum erit, vbi filius renuntians non est ingressurus religionem, aut aliunde non habet, aut non est habiturus, cùm non præsumatur filius velle egestate laborare, sed potius præsumatur nolle cõtradicere patri ob paternam reuerentiam, nam hoc casu stãte metu reuerentiali, & cõcurrente præsumptione contraria dici poterit renunciationem minimè nocere considerandum porrò est, quod hujusmodi renunciationes fiunt à liberis, ad parentum persuasionem, quibus ipsi facilimè non ex libera voluntate, sed ob paternam reuerentiam refragari minimè audentes eorum juribus grauarè renuntiant. Reccurrendum erit igitur hoc casu ad coniecturas, quibus dignosci posit num filius liberè consenserit; an verò ad consentiendum errori, ignorantia, dolo, aut metu inductus fuerit, quoniã tunc iuramentum non obligabit, vt factã à filio cum patre de non petendo legitimam, seu de non mouendo querelam aduersus testamẽtum paternum, tum ob paternam reuerentiam, reuerentialemq; metum, nec non quemadmodum improbum videtur, vt pater contra offitiũ pietatis excludat frater iniustè filium à legitima, ita iniqua videtur, item conuentio facta cum filio quominus posit querelam mouere aduersus testamentum, ne quod vna via patri denegatur, id altera via permittatur, vtrunq; etenim improbè facit pater, siue filium priuet legitima, per vltimã voluntatem, siue etiam ad priuationem legitimę filium sua renũciatione, ac pacto adstringat. Quapropter lex maximũ discrimen facit num filius paciscatur cum ipso patre, an verò mortuo patre renũtiet, vel à pte agnoscat iuditium patris, quoniam hoc casu renunt. potest filius illo non item, vt in d. l. si quando §. illud, vt etenim in testamento non potest pater iniustè excludere filium à legitima, ita non potest filium pacto adstringere, vt se à legitima excludat.

Et licet voluntas filij facere debeat, vt quod alias iniustum esset, iustum fit, & minimè injurium, cùm nulla iniuria fit, quæ in volentem fit, vt inquit tex. in l. 1. §. vsq; adeo ff. de injur. tamen volũtatis libertas in filio valde impeditur, ob paternam reuerentiam, & ideò rectè inquit tex. in d. §. illud filios pactionib. adstringendos, quoniam lex valde suspicatur ne paterna reuerentia adstringat libertatem voluntatis. Cæterum vbi non est dubiũ, quod voluntatis libertas minimè impediatur, lex minimè restringat potestatem filij, quia volens posit etiam exhæredari, cùm voluntas spontanea filij excludat omnem suspicionem metus reuerentialis, ac patris improbitatem; quia ita voluit, vt est tex. in l. non putauit §. si quis sua manu ff. de bon. pos. contra tab., vbi dicitur exhęredationẽ nocere ei, qui sua manu exhæredem se scripsit, nam ibi non tãtũ adest voluntas, sed etiam concurrit factum scribentis, quod declarat liberam voluntatem. Nam in d. §. si quis sua manu cum filius principaliter agat vt exhęredetur à patre, qui volebat eũ instituere, meritò imputandum est ipsi filio non etiam patri, secus si pater velit filium exhæredare sine causa, quia tunc filius non potest consentire, quoniam hoc casu pater principaliter agit, vt filium exhęredet sine causa, & ita decl. Suarez in l. quoniam in prioribus ampl. 10. num. 37. C. de inoffic. testam. quem seq. Morotius cons. 113. num. 30. Maximè igitur interesse videtur, quod filius vltro, patreq; id non exigente, velit exhæredari, an verò, patre requirente consensum filij præstantis in exhæredatione filius consentiat, quoniam priore casu voluntas filij est libera, non etiam altero casu, quo filius videtur consentire ob paternã reuerentiam, & consensus filij, vti accessorius voluntatis paternæ, minimè excludit impietatem patris, & hæc de iure ciuili, lex autem canonica considerans religionem iurisiurandi confirmat hujusmodi pacta à lege ciuili improbata, vt in d. c. quãuis pactum. Nam cum filius sua validitate posit sibi præiudicare in legitima, meritò eius consensus iuratus seruari debet; modò tamen voluntas filij, nulla vi, neq; dolo restringatur, ex quibus intelligi põt filium posse omninò conuentione sua cum patre facta, sese à legitima excludere: cum nulla sit dubitatio, circa potestatem, sed dubium est circa voluntatem, cuius libertas facilè impediri potest à patre, & ideo apparente læsione enormissima, & quod filius nihil receperit ex sęuioribus pręsumptionibus concurrere metu reuerentiali, hujusmodi renunt. & pacta improbantur. Quare voluntas, & iuramentum filij excludit patris impietatem, modò voluntas non adstringatur metu reuerẽtiali; & alijs concurrentibus.

18 Sed, & potest filius viuente patre renũtiare fratri legitimam sibi debitam in bonis patris accedente tamen consensu, & voluntate ipsius patris de cuius hęreditate agitur per durante vsq; ad eius mortem l. fin. & ibi not. doct. C. de pact. Nec obst. d. l. si quando §. illud, quia proced quando filius conuenit cum patre, secus si fiat pactum cum fratre consentiente patre, & in eo perseuerante, vsq; ad mortem, & ita declarat Socin. iun. consilio 50. numero 5. lib. 2.

19 Quinimò potest filius, consentiens à patre exhæredari, & exhæredatio facta à patre cum consensu filij valet l. non putauit §. si quis sua manu ff. de bon. pos. contra tab. Socin. iun. cons. 50. nũ. 6. lib. 2. vbi inquit idem in iure

ex-

exploratissimum, & est glo. fin. in d. §., & generaliter, qui inquit posse filium tempore, quo conficitur testamentum cõsentire, vt prætereatur, vel exhæredetur, contra quã licet teneant aliqui doct. tamen magis communis opinio est cum ea, vt testatur Suarez in l. quoniã in prioribus ampl. 10. nu. 32. cum seq. C. de inoffic. test., & sequuntur alij, quos refert Guter. in d. c. quamuis pactum in prin. nu. 27.

20 Altero casu vbi fili⁹ post mortem patris renuntiat certum est renunciationem valere, vt in d. §. generaliter, qui proced. cùm legitimæ renunciatio fit post mortem, vt dixi supra, nam hoc casu cessat metus reuerẽtialis, vel impietas patris, sed imputandum est ipsi filio tantum, qui voluit se à legitima excludere, quod proced. etiam si filius cum viuente patre conuenerit, de non petendo legitimam, aut eius suplementum, & consenserit dispositioni patris eo viuente, & posteà post eius mortem agnouerit iuditium patris, vt in d. §. illud, eo sanè casu renunciatio expressa, siue tacita ex interuallo, & post mortem patris facta, facit cessare metum reuerentialem, Nam etiam per actum voluntarium post metum ex interuallo factum renunt. videtur actioni, vel exceptioni metus glo., & doct. in l. 2. C. qui met. cau., & ib. Bald., & Salicet.

Eo autem casu, vbi fili⁹ post mortem patris renunt. videtur iuri legitimæ, rursus considerandi sunt duo casus, primus est vbi pater in testamẽto filio herede instituto prohibuit expressè, aut tacitè legitimę detract. Alter est cũ filio pater relinquit minus legitima, priore

21 casu aut filius expræsse, & speciatim approbat prohibitionem detractionis legitimæ, & sibi haud dubiè præiudicat per specialem approbationem d. §., & generaliter, & ibi doct. Peregrin. de fideicom. artic. 36. num. 88. ver. quintus casus. Petra de fideicom. q. 15. num. 119. Idemq; dicendum erit, cùm legitima expresse in testamento prohibita, filius approbauit patris testamentum, in omnibus, & per omnia, aut in omnib⁹ suis partibus, si quidem huiusmodi approbatio equipollet speciali approbationi prohibitionis, & per hanc approbationem videtur speciatim renunt. legitimæ, vel etiam vbi heres alia verborũ formula vsus fuit, qui haberet vim specialis expressionis. Ruin. cons. 56. num. 6., & 12. lib. 2. Bursat. cons. 355. num. 59. Socin. iun. cons. 136. nu. 16. lib. 1. Rube. cons. 43. num. 13. Mantica de coniectur. vlt. vol. lib. 7. tit. 8. num. 21. Menoch. cons. 71. num. 21., & alij quos refert, & sequitur Peregrin. de fideicom. artic. 36. nu. 89. ver. sextus casus est, & nu. 91. vbi extẽdit idem proced. vbi filius cum iuramento approbasset disposita in testamento cùm iuramẽtum habeat vim specialis expressionis, vt per eum, & alias latè dixi.

Aut verò filius simpliciter approbat testamentum, in quo prohibita fuit legitima, & hoc casu aliqui existimauerunt huiusmodi approbationem præiudicare filio, vt per Ruin. d. cons. 56. num. 9. lib. 2. Ripa l. in quartam nu. 10. ff. ad l. falcid. Paris. cons. 9. lib. 3. cõtrarium tamen alij voluerunt tenentes hanc generalem approbationem, minimè prȩiudicare ipsi filio in legitima, quȩ non tollitur, nisi speciali renunciatione d. §., & generaliter, & ita tenent plures, quos refert, & sequi videtur Peregrin. de fideic. d. artic. 36. num. 87. versic. quartus casus est. Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 8. num. 8. sed, & si filius generaliter promiserit etiam cum iuramento obseruate disposita in testamento patris non videtur iuri legitimæ renuntiasse. Guid. Pap. q. 417. nam per huiusmodi verba generalia non videtur de ea cogitatum, sed exiguntur verba specialia. Fabian. de giocch. auct. nouissima nu. 228. C. de inoffic. testam., contrarium tamen tenet Bursat. cons. 355. num. 62. 64. quod iuramentum præstitum à filia de obseruãdo disposita in testamento excludat eam à legitima vbi inquit hanc esse magis communem.

Aut deniq; filius hæres institutus tacitè agnoscit paternam dispositionem, in qua fuit prohibita detractio legitimæ adeundo hereditatem, & hoc casu recepta est opinio, vt per aditionem hæreditatis filius minimè sibi præiudicet in legitima, cùm ea tollatur speciali renunciatione tantum dicto §., & generaliter; prȩtereà cùm testator non possit grauare legitimam l. quoniam in prioribus C. de inoffic. test. meritò prohibitio nulla est, vt de falcidia dicitur in l. Sæius. & Augerius ff. ad l. falcid., & ita tenent plures, quos refert Peregrin. de fideic. artic. 36. num. 84. versic. tertius casus. Nam testamẽti generalis approbatio, quȩ inducitur per aditionem hæreditatis semper intelligitur facta in his, quȩ defunctus facere potuit, non etiam in his, quæ non potest facere; quare cùm pater non possit sine causa filium sua legitima priuare, meritò, quò ad legitimã in qua requiritur expressa, & specialis renunciatio tacita approbatio nihil operatur Ceph. cons. 563. num. 14., & ita tenet Paris. consil. 43. num. 36. lib. 3. Mantica de coniectur. vlt. vol. lib. 7. tit. 8. n. 8., & testamenti generalis approbatio, quȩ inducitur per aditionẽ heredi tatis sẽp intell. facta in his, quæ defũct⁹ facere de iure potuit. Craue. cons. 200. nu. 8. sequitur Cæphal. cons. 563. num. 14. Quinimò hoc casu in adit. hereditatis non requiritur declaratio vel protestatio filij, qui velit consequi sententiam nõ obstante patris prohibitione Cȩphal. cons. 188. n. 30. quæ sequitur Peregrin. d. artic. 36. num. 86. vbi tradit duas rationes, prima est ex Bal. cons. 184. municipali col. 2. lib. 5 quod scil. hæres adeundo hæreditatem non videtur consentire vt teneatur, nisi quatenus lex disponit. Altera est ratio secundũ eum, quod filius adiens simpliciter sciebat ius suum durare, hoc est patrem non potuisse prohibere legitimam,

&

& ideo nō op^t erat protestatione vt per eū, qui inquit ita obseruari, vt simplex hæreditatis aditio minimè præiudicet filio in legitima.

22 Alter casus est cùm pater reliquit filio minus legitima, & hoc casu autem filius agnoscit, & acceptat relictum, ac de recepto quietat hæredem nulla reseruatione facta de legitima, aut eius suplemento, & non videtur simpliciter acceptando renunt. legitimæ, aut eius suplemento, nisi illi expresè renuntiauerit tex. est expressus in d. l. si quando §., & generaliter, & ibi not. omnes doct., & ita tenet Parsi. cons. 43, num. 36. lib. 3. Alex. cons. 80. num. 21. lib 3. Sard. cons. 45. num 2. Cephal. cons. 563. num. 13. Peregrin. de fideic. d. artic. 36. num. 93. vbi inquit hunc casum non habere difficultatem. Nam vbi pater reliquit filio minus legitima videtur impius contra filium, & quodammodò minus sanæ mentis dicitur l. hoc colore ff. de inoffic. test. quare meritò in d. §., & generaliter simplex acceptatio filii, minimè sibi præiudicat in legitima, nisi specialiter illi renuntiauerit. Curt. iun. cons. 159. num. 5., & scribit Bald. in l. Papinianus §. si conditioni ff. de inoffic. test. quod agnoscenti iuditium defuncti competit actio ad suplementum, licet aliud sit in querela inoffic., & ibi inquit id esse notandum, & vi. quæ dixi de querela inoffic. Quæ conclusio extenditur proced. etiam si in testamēto prohibuerit pater filium plus petere nō posse, & filius simpliciter agnouerit, ac de recepto quietauerit, per tex. in d. §., & generaliter, vbi Bald. nu. 1. adfert hanc rationem, quod lex ipso iure reijcit conditionem illam de plus non petendo, & suplementum reseruat filio ipso iure absq; alia protestatione, & ita tenet Fabian. de giocch. anct. nouissima num. 227. C. de inoffic. testa. vbi tamen subdit hanc determinationem dubitabilem videri per plura, quæ allegat Decian. cons. 32. num. 96. lib. 2. Peregrin. d. artic. 36. num. 94. 95. vbi limit. non proced. vbi filius consensisset patri relinquenti minus legitima, & posteà eo mortuo relictum agnouisset, vt in d. l. si quando §. illud, vbi non agnouerit eius judicium. Item non proced. cùm pater reliquit filio rem aliquam, pro sua legitima, vel eum tacitando iubens, quod si ea re contentus non fuerit, ei relinquit legitimam, quoniā hoc casu filius eā rem acceptando non potest ex causa legitimę aliud petere, cùm rem illam pro sua legitima ęstimasse videatur l. imperator §. si centum ff. de leg. 2. vt per eum num. 97. post Dec. cons. 687. Socin. iun. cons. 122. num. 9. libro 1. quibus accedit Mantica de coniectur. vlt. vol. lib. 7. tit. 8. nu. 11. Sed multo minus renunt. videtur suplemēto legitimæ filius producendo testamentum in quo minus legitima relictum fuit. Angel. l. Papinianus §. si conditioni num. 4. ff. de inoffic. test. vbi inquit id obseruasse de facto. Cæterum vbi testator reliquit legata excedentia legitimam, cum onere tamen fideicommissi, sub ea conditione, quod si filius voluerit ea acceptare, solum habeat legitimam, filius sanè acceptando legata dicitur legitimæ expresè renuntiasse. Curt. iun. cōs. 159. num. 5. ver. sed dato.

Et non tantum renun. non videtur legitimę filius acceptans relictum, & de eo quietans, sed etiam si vlterius renunciauit hæreditati, & bonis paternis, quia hoc casu huiusmodi generalis renunciatio non excludit filium à legitima. Peregrin. d. artic. 36. num. 98. ver. quartus est casus. Quin etiam si vltra acceptationem relicti, & quietationem promiserit filius amplius non petere, non videtur remittere ius legitimæ, quoniam promissio de amplius non petendo restringi potest ad recepta, & de necessitate non infert, vt videatur remissum suplementum legitimæ. Dec. d. consilio 687. Peregrin. d. artic. 36. num. 99.

23 Idemq; dicendum est, vbi filius relicto accepto promisit plus non petere, quoniā hoc casu non excluditur à petitione suplementi, vt per Bald. in d. §., & generaliter, & sequitur Ruin. cons. 56. num. 8. lib. 2. nam quamuis filius recipiens de iure petere non possit, de facto sic potest petere, quare restringitur huiusmodi promissio, ratione recti sermonis ad id quod filius recepit, & operatur quo ad petitionem de facto, quamuis contrarium videatur tenere Pau. de Cast. in d. §. si, & generaliter, vbi tenet filium excludi à suplemento legitimæ, quoniam alias hæc promissio plus non petēdi nihil operaretur, cū referri non possit, ad iam acceptum, vt per Peregrin. d. artic. 36. num. 100. Difficultas igitur est an promissio huiusmodi referri possit ad relictum, & receptum, & tunc promittens non excluditur à suplemento, secus vbi promissio non potest referri ad receptum. Alia tamen dicendum est vbi filius recipiens relictum promisit aliquid non petere de bonis vel de hæreditate, & substantia patris, vel similibus verbis, aut amplioribus, quoniā hoc casu per huiusmodi promissionem videtur renunt. legitimę. Ruin. cons. 67. num 17. lib. 2. cons. 36. num. 58. lib. 2. quem sequitur Peregrin. d. artic. 36. num. 101. Nam generaliter verba etiam generalia non possunt aliud operari quam remissionem legitimæ, sed eius suplementi, certè sufficiunt ad legitimæ renunciationem, vt per Peregrin. d. artic. 36. num. 101., & supra dixi.

24 Illud autem quæritur an filius repudiando hæreditatem patris censeatur etiam se excludere à petitione legitimę, & pleriq; existimauerunt non excludi, per tex. in d. §., & generaliter, sed alii contrarium voluerunt, sentientes vt repudiata hęreditate, posteà non possit legitimam petere, & hæc sententia est communis, vt per Peregrin. d. artic. 36. nu. 102.

25 Cùm autem legitima, vt iam dictum est, tolli possit renunciatione, tolli item poterit

à lege

à lege municipali, si quidem id fieri potest per statutum, quod potest per pactum, glo. in rub. C. de decre. decur. lib. x., & ita cõcludit Dyn. in regu. indultum de regul. iur. lib. 6. Nam quemadmodum singuli possunt renuntiare legitimæ, ita populus statuendo poterit derogare suæ publicæ vtilitati, vt dixi supra renunt. 1. nu. 70. Vnde licet sint contrariæ opiniones aliquibus sentientibus non posse in totũ tolli legitimã à statuto, & alijs existimantibus posse tamen magis cõmunis est opinio ex causa statutum tollere posse legitimam in totum, vt declarat Apostil. ad consil. Signoroli 37. in ver. ius municipale, & hanc sententiam cõmunem dicit Crauc. cons. 136., & Dec. in l. iura sanguinis in fi. ff. de reg. iur. sanè cùm legitima iure positiuo ciuili inducta fuerit l. lege 12. tabul. C. de legit. hære. auten. de hære., & falci. §. 1., & §. si quis autem per oppositũ ius ciuile tolli poterit §. pen. insti. de iure natu. Quod dicitur legitimam esse debitã iure naturę, intelligi oportet de iure ciuili, persuadẽte naturali ratione constituto. Præterea pro hac sententia facit, Quicquid fieri potest per pactum potest, & fieri per statutum l. finali, & ibi not. Doct. C. de fideiuss. & glo. rub. C. de decre. decur. lib. 10. si quidem maior ex potestas statuti quàm hominis, & argumentum à minori sẽper procedit affirmatiuè, vt per Euerard. in loco à pacto ad legitimè num. 1. sed legitima, vt iam dictum est potest pacto tolli, ergo multo magis auferri poterit à statutum: Neq; obstat quod, vt inquit Cagnol. in l. iura sanguinis nu. 23 ff. de regu. iur. sit diuersa ratio inter pactũ, & statutum, quia semper erit verum id posse fieri per statutum quod potest fieri per pactũ, cùm argumentum à minori ad maius, vt dixi, semper procedat affirmatiuè. Et hanc sententiam puto de rigore iuris veriorem.

Et huc quoq; pertinet quæ dicã renunt. 95.

XLVIII. RENVNTIATIO L. FALCIDIÆ.

Summæ.

1 *Legis Falcidię beneficium.*
2 *Hæres an renuntiare possit beneficio legis Falcidię.*
3 *Hæres quando censeatur tacite renuntiare Falcidia.*
4 *Hęres viuo testatore an possit remittere Falcidia.*
5 *Testator an possit remittere Falcidię.*
6 *Falcidia an inducta fuerit fauore publico.*
7 *Testator cur olim remittere non possit Falcidię, hęres autem posset.*
8 *Testatoris tacita remissio an sufficiat.*

LEX falcidia à Tribuno plebis falcidio lata dicitur quarta pars competens hæredi supra dodrantem legatis onerato, quæ de legatis, & fideicommissis singularibus detrahitur. Namque ex lege 12. tabul. permissum erat vnicuique totum patrimonium suum legatis erogare l. verbis leg. s ff. de verb. signific. Deinde lege falcidia cautum est, ne fas sit vltra dodrantem bonorum legare. l. 1. ff. ad l. falcid. insti. 59. in prin. Quod vero vltra doderantem legatum est per l. falcidiam vsque ad dodrantem resecatur, si quidẽ quarta pars hæreditatis apud ipsum hæredem manere debet.

1 Dicitur autem falcidia legis beneficium, legis falcidiæ l. beneficio. ff. ad leg. falcid. nec non auxilium l. si vt allegas. c. eo. Sed quoniam hoc beneficium inductum fuit fauore hęredis, vt patet in l. potest. ff. ad l. falcid. ibi, quia ea lex hæredis causa lata est, nec non testatorum gratia, vt expresse inquit tex. insti. de lege falcid. in prin. ideò videndum erit primo de hærede, scilicet annis renuntiari possit beneficio legis falcidię deinde de testatore.

2 Quod hęres renunt. possit non est dubitandum potest ff. ad l. falcid l. si patronus §. 1. ff. de donat. Alberic. in rub. ff. ad l. falcid. n. 14. Ripa l. filiusfam. §. Diui. nu. 20. ff. de leg. 1. Cephal. cons. 327. num. 15. cons. 545. num. 29. Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 9. tit. 13. nu. 6. Peregrin. de fideic. artic. 3. num. 123. quare hęres qui renuntiauit falcid. non potuit ad illam redire, vt not. Alex. in l. si hęres nu. 2. ff. ad l. falcid. Nam quod dicitur falcidiam ipso iure minuere legata lege lineam Margaritarum ff. ad l. falcid. intelligitur volente ipso hęrede. Bald. l. 1. C. ad l. falcid. sequitur Peregrin. de Fideic. d. artic. 3. num. 116. per tex. in l. si postulante. & ibi Pau. de Cast. ff. ad trebell. Relictaq; vltra dodrantem sunt nulla fauore hæredis, qui potest suo fauore renuntiare. Corne. l. non dubium. num. 7. C. de testam. Quinimò potest hæres falcidiam remittere etiam contra testatoris voluntatem. Ruin. in l. nemo potest num. 36. ff. de leg. 1. post Cyn. & alios in l. potest. ff. ad l. falcid. Neq; potest testator cauere quod hęres non poss. ren. huic benef. Ias. l. nemo põt. ff. de l. 1. vbi inquit ita tenere Imol. per d. leg. lucius, & seqr Bologn. d. l. nemo põt nu. 121. qñ non põt tõr tacere quin hęres suo fauore nõ poss. ren. l. lucius §. tõr. ff. de leg. 2. præterea cũ tale pręcm videatur continere fauorẽ hæredis, tñ põt cõtemni, l. filiusfam. §. diui. ff. de leg. 1. l. Titio cẽsum. in prin. ff. de cond. & dem. Alex. c. potest ff. ad l. falcid. sed & potest hæres falcidiam remittere in fraudem creditorum Peregrin. de fideic. d. artic. 3. num. 125. per l. patrem cum l. seq. ff. qui in frau. cred. & l. si sponsus. §. si quis rogatos. ff. de don. inter vir. & vxor. qui apertè dicunt remissiõ. falcid. & trebell. plenam esse fidei exhibitionem nõ etiam donationem aut patrimonij deminutionem.

3 Tacitè autem renuntiare videtur hæres benef. l. falcid. quò ad Cæteros, hæres soluens integrum leg. vni. auct. sed cum testator. C. ad l. falcid. plenę Surd. decis. 246. vbi decl. proced. quando solutio fit ab eo, qui benè nouit vires hæredi.

hæreditatis, vt per eum numero sexto, & ibidem numero decimo declarat quoque id procedere in dubio, secus, vbi certum est, quod hæres non ideò integrum soluit legatum, vt voluntatem testatoris impleret, vt per eum.

Suprascripta conclusio, quod hæres soluens integrum legatum vni censeatur renunciare, quò ad alios, videtur contrà regulam lege si certis annis Codice de pactis, & ideo Curtius iunior ibi numero septimo declarat conclusionem procedere, quoniam lex fouet quantum potest voluntate testatoris, quapropter, cùm hęres soluendo vni integrum legatum, videatur approbare voluntatem testatoris, lex induxit, quod approbatio semel facta, circa remissionem falcidię, non posse amplius mutari, quamuis Bartolus in lege cum de in rem, verso columine secundo ff. de vsur., & Salicetus in dicta lege si certis annis aliter respondeant.

Aliud dicendum est in eo, qui soluit vni legatum ex testamento, quod minimè valet, quia non tenebitur ad alia legata, vt per glossa penultima in fine in lege, non dubium Codice de testamentis, vbi inquit hęredem soluentem, vni integrum legatum, ideò tacite renunciare, quò ad alios, quoniam soluit ex testamento quod valet, secus si quis soluerit legatum vni ex testamento, quod non volet, quia eo casu non præiudicat sibi, quò ad alios.

Hęres soluendo solida legata, multo magis renunciare videtur lege falcidia. Peregrinus dicto articulo tertio numero centesimo vigesimo quarto.

Non tamen intelligitur renunciare lege falcidia hęres simpliciter promittens soluere lega. lege prima §. si sub conditione ff. vt legata nomina caueatur lege finali, & ibi doctores Codice ad lege falcidia. Crauetta consilio 462. numero vigesimo secundo. Cephalus consilio 327. numero decimo sexto. Surdus decisione 132. numero vigesimo primo, secus si promiserit soluere integra legata. Alexander consilio 133. numero 4. libro quinto. Menochius consilio 374. numero sexto per dicta lege finali.

Verùm non poterit hæres viuo testatore remittere falcidiam lege, quod de bonis §. primo ff. ad lege falcidia Paulus de Castro in lege potest ff. eodem, nam secundum Paulus de Castro in dicta lege, quod de bonis hæres renunciando ante aditam hæreditatem facit quamuis publicum, cùm possit etiam non adire, sed post mortem testatoris, & post aditam hæreditatem cessat timor ne adeat, cum legata iam habuerint effectum, sequitur Socinus in lege prima in principio numero sessagesimo sexto ff. ad lege falcidia, sed hodie est correcta dicta lege, quod de bonis §. primo, vt ibi notat.

Quando institutis filio, vel seruo grauatur pater, vel dominus soluere fideicommissa extraneis, tunc poterunt detrahere falcidiam, quia tunc pater tenetur, ex persona filij lege, cum filio famulo ff. de lege prima. Quare dubitatur Ripa in dicta lege cum filio famulo, num possit ipse filius renunciare lege falcidia, & impedire patrem ne detrahat eam, iuxta dicta lege potest, & primo arguit, quod non, quia tenetur ex persona filij, posteà contrarium concludit, vt per eum.

5 Nunc videamus de testatore, & quidem iure veteri, poterat testator remittere falcidiam lege, quod de bonis §. primo lege sæius ff. ad lege falcidia; hodie autem potest auctoritate, sed cum testator Codice ad lege falcidia. Quare valde dubitatum fuit, cur iure veteri, non liceret testatori, prohibere falcidiam, quæ eius causa latam videtur, vt habetur institutione de lege falcidia in principio ibi, idque ipsorum testatorum gratia prouisum est, cùm alias cuique permissum sit fauori suo renunciare, lege penultima, Codice de pactis, hodie autem possit, & hanc dubitationem mouet, Alciatus Parerg. iur. libro quinto capitulo vigesimo quinto, & Paradox. libro quinto capitulo decimo octauo, circa quam Bartolus in lege nemo potest columine primo ff. de lege prima, inquit, quod lex falcidia iure, veteri à testatore remitti non poterat, vt in dicta lege, quod de bonis §. primo, quia non tam erat inducta fauore testatoris, vt hæredem haberet institutione dicta lege falcidia, in principio ibi, idque ipsorum, quam fauore publico, cùm publicè intersit, vt testamenta effectum suum sortiantur lege, vel negare ff. quem testamentum apen., cui publico fauori testator derogare non poterat lege testandi, Codice de testamentis, quare iure veteri non poterat testator prohibere falcidiam, quæ publicè interest, vt detrahatur dicta lege, quod de bonis §. primo. Verùm hodie potest prohibere testator, vt in dicta auctentica, sed cum testator, quoniam, & si hæres non adeat hæreditatem testamentum tamen non est nullum, cùm hæreditas deferatur ad alios, vt in §. si verò expressim auctentica de hæreditate, & falcidia auctentica hoc est amplius Codice de fideicommiss., & ita tenet Mantica de coniecturis, vltimo volumine libro nono titulo decimotertio numero septimo Gail. obseruatione centum triginta octo numero 17. libro 2. Clarus §. testamentum

que-

quæstione 73. Cravetta consilio 174. Castrensis consilio 28. in principio libro secundo, sanè cùm hodie cessare videatur fauor publicus, meritò prohibere potest testator falcidiam, & hanc rationem vrgent rem dicit Bartolus in dicta lege nemo potest, vbi reddit aliam rationem secundum eum persuadentem. Nam, quod iure veteri iurisconsulti, cùm essent Pagani præciebant commodum peccuniarum saluti animæ tempore autem Iustiniani, Pietas Christiana suadebat, vt hæredes adirent, etiam sine spe lucri peccuniarij, contenti spe præmij cœlestis. Et idem inquit Bartolus in lege pactum ff. de pactis, dum quæritur, cur iure veteri non poterat testator remittere falcidiam, cum hæres posset, de qua statim dicam. Sed ea ratio, quod falcidia introducta fuerit, principaliter fauore publico, principaliter non videtur vera, quoniam qood testamenta suũ effectum habeant, principaliter interest ipsorum testatorum institut. de lege falcid. in principio, minus autem principaliter, siue vt dicitur, secundariò reipublicæ dictæ legis, vel negare, præterea si hæc ratio vera esset, neq; hodiè posset testator prohibere, & cauere aduersus publicam vtilitatem;

6 Quocirca ego existimauerim, veram esse eam Bartoli rationem, quod iure veteri falcidia pertineret ad publicã vtilitatem, hodie autem minimè pertineat, & proinde iure veteri non liceret testatori eam prohibere, cùm hodiè posiit, ego igitur casum sententia, quod falcidia olim respiceret ius publicum, quia per lege falcidiam inducta erat prohibitio, & forma, à qua recedere minimè licebat, forma autem erat per eam testatori præscripta circa modum legandi, ne scilicet plus legare liceret, quam dodrantem totorum bonorum, institutione de lege falcidia in principio, cùm autem hæc lea tribueret formam, circa modum legandi, certè non poterat testator cauere ne in suo testamento locum haberet lege nemo potest ff. de lege prima, ex cuius legis dispositione, testator non potest derogare iuri disponenti, circa formam, vt notant ibi doctores, & in lege ius publicum ff. de pactis. Quæ forma iure veteri obseruabatur, quoniam dubium erat ne hærede scripto recusante adire pro nullo, aut minimo lucro testamenta exitum minimè haberent. Hodie autem cessat ea forma potestq; testator legare quantum vult lege finali Codice de iure deliberandi. Præterea prouisum est, vt testamenta omnino exitum habeant, etiam hærede scripto non adeunte, vt in dicto §. si verò expressim, & ideò superflua est ea formę, & prohibitionis obseruatio ob nouam prouisionem. Quare cùm hodie ea forma minimè consideretur, meritò potest hodie testator ea prætermissa falcidiam prohibere. Verùm adhuc dubitari potest, nam siue dicamus per falcidiam tribuit formam, cui non potest derogare testator per dicta lege nemo potest, siue quod prohiberi testatore legare vltra dodrantem, siue etiam, quod vt placuit Cumano in dicta lege nemo potest, per legem falcid. expræssè derogari voluntati, testatoris considerandum est, quod vbi forma, vel prohibitio respicit priuatam, alicuius vtilitatem, certè is potest formæ, vel prohibitioni, suo fauore inductę renuntiare, vt dixi supra de forma, & de iure prohibitiuo. Cùm igitur forma legandi, siue prohibitio, ne plus legari possit, respiciat priuatam testatorum vtilitatem, non video, cur non possit testator derogare illi iuri, quod eius respicit vtilitatem.

Quapropter doctores in dicta lege nemo potest, reprǽhendunt eam Bartoli rationem, quod dum firmat falcidiam inductam fuisse fauore publico, dicta lege quod de bonis §. primo, cùm tamen introducta fuerit fauore priuato ipsorum testatorum, principaliter, institutione de lege falcidiam in principio licet minus principaliter fauore publico. Verùm Bartoli ratio est, adhuc verissima, nam quamuis etiam falcidia inducta fuerit fauore publico, non principaliter, sed vt doctores dicunt secundario, tamen illi non potest renuntiare, nisi cum iuramento, vt per doctores in lege prima ff. soluto matrimonio, & in lege ius publicum ff. de pactis, & dixi supra de iure publico, Est igitur dicendum veram esse eam Bartoli rationem, quod ideo falcidiam remittere non posset olim testator, quia ea pertinebat ad publicam vtilitatem, neque obstat, quod ea vtilitas esset publica, minus principaliter, quia etiam remitti non potest, nisi cum iuramento, cùm publica vtilitas principaliter non possit remitti, etiam cum iuramento, vt notat in capitulo cum contingat de iureiurandi. Ex quibus infertur olim potuisse testatorem, vel hæredem inuita, viuo etiam testatore remittere falcidiam cum iuramento, non etiam sine iuramento.

7 Altera dubitatio fuit, cur testator olim non posset remittere falcidiam, hæres autem posset, quam ita soluit Bartolus in lege pactum inter ff. de pactis. Nam testator remittendo falcidiæ detractionem facit aduersus publicam vtilitatem, quę versatur, vt hæredes scripti adeant hæreditatem, proindeque testamenta effectum suum sortiantur. Quæ sanè ratio cessare videtur in hærede, qui iam hæreditatem adiuit, & qui facit aduersus commodum proprium tãtum, cui

Z a re-

renuntiare potest, vt per eum, & per Menoch. conf. 374. num. 6.

Neq; est prætermittendum, quod siue testator siue hæres dederit licentiam legatario capiendi rem legatam propria auctoritate, non propterea remittere videtur falcidiæ detractionem: Ias. in l. nemo potest in 1. lectu. nu. 40. ff. de leg. 1. post Salice. in l. 1. C. de pact. per rex. in l. cum certum C. ad l. falcid.

8 Sed dubium quoq; esse potest num testatoris tacita remissio sufficiat, & tacitam sufficere voluit Alex. conf. 5. lib. 3. Boer. decis. 44. nu. 31. Menoch. consl. 374. nu. 14. Verùm alij voluerunt expræssam requiri. Bart. in §. si vero expressim auten. de hære. ,& falcid., & ibi Ange. Oldra. conf. 248. Socin. cons. 33. lib. 1. Socin. iun. conf. 170. nu. 24. lib. 2. Couarru. in c. Rainaldus §. 3. nu. 6. Mihi autem placet distinctio Castren. in d. auten. Sed cum testator, vt ita demum verba testatoris inducant falcidiæ prohibitionẽ, si necessariò eam inducunt, alias secus.

XLIX. RENVNCIATIO TREBELLIANICÆ.

Summæ.

1 *Trebellianica remitti potest ab hærede grauato.*
2 *Hæres remittere potest Trebellianicam in fraudem creditorum.*
3 *Filius potest renuntiare detractioni Trebellianicæ à patre prohibitæ.*
4 *Trebellianica etiam tacite remitti potest.*
5 *Hæres promittens restituere totam hæreditatem.*
6 *Hæres expræsse approbans testamentum, in quo prohibita erat Trebellianica.*
7 *Testamenti approbatio, an inducat remissionem Trebellianicæ.*
8 *Approbatio testamenti, vt fieri debeat.*
9 *Generalis approbatio testamenti an sufficiat, vt censeatur remissa Trebellianicæ detractio.*
10 *Trebellianicæ renunciatio non comprahenditur in generali renunciatione.*
11 *Testator, an possit Trebellianicam, remittere.*

NVnc deueniamus ad trebellianicam, quę est quarta pars hęreditatis, competens hæredi grauato in pręmium aditionis, & restitutionis l. 1. ff. ad
1 trebell. Hæc remitti potest per hæredem grauatum, si quidem quemadmodum, ab hærede remitti potest falcidia, ita, & trebellianica. Peregrinus de fideicõmiss. articulo tertio numero 123. Quare hæres remittere poterit trebellianicam in gratiam fideicommissarij, quo casu ipse fideicommissarius illam detrahet di-
2 cta lege prima §. inde Neratius. Quin etiam poterit hæres trebellianicã remittere in fraudem creditorum. Peregrinus dicto articulo
3 tertio numero 125. Sed, & potest filius renuntiare detractioni trebellianicæ, & expræsse approbare testamentum, in quo facta fuit prohibitio. Mototius consilio 113. numero 3. ta-
4 citè quoq; remitti potest trebellianica. Nam si hæres plenam exhibens fidem totam restituerit hęreditatem, vel permiserit fideicommissarium res habere remittere videtur detractionem trebellianicæ, vt habetur dicto arti-
5 culo tertio numero 124. Hęres tamen qui promisit restituere totam hæreditatem non videtur renuntiasse. Barbat. consilio 68. numero
6 nono libro secundo. Pręterea per approbationem testamenti, in quo prohibitio facta fuit colligitur remissio. Ancharan. consilio 151. numero 12. Menochius consilio 686. numero 24., & alij, quos refert Peregrinus dicto arti-
7 culo tertio numero 119. Verùm dubium est, an vbi trebellianica non fuit prohibita, expressa testamenti approbatio, remissionem inducat, & hac in re Ancharan. dicto consilio 152. voluit remissionem inferri, quoniam trebellianica detrahitur contra votum testatoris lege titia ff. ad legẽ falcid. capitulo Rainaldus de testamen. Sed contrarium tenent plures, quorum opinio est magis recepta, vt refert Peregrinus dicto articulo tertio numero 120. Cuius rei ratio est, quoniam ex testamenti approbatione, non infertur necessariò remissio trebellianicæ, quæ in eo non legitur prohibita. Imò secundum aliquos, non videtur renuntiatum trebellianicæ, etiam per iuratam, & expræssam testamenti approbationem, vt per Curt. consilio 75. columine sexto, qui ita tenet aduersus Ancharan. dicto consilio 152., & Curtium sequitur Parisius consilio 43. numero 38. libro tertio. Decius consilio 257. columine vltimo. Quod autem Ancharani sententia sit magis recepta, tradit Cephalus consilio 153. numero 73., & est magis communis opinio, quòd hodie trebellianica detrahatur contrà voluntatem testatoris, licet eam possit prohibere, vt per eum. Vbi igitur hęres expræsse approbat trebellianicæ prohibitionem expræssam, illam postea detrahere non potest. Rolandus consilio 78. numero 13. libro primo. Approbatio tamen testamenti,
8 in quo prohibetur trebellianica fieri debet, ab hærede in actu testandi, vt ex approbatione videatur remissa trebellianicæ detractio. Surdus consilio 398. numero 33. post Cephalum consilio 153. numero 73. Qui ita inquit posse sustineri Ancharani sententiam, secus secundum eum, vbi post testamentum, & non cum testatore sit approbatio.

9 Sed maius dubium est, an generalis approbatio testamenti sufficiat, vt videatur remissa trebellianicæ detractio, & satis esse voluerunt. Baldus consilio 474. Vicarius columine vltimo libro quinto, & alij relati à Menochio consilio 765. numero quarto.

Nam

Nam secundú eú, satis est approbatio testamenti tacitè facta per aditioné hæreditatis, & hæres grauatus ex sola hæreditatis aditione dicitur approbasse testamétú, in quo prohibita est trebell. detract., vt per eundé d. cós. 765. n. 6. cós. 164. n. 29., & cós. 401. n. 145. sed cótrarium alij tenuerút, vt refert Peregr. d. art. 3. n. 118. ver. sed cótra. Quib' accedit Ceph. cós. 153. n. 75., & cós. 337. n. 27. vbi intelligit Ancharani sententiá procedere, vbi testator prohibuit trebell., & hæres expræsse approbauit testamentú in omnibus, & per omnia. Imò filius per tacitú consensú non censetur renuntiare trebell. Achill. personal. de adipisc. posess. nu. 426. vbi inquit hanc esse solidissimam conclusionem.

10 Trebellianicæ auté renúciatio non compræhenditur in generali renunciatione. Bursat. cons. 101. num. 13. lib. 1. Sed quod non requiratur specialis renunciatio tenet Menoch. cons. 765. nu. 8. qui ita tenet aduersus Bero. cons. 93. nu. 7. lib. 2.

11 Restat, vt videamus de testatore an posit remittere trebellianicam, & Bart. in l. nemo potest ff. de leg. 1. Primò inquit testatorem posse prohibere trebellianicam, sicut hodie prohibere potest falcidiá, deinde concludit verius esse, vt trebellianica prohiberi non posit, per l. titia ff. ad l. falcid. l. si vt allegas C. eo §., sed quia instit. de fideicom. hæred. Cùm etenim legum correctio sit vitanda l. præcipimus C. de appell. dicendú est prohiberi minime posse, & hanc opinionem videtur etiá tenere glo. in d. l. si vt allegas, & expræsius glo. in d. auten. Sed cum testatur, & ibi Bald. nu. 3. Sequitur Crot. in d. l. nemo potest n. 31., & hanc sententiá verioré esse in púcto iuris tradit Alex., & Ial. in l. Marcellus ff. ad trebell., & eá amplectitur Alciat. paradox. lib. 5. c. 19., & sequútur alij, quos refert Couarru. in c. Rainaldus §. 3. n. 6. de testam. & amplectitur Fachine. cótrouers. iur. lib. 5. cap. 4.

Verùm contra Bartolum videtur esse opinio magis communis per tex. in auten. Sed cum testator C. ad trebell. qui procedit etiá in trebellianica; cùm falcidiæ appellatione trebellianica quoque compræhendi soleat l. titia ff. ad l. falcid., & quoniam iure antiquo falcidia, & trebellianica æquiparantur, & in testamentis, in quibus cessat falcidia, cessat item trebellianica l. Marcellus ver. quod autem ff. ad trebellian. Quare lex nona loqués in vno casu, nempe in falcidia, videtur etiá procedere in altero casu, scilicet in trebellianica glo. in l. si quis seruus C. de. furt. in l. quod vero contra ff. de legib., quæ sané glo. est communiter approbata, vt per Curt. iun. cons. 308. nu. 26. cons. 258. nu. 10. Quinimo doctrina d. glo. procedit etiam si sit noua, & correctoria simul, vt hanc esse communem opinionem testatur Ias. in auten. quæ actiones nu. 19. C. de sacr. eccle. Curt. iun. in l. transigere nu. 42. C. de transactio, & cons. 150. nu. 4 Præterea ex ratione scripta in lege licita est extensio in correctorijs glo. in clem. 1. de electio. Tiraq. in tract. cessan. cau. nu. 153. Sed ratio expressa in §. si vero expræssa in §. si vero expræssim auté. de hære., & falcid. militat etiam in prohibitione trebellianicæ, ergo ad eam extendi debet. Quibus accedit, quod quando per aliquem intellectum reditus fit ad ius commune, etiá in correctoribus permissa est extensio glos. in c. statutum in ver. numerandum ibi, item per hanc de præbend. libro 6. Ias. in l. 1. in prin. nu. 53. ff. de offic. pius laté Tiraq. de iure primigen. q. 24. num. 6. Sed dispositio d. auten. sed cum testator reducit nos ad ius antiquum l 2. tabul. quo iure licebat totum patrimonium legatis erogare l. verbis legis ff. de verb. sign. ergo videtur, vt prohiberi item posit trebellianica, & hanc opinionem tenet glo. in d. §. si verò expresim, quæ communiter approbatur, vt per Dec. cons. 81. in casu nu. 3., & hanc opinionem tenet Bar. sibi parum constans in l. Marcellus, vbi Ias. ff. ad trebell., & alij citati per Gabriel. in communi tit. ad trebell. conclus. 1. Couarru. d. c. Rainaldus §. 3. num. 16. Clarus in §. testamentum quæst. 62. Corasi. in l. filium quem C. famil. ercisc. Fabian. de gioch. in repe. auten. nouissima num. 251. C. de inoffic. testam., vbi inquit hanc esse veritatem. Gail. obseru. 138. nu. 15. lib. 2., & ita communiter tenent doct. in d. l. nemo potest, vbi Ripa num. 48. Crot. nu. 30., & Io. Annib. nu. 253. Ant. de Menes. in l. post mortem nu. 28. C. de fideic., & magis communem, & veriorem inquit Berengar. Ferdin. in l. in quartam nu. 307. ff. ad l. falcid. hácq; sententiam esse in praxi receptisimam, & verisimam testatur Peregrin. de fideicom. artic. 3. num. 85., & hanc esse veritatem inquit Bald. cons. 170. qui iam Nicolaus nu. 5. lib. 5., & communem inquit Cephal. cós. 188. num. 12.

L. RENVNCIATIO, IVRIS ALIMENTORVM.

Summæ.

1 *Alimentorum appellatione, quæ veniant.*
2 *Alimenta, vt dedicantur.*
3 *Alimentis debitis iure naturæ, vel sanguinis renuntiari minimè posse.*
4 *Filius an renútiare possit alimétis à patre debitis.*
5 *Vxor an renunt. possit alimentis à marito debitis.*
6 *Renunciatio alimentorum iurata.*
7 *Alimentis præteritis renuntiari posse.*
8 *Alimentis ex contractu debitis renuntiari posse.*
9 *Alimentis futuris, ex vltima voluntate debitis renuntiari an possit.*
10 *Transactio alimentorum futurorum.*

EX alimento corporis, quod est secũdum philosophum, commune obiectum facultatis nutrientis fit nutritio accretio, & generatio. Nutritio est maxime necessaria, quoniam teste Philosopho lib. 2. de anima, & lib. 1. de ortu, & interitu viuentia eo vsq; viuunt, donec nutriũntur, eo vsq; nutriuntur, donec viuunt. Nam vt per eundem philosoph. in lib. de longitudine, & breuitate vitæ, quemadmodum flamma cõsumpto combustibili perit, & nisi continenter reficiatur, non seruatur. Ita vita quasi flãma posita in naturali calore, per quem seruatur connexio animę cum corpore, nisi alimenti humore reficiatur, extinguitur; & ideo necare videtur, quod alimentum denegat l. necare ff. de liber. agnosc. l. cum hi §. modus autem ff. de transact.

1 Alimentorum autem appellatio in iure nostro plenior est, quam cibariorum, siquidem qui cibaria debet, satis est si ea pręstet, quę ad cibum tantum pertinent. Alimenta autem; qui debet, præstare debebit cibaria, vestitum, & habitationem, quoniam sine his ali corpus non potest lege legatis ff. de aliment. legatis. Dec. l. de alimentis n. 1. C. de transact. Vnde videmus cibaria, & vestiaria nominatim sępe legari, alimentis autem, & vestiaria iungi non item. Verum transigens de alimentis, nuo videtur de habitatione, neq; de vestiario transigere, cum specialiter de istis transigi debeat

2 l. cum hi §. qui transigit ff. de trãsact. Ad prę-cognitionem autem, materiæ renunciationis alimentorum est sciẽdum, quod debentur alimenta, aut ex dispositione legis, aut ex dispositione legis, aut ex dispositione hominis. Castrens. cons. 76. Ad cõfirmationem lib. 1. Ferrar. in form. lib. pro lega. rei singul. vers. coram vobis num. 112. Rursus ea, quæ debentur ex hominis dispositione, aut debentur ex dispositione inter viuas, aut vero ex vltima volũtate. Bart. tract. de aliment. in prin. DD. in l. cum hi in prin. ff. de transact. est quoq; sciẽdum alimentorum alia deberi de futuro, & præsenti, alia vero esse præterita, quamuis hæc minus recte dici possint alimenta, quoniam ex alimentis præsentibus, & futuris vita hominis sustentatur, non etiam ex præteritis, quæ potius sunt purum, & simplex debitum l. de alimentis, & ibi DD. C. de transact.

3 In hac materia quatuor constituemus regulas. Prima est alimentis debitis ex iure naturæ, vel sanguinis renuntiari minime posse l. ius agnationis ff. de pact. l. iura sanguinis ff. de reg. iur. Bart. l. si quis à liberis §. parens, & §. si vel parens ff. de libe. agnosc. l. cum hi, & ibi Bart. ff. de transact. Bald. l. ius agnationis ff. de pactis. Felin. cap. si diligenti num. 5. de foro competenti. Crauet. consil. 189. nu. 3. Feder. de Sen. cons. 60. in fin. Royas in epito succeff. cap. 21. ampl. 9. num. 35. cum seq. Io. Faber. §. 1. instit. de iur. naturali in fin. Osasch. decis. 124. nu. 10. Gail. lib. 2. obseruat. cap. 147. num. 14. Coler. de alimẽtis lib.

4 2. cap. 12. num. 3. Qua ratione filius non potest renuntiare alimentis à patre debitis iure naturæ. Alberic. d. l. ius autem agnationis, & ibi Curt. Iun. num. 3. Crauet. cons. 116. num. 2. d. cons. 189. n. 3. Neq; pacto disponi potest, vt filio alimenta non pręstentur specul. tit. qui filij sint legitimi §. 1. num. 12. late Surd. de alimentis tit. 1. quęst. 1. nu. 8. & tit. 8. priuil. 56. num. 20. vt neq; valet pactum; quo patri alimenta non sunt pręstanda. Bart. l. 1. §. parens ff. de liber. agnosc. Surd. d. priuileg. 56. num. 21.

Et non modo filius legitimus, & naturalis non potest renuntiare alimentis, verum etiam filius spurius renunciare non potest, quoniam in alimentis, & in ijs, quæ naturali iure, vel ratione debentur non est constituẽdum discrimen inter spurios, & legitimos. Surd. d. priuileg. 56. num. 40. Quinimo filius non potest renuntiare alimentis à patre debitis, etiam re quapiam accepta. Io. Faber. §. 1. instit. de iur. naturali in fin. Coler. de alimentis lib. 2.

5 cap. 12. num. 4. Sed, & vxor quæ renunciauit alimentis sibi à marito debitis, ad inopiam redacta poterit etiam, & petere Coler. de alimentis lib. 1. cap. 10. num. 44. Nam non valet pactum, quod vir non alat vxorem, nisi cum vir non recepit dotem promissam. Bald. lege pactum in fin. C. de collat. Neq; potest mulier renuntiare alimentis respectu dotis. Glos. in cap. litteras de restit. spoliat. Bald. cap. iurauit col. 2. de probat. Dec. l. de alimentis num. 8. Surd. de alimentis tit. 8. priuileg. 56. nu. 41. & quamuis filius possit tacitè se excludere ab alimentorum petitione, ex iusta causa subsistente cur exheredari possit tamen non potest expresse renuntiare iuri alimentorum. Pontan. tract. aliment. cap. 6. in prin. Coler. d. lib. 2. cap. 12. num. 12.

6 Et hæc regula vsq; adeo procedit, vt renuntiari non possit, etiam cum iuramento, cum huiusmodi renũciatio sit cõtra ius naturæ, quo pater tenetur alere filium egentem cap. ius naturale distinct. 1. l. 1. §. ius naturale ff. de iust. & iur. facit capit. cum quidam §. illi vero de iur. iurandi l. necare ff. de liberis agnos. Bart. l. cum hi in prin. num. 7. ff. de transact. in l. si quis à liberis §. parens ff. de liberis agnosc. Bald. l. pactum col. fin. & ibi Corneus col. 1. vers. quarto limitã. C. de collat. in cap. cum quidam, & ibi Felin. de iur. iurand. Specul. tit. Qui filij sint legit. §. 1. vers. sed pone Roman. l. 1. nu. 23. vers. vigesimo ff. solut. matr. Afcã. Clement. de patria potestate effectu 17. num. 19. Gomes l. 22. tauri nu. 12. vers. similiter etiam, & hanc opinionem esse veram, & sequendam, tam in iudicando, quam in consulendo inquit Guter. cap. quamuis pactum vers. omnino num. 5. de pact. lib. 6. Quapro-

pter

pter filius, non potest etiam cum iuramento renunciare iuri alimentorum. Ias. auct., quod locum num. 7., & ibi Curt. Iun. num. 30. C. de collat. Soc. Iun. l. stipulatio hoc modo nu. 71. ff. de verb. oblig. Ozal. decis. 124. numer. 9. Peregrin. de fideicom. art. 38. nu. 146. Surd. de alim. tit. 8. priuileg. 58. num. 59. Coler. de aliment. lib. 2. cap. 12. num. 5. vbi extendit id quoq; procedere in alimentis debitis parẽtibus à liberis ex veriori sententia.

Hinc fit vt consuetudo non pręstandi alimẽta debita iure naturę non valeat Crauet. cõs. 116. col. 1. Intellige tamen suprascriptam regulam procedere in alimentis debitis iure naturali, vt in alimentis debitis à parentibus filiis; secus autem in alimentis debitis non proprio iure naturali, vt in alimentis debitis à filio patri, quę pacto tolli possunt. Bart. lege si quis à liberis §. parens ff. de liber. agnos. Felin. d. c. si diligenti nu. 5. Cagnol. l. iura sanguinis num. 9. ff. de reg. iur. Nam alimentis debitis patri à liberis, possunt liberius parentes renuntiare, quam possint ipsi, filijs alimẽtis iure naturę debitis. Pontan. de aliment. cap 9. num. 10., & educatio parentum non est de iur. naturali: Sed debetur naturali ratione vt benefacienti benefaciamus. Bart. d. §. parentes.

7 Altera est regula, quod alimentis prateritis renuntiari potest l. de alimentis, & ibi DD. C. de transact. Bald. l. pactum col. vlt. C. de collat. Felin. cap. si diligenti nu. 5. de foro compet. Pontan. de alimentis cap. 6. nu. 33. Nam alimentorum fauor cessat in alimentis prateritis d. l. de alimentis, & ibi Dec. in tertio notabili. Tessaur. decis. 44. post Franch. decis. 203. num. 2. Seraph. de priuileg. iuramenti, priuileg. 101. num. 2., & alimenta futura verè dicuntur alimenta, & proinde retinent alimentorum priuilegium, non etiam pręterita. Bart. & alij in d. l. de alimentis. Alber. l. cum hi in prin. ff. de transact. Deciani. cons. 90. nu. 2. lib. 3.

8 Tertia est regula alimẽtis ex contractu debitis renuntiari posse, cum quis renũtiari possit iuri sibi ex contractu quęsito arg. l. nihil tã naturale ff. de reg. iur. Bald. l. pactum col. vlt. C. de collat. Dec. d. l. de alimentis num. 12. vers. 3. regula procedit Felin. d. cap. si diligẽti num. 5. Ias. l. quę de legato num. 24. ff. de leg. 1. Menoch. de arbit. iudi. cas. 170. num. 2. Pontan. de alimentis cap. 18. in fin. Coler. de aliment. lib. 1. cap. 13. nu. 19. lib. 2. cap. 12. num. 8. Trentacinq. Variar. resolut. lib. 1. resolut. 1. num. 28. vbi inquit ita communiter concludere Doctores.

9 Postrema regula est alimentis futuris ex vltima voluntate debitis renuntiari non posse, nisi interueniente pratore l. cum hi in prin. ff. de transact. Bald. d. l. pactum colũ. vlt. Ias. l. quę de legato num. 24 ff. de leg. 1. Alex. cõs. 178. Videtur pactum col. vlt. Ias. l. quę de legato num. 24. ff. de leg. 1. Alex. consil. 178. Videtur forsant in prin. lib. 6. Cephal. consil. 318. num. 38., & nu. 61. late Surd. de aliment. tit. 8. Priuileg. 56. num. 4. cum seq., & ita cõmuniter concludunt DD. Trentacinq. varia. resolut. lib. 1. resolut. lib. 1. resolut. 1. num. 9. Nam transigi non potest de alimentis legatis, nisi causa cognita coram pretore ex certa scientia, & per specialia verba. Bald. consil. 318. Practica num. 3. vers. pręterea si essent lib. 1. Cuman. consil. 30. Statuto num. 2. versiculo ad hoc etiam facit Fulg. consil. 83 in principio Alexander consil. 178. Videtur in prin. lib. 6.

10 Nam fauor alimentorum, nec non vltimę voluntatis operatur, vt transactio, alimentorum futurorum, sine decreto, & auctoritate pratoris minimè valeat. Menoch. de arbit. iud. casu 170. num. 1. Post Bart. in d. l. cum hi in prin. num. 6. Coler. de aliment. lib. 2. cap. 8. num. 7. Ego existimauerim rationem, cur non valeat huiusmodi transactio illam esse, quam adfert Tex. in d. l. cum hi in prin. in illis verbis: Facile transigerent, contenti modico pręsenti. Nam iura subueniunt personis eum ex ipsorum facilitate in captionem incidunt, vt dixi super Renunt. 13., & quoniam hi, quibus debentur alimenta contenti modico præsente facile transigunt, pręponentes modicum præsens immodico futuro, iuxta illud Claudiani omne futurum despicitur, suadentq; sui præsentia fructum, vt refert Glos. in d. l. cum hi. iura occurentia huic facilitati, & in consultæ leuitati, disponunt ne aliter huiusmodi transactio rata esset, quam auctore Pretore facta.

Quin etiam non licet sine Pretore transigere de alimentis futuris ex vltima voluntate debitis, etiam si pluribus alimenta debeantur, atq; illi inter se velint alimentorum causam componere d. l. cum hi §. si vnil. voluntas, & ibi Glos. C. de fideicom. Coler. de alimentis lib. 2. cap. 8. num. 9. & num. 10. vbi extendit procedere etiam si plures, ad alimenta præstanda sint obstricti. Bart. l. solent num. 15. ff. de alim. legat.

Extende etiam, vt non valeat cessio alimẽtorum, quoniam alimenta non sunt transmissibilia. Bald. in auten. cui relictum col. fin. C. de indic. c. vid. tollend., & in l. fin. oppo. 6. C. de hæred. instit. Nã, quę non possunt transmitti, neq; cedi possunt l. ex pluribus ff. de administ. tutorum. Alex. l. stipulatus fuerim illud ff. de verb. oblig.

Sed, & non licet transigere sine pretore etiã si alimentarius sit locuplex d. l. cum hi §. eam transactionem, vers. nihil autem interest Coler. d. lib. 2. cap. 8. nu. 11. 12. Quamuis alij contrarium tenuerint, vt per eum.

Quare, & in ea specie receptum est, quoties ambigitur an alimenta ex testamento debeantur, an idminus, quoniam de eo dubio etiam sine pratore transigi non poterit d. l. cum hi

§. si

5. si cum his. Plot. conciuis, & affinis meus in lege si quando numero 166. in fin. Codice vnde vi. Coler. de aliment. lib. 2. cap. 8. num. 13. Sed neq; pater potest remittere alimenta filijs legata, & maximè quando non sunt nati filij, quia pater non est eorum administrator. Alex. consil. 171. Viso processu, num. 8. lib. 2.

His accedit, quod huiusmodi transactio sine prætore facta, etiam cursu longi temporis, nullum robur accipit Coler. d. lib. 2. cap. 8. num. 16. neq; confirmatur etiam rei traditione. Coler. d. cap. 8. nm. 17. Et non tantum transactio futurorum alimētorum, quæ debentur ex testamento, valet sine prætore, sed etiam non valet pactum gratuitum, quo remittuntur alimenta sine prætoris auctoritate. Coler. d. lib. 2. cap. 8. num. 43. vbi inquit hanc esse communem sententiam. Glos. in d. l. cum ij in prin. quam sequuntur Commn. DD. Surd. de aliment. tit. 8. Priuileg. 56. num. 19. Trentacinq. variar. resolut. lib. 1. resolut. 2. num. 13. Sed de hac redubito: Nam in pacto gratuito cessat ratio, quā adfert text. in d. l. cum ij in prin. ibi facile transigerent contenti modico præsente Nam in pacto gratuito cessat facilitas siquidem facile quis adducitur ad transigendum contentus modico præsente, non etiam ad donandum nulla re interueniente. Sic mulieri succurritur, cum pro alio intercedit, nō etiam cum donat, vt dicam infra de renunciatione Velleiani.

Declaratur tamen suprascripta regula, vt non procedat quoties transactione, & remissione alimentorum conditio alimētarij melior redditur d. l. cum ij §. eam transactionem Dec. d. l. de alimentis num. 12. vers. 2. fallit. Romanus consil. 316. num. 2., & consil. 452. num. 1. Coler. d. lib. 2. cap. 8. num. 18.

Fallit secundo dicta regula quoties trāsactio permissa est à testatore. Dec. d. lege de alimentis in fin. Coler. dicto lib. 2. capit. 8. num. 19.

Tertio quamuis alimētis relictis in vltima voluntate renuntiare non possit sine Prætore, tamen potest quis non seruando formam dispositionis, tacitæ illis renuntiare etiam sine prætore. Paris. consil. 19. num. 60., & nu. 146. lib. 2. nec non parendo conditioni appositæ, quis ea remittere poterit. Alber. in l. pater Seuerinam §. vltimo per illū text. ibi ff. de cond., & demonstrat. Coler. d. lib. 2. cap. 8. num. 39.

Quarto non procedit regula quoties accedit iuramentum. Bart. l. siquis pro eo col. fin. vers. decimò prohibetur DD. in cap. cū contingat de iureiurand., & hæc opinio verior videtur de iure. Dec. d. l. de alimentis num. 12., & ibi Franc. Curt. num. 5. vbi inquit secundum hanc opinionem sæpe consuluisse, & Ias. ibi nu. 5. qui inquit hanc opinionem esse tutiorem. Alex. consil. 11. nu. 14. lib. 2. Dec. consil. 345. num. 4. Tiraq. l. si vnquam in præfatione num. 148. C. de reuocand. donat. Pontan. de alimentis cap. 6. num. 4. vbi inquit hanc esse cōmunem opinionem. Coler. d. lib. 2. cap. 8. nu. 22., & num. 24. vbi inquit hanc esse veriorem sententiam, & cap. 11. num. 8. Seraph. de priuilegio iuram. priuileg. 101. num. 1., & veriorem dicit Decian. consil. 39. num. 77., & seq. lib. 2. Trentacinq. variarum resolut. lib. 1. resolut. 1. num. 10. Azor. instit. moral. lib. 2. cap. 4. quæst. 14., vbi inquit hanc sententiam esse receptam. Nam huiusmodi remissio, & transactio videtur solum prohibita propter vtilitatem subditorum, qui modico præsente contenti, facile renuntiant spei magnæ de futuro. Glos. in d. l. cum ij, & ibi Ias., & hanc opinionem veriorem esse asserit Surd. de alimentis tit. 8. priuileg. 56. nu. 59. vbi intelligit hanc opinionem non procedere in alimentis, iure naturæ filio debitis Contrarium tenuit idem Bartol. sibi prætermiorem contrarius in d. l. cum ij in prin., & ibi Fulgos. Specul. tit. qui fil. sint legitimi. §. 1. vers. sed pone Bald. lege pactum quæst. vltimâ C. de collat., & in cap. cum contingat col. 2 de iur. iurand. Idem Fulg. in l. qui fidem ff. de trāsact., & alij quos refert Coler. d. cap. 8. num. 22. Nam alimentis debitis à patre iure naturali filij renuntiare non possunt, etiam cum iuramento Crauet. consil. 189. Osasc. decis. 124. num. 10. Vnde hanc dubitationem an transactio cum iuramento valeat etiam sine Prætore, quæstionem pro amico vocat Franc. Curt. in d. l. de alimentis num. 3. Hincq; alij hanc controuersiam componentes ita dicunt: Nam aut quæritur an trāsactio iurata valeat, & dicitur, quod sic secundum communem opinionem: Aut apparet, quod renuntians postea indiget alimentis, & famæ perit, & tunc quoniam iste casus superueniens non fuit in cōsideratione, ideo videtur concedenda absolutio à iuramento. Alcian. d. cap. cum contingat nu. 285. Alij præterea ita distinguunt. Nam aut loquimur in alimētis debitis iure sanguinis, & iure naturæ, vt in his, quæ debentur à patre filio, & hoc casu dicendum est non valere renunciationem etiam cum iuramento: Aut vero alimenta non debentur iure naturæ, & sanguinis, & tunc renunciatio cum iuramēto valet Franc. Curt. d. l. de alimentis num. 5., vbi hanc distinctionem inquit esse à se excogitatam. Alij item dicunt dictum Bartoli in d. l. cum ij, & sequacium procedere de iure Ciuili dictum vero, eiusdem Bart. in d. l. siquis pro eo, vt aliorum procedere inspecto iure Canonico. Anton. Nicel. in concord. ad Bartol. concord. 82. incipit transactio, & idem inquit Roman. in d. l. de alimētis num. 5. vbi etiam distinguit, vt opinio

affir-

affirmatiua procedat quoties alimētarius habet, vnde viuat, negatiua vero quando subest periculum ne alimentarius famæ pereat. In qua re concludendum est trāsactionem de alimentis etiam factam in consulto prætore, ita valere, si ea sit cum iuramento. Nam vt dixi supra renunt. 13. iuramentum tollit præsumptam fragilitatem, seu facilitatem remittētis, & cessare facit hoc auxilium, vt quod inductum est, vt facilitati occuratur, vt iam dictum est.

Verum hæc conclusio non procedit duobus modis, & Primo non procedit in alimentis, quæ filio debentur, quoniam fere omnes, qui contrariam sententiam tenent, loquuntur in alimentis, iure naturæ filio debitis. Surd. de aliment. tit. 8. priuileg. 56. num. 59. Secundo non procedit quando renuntiantem superueniret extrema inopia. Surd. d. priuileg. 56. nu. 6. intelligendo, vt per eum. Namq; hoc casu iuramentum intelligi oportet tacita conditione, si res in eodem statu permaneat. Azor. d. cap. 4. quæst. 14.

Quod autem diximus alimentis renuntiari posse declaratur, vt id non procedat in tertij præiuditium. Alex. consil. 178. num. 4. lib. 6. Coler. d. lib. 2. cap. 15. nu. 10., vbi inquit quod quis renuntiare non potest alimentis, quę quis sibi dari pactus est, in eam causam, vt inter pauperes distribuerentur.

Declara secundo, vt in generali renunciatione non contineātur alimenta l. Libertus, qui operarum ff. de operis libert., vbi patronus remittens omnem obligationem, Liberto non censetur remisisse alimenta. Dec. l. iura sanguinis num. 6. ff. de reg. iur. Coler. d. lib. 2. cap. 12. num. 9. Surd. de alimentis titulo 9. quæst. 55., vbi conclusionem declarat dupliciter, & primo, vt ea non procedat, quando renunciatio non posset aliud includere, nec in alio verificari, quoniam tunc veniunt alimenta. Secundo vt non procedat quando renunciatio esset iurata, quæ tamē declaratio est dubia, vt per eum. Hinc renuntians hereditati, & bonis, non videtur renuntiasse iuri alimentorum. Royas in epito. succesl. cap. 11. nu. 58. Imola in l. stipulatio hoc modo concepta, & ibi Alexander numero 9. ff. de verborum obligatione.

Præterea declara, vt in alimentorum renūciatione, id tantum videatur remissum, quod ad cibaria pertinet, non etiā cętera, quæ alias alimentorum nomine continentur d. l. cum ij §. qui transigit, & ibi Bart. Pontan. d. cap. 6. in fin. Azor. Instit. moral. par. 2. lib. 2. cap. 4. quęst. 15. Nam huiusmodi renunciatio stricte est accipienda. Præterea cum inductum sit fauore alimentorum, atq; eorum, quibus debentur alimēta, vt eorum appellatione veniat victus, vestitus, habitatio, cum similibus lege legatis l. fin. ff. de alim. legat. Certe renūtians alimentis, si censeretur renuntiare victui, vestitui, & habitationi, sequeretur, quod illā alimentorum ampla significatio eius fauore inducta retorquæretur in odium contra l. quod fauore C. de legibus. Ita Benint. de paupertate quæstione octaua speciali. 2. in iuditio num. 48.

Sed quando alimenta præsumantur donata, & remissa à marito vxori, vide notabilem distinctionem. Osasc. decil. 132. num. 19. de renunciatione l. cum ij in prin. ff. de transact. dicam 2. centur. 2.

LI. RENVNCIATIO, DOTIS, SEVE IVS REPETITIONIS.

Summæ.

1 *Doti renuntiari an possit.*
2 *Mulier renuntiare non potest relicto pro dote, neq; iuri, quod illi competit, vt dotetur.*
3 *Mulier non potest renuntiare, vt dos longiore tempore reddatur, neq; sua renunciatione potest sibi in iure dotis præiudicare.*
4 *Mulier cur non possit renuntiando in iure dotis sibi præiudicare.*
5 *Dos principaliter constituitur, & conseruatur fauore mulieris.*
6 *Mulier repudiare an possit relictum pro dote, ad hoc, vt non comprahendatur à Statuto excludente fœminam dotatam.*
7 *Specialis renunciatio exigitur in casibus, in quibus doti renuntiari potest.*
8 *Maritus quando renuntiare possit in præiuditium dotis.*
9 *Pater renuntiare potest iuri repetendi dotem, quod habet in dote profectitia filię.*

Stendimus supra alimentis renuntiari minime posse, ex quo id consequens est, vt doti etiam renuntiari minime possit, cum ea subrogetur in locum alimentorum. Auct. no-
1 uissima C. de inoff. testam. Glos. in l. ob æs C. de prædijs minorum, quam ad id notat Salic. in l. qui liberos ff. de ritu nuptiarum. Alex. l. cum his §. si mulier ff. de cond. indebiti. Doti itaq; renūtiari non potest, non magis, quam alimentis; & ita arguit ab alimentis ad dotem Roman. in l. 1. ff. solut. matrim. Felin. in cap. 51. diligenti num. 6. corollario 5. de foro cōpetenti, & vtrosq; refert Socin. Iun. consil. 79. num. 28. lib. 3., & ideo inter Dotis priuilegia id potissimum refertur, quod mulier suę doti renuntiari non potest. Auct. siue à me, & ibi not. C. ad Velleian. Baptist. de S. Blasio de priuilegio dotis centur. 1. priuileg. 90. Neq; enim valet renunciatio etiam iurata facta per mulierem constante matrimonio de dotibus suis, etiam si fauore patris renuntiasset, quandoqui-

doquidem non poteſt dotem alienare, inſtitu. quibus alienar. licet in principio l. ſi prędium vbi Bald. & Salicet. C. de iur. dotis l. dotalem ff. de teſtam. militar. Bald. nouell. de dote part. 7. ſpeciali t: limit. 9., & 11. Hinc item

2 fit, quod mulier renuntiare non poteſt relicto pro dote. Socin. iun. d. conſil. 79. nu. 28., & filia non poteſt renuntiare iuri, quod illi competit, vt dotetur, cum dos ſuccedat loco alimentorum. Curt. Iun. in l. ſi quis in conſcribendo num. 23. C. de pact. Quinimo filia non poteſt renuntiare cum iuramento, quod patet eam non dotet cap. cum quidā de iur. iurand. Doctores in capit. quamuis pactum de pactis lib. 6. Paleot. de dote priuileg. 39. num. 79. vbi extendit id procedere etiam in emancipata, ſimiliter ne omnino dos reddatur, conueniri non poteſt l. vt autem ff. de pact. dot. Qua ratione etiam ſi mulier renunciauerit doti, vna cum hypotheca ob dotem competenti, remiſſio hypothecę valebit, quamuis renunciatio dotis non valeat, quoniam vbi remiſsio principalis obligationis, non valeriure ſpeciali, tamen eo caſu pignoris, vel hypothecæ remiſsio valebit l. 1. §. 1., & ibi Gloſ. magna in fin. ff. Quibus modis pignor. vel hypothec. ſoluan. Lancel. Galian. in reper. l. centurio num. 195. ff. de vulg., & pupil. Vnde etiam ſi mulier renuntiauerit iuri ſuccedendi, & iuri petendę dotis, & alimentorum ſaltem renunciatio dotis, vel alimentorum non valebit etiam cum iuramento, ratione iniquitatis, & impietatis. Imola, & Alex. in l. ſtipulatio hoc modo ff. de verb. oblig., & ibi ſequitur Socin. Iun. nu. 71. Quin mulier non poteſt renuntiare etiam alimentis ipſius dotis, quoniam ſunt appendices matrimonij. Gloſ. in cap. litteras de reſtitut. ſpoliatorum, quam ſequitur Bald. in cap. iurauit num. 6. de probatio. Iaſ. in l. ſi donaturus §. ſi quis indebitam nu. 7. ff. de cond. cau. data, & in l. cum hi in prin. num. 2. ff. de trāſ. & hęc vſq; adeo procedunt, vt geminata, vel iterata renunciatio, minime noceat in dote auct. ſiue à me, & ibi Bald. num. 4. C. ad Velleian., & non modo non poteſt mulier renuntiare doti, vel conuenire, ne omnino dos reddatur, ſed etiam, (quod mirum videtur) non

3 poteſt cōuenire, vt dos longiore tempore reddatur, neq; aliter poteſt vlla renunciatione, aut pacto in dote ſibi prę iudicare l. de die, cū l. ſeq. l. artilianus ff. de pactis dot. quem tex. ſane mirabilem inquit Ruin. conſil. 53. nu. 11. lib 2., & Bart. in d. l. attilianus inquit, quod ſi non eſſet illa lex neſciret, quid dicere habetur per Tiraq. in l. ſi vnquam verſ. donatione largitus num. 31. C. de reuoc. donat. Doctores in l. ſi ſocer §. lucius ff. ſolut. matrim. Ruin. d. conſil. 53. num. 11. Bald. Nouell. de dote part. 7. priuileg. 14. in principio, & in l. 1. nu. 414. priuileg. 113. ff. ſolut. matrim. Afflictus decii 154. Alciat. conſ. 120. tit. 2. lib. 3. Bart. l. ſi conſtante num. 23., & ibi Iaſ. num. 180., & Rip. nu. 49. verſ. ſed tenendo ff. ſolut. matrim. Caſtrenſ. conſil. 275. ad primum num. 3. verſ. ad ſecundum lib. 2. Surd. conſil. 78. col. 1. Quod tamen ita temperandum erit, niſi ex iuſta cauſa deterior fiat dotis conditio l. licet ff. de pact. dot. Imola d. §. lucius col. 2., & ibi Alex. num. 6. Afflict. decíſ. 154. num. 3. Ratio autem cur mulier renūciatione non poſsit in dote ſibi præiudicare illa eſſe videtur, quā adfert Gloſſ. inſtit. quibus alien. licet in prin. in verſ. conſentientibus, vbi inquit idcirco ſpeciale eſſe, vt in dote ſuo fauori quis renuntiare non poſsit, quia etiam Reipubl. intereſt l. 1. ff. ſolut. matrim. Sed ego hac in re vereor, ne ratio gloſſæ vera non ſit. Nam quamuis Reipublicæ interſit dotes mulieribus conſeruari l. 1. ff. ſolut. matrim. tamen fauores dotis principaliter pertinent ad ipſas mulieres, earumq; principaliter intereſt, vt ſint dotatę, & proinde fauor reipublicæ impedire non debet, quin mulieres renuntiare poſsint, quia per conſequens, non etiam principaliter verſatur in dote fauor publicus, vt voluit Signorol. in l. ſi ęſtimatis nu. 11. in fin. ff. ſolut. matrim. Concludamus igitur doti, ideo renuntiari non poſſe, quia neq; renuntiari poteſt alimentis, quorum loco ſuccedit dos ipſa, vt iam dictum eſt, & de ratione cur mulier non poſsit pacto deteriorem dotis conditionem efficere, ad intellectum d. l. Artilianus dicam infra ſuo loco, & id maxime procedit in renūciatione dotis, vel iuris dotandi facta à filia patri, quoniam ea renunciatio videtur contra pietatē, & officium patris. Socin. Iun. in l. ſtipulatio, hoc modo num. 71. poſt Imol., & Alex. ibi, & ideo renunciatio hæreditatis, & ſucceſsionis non nocere debet filiæ non dotatæ. Ancharao, in cap. quamuis pactum ſecundo notabili, per illum text. in verſic. dote contenta de pact. lib. 6., & dixi de renunciatione hæreditatis. Fauor autem publicus, non conſideratur in renūciatione dotis, cum is inſpiciatur, minus principaliter, vt dixi, Quod autem renunciatione, non poſsit deterior fieri conditio dotis, id minime facit fauor publicus, ſed alię rationes prohibent, & ideo vt pactum in præiudicium dotis fit conſtante matrimonio, & ideo non valet, quia videtur donatio, quę illo caſu eſt prohibita l. ſi pater §. ſi mulier, & ibi Gloſſ. ff. de pact. dot. Aut pactum fit ante matrimonium, & tunc ex ſententia Imolæ in d. §. lucius, valet in caſibus, in quibus alias permitteretur, aut demiq; fit ſoluto matrimonio, tunc non valet, niſi iuſta cauſa ſubſiſtente, ex qua alias eſſet permiſſum, etiā ante matrimonium l. licet ff. de pact. dot., & ita diſtinguit Imola in d. §. lucius, vbi ſecūdum Alex. ibi nu. 4. copioſius quam cęteri diſcutit hunc articulum, an valeat pactum in præiuditium dotis factum, & hanc diſtinctionem ſequitur poſt Alexandrum. Iacob. a S. Georgio in l. & hæredi §. filia familias lect. 1. num. 3., & lect. 2. nu. 2. ff. de pact.

&

& generaliter dicendum est, mulierem non posse renuntiare doti, aut renunciatione sua in dote sibi præiudicare non posse fauore dotis.

4 Specialeque esse in dote, vt suo fauori quis renuntiare minimè posit, quoniam leges voluerunt occurrere fragilitati mulierum, non in omnibus sẽper, sed vbi agitur de dotis præiudicio, vt etiam dixi renunciatione 62. Idq; non facit fauor publicus, vt existimauit Gloss. instit. Quibus alien. licet in principio in vers. consentientibus. Sed fauor principalis ipsarum mulierum, vt non possint sibi in dote præiudicare suo consensu, aut renũciatione. Quod si quispiam nobis obijciat, non esse fauorem vt quis non posit renuntiare iuri suo, Imo esse potius odium, vt quis non posit de re sua disponere iuxta lege in re mandata C. mandati, & dixi supra lib. 1. Sciat is dotem principali-
5 ter constitui, & conseruari fauore mulieris, vt ex ea alatur, & maritus onera matrimonij ferat, vt notatur in l. 1. ff. solut. matrim. l. pro oneribus C. de iur. dotis. Causa autem præcipua, cur concederentur tot fauores, & priuilegia pulchre traditur in l. assiduis C. qui potio. in pignor. habeantur, his verbis. Quis enim earum non misereatur propter obsequia quæ maritis præstant, propter partus periculum, & ipsam liberorum procreationem, pro qua multa nostris legibus inuenta sunt priuilegia, ex quibus verbis clare depromitur ratio cur concessa fuerunt tot priuilegia dotium, & intellectus l. 1. ff. solut. matrim. Nam ecce ex constitutione dotium, facilius contrahuntur matrimonia, ex quibus deinde fit liberorum procreatio, quæ pertinet principaliter ad fauorem publicum d. l. 1. Sed quia in matrimonio plura pati cogitur ipsa mulier, nẽpe propter obsequia, quæ maritis præstat, propter partus periculum, & liberorũ procreationem, & educationem, ideo earum miserandum est, & miserationis gratia plura sunt illis priuilegia tribuenda, vt eorum miseria, qua in matrimonio premuntur, priuilegijs dotiũ subleuetur. Hæc autem priuilegia respiciunt principaliter fauorem ipsarum mulierũ. Sed quoniam deinde sequitur, vt ex his priuilegijs, ac dotium cõseruatione, facile contrahantur matrimonia, vt ex his ciuitas liberis repleatur, ideo finis matrimonij, hoc est procreatio liberorum, principaliter pertinet ad fauorem publicum, cum tamen dotes, & earum fauores allicientes ad matrimonij coniunctionẽ, principaliter respiciant fauorem priuatũ ipsarum mulierum. & ita intelligitur l. 1. ff. solut. matrim. Non possunt igitur renuntiare doti, quoniam lex prohibet renunciationem, & consensum. Auth. siue à me C. ad Velleian. institut. quibus alien. licet in principio. & ibi glossa. Non potest autem mulier renuntiare doti, non magis, quam alimentis, vt supra renunciatione proxima dixi. Sed an, & quando renũtiari posit priuilegij dotis, suo loco dixi.

6 Verum poterit filia, cui dos relicta fuit, eam repudiare, ne comprehẽdatur à statuto excludente filiam dotatam, atq; indotata succedere posit, cum statutum loquatur de dotata, vt respondit Bald. consil. 157. lib. 5., quod contrarium singulare, vt per quam dubium adnotauit Alciatus Paradox. lib. 3. capite 17. Quocirca, vt tollatur omnis difficultas ex statuto Nouariæ patriæ meæ sub titulo de mulieribus dotatis, prohibetur repudiatio, & mulier etiã inuita cogitur acceptare relictũ pro dote, neq; illi prodest repudiatio.

7 Verum in casibus, in quibus doti renuntiari potest, exigitur specialis renunciatio, Tiraq. l. si vnquam versic. susceperit liberos num. 115. C. de reuoc. donat. Nam quẽadmodum in legitima requiritur specialis renunciatio, ita, & in dote, cum eadem sit ratio. Paulus de Castro consilio 73. circa finem libro primo, sequitur Alexander consilio ducẽtesimo nono circa finẽ libro sexto. Rolandus consilio octuagesimo primo, circa fine libro secundo. Mascardus de probationibus cõclusione millesima ducentesima sexagesima quinta, in versiculo renunciatione numero trigesimo sexto. Bursatus consilio trigesimo secundo numero 30. libro 1.

8 Cœterum maritus regulariter renuntiare potest in præiuditium dotis, vbi is disponere potest, modo tamen renunciatio non fiat constante matrimonio, vel aliter donationem cõtineat, veluti cum locupletior fit mulier ex renunciatione viri. Imola in l. si socer §. lucius num. 6. ff. soluto matrimonio, Maritus tamen non obstante renunciatione, & pacto fructus bonorum dotalium facit suas l. si conuenerit ff. de pact. dot. Bald. consil. 366. num. 2. lib.
9 2. consil. 204. lib. 5. Præterea pater potest renuntiare iuri repetendi dotem, quod habet in dote profectitia filiæ l. si conuenit C. de pactis conuent. Verũ non potest renuntiando etiam liberorum prætextu præiudicare ipsi mulieri dotem repetenti l. quamuis C. eodem, vbi Bartolus, & Apostilla ad eum.

Renuntians filia hæreditati patris, an censeatur renuntiare suæ dotis. Vide renunciatione 47.

LII. RENVNCIATIO IVRIS PRIMOGENITVRÆ.

Summæ.

1 *Primogenituræ iuri renuntiari an posit.*
2 *Primogenitus repudians iure primogenituræ.*
3 *Primogenitus renuntians in fauorẽ fratrum.*
4 *Primogenitus renuntians in fauorem secundogeniti.*
5 *Primogenitus non potest renuntiare in fauorem tertiogeniti omisso secundogenito.*

6 Pri-

6 *Primogenitus per patientiam, an censeatur renũtiare iuri primogenituræ.*
7 *Iuri primogenituræ renuntiari an possit primogenitus in fauorem extranei.*
8 *Renuntiare an possit primogenitus viuente patre.*

Nterdum primogeniti, aliquod ius pręcipuum ratione primogenituræ ante cæteros fratres accipiunt, quod ius primogenia notat Tiraq. in tract.
1 de iure primigen. in præfatione. Huic autem iuri primogenituræ, videtur minimè renũtiare posse ea ratione, quoniam statuta, vel cõsuetudines, quę primogenituræ prærogatiuam deferunt videntur respicere bonum publicum & publicam vtilitatem, quippè quę pertinent ad conseruationem, & dignitatem familiæ, & domus l. 1. §. quamuis ff. de vent. inspic. vbi ita dicitur, publicè enim interest partus non subijci, vt ordinum dignitas, familiarumquę salua sit, quare facilè apparet huic iuri, vti pertinenti ad publicam vtilitatem renuntiare, haud posse l. ius publicum ff. de pact. Barbat. in l. 1. in prin. col. 5. ff. de verb. obl., & in c. rainutius col. 94 de testam. quem refert Tiraq. de iure primigen. q. 24. num. 14.

Verùm iuri primogeniturę renuntiari potest c. quam periculosum 7. q. 1. glo. in l. quoties ff. de hær. institu. Butrig. l. pactum dotali fallent. vlt., & ibi Ias. num. 4. ver. vltimo fallit C. de collatio. Hinc Esau renuntiauit primogenituræ. Genes. 25., & primogenitus renunt. potest statuto, vel consuetudini preferẽti primogenitos cæteris fratribus, quẽadmodum & masculi renuntiare possunt statuto deferẽti eis successionem exclusis fœminis, ex sentẽtia Bartol. in l. maximum vitium col. 4. sed pone quod frater C. de libe. pręt. quam sequitur Tiraq. d. q. 24. num. 22 tametsi contrarium voluerit Barbatia, vt per eum, & hanc Tiraq. opinionem sequitur Cacheran. Pedam. decis. 100. num. 40., & facit, quod trad. Bald. in c. 1. §. præterea, quibus modis feud. amitt. Nequę obstare videtur, quod huiusmodi statuta, præferentia primogenitos cæteris, vel masculos fœminis sint inducta fauore publico, quoniam respiciunt commodum publicum minus principaliter, priuatum verò principaliter, & proinde renuntiare potest, vt per Tiraq. d. q. 24. num. 19. Nam solida, & vera est conclusio quod primigenitus potest renuntiare iuri primogeniture, modò renunciatio fiat fauore illius, qui vocat' est Melch. Pala de maiora par. 3. q. 18. nu. 7.

Ea tamen conclusio, quod iuri primogeniturę renunt. posit primogenitus non ita indiscriminatim est accipienda. Nam aut primo-
2 genitus repudiat ius, & hoc casu succedit secudogenitus tantum, non autem succedunt cæteri fratres æqualiter, vt per Tiraq. d. tract. q. 3. vbi secundum eum primogenito repudiante is, qui proxime illum sequitur ex fratribus, dicitur primogenitus, & proinde ius primogenituræ consequitur, non autem succedunt cæteri fratres ęqualiter, tanquam nullus sit primogenitus, & ita voluit Oldra. consil. 94. nu. 15. Menoch. 211. num. 46. Decian. cons. 16. num. 11. libro 4. sed, quod repudiante primogènito ius primogenituræ non ad secundogenitum, sed ad cęteros fratres æqualiter pertineat, aliqui tenuerunt ea ratione, quod is qui proximè sequitur ipsum primogenitum repudiantem non potest dici primogenitus, hoc est primogenitus, hoc est primo loco natus, & ita voluit Pap. lib. 21. rapto aresto tit. 5. artic. 1. vbi inquit iudicatum fuisse in Curia suprema Parisiorum.

3 Cùm verò primogenitus non repudiat poterit renuntiare in fauorem fratrum, eos ęqualiter ad successionem admittendo, cùm posit renuntiare prærogatiuæ primogenituræ ei, à statuto, vel consuetudine delatæ, vt voluit Io. Andre. in c. licet col. 2. ver., sed nunquid pater de voto, vbi trad., quod primogenitus potest esse contentus, si velit minori portione, quam quę illi à statuto, vel consuetudine defertur, sic quoq; possunt masculi renuntiare, statuto deferenti eis successionem exclusis fœminis, & sorores ad successionem admittere, vt placuit Bal. in d. l. maximum vitium col. 4. ver. sed pone, quod frater, & huius quidem sententię ratio apertissima est, quia per huiusmodi renunciationem res de facili reuertitur ad ius commune l. si vnus §. pactus, ne peteret ver. quod in specie ff. de pact. nec non quia renunt. quis potest iuri municipali pro se introducto, vt alias dixi, & hanc sententiam, quod primogenitus posit iuri primogeniturę renũtiare in fauorem fratrum latè cõprobat Tiraq. de iure primig. q. 44. per totam, quãuis Barbatia contrarium tenuerit in l. 1. in prin. col. 5. ff. de verb. oblig. in c. raiuutius de testam., & consil. 38. col. pen. lib. 2. quibus locis repræhendit sententiam. Bald. in d. l. maximum vitium.

4 Sed, & potest primogenitus renunt. iuri primogenituræ, in fauorem tantum secundogeniti, itaut secundogenitus solus admittatur ad ius primogenituræ, exclusis cęteris fratribus, idq; comprobatur exemplo Esau, qui renuntiauit iuri primogeniturę, in fauorem Iacob. c. quam periculosum 7. q. 1. Dec. l. pactum, quod dotali num. 17. C. de pact. Bald. cap. 1. §. præterea, quibus modis feud. amitt. Iac. à S. Georg. l. cùm in antiquioribus num. 21. C. de iure delibe. Martin. Lauden de primogen. q. 23. Ant. Gomez in leg. tauri l. 40. num. 70. latè habetur per Tiraq. de iure primigen. q. 26. vbi inquit ita tenere doctores in d. cap. 1. §. pręterea, per illum tex. ibi, & per d. capit. quam periculosum.

Hanc conclusionem, quod posit primogenitus renuntiare iuri primogeniturę in fauorẽ secũdogeniti declara proced. si nulli sint libe-

ri

ri primogenito, ita renunrianti, quoniam filij beros habeant, non poterit in eorum præiuditium renunciare, vt decl. Tiraq. d. q. 26. nu. 5. cùm primogenitus non poss. renunt. in præiuditium filiorum. Surd. cons. 403. nu. 81. Menoch. cons. 211. num. 15. & num. 48. Cephal. cons. 12. nu. 33. & cons. 437. nu. 17., vbi inquit, quod pater non potest in suo test. disponere, quod filij æqualiter succedant in præiuditium primogeniti, cui vis quæsitum est alterius prouisione.

Est tamen aduertendum secundum suaq; d. q. 26. nu. 4. non parum interesse num primogenitus permittat sequentem filium inuestiri, vt de feudo paterno, quoniam eo casu sibi tãtum præiudicat in præposteratione, non autem in successione, quia si moriatur secūdogenitus sine filijs possit denuo venire ad successionem. An verò consentiat secundogenitū inuestiri, vt de feudo nouo, quia tunc omnino excluditur, vt per eum, & latius per eundem q. 86. cui opinioni accedit Barbat. in addit. ad Bald. in d. c. 1. §. præterea, quem refert Boer. q. 204. n. 40.

Quinimò quamuis primogenitus non renuntiet expressè in fauorem secundogeniti tamen sufficit, vt scienter consentiat secundogenitum inuestiri sciens ius primogenituræ sibi competere, vt per Tiraq. dicta quæstione 26. numero septimo. Nam primogenitus consentiens inuestiri secundogenitum remittere videtur ius primogenituræ. Baldus capitulo 1. §. præterea quibus feud. amitt.

Vbi autem primogenitus renūtiare iuri primogenituræ in fauorem omnium fratrum, eos æqualiter admittens, vel solius secundogeniti non poterit posteà pœnitere etiam si fratres, vel secūdogenitus nondum acceptauerint, cùm non sit opus acceptatione, sed satis sit, vt renuntiauerit, siue repudiauerit, vt ius sequenti fratri, vel omnibus acquiratur, ne locus sit pœnitentiæ. Tiraq. dicto tractatu quæstione vigesima octaua per textus in lege prima §. qui semel ff. de success. edic., & in lege si cohæredi in principio ff. quis ordo in bon. possessió. seru.

5 Non poterit tamen primogenitus renunciare in fauorem tertiogeniti omisso secundogenito, & in eius præiuditium, vt videtur tenere Bald. consilio 389., consuetudo est columine penultimo versiculo hic incidit dubium libro secundo, quem sequitur Tiraquel. dicto tractatu quæstione vigesima septima, quamuis possit in præiuditium ipsius renuntiantis tantum, vt per eum, & in tractatu de retr. lignageri. §. vigesimo sexto glossa secunda numero quarto Paris. de resign. benefic. libro septimo quæst. 1. num. 17.

6 Primogenitus patiens, cæteros fratres secum habitare, & bona primogenituræ administr. non propterea censetur renunt. iuri primogenituræ, cùm id magis permisisse videatur causa honoris, & iure cuiusdam fraternæ familiaritatis, quam vt iuri suo præiudicaret, vt respōdit Pau. de Cast. cons. 179 in causa col. 4. libr. 1. quem sequitur Tiraq. d. tracta. quæstione 25. Mascard. de probatio. conclu. 1264. num. 16. & conclus. 1198. numer. 10. Aliud dicendum est, vbi primogenitus patitur secundogenitum feudum à domino recognoscere, & iura debita feudorum domino soluere, cæteraq; onera subire, quoniam tunc videtur renun. iuri primogenituræ. Benedict. in c. Rainutius nu. 146. de testam. Mascard. d. concl. 1264. num. 25. nam primogenitus, permittendo secundogenitum subire onera primogenituræ remittere videtur, secus si patiatur secundogenitum frui bonis, & honoribus primogenituræ, vt per Mascardus dicta concl. 1264. nu. 26., & concl. 1198. nu. 10.

7 Sed dubium est, an iuri primogenituræ renuntiare possit primogenitus in fauorem extranei, & aliqui existimauerūt renun. minimè posse cùm eadem extraneorum non sit ratio, ac fratrum, qui sublato fratre primogenito de medio succedunt in eius locum, ex mente statutorum, & consuetudinum, & proinde fratres magis à lege, quam à fratre primogenito ius primogenituræ habere videntur argum. lege si arrogator ff. de adopt. Alij verò existimauerunt renunciationem iuris primogenituræ fieri etiam posse in fauorem extranei, vt valeat quandiu vixerit primogenitus, sed eo primoriente ei, qui habiturus erat ius si superuixisset resolui renunciationem, ex ea regula, quod resoluto iure dantis, resoluitur item ius accipientis lege lex vectigali ff. de pignoribus quam sententiam ego veram existimo in his, qui primogenito deferuntur, ex successione parentum, secus in his, qui respiciant successionem, sed ætatis prærogatiuam per ea, quæ scribit Baldus in lege cum antiquioribus columine penultimo versiculo secundo sit Codice de iure deliberandi. Tiraq. d. tract. q. 29. num. 10.

8 Sed, & quæritur num primogenitus renunt. poss. viuente patre, quod aliqui putauerunt, dum se fundant in venditione Esau, quæ fuit facta patre viuente, & id tenet Angel. in lege stipulatio hoc modo concepta ff. de verborum obligatione, & alij quos refert Tiraquel. dicto tractatu quæstione vigesima nona num. 2. contrarium tamen alij tenuerunt, vt refert Tiraq. dicta quest. 29. num. 3. sed vi plenè Tiraq. d. quæst. 29. per totum. Nam, quia ius primogenituræ defertur iure hæreditario; & videtur in effectu pactum de futura successione, ideo viuente patre primogenitus renunt. non potest, nisi patre consentiente, secus post mortem patris. Dec. lege pactum, quod dotali num. 17. C. de pact. Gomez in lege Tauri l. 40. nu. 70. In qua re Bologuet. in leg. stipulatio hoc modo num. 109. ff. de verborum obliga. declarat, vt limitat. procedat in primogenitura bonorum feudalium secus bonorum allodialiū, quoniam

in his re ipsa videtur renũnt. succeſsioni feudalium verò non eſt mera ſucceſsio hæreditaria, cùm ab inueſtitura peruenerit.

Pater, quod teſtamentum fecit filios æqualiter hæredes inſtituendo non videtur renunt. iuri primogen. cùm is actus non ſit contrarius primogenit. ſed compatibilis, & præſumatur teſtamẽtum fuiſſe de alijs bonis, quam de bonis ad primogenitum pertinentibus. Cephal. conſ. 337. num. 15., & num. 22. ſimiliter filius primogenitus ſimpliciter adiens hæreditatem & approbans teſtamentum, in quo fuerunt omnes filij ęqualiter hęredes inſtituti, non videtur. renunt. iuri primogenituræ. Cephal. d. conſ. 337. num. 23.

Sed Eſau nunquid renũtiauerit iuri primogenitu. an verò ſucceſsioni paternę. Martin. Laudens. de primogen. q. 43.

LIII. RENVNCIATIO, DOMINII.

Summæ.

1 *Dominium non abdicatur renunciatione, aut pacto.*
2 *Dominium non amittitur antequam alteri quęratur.*
3 *Petitorio, vel liti renuntians non cenſetur renuntiare dominio.*
4 *Dominio renuntiari poteſt, vt res pro derelicto habeatur.*

N rebus, quę noſtræ ſunt, duo ſunt, quę habemus, ſcilicet dominiũ, & poſeſsio dominiũ poſitum eſt in iure, quod habemus de rebus noſtris, & volumus, diſponendi l. in re mandata C. manda. Hinc dominium ſignificat illud ius, quò rem noſtrã facimus noſtram, atq; propriam. Poſeſsio autem eſt ius inſiſtendi, vt not. in l. 1. in prin. ff. de acq. poſ. Dominium iuris eſt, poſeſsio verò facti ſi rerũ origo, ſpectetur ius dominij à poſeſsione cœpit d. l. 1. in prin. Vnde poſeſsio dominio prior. Verùm iuris ordine, ac auctoritate prius eſt dominiũ, cùm ſanè æquũ minimè ſit, vt poſſideamus, quod noſtrũ non eſt, pignor habetur dominij ratio, ſi quidem dominium efficit, vt iuſtus quis ſit poſeſſor. Imò dominiũ propter poſeſsionis commodum introductũ fuit. Quare ſecundum nonnullos verba illa in d. l. 1. dominiumq; rerum ex naturali poſeſsione cœpiſſe, exponũtur, ideſt dominium propter poſeſsionem cogitatum fuit, vt declarat Bologne. in d. l. 1. num. 23.

1 Ius igitur, quod eſt cuiuſq; domini in rebus priuatis, quod dominium vocamus, non abdicatur ſola renunciatione, aut pacto, quoniam dominia inter viuos non aliter transferruntur, quàm traditionibus, & vſucaptionibus l. traditionibus C. de pact. §. per traditionem inſti. de re. diu. l. pen. C. de rei vendic. Becci. conſ. 42. num. 20. Surd. conſ. 52. nu. 75., neq; dominium ſola renuntiantis voluntate tollitur l. ſi quis vi §. differentia ff. de acq. poſ. Bart. in l. 1. col. 1. verſ. ſi verò eſt ius reale C. de pact. Innoc. in c. veniens de renunt. Bald. conſ. 194. in cauſa vertente, circa med. ver. quarto præmitto lib. 1. Nicel. de concord. gloſ. nu. 475. Namq; ea eſt natura dominij, tam vtilis, quam directi, vt nuda renunciatione minimè tollatur, niſi alteri quæratur. Bald. in auten. in ſucceſsione in fi. C. de ſuis, & legit. per tex. in d. §. differentia dominumq; non amittitur ſi is, cui quæri debet, non eſt capax. Bart. in l. qui furere ff. de ſta. homi., & ad id eſt tex. ſingularis in leg. ſi profundo C. de tranſact. quem ponderat. Bartolus in lege naturaliter §. nihil commune colum. 2. verſiculo contrarium credo ff. de acquir. poſeſs. vbi renuntians liti, & cauſæ motę ſuper rei vendicatione, non abdicat à ſe dominium, neq; illud in reum trãsfert, ſed ſolum à lite recedit, & exprẽſsius habetur in l. ſiue apud acta in fi. ibi, rerum vendicatione pendente Cod. de tranſact. Quæ quidem eſt magna declaratio ad l. poſtquã liti C. de pact.
2 vt per Caſtren. in d. l. ſi profundo. Itaq; non amittitur dominium, antequam alteri quęratur lege vir, vxori ff. de don. inter vir, & vxo. l. non vtilem l. deniq; ff. ex quibus cau. maior ſi quidem pactum non tendit ad dominiũ trãsferendum, ſed ſolum ad parandam exceptionem. Purpurat. in l. 1. num. 77. Cod. de pact. Bald conſ. 328. num. 3. lib. tertio. Neq; per pactum præiudicatur in dominio abſq; traditione. Bart. in l. cum falſa C. de iur., & fac. igno. vbi inquit, quod confitens rem ipſius cõfitẽtis eſſe alterius minimè ſibi prẹiudicat in domin.

Cur autẽ in pactis, & contractibus non amittatur, neq; transferatur dominiũ, niſi mediante traditione, vel quaſi, non autem renunciatione, duplex ratio adfertur, per Bald. in l. ea lege colum. 1. ver. tertiò præmitto C. de condict. ob cau. Prima eſt, quoniam ſi dominium transferri poſſet nudis pactis, abſq; traditione obligatio dandi minimè reperiretur in rerum natura. Altera eſt ratio, quia principia naturalia non poſſunt in totum remoueri, ab actibus hominum, cùm naturaliter dominium à poſeſsione cœperit. Sed priorem rationem minimè probat Dec. in dicta lege in traditionibus, vt per eum. Cæterum poteſt quis renuntiare dominio rei ſuę dicto §. differentia capitulo ſuper hoc de renunciatione Abbas in c. ſi diligenti col. 2. de foro compet.

3 Ex quibus rectè infertur, quod renuntians petitorio non cenſetur renuntiare dominio. Bartolus in lege naturaliter §. nihil commune numero 5. verſiculo contrarium credo ff. de acquir. poſeſſ. per tex. in d. l. ſi profundo, ſimiliter renuntians liti non videtur renuntiare inſtantiæ, & iuri, hoc eſt actioni, ſeu vendicationi, non etiam iuri dominij. Bartolus d.

§.

§. nihil commune ... glo. Dec. in l. postquam liti ... regula C. de pact.

Hincq; per trāslationem ... non ... sui dominium, tamen ... ab agendo ope exceptionis. Baldus cons. 948. ... puella num. 3. vers. sec ... libro 3. per text. in d. l. si pro fundo. Et licet renuntians liti excludatur à rei vendicatione, vt in dicta lege postquam liti ... non tamen amittit dominium. Et facit glo. in l. planè ff. fam. ercis. quæ inquit cessante vendicatione remanere dominium penes cedentem. Vnde quamuis renuntiari posse rei vendicationi, non tamen renunciari potest dominio. Baldus in c. pastoralis in fine de caus. possess. & propri. per not. in l. cum fundum §. fin. ff. de vi, & vi armata l. postquam liti, sed, & quamuis ex tacita renunciatione legatarius amittat dominium, vt per Alex. in l. 1. col. fin. ff. de leg. 1. tamen respondetur secundum eum ibi, quod quis potest nuda voluntate amittere dominium, vbi possessio non est penes eum, per glo. in dict. §. differentia. Vel vbi dominium erat quæsitum reuocabiliter, vel etiam renunciatio dominij ibi erat necessariò antecedens, ad actionem personalem, vt per Rui. in d. l. 1. num. 107. ff. de leg. 1. & in d. §. nihil commune in additionum. 40.

4 Intelligere tamen renuntiare posse dominio, vt res pro derelicto habeatur Innoc. in cap. veniens de renunt. Bart. in. l. non solum §. si liberationis col. 2. ff. de lib. lega. Alex. in lege 1. col. fin. ff. de leg. 1. Purpurat. in l. 1. nu. 77. C. de pact. & ibi Zuccard. n. 128. Imò hoc casu abdicatur dominium, etiam si alteri non quæratur §. pen. insti. de re. diu. ibi, statim dominus esse desinit lege 2. ff. pro dote, vbi reprobatur opinio proculi existimātis non amitti dominium, nisi ab alio possessa fuisset. Ideò autem amittitur dominium, habendo rem pro derelicto, vt in l. 1. & 2. ff. pro derelict. quia ibi recessit de possessione, vt per glo. & Bart. in d. §. differentia.

LVI. RENVNTIATIO, POSESSIONIS.

Summari.

1 *Possessionis commodo renunciari posse.*
2 *L. quemadmodum ff. de acq. pos.*
3 *Possessio renunciatione amittitur.*
4 *Tacitè quoq; possessioni renunciari posse.*
5 *Possessio an amittatur per renunciationem rei.*

POsessio maximum adfert commodum possessori §. commodum insti. de interdic. l. 1. §. 1. ff. de superfic. c. 1. §. sin iter si aliquis in petitorio si de inuest. controuer. fuer.

1 Commodo autem, & beneficio possessionis haud dubiè renuntiari potest, cùm possessio nuda possidentis voluntate amittatur lege 3. §. in amittenda ff. de acquir. posess. Vnde licet portio deficiens inuito accrescat lege vnica §. is item Codice de caducitate tollenda lege si duo ff. de acquirenda hæreditate, tamen id procedit, quo ad proprietatem, secus quò ad possessionem, quoniam inuitus nemo possidere cogitur, vt declarat Ripa in lege re coniuncti nu. 188. versiculo vltimo intellige ff. de leg. tertia Nam possessio renunciatione amittitur. Atq; ideo agenti spolio, obstat exceptio spontaneæ renunciationis. Oldra. cons. 227. nu. 5. Neq; enim tanta est acquirendæ possessionis, quanta eius amittendæ facilitas, si quidē quæritur corpore, & animo hoc est apprehēsione rei, & possidendi voluntate, amittitur autem solo animo, in eoq; à dominio differt l. si quis vi §. differētia ff. de acq. pos. Bart. in l. 1. col. 4. ver. si vero est ius reale C. de pact. Innoc. in c. veniens de renunt. Sed huic sententiæ aduersatur tex. in l.

2 quemadmodum ff. de acq. pos. vbi ita scribitur, quemadmodum nulla possessio acquiritur nisi animo, & corpore, ita etiam nulla amittitur, nisi in qua vtrunq; in contrarium actum est. Quam antinomiā legum, ita discutit Ioan. antiquus interpres, vt refert glo. in l. 3. § in amittenda ff. de acq. pos. cuius sententia est communiter recepta. Nam aut amissio possessionis incipit à corpore, & tunc requiritur, & animus; aut verò amissio incipit ab homine, & hoc sanè casu solo animo amittitur possessio, & ita accipitur tex. in d. §. in amittenda.

Verùm renuntians verbis possessioni, & postea rei incumbens naturalem possessionem retinere dicitur. Dec. cons. 103. in causa, circa fin. Io. Calderin. cons. 4. tit. de renunt. Gozadin. cons. 86. nu. 17. Benintend. decis. 93. nu. 5. Sed, & possessionem, quam quis habet, magis transfert constituendo se alterius nomine possidere, quàm possessionem extinguere renūt. Bart. in l. quod meo in prin. nu. 4. ff. de acq. posess.

3 Sed, quod dicitur possessionē amitti sola renunciat. non procedit in repudiatione, quoniam possessionis repudiatio non cadit in iure plenè quæsito. Bologne. in l. 1. nu. 67. C. de pact. Preterea restringitur procedere, cùm renuntians, non intelligitur alteri acquirere possessionem, vt per eum.

Cæterum per renūciationem possessio amittitur, licet alteri non quæratur, cum aliud dicendum sit de dominio. Bart. in l. qui iurare in fi. ff. de sta. homi. & in l. si ego ff. de neg. gest. Melch. Pala. de Majora. part. 3. q. 17. nu. 10. Quod tamen intelligitur procedere, nisi is, cui acquiri debet contradixerit, & noluerit acquirere. Bart. l. quod meo §. si furioso ff. de acq. posess.

Et hac differētia inter dominium, & possessionem, de qua in dicto §. differentia, illud etiam sequitur, quod possessioni iurisdictionis

renuntiari potest sine superiore, cùm aliud dicendum sit in renunciatione ipsius iurisdictionis. Bart. in dicto §. differentia num. 8., & ibi Alex. Innoc. c. quod in dubijs, de renunt. Petra de fideicom. prohib. 4. 12. nu. 286., & dixi ad renunt. iurisdict. sic, & possessioni beneficium renuntiari potest sine superiore. Bald. in c. accepta, nu. 2. de restitu. spol.

4 Et non modò expressè, verùm etiam tacitè renuntiari potest possessioni. Quare sciens se possessorem, intentando rei vendicationem, ac petitorium, possessioni renuntiare censetur, ita vt si postea possessorio, vel velit exceptione tacitæ renunciationis repellatur glo., & Bart. in l. naturaliter § nihil commune columine 2. ff. de acqu. pos., cum quo transeunt communiter Doct. vt per Alex. ibi, Aretin. Socin. iun., & alios, Ias. in §. æquè si nu. 59. instit. de actio. Grat. cons. 81. circa fin. lib. 1. Sed declara id procedere respectu eiusdem possessionis, vt communiter tradunt doct. vt per Ias. in d. §. nihil commune. Grat. cons. 81. in fi. lib. 1.

5 Amittitur quoq; possessio per renunciationem rei, tametsi renunciatio sit nulla l. 1. §. si vir ff. de acq. pos. vbi ex contractu nullo amittitur possessio. Ratio est secundùm Ruin. cõs. 68. col. fin. lib. 2. Quia ex actu etiam inualido declaratur voluntas, vt per eum. Imò amittitur possessio, etiam si renunciatio sit meticulosa. Abb. cap. super hoc de renunt. sequitur Natta consil. 386.

Nec est omittendum, quod licet deserta sit appellatio per lapsum fatalium, non tamen intelligitur quis renuntiare possessioni rei, in qua succubuit, tametsi renuntiatum videatur liti, & instantiæ glo. singularis in l. sciendum §. si fundum, & ibi not. Angel., vbi inquit dictam glo. perpetuo menti tenendã esse, & ideo secundum eum, non poterit victor auctoritate propria ingredi possessionem.

LV. RENVNCIATIO, VSVSFRVCTVS.

Summæ.

1 *Vsusfructus an renunciatione amittatur.*
2 *Vsusfructus etiam tacitè remittitur.*
3 *Differentia inter remissionem vsusfructus expressam, & tacitam.*
4 *Pater an renuntiare possit vsufructui in fraudem creditorum.*
5 *Pater consentiens alienationi bonorum aduentitiorum filij, an censeatur renuntiare vsufructui.*
6 *Vsufructui renuntiari an possit fauore domini proprietatis, vel alterius.*
7 *Vsufructuarius potest perceptionem fructuum, alteri cedere.*
8 *Remittitur vsusfructus non vtendo.*
9 *Vsufructuarius, cur possit remittere vsumfructum domino proprietatis cùm non possit pati, vt imponatur seruitus ab ipsa proprietatis dominio.*

RVs vtendi fruendi alienis reb. à proprietate separatum, quod nostrates doct. vsusfr. formalem vocant, cùm tollitur, nè vsusfr. constituitur gratia vsufructuarij tãtum, atq; ideò potest is suo beneficio renuntiare. Albe. in l. cum fructuarius ff. de vsufr. Imo renuntians vsufructui cẽsetur à se abdicasse omne ius, quod habet in re. specul. tit. de pa&. §. 1. n. 6. sequitur Caccialup. tract. de transact. q. 3. in fi. Itaq; aut renũt. vsufr. fauore domini proprietatis, aut fauore alterius; Renunt. vsufr. facta domino proprietatis valet §. finitur insti. de vsufr., & hoc casu propriè dicitur remitti vsufr. sic pater potest remittere filio vsumfr. bonorũ aduentitiorum Portius instit. per quas person. nob. acquir. in prin. nu. 8. tam tacitè, quam expressè. Guter. in c. quamuis pactum in pun. n. 31. de pact. lib. 6. potestq; remitti vsufr., & tacitè, Quapropter pater cõniuentib. occulis sciens, & patiens filium percipere fructus bonorum aduentitiorum, censetur remittere vsumfructum filiò, & donare lege cum oportet §. sin autem res Codice de bonis, qui libe. quẽ textus singularem, & vnicum inquit Anto. Gomez in leg. Tauri 48. numero nono gloss., & Bart. in l. 2. C. de inoffic. donation. in lege frater à fratre columine finali ff. de condictione indebita, & ibi Ioã. Crotus numero 80. Iecius auctentica ex testamento in prin. C. de collatio. Craue. cõs. 39. n. 2. Ruin. cons. 138. nu. lib. 2., & ita communiter tenetur, vt per Balus nou. tractat. de dote parte sesta priuileg. 3. circa mediet. verb. vnde posset fortè dici, sequitur Paris. cons. 130. col. 2. ver., & prædicta comprobantur lib. 1. Ascan. clementino tractu de patr. potestate effectu 2. num. 32., & eectu 10. num. 13., vbi inquit hanc opinionem esse veriorem; Cephal. cons. 467. num. 83. Ersatus consilio 295. numero 36. Surdus consilio 116. in fine, & consilio 259. num. 16. Nam pater remittendo vsumfructum bonorum aduentitiorum filijs, hæredes ab huiusmodi vsufruct⁹ repetitione exclusisse videtur Osasch. decis. 132. Cuius rei ea videtur ratio, quod pater remittendo vsumfr. sibi debitum non dicitur diminuere patrimonium aut donare, sed dicitur potius non acquire, quare vsufr. à patre repudiatus non dicitur profectitius sed aduentitius. Io. Crot. d. lege frater à patre num. 81., vbi inquit hanc rationem esse nouam, sed nec ratio adfertur etiam per alios. Surdus consilio ducentesimo quingentesimo nono numero decimosexto. Imò huiusmodi remissio statim valet, neque requiritur ad eius confirmationem, quod sequatur mors patris, vt in dicto §. sin autem res, & ibi doctores, & hanc esse communem, & veram opinionem tradit Gomez dicta lege 48. nu. 9. qui secundum eum pater non videtur donare,

sed

ſed potius non acquirere. Gurer. de contr. iurat. c. 4. nu. 14. Cephal. conſ. 467. num. 84. & hæc concluſio proced. etiam ſi pater ab initio vſumfr. acceptaſſet, & deinde eum remiſiſſet, atq; ita cum proprietate vſufructus conſolidatus fuiſſet, vt decl. Dec. d. auct. ex teſtam. noſtro in fi. ſequitur Cephal. d. conſ. 467. nu. 86. Imò huiuſmodi remiſsio valet etiam abſq; inſinuatione. Burſat. conſ. 295 n. 37. vbi alios citat. Differ. autem inter remiſsionem vſufructus expræſſam, vel tacitam, hæc eſt, qui pater expreſsè remittens videtur remittere vſumfr. in perpetuum, & remiſsio non poteſt per pœniteotiã reuocari verùm, vbi ſcit, & patitur filium fructus percipere non videtur, propterea remittere vſumfr. in perpetuum, ſed videtur donare eos fructus, tãtum quos ipſe filius percepit durante patientia cum ſciã patris, & tunc pater poteſt reuocare illam tacitam remiſsionem, vt per Pau. de Caſt. d. §. ſin autem res per tex. ibi, in illis verbis, ſed quaſi diurna donatione, atq; ita videtur pater donare fructus de die in diem. Gomez d. l. 48. num. 10. Guter. de contr. iurat. d. c. 4. nu. 14. 15., vbi inquit hanc eſſe veram, & communem opin. Paterq; promittens filium percipere fructus bonorum aduentitiorum, & de illis diſponere, cenſetur ipſi filio remiſiſſe commoditatem vſufructus ad ſe ſpectantem. Menoch. conſ. 282. nu. 32. Et ratio illa eſt, quoniã præſumptio remiſsionis, quę elicitur ex patiẽtia, & ſciã patris non debet extendi, vltra quam patientia interuenit, vt per Paulus de Caſtro dicto §. ſin autem res.

4 Intellige tamen, quod pater renuntiare non poteſt vſufructui in fraudem creditorum, repudiare autem vſumfr. poteſt in creditorum prę-iuditium, & ideo cautela erit pro filijs, quod pater ære alieno oppræſſus repudiet, hoc eſt nõ acceptet vſumfr. bonorum aduentitiorum, ne creditores fructus dictorum bonorum capiant portius inſti. per quas perſon. nob. acquir. in prin. num. 8. ſequitur Tennin. cautella 86. nu. 9. per text. in l. qui autem in prin. ff. qui in frau. ued.

5 Patrem autem conſentiens alienationi bonorum aduentitiorum factę per filium nõ cenſebitur renũtiaſſe vſufructui, vt reſpondit Ancharan. conſ. 106. dubitatur, quem ſequitur Decian. conſ. 113. nu. 19. lib. 3. Sed, & pater qui habet vſumfructũ in bonis profectitijs filij ſi patitur filium habere talem vſumfructũ, cenſetur illi renuntiaſſe. Iaſ. auten. ex teſtamentonum. 2. C. decollatio. ſed ſi vſufructuarius conſenſerit alienationi fundi ſeruientis cẽſetur renuntiaſſe vſufructui, & ſi poſtea petat illum repellitur doli exceptione l. 4. §. quæſitum ff. de doli mali except.

Ex renunciatione vſufr. facta per patrem filio illud ſequitur, quod licet pater ſit legitimus adminiſtrator bonorum aduentitiorum filij, & ratione illorum debeat ſuſcipere iudicium l. 1. C. de bon. mater. tamen vbi renuntiauit vſufructui poterit conueniri filius, & dabitur curator liti l. fin. §. ſin autem pater C. de bon. quilibe. Pau. de Caſt. l. neq; impuberes

6 in princ. ff. de in ius vocif. Illud igitur conſtat vſufructuarium cedere poſſe ius ſuum domino proprietatis d. §. finitur. Surd. de aliment. titulo nono quæſtione vigeſimo ſecundo numero vigeſimo.

Secundus eſt caſus, vbi vſufructuarius renũriat vſufructui fauore alterius, quam domini proprietatis, & hoc caſu vſufructuarius cedendo vſumfructum extraneo nihil agit, quoniam ius quęritur domino proprietatis d. §. finitur l. ſi vſufructus ff. de iure dot. Ancharan. conſil. 106. dubitatur, quare quò ad extraneum nihil agitur ex renunciatione, quò verò ad dominum proprietatis, ad ipſum redit vſufruct. cui renunciatum fuit fauore extranei, vt per gloſ. in d. l. ſi vſufructus. Nam vbi vſufructui renũciatur fauore alterius, quam domini proprietatis, tunc ex eius natura cõſolidatur vſufruct. cum proprietate d. §. finitur Paulus de Caſtro in lege qui Romę §. duo fratres nu. 4. ff. de verb. oblig. & ibi Iaſ. col. fin. Cuius hęc ratio traditur, Nam cùm prohibita ſit renuntiatio, & ceſsio in alteram perſonam, quam ipſius domini, in pœnam renuntiantis aduerſus prohibibitionem lex ſtatuit, vt vſufr. cum proprietate conſolidetur, & renuntians amittat ius ſuum, vt iſ faciens actum prohibitum. Socinus iunior dicto duo §. fratres num. 139. verſiculo verum tuendo. Corbul. de cauſ. ex quibus emphyt. titulo de cauſ. priuat. ob renunt. numero 8. Nam vſufructus perſonæ cohæret lege ſi vſufructus ff. de nouatio. à qua diuelli non poteſt, niſi certis modis, non etiam per ceſsionem. Poterit tamen vſufructuarius perceptionem fructuum alteri cedere l. arbobus §. vſufructuarius ff. de vſufructu. l. ſi vſu fructus ff de iure dotali lege neceſſ. §. finali ff. de pericul. & commod. rei venditione, nam poteſt fructuarius alienare extraneo facultatem percipiendorum fructuum, quandiu ipſe vſumfruct. obtinebit, & cùm vſufruct. ſit fructuarij ei licebit de eo, vt de re ſua ſtatuere vt velit lege in re mandata Codice manda. & fructuarius tantum alienare poteſt, quantum iure ſuo transferre poteſt, vt creditor, qui iure ſuo pignus diſtrahit lege, etſi lege penultima ff. de diſtr. pignor. lege ex empto. §. ſententiám ff. de actione empti. Quapropter fructuarius non poteſt ius ipſum vſufruct. in extraneum transferre, quoniam cohęret perſonę, poterit autem transferre eam facultatem rei tenendæ, & fructuum percipiendorum, quam habet ipſe fructuarius. Baldus conſilio trecenteſimo octuageſimo quarto in hoc puncto in libro quarto conſilio quadringenteſimo trigenteſimo ſexto punctus libro eodem. Betous conſilio centeſimo octuageſimo nono, per totum libro primo.

Imò vsufructus non potest cedi marito in dotem, sed commoditas vtendi, & fruendi dari potest in dotem. Bart. in l. vsufructu nu. 2. ver. venio ad quintam ff. solu. matrim. Bald. cons. 335. quædam mulier libr. 1., & cessio vsufructus iurata interpretāda est cessio, quo ad fructuum cōmoditatem, quæ cedi quidem potest. Bald. cons. 384. per totum lib. 4. Cessoq; per donationem vsufructu censetur donata commoditas vtendi, & fruendi. Castrens. cons. 135. dubium in fi. lib. 1. Verum cessio generalis omnium iurium, quæ habet vsufructuarius, non commoditatem, sed vsufructum important, vt sit extinctus. Bero. cons. 189. lib. 1.

8 Pręterea non vtēdo, remittitur etiam vsufr. l. corruptionem C. de vsufruct. l. placet ff. de vsufruc. eorum rerū, & d. §. finitur. Non vtendo amittitur vsufr. trib. mod primo si fructuarius in totum non vtatur d. l. corruptionem, secundò si non vtatur per modum, & tempus hoc est ad eum modum vel tempus, quod vtē. tl vi constitutione vsufr. præstitutum est, vt in d. §. finitur l. 2. ff. de acq. quot. l. si cōmunem §. 1. l. is cui ff. quem seru. amitt. tertio modo si fructuarius vsus quidem sit, sed vsus tantum, dum ignorat vsufr. sibi constitutum, & vsum tantum se habere existimat l. is qui ff. quibus mod. vsufr. amitt., & dixi supra lib. 3. de tacita renunt. per non vsum.

9 Sed tūc dubitari potest, cur fructuarius possit remittere vsumfruct. domino proprietatis, cùm non possit pati, vt imponatur seruitus ab ipso proprietatis domino, vt in l. sed, & si quid in fi. cum l. seq. ff. de vsufr., & ibi glo. mouet hanc q. ita eam soluendo, quod dominus proprietatis non potest seruitūtem imponere sic, vt vsufr. etiam donet, secus autem eo perēnte Verùm Connan, comment. iur. lib. 4. c. 3. nu. 3. aliter declarat, vt ita intelligitur tex. in d. l. sed, & si quid, hoc est dominus proprietatis, & si non consentiat vsufructuarius, seruitutem imponere potest, nisi idest dumtaxat, per quā deterior conditio fructuarij non fiat. Vnde secundum eum sensus est, vt dominus proprietatis poss. etiam non consentiente fructuario, imponere eam seruitutem dūtaxat, per quam deterior conditio fructuarij minimè fiat.

LVI. RENVNCIATIO, SERVITVTIS REALIS.

Summæ.

1 *Seruitutes reales remitti posse.*
2 *Seruitus remitti an possit etiam ad certam fundi partem.*
3 *Maritus seruitutes dotali fundo debitas remittere non potest.*
4 *Seruitutis vnius remissio non inducit remissionem alterius.*
5 *Seruitus etiam tacitè remitti potest.*
6 *Seruitus quando per non vsum amittatur.*
7 *Seruitute quando quis dicatur non vti.*

DOminus distinctis, res cœperunt dici propriè cuiuscunq; c. quo iure 8. dist. Verùm res, quæ domini arbitrio subijcitur, non dicitur seruire domino l. in re communi ff. de seruitu. vrb. pręd. At si integro manente dominio, quispiam in re alterius habeat ius aliquod percipiendi aliquā vtilitatem iuxta l. quoties ff. de seruitu. res tunc seruire quidem dicitur, sed non ipsi domino. Nec ideo minus dicitur dominus is, cuius res est, quamuis illud ius seruitutis afficiat ius ipsius, vt pati cogatur, & ne possit pro arbitrio re sua vti. Hinc fit ius seruitutis realis.

1 Seruitutes ergo reales, cù priuati iuris sint, rectè de eis disponi potest, etiā remittendo l. seruitutis §. seruitus ff. de seruitu. Vnde seruitus itineris ad sepulcrum, cùm priuati iuris sit remitti domino fundi seruientis, haud dubiè potest d. §. seruitus. Quamuis etenim sepulcrum in nullius sit bonis, tamen ius ipsum sepeliendi est priuatum, & ideò qui habet id ius pōt de seruitute disponere, atq. eam remittere glo., & Bart. in d. §. seruitus, & facit l. in re mandata C. manda.

Renunciatio autē seruitutis realis, quoniam semper fit ei, qui debet, nimirum ipsi domino fundi seruientis, qui seruitutem debet ab eo, cui debetur, ideò verius remissio seruitutis dicitur, per ea, quæ dixi lib. 1. cap. 5., & facit d. §. seruitus in illis verbis, & ideo remitti domino fundi seruientis potest.

2 Imo etiam ad certam fundi partem remitti poterit seruitus l. si cui ff. de seruitu. Nam ius seruitutis respiciens, quamlibet fundi partem remitti potest ad certam fundi partem dict. l. si cui, & ibi Bart.

Sed videtur, vt pro certa parte seruitus remitti non possit. Nām si totus fundus seruitutem debeat, & eius pars remittatur in certa parte, in alia sanè remanebit reliqua pars, atq. ideo diuidi videtur seruitus, quod fieri minimè potest. Tamen hoc casu seruitus non diuiditur, sed modificatur scilicet, vt ea seruitus, qua poteram ire per totum fundum modificetur atq. restringatur ad certam fundi partem, qui sanè modus adijci potest seruitutibus l. 4. §. modum ff. de seruitu. atq. ita declarat in l. stipulationes non diuiduntur oppo. 3. ff. de verb. oblig.

Verùm vnus ex socijs fundi communis quēadmodum non potest seruitutem ei componere, ita nec remittere seruitutem ei debitam l. vnus ff. de seruitu. rustic. præd. quoniam quæ necessaria sunt in acquirendo, eadem quoq; in amittendo exiguntur glo. in d. l. vnus.

3 Maritus præterea seruitutes dotali fundo debitas remittere non potest, vt neq; etiā alias impo-

imponere potest leg. Iulianus ff. de fondo dot. Etenim vir alienare non potest seruitutes dotali fundo debitas. Bart. in l. si filiofam. §. maritum nu. 3. ff. solu. matr. Poterit tamen maritus tacitè non vtendo seruitutes remittere glo. in dict. §. maritum, & ibi Bart., & mox dicam.

4 Sed, & si domus mea seruitutem debeat, puta ne altius ædificari liceat, domibus duorum seruitute remissa ab vno, non censebitur facta remissio ab altero l. si ędes in prin. ff. de seruitu. vrb. præd.

Similiter quando, vni debentur plures seruitutes, per remissionem vnius, non censetur facta remissio alterius l. si domus ff. de seruit. vrb. præd. l. si mihi in prin. ff. de seruitu. rustic. præd. Nam renunciatio vnius iuris, non inducit renunciationem, alterius etiam in eadem re. Tiraq. de retrac. lign. §. 1. glossa 9. num. 161.

5 Remittitur, & tacitè ius seruitutis per actū contrarium iuri ipsius seruitutis l. si stillicidij in prin. ff. quemadmodum seruitu. amitt. vbi Bald. not. quod per actum contrarium videtur quis deferere ius suum. Vnde per concessionem in area ædificandi censetur remissum ius immittendi stillicidium in eam. Atq; per concessionem ædificandi in eo loco, per quem via debetur, censetur ius vię remissum d. l. si stillicidij, vbi est casus not. vt inquit Petr. Rauen. singul. 464.

Sic quoq; concedens, vt ponatur materies in loco seruienti, censetur remittere seruitutem l. si precario ff. commun. præd. Nam, & fere semper ex actu contrario infertur renunciatio sui iuris, vt latè habetur libro quinto cap. 6.

Per electionem quoq; inducitur seruitutis remissio. Namq; habens ius viæ, per totum fundum alterius, simpliciter, hoc est sine certi loci definitione, eligendo certam partem fundi, qua ire liceat, & ad quam vtitur ipsa seruitute, certè censetur remittere ius seruitutis ad cęteras fundi partes lege si cui ff. de seruitute.

6 Sed, & tacitè remittuntur seruitutes reales non vtendo spatio longi temporis, scilicet annorum decem inter pręsentes, & viginti inter absentes l. pen. Cod. de seruitu., & aq. leg. fin. Cod. eo.

Seruitus autem, quæ non habet quotidianū vsum vtendi amittitur duplicato tempore l. si sic ff. quemadmodum seruitu. amitt. Vnde iter sepulcro debitū amittitur per non vsum l. iter, & ibi Castren. ff. eo.

Declaratur modò, vt seruitus amittatur per non vsum longi temporis, licet quis ignorauerit eam sibi debitam l. si partem §. 1. ff. quemadmodum serui. amitt. quem tex. not. inquit Bald. de pręscript. part. 3. part. 4. princ. 4. 4. num. 2. licet fortè, secundum eum de æquitate subueniatur per restitutionem in integrum, per tex. in l., & attilicinus ff. de seruitu. rusti c præd., & tradit glo. in d. §. 1. in ver. non vtēdo. Nam qui non vtitur seruitute per tempus constitutum, eam amittit, licet fuerit impeditus absq; sui culpa, tamen competit restitutio in integrum propter iustum impedimentum l. vnus §. fin. cum l. seq. ff. de serui. rust. præd. vbi Castren. inquit hunc tex. semper ad id allegari, idemq; inquit cons. 323. visa suprascripta circa fin. lib. 2. Prȩterea seruitus remitti censetur per non vsum longi temporis, etiam aduersario existente in mala fide, quando esset seruitus rustica lege sequitur §. si viam ff. de vsucapio.

Seruitus autem debita dotali prædio, non amittitur per non vsum mariti. Angel., & Roman. in l. si filiofamil. §. maritus ff. solut. matrim. quamuis contrarium teneat ibi glo. Quod tamen procedit, vbi pręscriptio fuit inchoata post dotem institutam, vt declarat Cāpeg. de dote q. 75.

Seruitutesq; vrbanæ, non amittūtur per non vsum, etiam si haberentur mille anni, sed exigitur factū aliquod pręscribentis l. hęc autem ff. de seruitu. vrb. præd., vbi Bart. lege si quis alia §. finali vbi glo. ff. quemad. serui amitt. Ange. in §. prędiorum nu. 5. insti. de seruitu. Cepol. tit. de seruitu. vrb. capit. 24. col. 5., & tex. in d. l. hęc autem loquitur, tam de seruitutibus affirmatiuis, quàm de negatiuis. Alba cons. 197. nu. 8. lib. 2.

Illud tamen non prætermittendum, quod in remittēda seruitute plus potest expressa remissio, quàm tacita per non vsum, quoniam expressa remissione pōt liberari vnus de fūdis seruientibus, quando debebatur seruitus viæ per plures fundos, quo casu non erat vna l. vna est ff. de serui. rustic. præd., cùm tamen tacita remissione, per non vsum, non possit in vno amitti, & in alio retineri l. nam satis §. sed si is fundus ver. possunt tamen ff. quemad. serui. amitt.

7 Is autem dicitur non vti, qui nullo modo, & omninò non vtitur etenim si partim ea vtatur tota retinetur seruitus l. 2. l. nam satis d. l. si stillicidij §. fin. cum l. seq. ff. quemad. seruit. amitt. l. rara est via ff. de serui. rustic. præd. vt & si socius, aut alius nostro nomine, quasi debita seruitute vsus fuerit l. seruitus l. nam satis l. si communem l. vsus, cum 4. ll. sequen. ff. quemad. seruit. amitt. l. 1. §. fi., cum l. 3. §. vti videmus ff. de itin. actuq; priua.

Sed vsus dici non potest, nisi qui tanquam suo iure, suaq; seruitute vti se credit l. fin. ff. quemad. serui. amit. non qui prouia publica, aut alieno iure, aut alia, quàm de qua agitur, seruitute vtitur dicta lege si communem §. primo lege si quis alia in principio ff. quemad. serui. amitt.

LVII. RENVNTIATIO IVRIS PIGNORIS, ET HYPOTHECAE.

Summæ.

1 *Pignora, & fideiussores duo esse cautionũ genera.*
2 *Pignoris nexus remissione soluitur.*
3 *Hypotheca ius remitti potest, etsi debitum principale minimè satisfactum sit.*
4 *Hypothecę iure remissio, non tollitur debitum ipsum.*
5 *Hypothecæ remissio non dicitur donatio.*
6 *Pignoris ius, & hypothecę remitti posse.*
7 *Remissione an pignus ipso iure dissoluatur.*
8 *Tacitè etiam pignus remitti pluribus modis.*

1 VT idoneè caueatur creditoribus pro eo quod debemus, duo sunt accessionum, cautionum genera, nempè fideiussores & pignora l. 1. §. iuber ff. de collat. bon. l. ergo §. addici ff. de fideicom. liberta. vtriusq; generis par esse videtur ratio. Nam fideiussor est accessio principalis obligationis §. fideiussores insti. de fideiuss. sic, & pignus l. res hypothecæ ff. de pignori l. in omnibus speciebus ff. de solut. fideiussor pro alio obligatur instit. de fideiuss. in prin. sit quoquæ pignus pro debito obligatur §. item seruiana insti de actio. demum accipiuntur fideiussores, vt diligenti creditori cautum sit insti. de fideiuss. in princ. accipitur, & pignus, vt pro debito cautum sit creditori §. vlt. instit. quibus modis re contr. oblig. verùm plus cautionis est in pignoribus, quæ subijciunt rem creditori l. plus cautionis ff. de reg. iur. ad quod alludens Martialis, ita cecinit.

Cùm rogo te nummos sine pignore, non habeo, inquis, Idem si pro me spondet agellus, habes.

Quod mihi nõ credis veteri Telesine sodali,
Credis colliculis, arboribusquę meis.

2 Pignoris, ac hypothecę, nexus remissione, & voluntate creditoris soluitur, cùm creditor paciscitur, vt à pignore discedatur, nec res amplius pignori, hypothecæuè sit l. sicut §. 1. ff. quibus modis pign. l. 2. C. de remiss. pign. in fi. vbi ita scribitur. Nam obligatio pignoris consensu, & contrahitur, & dissoluitur l. cum re in illis verbis, cùm eius consensu nexus pignoris euanuerit l. maior C. de pignori l. 3. l. 4. C. de remissio pignor. l. etiam, & ibi Cyn. C. ad velleian. nam remissio pignoris facit, vt res, liberetur ab hypotheca renũciãtis. Frãch. decis. 478. col. 1., & si enim pignus, vel hypotheca sit accessio, ad principalẽ obligationem l. item liberatur ff. quibus modis pign. neque constitui possit, nisi aliqua obligatione pręcedenra, cui accedit, tamen postquàm est constituta, separari potest ab ipsa principali obligatione. Negusan. de pignori. primo memb. tertiæ partis num. 14. Quapropter cedi potest hypotheca, vel pignus etiam sine principali. Bar. in l. fideiussor obligari in prin., & ibi Alex. ff. de fideiuss. Negusan. d. primo memb. num.
3 14. Quin ius hypothecæ remitti potest, & si debitum principale minimè sit satisfactum, tolli quæ potest, etiam manente ipso debito principali l. si tibi decem §. de pignore, & ibi not. glo., & doct. ff. de pact. Negus. d. primo memb. num. 15.

4 Remissio autem iure hypothecæ, non tollitur debitum ipsum, nec tollitur obligatio, aut actio personalis l. lucius Ticius ff. quib. modis pign. Alex. cons. 12. col. 3. vers. secundo respondetur lib. 2., & remisso pignore non videtur remissum debitum l. 3. ff. de pact. Dec. l. creditor num. 3. ff. de reg. iur. Albe. l. mulier §. si rem in fi. ff. de leg. 3. Mascard. de probation. conclusione 1173. versiculo pignus in fine.

5 Prętereà renunciatio iuris hypothecę, non dicitur donatio l. si pignus ff. quę in frau. cred. vbi ita scribitur, si pignus vir vxori, vel vxor viro remiserit, verior sententia est nullam fieri donationem existimantium l. 1. §. 1. l. lucius ff. quibus modis pign. Dec. d. l. creditor in fi. Tiraq. l. si vnquam in ver. donatione nu. 209. C. de reuoc. donat. Natta cons. 101. num. 9. Neq; remittens pignus dicitur intercedere l. etiam, & ibi Bart. C. ad velleian. Ex quibus infertur, quod si mulier consentiendo alienationi remiserit pignus, non dicitur donare, vt not. Alberic. in d. l. si pignus. Quò fit etiam, vt remissio pignoris valeat inter virum, & vxorem, aliuquin donare prohibitos. Dec. d. l. creditor circa fin. si quidem tùm remissio non potest dici donatio, cùm manet ipsa principalis obligatio. Bart. l. 1. § 1. ff. quibus modis pign. in l. etiam q. 1. C. ad velleian. ex quib᷒ deniquę infertur vxorẽ remittere posse pignus & ius hypothecæ, quod habet in bonis mariti pro dote obligatis, tam ad fauorem ipsius mariti, quàm alterius l. iubemus l. etiam, & ibi doct. C. ad velleian. cuius rei ratio manifesta est, quoniam vxor ita remittendo non videtur donare neque intercedere videtur, de qua re speciatim inferius renuntiat. 67. diffusius disseremus.

Verùm huic sententiæ, quod remissio pignoris, & hypothecæ, vt modifici præiuditij, non continet donationem obstare videtur tex. in l. cum hi §. si vni in fi. ff. de transact., vbi in remissione hypothecæ fundi obligati, pro alimentis requiritur decretũ pretoris, & ibi Paul. de Cast. not. quod minor sine decreto non potest renuntiare iuri hypothecæ, quod habet in re immobili, vt neque potest alienare rem immobilem, & ibi not. etiam Iac. de Aret. quod is non potest pignus remittere, qui non potest debitum ipsum remittere. Verùm est alia ratio tex. in d. l. cùm hi à ratione d. l. etiam C.

ad

ad velleian., vt per Paul. de Cast. in d. §. si vni circa fin.

6 Ex his igitur, quæ dicta sunt liquidò cõstat ius pignoris, & hypothecæ remitti posse, huiusmodi, quæ remissionem leuis esse præiudicij, cùm per eam non agatur de remissione debiti principalis. sed remittitur tantum ea maior cautio, quam præstat pignus, & ideò eo casu remissio non videtur cõtinere donationem, & permittitur etiam personis alioquin donare prohibitis. Sed hoc ita verum est, si alia via cautum esse potest creditori, ita vt creditor cõtentus minori cautione videatur remisisse maiorem cautionem pignoris. Cæterùm vbi remisisse maiorem cautionem pignoris. Cæterùm vbi remisso iure pignoris, nulla alia superest cautio creditori ad consequendum Ius suum, tunc huiusmodi remissio continet donationem. Quapropter mulier tunc demùm renuntiare potest iuri hypothecę, quam habet in bonis mariti pro dote obligatis, cùm maritus habet alia bona, ex quibus satisfieri possit pro dote, vel cùm maritus aliùs est soluendo, alioquin renunciatio minimè pręiudicat, vt latè infrà dicam renunciat. 67.

7 Sed illud In dubiùm venit an remissione, & solo cõsensu pignus ipso iure dissoluatur, quẽadmodum, & solò consensu construitur l. 1. ff. de pign. act. an verò pignus tollatur per exceptionem, & regula est pignus solo consensu ipso iure dissolui, cum solo item consensu constituatur, per regulam l. nihil tam naturale ff. de reg. iur., & ita tenet glo. in l. si tibi decem §. de pignore ff. de pactis, quam sequitur ibi Bartol., & alij, vt inquit Neguſ. de pignori. 3. memb. sextę part. q. 5. num. 33. Et pro regula, quod sicuti consensu creditoris pignus contrahitur, ita contrario cõsensu ipso iure remittatur, & dissolnatur, constituir Donell. in lege maior nu. 3. C. de pignori. Quæ regula haud dubiè procedit, vbi remissio est expræsse, secũdum communem opinionem, vt per Curt. iun. d. §. de pignore num. 25. Nam remissione expressa dicitur pignus solui l. soluitur ff. quibus modis pign., vel hipot. solui. Solui autem dicitur quoties omninò soluitur, idest ipso iure §. item per acceptilationem. Institu. quibus modis toll. oblig. Verùm vbi remissio est tacita, veluti cùm creditor consensit venditioni pignoris, tunc actio pignoris non tollitur merò iure, sed ope exceptionis, & ita tenet Bart. Bald. Auge. Alex., & Castren. in d. §. de pign. & ibi Curt. iun. nu. 21. vbi inquit in iudicando esse sequendam hanc opinionem, vti communem, extendens prætereà procedere non solum, vbi creditor consensit alienationi, sed etiam, quando fuit negligens ad prosequendũ ius suum, iuxta l. si eo tempore C. de remiss. pignor., & ita tenet etiam Neguſ. de pignori. d. q. 5. Et cum hac opinione transeunt. Alex. Iason. & alij communiter in d. §. de pignore, ita intelligendo text. in d. §. de pignore, qui licet videatur probare, tamen tex. ibi in ratione probat contrarium dum dicit, quod eo modo, quo pignus nudo pacto contrahitur, eodẽ modo contrario consensu dissolnitur. Hæc opinio igitur dubia esse videtur, vt per Curt. Iun. in d. §. de pignore num. 22. Imò Donell. in d. l. maior num. 5. voluit cùm creditor paciscitur de non petendo, & per consequens de pignore non petendo, pignus ipso iure tolli. Quanquam contrarium tenet Neguſ. dict. q. 5. post Alex. Ias., & alios in d. §. de pignore, scilicet, vt pignus non tollatur ipso iure, cùm creditor fecit pactum debitori de non petẽdo debitum principale, & hoc casu quando non remittitur pignus, sed remittitur debitum principale latè distinguit Curt. iun. in d. §. de pignore num. 25. cuius distinctionem non opus est hoc in loco referre, vt quæ omnibus paret. Deinde vbi pignus non fuit constitutum solo consensu, sed intercessit traditio l. 1. in prin. ff. de pign. act. aut pignus fuit contractum per stipulationem, tunc non tollitur ipso iure. Neguſ. d. q. 5. limitatione 2., & 4. sed nonnulli tenent contrarium, quod imò In pignore minimè attendi debeat traditio, proindeq; pign' tollatur ipso iure, etiam, vbi interuenit traditio, vt tenent Bart. Bald., & Auge. in d. §. de pignore, & hanc sententiam sequitur Donell. in d. l. maior, quamuis altera opinio communis sit. Neguſ. d. q. 5., & ita tenet glo. in d. §. de pignore, quam sequuntur communiter doctores, vt inquit ibi Curt. iun. num. 36., & num. 38. asserens hunc intellectum glo. esse ipsam veritatem. Non est tamen ommittendum quod Donellus in d. l. maior tenet indistinctè pignus tolli ipso iure, vt vera sit regula iuris de rebus eodem modo dissoluendis, quo colligatę sunt, dupliciter respondens ad tex. in d. §. de pignore, vt per eum. Quin Ferdin. Mendoza in l. 1. in fi. c. 12. num. 17. ff. de pact. intelligit Vlpianum in d. §. de pignore, loqui de pacto pignoris, quod tum fit, cùm quis promittit ad maiorem debiti præcedentis cautionem se pignus daturum, non etiam loqui de cõtractu pignoris, vbi quis de præsenti cõstituit rem in pignus, quoniam aliud est cõtractus pignoris, aliud verò pactum pignoris, vt aliud quoq; est contractus emptionis, & aliud pactum de futura emptione, vt per eum expręssa, itaq; remissione citra controuersiam tollitur pignus ipso iure, verùm vbi remissio est tacita, vel vbi interuenit traditio, tunc dubium est num pignus tollatur ipso iure, quamuis communiter doctores velint his casibus, minimè tolli ipso iure, vt dixi.

8 Et non tantum expræssè verùm, etiam tacitè pignus remittitur. Mascard. conclu. 1175. versic. pignus num. 7. Creditor itaq; qui consentit alienationi rei obligatæ iuri hypothecæ renunt. videtur lege si debitor §. 1. ff. quibus modis pign. quem tex. notabilem inquit Bal. in c. 1. §. præterea, quibus modis feud. amitt.

&

& singularem inquit idem in lege in venditione C. pro empto in l. quoties in omnibus C. de fideic. in l. si tibi decem §. de pignore ff. de pact. Negus. de pignori. 3. memb. sextæ part. num. 12. cum seq. est quoq; in l. si consensit in prin. l. sicut §. si voluntate ff. eo. lege creditor ff. de reg. iur. l. 2. C. de remiss. pign. Bart., & alij in l. quę dotis ff. sol. matr. Ias. l. si fundum per fideicomissum num. 39. ff. de leg. 1. & latissimè habetur per Negus. de pigno. 3. memb. 6. partis num. 12. ver. regula ergo sit, quam reg. ampliat. ibi vndecim modis, & limitat duodecim Pet. Duen. reg. 170. versic. creditor consentiendo. Mascard. de probat. concl. 1173. versic. pignus num. 8. ver. primo igitur, vbi latè declarat Cephal. consil. 228. nu. 15. Io. Pap. lib. 11. tit. 3. arte 16. Rot. Genu. decis. 190. num. 18. Neq; enim potest creditor vtiliter cōsentire alienationi pignoris, nisi pignus remittatur, quoniā manente eadem causa pignoris licet creditori, etiam inuito debitore rem alienare l. debitorem C. de pignori. Quin, & renunc. videtur creditor consentiens nouæ obligationi pignoris, videlicet rem sibi obligatam alteri obligari leg. partus ff. quibus modis pign. pulcrè Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 119. Negusan. de pignori tertio memb. 6. partis nu. 13. ver. tertio ampl. Masc. conclus. 1173. num. 40. Idemq; dicendum est si creditor consensit pignus dari in dotem l. lucius ff. quibus modis pign. Negus d. memb. 3. nu. 13. vnde filius consentiens alienationi bonorum patris, renūtiare dicitur iuri hypothecæ ex causa dotis maternæ, Pet. de Rauen. singul. 32. Magon. decis. lucen. 55. num. 14. Declara tamen, quod consentiens alienationi certarum rerum patris licet videatur renunc. iuri hypothecæ, quod habebat in illis bonis venditis occasione dotis matris, tamen non propterea intelligitur renūnt. hypothecę, quò ad alia bona patris non vendita. Pau. de Cast. consil. 97. breuiter per tex. in l. iubemus C. ad velleian. refert Gerard. d. sing. 328. Declaratur minimè sufficere præsentiam cum taciturnitate, vt censeatur per consensum iuri pignoris renunciatum, sed requiritur expræssus cōsensus leg. sicut §. non videtur ff. quibus modis pign. Bart. l. qui dotis nu. 22. ff. solu. matr. in lege fin. ver. aut expręssè C. de remiss. pigno. Fulg. d. l. 2. C. de remiss. pign., quam ita intelligit Negus. de pignori. d. memb. 3. nu. 23. Bursat. cons. 32. nu. 38. Mascard. d. consil. 1173. nu. 29. Declara etiam, vt creditor cōsentiens alienationi nullę sibi non præiudicet in pignore. Paul. Æmil. decis. 215. sed, & declara, vt procedat, si sequatur venditio rei hypothecatæ, alias secus l. sicut §. superuacuum, & §. si debitor ff. quibus modis pig. Roman. cons. 403. pro decisione in prin. Pręterea in tribus tamen casibus scientia, & silentium creditoris habetur pro consensu, & pignus, videtur remitti, & primo in casu lib. 1. C. de remiss. pign. idquæ ibi fauore libertatis, secundo in casu l. si eo tēpore C. de remiss. pign. vbi creditores præsentes prograuare admoniti videntur iuri pign. renunciasse, ne eorum fraudolenta dissimulatio emptoribus noceat, tertio in l. si hypothecas C. de remiss. pigno., & hoc propter fauorem fisci, est tamen sciendum, quod ex subscriptione, satis constat de expræsso consensu d. §. non videtur ibi, sed si se subscripserit facit l. fideiussor §. patet ff. de pignori. nisi tamen quis se subscripserit, vt testis l. Caius ff. de pigno. action.

Tacitā quoq; pignoris fit remissio, cùm creditor paciscitur non petere debitum principale, aut aliter debitum remittit, quoniam hoc casu per consequentiam de pignore, item non petendo pacisci intelligitur l. soluitur in prin. ff. quibus modis pign. l. 1. §. 1., & ibi not. Fulgos. ff. quibus modis pign. Nam pignus, cùm sit accessio principalis debiti, principali causa sublata, accessioni locus esse non potest l. cum principalis ff. de reg. iur. l. in omnibus ff. de solut. Imò quamuis debitum inutiliter remittatur, pignus tamen remiss. tollitur, si modò is qui debitum remisit pignus quoq; remittere potuit, & voluit, vt in l. 1. §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hyp. solu., & licet contrarium videatur per tex. in l. debitum C. de remiss. pignor. sed respondetur ibi conuentionem, inutiliter factam accipi, per ea quę verè, & in totum inutiliter facta sit, tam de principali debito, quam de pignoribus, quod tunc accidit, cùm remittens non potuit remittere debitum, neq; pign. aut neutrum voluit remittere. Idemq; est cùm creditor reddit debitori, cautionem debiti, & chirographum, vel instrumentū, in quo pignoris obligatio cōtinetur, quoniam eo casu videtur ius pignoris remittere l. creditricem, & ibi not. Bald. C. de remiss. pign., & hoc ideò, quia creditor cautionem reddēdo debitori suo conuenire intelligitur ne ab eo petat leg. 3. ff. de pact., debitum autem non potest remitti, quin tollatur accessio pignoris d. l. in omnibus, & pulcrè habetur per Mascard. d. conclus. 1175. num. 43.

Sed, & per redditionē pignoris, & rei obligatæ inducitur tacita pignoris remissio. Alba. & Ias. l. labeo ff. de pact. Negus. de pignori. 3. memb. 6. pact. princ. num. 20. Mascardus de probat. concl. 1173. num. 45. Quin non tantum per redditionem pignorum, vel per redditionē cautionis remittitur pignus, sed etiam per solum iussum d. l. creditricem, & ibi notat Fulgos.

Et multò magis remittitur i. pignoris, quod est accessorium, remissa principali obligatione vel debito l. debitum, & ibi Bald., & doct. C. de remiss. pign. Bart. in l. soluitur ff. quib. mod. pign. Mascard. d. concl. 1173. nu. 46. vbi etiā inquit contractu principali sublato censeri itē remissum ius pignoris, cùm pignus sit accessio quędam ad principalem obligationem, sed hic

queri

quæri potest an vitiosa remissione principalis debiti, vitietur etiam remissio hypothecę, & glo. in l. si sibi decem §. de pignore ff. de pact. communiter approbatur, vt per Socin. consil. 41. colum. fin. lib. 4. ita distinguit, Aut vitiatur remissio principalis debiti ex causa, quæ respicit etiā pignus, & hoc casu vitiatur etiam remissio pignoris, aut causa non respicit remissionē pignoris, & tunc licet vitietur remissio principalis debiti non tamē vitiatur pignoris remissio est igitur regula, quod si non valet remissio debiti principalis, nō valet etiam remissio pignoris consecutiui ad illud d. l. debitum, & hanc regulam facit Neguſ. de pignori d. tertio memb. 6. partis num. 47. vbi decl. reg. proced. quando remissio debiti principalis est inualida de iure communi, secus quandō remissio non valet de iure speciali, fauore personarum, per glo. in l. 1. §. 1. in glo. Magna. insi. ff. quibus modis pign. idem trad. Galiā. in l. centutio num. 159. vers. nono facit ff. de vulg., & pup. item proced. reg. quando remissio debiti principalis inualidatur ex causa, quę est etiam sufficiens ad inualidādum ipsum pignus, vt per Neguſ. d. tertio memb. in fi., vel etiam secundum eum proced. reg. etiam, vbi prohibetur remissio debiti, sed prohibitio habet causam perpetuam, per glo. in dicta lege prima §. 1.

Remittitur pręterea tacitè pignus per omissionem, & per lapsum temporis constitutum, ad docendum de iure suo, vt in casu lege si eo tempore C. de remiss. pignor.

Fideiussorem quoq; accipiens loco pignoris videtur renunt. iuri pignoris l. cum colono, & ibi Bald. ff. quibus modis pign., vel hyp. solu. sed vi. Neguſ. de pignori quarto membr. 2. part. princ. num. 90., vbi contrarium tenet, & respondet ad d. l. cum colono.

Creditor itē sciens pignus vendi per alium creditorem ius pignoris remittere videtur l. si hypothecas C. de remiss. pignor., vbi est casus specialis, vt per Fulgos. ibi, vt est etiam casus specialis fauore libertatis in l. 1. C. de remiss. pignor.

Sed, & emens fundum sibi obligatum dicitur remittere ius hypothecæ l. titius in princ. & ibi Bart. ff. quibus modis pign. Neguſan. d. tertio memb. num. 17. Menoch. cons. 763. nu. 12. Mascard d. concl. 1173. num. 53. similiter creditor accipiens à debitore, insolutum rem pignori obligatam videtur ius pignoris, quod habet in re, remittere. Bart. l. si quis alium ff. de solut. Bero. cons. 46. num. 3., & num. 10. lib. 1. Mascard. d. concl. 1173. num. 54. Qua ratione etiam, si creditor à debitore sit hæres institutus adita hereditate censetur remissum ius hypothecæ l. debitor, & ibi not. doct. ff. ad trebell. Mascard. d. concl. 1173. num. 55., & generaliter per dominium superueniēs rei pignori obligatę censetur remissum pignus eius rei l. ex cōstante §. latinus ff. de excep. rei iud. d. l. debitor. Mascardus dicta conclus. 1173 num. 52.

Postremò non est omittendum, quod remittens ius pignoris non censetur principali obligationi renuntiasse, nisi in eo casu, in quo chirographum reddit creditor, quoniam tunc, tam pignori, quam debito principali renunt. censetur Bald. l. creditricem Cod. de remiss. pigno. Mascardus dicta conclusione 1173. numero 63.

LVIII. RENVNCIATIO, ÆTATIS BENEFICII.

Summæ.

1 *Aetas minor, vel senilis est priuilegiata.*
2 *Minori ætati magis iura subueniunt, quam sexui.*
3 *Aetati senili iura quoq; succurrunt.*
4 *Priuilegijs, quæ senili ętati conceduntur, renuntiari posse.*
5 *Minor an renuntiare possit ętatis beneficio.*
6 *Minor renuntians ętatis beneficio, an censeatur item renuntiare beneficio restitutionis in integrum.*
7 *Minoris iuramentum an tollat ætatis beneficium.*
8 *Iuramentum minoris qualiter extendi debeat.*
9 *Minor iurans, non contrauenire ratione minoris ætatis, vel alia quacunq; ratione, & causa.*
10 *Minor iurans non certioratus.*
11 *Iuramentum assertorium minoris.*
12 *Minor iurans obligatur etiam stante statuto prohibente minoris personam obligari.*
13 *Iuramentum obligat minorem ex quasi contractu, & in iudicio.*
14 *Minor iurans tanquam maior.*
15 *Minor per iuramentum non incidit in pœnas l. si quis maior C. de transact.*
16 *Iuramentum minoris non firmat contractum, cùm contrahens, cum ipso minore versatur in turpitudine.*
17 *Iuramentum non tollit minoris ætatis beneficium ad legitimandum personam minoris ætatis in iudicia.*
18 *Minor iurans ex interuallo post contractum.*
19 *Minor si verè non iurauerit.*
20 *Minoris tutor si iurauerit.*
21 *Iuramentum minoris, vt operetur debet esse obligatorium.*

Vo potissimum faciunt, vt personę aliquid concedatur, & indulgeatur, nempè ętas, & sexus. Rursus ætas, aut senilis, aut minor. Miserationem quippè cōmouent fœminæ senes, ac pueri, siue minores, quod rectè expressit Ouid. in epistola prima, dum ita cecinit.

Tres sumus imbelles numero, sine viribus vxor.

Lucr-

Laerteſq; ſenex, Telemachusque puer.

1 Ætas igitur præſtat, vt perſonæ beneficia tribuatur, ſed exigit ætas minor, vel ſenilis. Nam ætatis minoris, & maximè pueritiæ conſilium fragile eſt, atque infirmum, nec ante 25. annorum virilis, ille vigor comperitur. Quo magis minori ætati, quã ſexui iura ſubueniunt l. quamuis C. de iur. & fac. ignor. l. 1, in prin. ff. eo. lege ſi apud in ff. de minori. Tiraq. in præfat. l. ſi vnquam num. 101. C. de reuocādo nat., atque ætatis priuilegium potentius eſſe beneficio velleiani not. Fulgoſ. in d. l. ſi apud in princ. & aſſerit Bolan. de reſtitu. in integ. c. 284. num. 1. & ideò minoribus in omnibus ferè contractibus ſuccurritur mulieri autem, tùm ſubuenitur tantum, cum pro alio intercedit, vt dicam infra de renunt. vel. etiam, non modo ratione minoris ætatis, ſed ex cauſa ſenilis ætatis iura ſubueniunt, quoniã ſecundum Archid. in c. tanta 86. dist. ex phyſicorum doctrina puerilis ætas, maximè cum ſenili conuenit, & proinde vtraq; excuſationem præbet l. 1. §. ætas l. iij. §. ignaliter ff. ad ſillania, & a muneribus excuſat. Antibo de munet. par. 3. princ. colum. 1. Nam, & tex. lege annaria, antiquitus cautum fuit, ne ſenio confecti publicis munijs præficerentur. Cuius legis hæc ſunt verba, Æuitatem annali lege ſeruanto. Vnde, & Plato lib. 6. de legi. non permittit maiorem ſeptuaginta annis in Magiſtratu perſeuerare; Nam homines poſteam ætatem paulatim deſipiſcere, & cum pueris ineptire ſolent; Senex igitur, vt habet multa ex ſenio incommoda, iuxta illud Horat. de arte Poet. Multa ſenem circumueniunt incommoda, ita multa habet in iure priuilegia. Rouil. de ſilti, & multis. c. 14. Cepol. de imperat. milit. deligen. in ver. Bartolomæus num. 4. & remiſſiue Lantrã. de priuileg. in ver. rem ſatis arduam num. 49. & ſenem in iure multis gaudere priuilegijs tradit Oſaſch. deciſ. 123. per totam. Nam ſenectuti plurimùm eſt deferendum l. ſemper ff. de iure immunita, ſed de honore ſenibus exhibendo, ac de priuilegijs ſenum latè Tiraq. de iure primigenit. in præfat. num. 79. cum ſeq. Caſſane. in catal. glor. mundi par. 11. conſider. 17.

4 His autem priuilegijs, quæ ſenili ætati conceduntur renuntiari poteſt l. cum decurionatus, & ibi not. Bart., & Baldus C. de decurio. lib. x. Nam ſenibus non tribuuntur priuilegia & beneficia propter infirmitatem conſilij, vt de minoribus, dicitur Bart. d. l. cum decurionatus, ætati minori ius ſubuenit, ob eius imbecillitatem, plura tribuendo auxilia, at ſenili ætati plurimum defertur in priuilegijs, vt ætati venerandæ honor exhibeatur l. Sancimus ibi, cunctis conſulum priuilegijs C. de conſuli lib. x. & ita per illum text. voluit Cepol. in tract. de imperat. milit. delig. in priuilegio antiquitatis ver. quadrageſimo octauo. Ratione igitur ſenij, aut tribuuntur plura priuilegia, vt ſenectuti honor deferatur, quamquam pluraetiam tribuuntur, vt ſenili ætati parcatur. Vnde hæc ætas in pluribus excuſationem præbet, vt per Tiraq. de iure primogen. in præfat. num. 211. & 214. Ignoſcendum quippè eſt ætate defectis l. 3 §. ignoſcitur ff. ad ſillania, & quamuis minoribus ſuccurratur ob ætatis infirmitatem, tamen ſenibus ſubuenitur non ea ratione, ſed vt honor illis tribuatur, vel eis ætate defectis ignoſcatur. Neq; dicendum eſt ſenilem ætatem comparari ætati puerili, quia id procedere poteſt interdum in ætate iam decrepita, imò ferè ſemper ſenum prudens eſt conſilium; Vnde Ouid. lib. 15. Metamor. ita pulcrè inquit, etenim mihi multa vetuſtas ſcire dedit, & ibidem libro 6. ſeris venit vſus ab annis. Quin etiam iuris præſumptione in ſenibus maior eſt prudentia, ob rerum vſum. Ruin. conſ. 13. nu. 2. libr. 1. plenè Laſ. conſ. 192 col. 1 lib. 2. ſenibus, itaq; permiſſum eſt priuilegijs ætatis beneficio inductis renuntiare, quoniam ſua renũciatione lædi non poſſunt, ob infirmum ætatis conſilium, imò ſemper præſumuntur, vti prudentia, quæ ætati conuenit, tam in obligationibus, & promiſsionibus, quam in renunciationibus.

5 Aliud dicendum eſt de minoribus, qui non poſſunt renuntiare ætatis beneficio, quod conſequuntur ob ætatis imbecillitatem. Bart., & Bald. in l. cum decurionatus C. de decurio. lib. 10 glo. in l. ſi iudex circumuento ff. de minori l. iij. C. ſi min. ſe maior dixe. in l. ſi intra C. de reſtitu. in int. min. Bart. l. doli mali verſic. diuerſum ff. de noua. Specul. tit. de reſtitu. in integrum §. qualiter ver., ſed nunquid maior ratio, autem illa eſt, nam hoc beneficium dicitur ætatis auxilium l. 2. C. ſi vnus ex plurib. appella. ibi, quod ſi ætatis auxilio, quia auxilium præſtat aduerſus imbecillitatem, & leuitatem ætatis; Vnde qua ratione lędi, & circumueniri poſſunt in obligationibus, & promiſsionibus, ex cauſa infirmitatis, & fragilitatis minoris ætatis eadem facilè, & nullo negotio, decipi poterunt in renunciationibus, & adduci poterunt ad renuntiandum, nimirum, quia, & obligationis, & renunciationis eadem eſſe poteſt leuitas, & facilitas l. doli ver. diuerſum, & ibi Bartolus, & alij ff. de nouatio. Qui enim induci potuit, vt promitteret, & ſe obligaret facilè etiam, vt eſt fragile conſilium huius ætatis, eò abducetur, vt renunciet auxilio ætatis, atque promiſsionem, & obligationem quam fragilitate, ac leuitate ſua comprehauit, adhibita etiam renunciatione confirmet, & dicam etiam infrà de renunt. reſtitutionis in integrum.

6 Et quoniam reſtitutio in integrum minoribus concedi ſolet ætatis ratione l. 1. ff. de minori ideò dubitari hoc loco poteſt, an minor renuntians ætatis beneficio, cenſeatur item renuntiare reſtitutionis in integrum beneficio, quod ætatis ratione tribuitur, ſed hæc quæſtionem

nem elegantissimè explicat Odd. de restitu. in integrum quæstione 26. numero sexto, vsque ad finem, quem videre poteris (neque enim huc omnia trãsferre voluimus,) & vide etiam de renunciatione restitutionis in integrum.

Sed quamuis minor non possit expræssè renuntiare ętatis auxilio, ob ætatis imbecillitatem, quę vt obstat obligationi, & promissioni, ita obstat renunciationi dicta lege doli versiculo diuersum. Tamen cùm minor renuntiat
7 cùm iuramento, vel simpliciter iurat non contrauenire, tunc amittit ætatis beneficium, atq; illi renũtiare censetur authentica sacramenta, & ibi notant omnes, Codice si aduer. vendition., & ibi Cynus inquit per dispositionem dicta authentica, multorum animas fuisse in infernum detrusas, & est textus in capitulo vnico §. item sacramenta puberum, & ibi glossa prima de pace iuramentum firm. in vsi. feud. Bartolus in lege si quis pro eodé, in principio ff. de fideiuss. Alexander post Bartolus, & alios in lege si quis maior numero decimo Codice de transactione. Decius consilio sexcentesimo octuagesimo secundo in causa numero decimo septimo, & consilio 349. numero 6. Craueta consilio 7. numero 3. Berous consilio 50. num. 49. consilio 154. numero 12. libro. 1. Ruinus cons. 135. num. 10. lib. 1. Socin. iun. cons. 48. num. 18. lib. 1. cons. 3. num. 26. lib. 2. Curt. iun. cons. 18. col. 3. nu. 4., & cons. 119. Corn. cons. 191. in prin. lib. 2. cons. 72. in prin. lib. 3. Gabriel. in communi tit. de minori conclu. quinto Afflictus decil. 322. dominus numero primo. Brunus consilio vigesimo numero 10. Alba consilio vndecimo numero quarto. Rolandus consilio quinquagesimo nono numero vigesimo tertio libro primo. Becciusconsilio decimo octauo numero vndecimo. Bauerius de virtu. iuram. num. 59. Seraphin. de priuil. iuram. priuileg. 83. Lamberten. de contractibus eorum in fine num. 36. Mancin. de iuram. par. 4. effectu primo quæstione decima tertia, & quæstione decima quarta. Nam iuramẽtum confirmat contractum inualidum, ratione minoris ætatis, & ita tenent omnes, & consuetudo approbat, vt per Bart. in dicta authentica sacramenta, & per iuramentum minoris, ipse minor repræsentatur maior, & confirmatur contractus, secundum communem sententiam vt notat Aretin. in dicta authentica sacramẽta numero primo, pactum quippè improbatum, ratione imbecillitatis personæ, nimirum minoris, firmatur iuramentò. Bartolus in lege seius, & Augerius numero quarto ff. ad lege falcid., & id totus mundus obseruat, vt inquit Paulus de Castro in dicta authentica sacramenta, & refert Corne. consilio septuagesimo secundo in principio libro tertio.

Quanquam dispositio dicta authentica sacramenta, apud aliquos non obseruatur, vt eã apud gallos non seruari testatur Montãn. de tutel. capitulo 33. numero 577. vt neque obseruatur ex dispositione statutorum Mediolan. de sacramentis puberum.

8 Vnde minor simpliciter iurans non contrauenire, videtur in dubio iurare, vt non possit contrauenire ex causa ætatis tantum, non autem ex alia. Cauti igitur debent esse notarij vt in minorum contractibus, minores ipsi iurent non contrauenire ratione minoris ætatis, neq; ex alia quacunque ratione, & causa. Bartolus dicta authentica sacramẽta columina secunda versiculo ad vnum tamen, quem sequũtur doctores secundum intellectum glossa in dicta auctoritate in versiculo, in contractibus, quem ibi tenet Bartolus, & communiter doctores, & Paulus de Castro, qui inquit ita totum mundum obseruare, & hanc esse communem doctor. opinionem asserit. Guter. authentica sacramenta puberum numero 31. Codice si aduer. vend. Ex quibus rectè infertur, quod minor in contractu emptionis, & venditionis iurare debet non contrauenire ratione minoris ætatis, neque ratione læsionis, & remedij lege secunda Codice de resc. vend., nec aliqua alia ratione, & causa, quoniam sic excluditur non modò, ab ætatis beneficio, sed, & ab omni auxilio, & beneficio iuris, & ita tradit glo. Bart. Bald., & Salicet. in l. 2. C. de rescind. vendit. Paulus de Castro, in repetitione dicta authentica sacramenta numero quinto, & ibi Curtius Iun. numero centesimo quinquagesimo quarto, vbi inquit ita communiter teneri. Rimin. Sen. consilio 759. numero sexto. Corne. consilio 258 num. 10. lib. 4. Surd. conf. 283. nu. 3., & num. 7. cum seq. Alioquin. minor læsus vltra dimidium iusti prætij, & simpliciter iurans non excludit se a beneficio d. l. 2. sed tantum ab ætatis auxilio glossa in lege sciendum ff. de verborum obligatione. Bartolus in dicta lege secunda doctores in dicta authẽtica sacramenta. Baldus lege si duo patroni §. iulianus ff. de iureiur. Nam iuramentum ita demum suplet ętatis defectum, cùm is solus est, secus si aliud vitium sit illi coniunctum. Bartol. dicta authentica sacramenta columine secundo, & ibi Iason nume. 46. Menochius cons. 29. num. 39., & cons. 465. numero decimo, & ad id facit lege prima C. si maior fac. rat. hab, vbi per ratificationem cõtractus factam ab eo, qui poterat contractum duplici iure impugnare, nimirum ex beneficio minoris ætatis, ac vt maior solùm tollitur beneficium minoris ætatis, non etiam aliud, quod maioribus competere potest. Ratio est secundum Menochius dicto numero trentesimo nono, quia iuramentũ non potest suplere plures defectus, sed de hac re
9 vide, quæ dixi alibi. Verùm aliud dicendum erit, cùm minor iurat non cõtrauenire ratione minoris ętatis, vel alia quacunq; ratione, & causa, quoniam, dum iuramentum de non cõtraueniendo ratione minoris ętatis facit eum maiorem, iuramentum, verò de non cõtraueniendo alia ratione, seu causa operatur, vt

videatur renuntiasse, vt maior, vnde iuramentum tunc confirmat cõtractum in omnibus casibus, in quibus confirmare potest contractum à maiore factum. Bartolus dicta authentica sacramentum numero decimo quarto. Imò, vt excludatur, tam ætatis minoris beneficium, quàm aliud satis est iuramentum esse generale, nimirum de non contraueniendo aliqua ratione, vel causa, quoniam tunc non restringitur ad ætatis minoris auxilium, sed generaliter excludit ab omnibus remedijs, vt respondet Surdus consilio ducentesimo octuagesimo tertio numero octauo cum sequentibus. Planè illud nullam habet dubitationem, quod iuramentum minoris de non cõtraueniendo ratione minoris ętatis, ad ętatis auxilium tantum trahitur, non etiam ad alia. Angelinus, & alij dicta authentica sacramenta. Lambertinus de contractibus, cornm in fine numero trigesimo septimo, nam hoc casu licèt iurans videatur asserere se minorem, tamen ex iuramento suppletur ætatis defectus Cornelius consilio ducentesimo trigesimo sexto, columine penultimo libro quarto, & paria sunt esse maiorem vel minorem, sed beneficio minoris ętatis, vti minimè posse argumentando lege si in duobus §. si tabulę ff. quem testatur apertissimè lego in lege ff. de contractibus emptionis. Quare obligatur, minor tantum ad non vtendum hoc beneficio, non etiam alijs, quandoquidem limitata causa limitatum producit effectum lege in agris ff. de acquirendo re. domi(n)ijs, sed quod minor simpliciter iurans solum censeatur renunciare beneficio ætatis, tenet Bartolus lege secunda columine tertio, & ibi Paulus de Castro Codice de rescind. vendit. Paulus de Castro dicta authentica sacramenta numero decimo, vbi inquit doctores ita communiter sentire, & ibi Iason numero quarantesimo sexto. Ruinus consilio centesimo quinquagesimo nono columine finali libro quinto, latè Riminaldus iunior §. primo institutione quibus alienationibus licet numero ducentesimo quarantesimo. Durans de arte testandi titulo de vari. testam. præcept. cautela quinta Couarruuius capitulo quamuis parte tertia §. quarto versiculo quarta conclusio de pactis libro sexto, quamuis nonnulli cõtrarium tenuerint, vt refert Seraphinus dict. priuileg octuagesimo tertio numero decimo quinto, & num. quarantesimo nono.

10 Amplia modò prædicta procedere, etiamsi minor iurans certioratus minimè fuerit. Bartolus dicta authentica sacramenta, & hanc esse communem opinionem, ab ea, quę recedendum non esse inquit Iason dicta authentica sacramenta numero quinquagesimo nono versiculo non recedas tamen, & ibi Paulus de Cast. in repetitione numero quarto, vbi inquit hanc opinionem esse veriorem, & Cornelius ibi numero decimo septimo versiculo contrarium, verò. Bolanta de restitutione in integrum capitulo 114.

Amplia præterea procedere, etiam in iuramento assertorio, quoniam vbi minor cum iuramento asserit se maiorem, certè videtur renuntiare minoris ætatis beneficio libro tertio C. si min. se maior dixe. Cùm igitur iuramentum pręstatur verbis tantum, tunc habetur pro maiore, quamuis probari possit contrarium, & iuramentum minimè firmet contractum, si quidem iurans contra illud venire potest dicta lege tertia. Verùm si minor iurauerit tactis scripturis, tunc non tantum habetur pro maiore, sed etiam confirmatur contractus, nam cùm contrarium probari non posit, neque doceri posit de minori ętate, perinde haberi debet, ac si validus esset lege, qui habebat ff. de manumiss. testam., quod autem hoc casu confirmetur contractus alioquin inualidus, ratione minoris ætatis, habetur per Paulus de Castro, cõsilio quinquagesimo tertio volumine primo libro secundo Ancharan. consilio ducentesimo vigesimo sexto. Socinus consilio sessagesimo sexto numero vigesimo octauo libro primo. Afflictus decisione trecentesimo nonagesimo tertio. Cagnolus lege si quis maior numero vigesimo quarto Codice de transactione. Verùm dubitari solet, circa iuramentum assertorium à minore præstitum tactis scripturis, an illud confirmet cõtractum inualidum, alia ratione, quàm minoris ętatis, & glo. in lege tertia Codice si minor se maior dixe., & ibi Paulus de Castro tenet non confirmari cõtractum, & idem tenet Ioan. Andre. ad specul titulo de sententijs § vt autem. Socinus dicto consilio sessagesimo sexto numero vigesimo octauo cõsilio sessagesimo primo in præsenti num. quinto libro primo. Romanus consilio decimo secundo numero quinto. Paulus de Castro dicto consilio quinquagesimo tertio columine secundo. Curtius Iunior consilio centesimo decimo octauo numero nono, & consilio centesimo decimo nono nu. 6, latè Marsil. sing. 299. aduertas Tiraq. de legi. connub. glo. 8. q. Cremens. not. 162. Grãmatic decis. 12. Benintem. decis. 47., vbi testatur de magis cõmuni Rim. Iun. instit. quib. alien. lic. §. 1. numero vigesimo septimo.

Cõtrariũ tñ tenet Bar. Bal., & alij d. l. 3. C. si min. se maior dixe. per text. ibi, in illis verbis, nullũ tibi superesse auxiliũ. Corne. cõs. 191. l. 2. cõs. 121. in fi. li. 3. Ruin. cõs. 103. n. 12. li. 4. Pari. cõs. 97. n. 32. l. 1., vbi inquit doct ita cõmuniter sẽtire. Afflic. decis. 393. n. 13. latè Grat. cõs. 46. li. 1. sed quis plures teneãt hãc opinionẽ tñ nõ videtur recedẽdũ à priori sẽtentia, quæ vr esse magis recepta, & quæ nititur hac potissimum ratione, quod sic iurans intelligit solum asserere se maiorem, & proinde actus non debet operari vltra intentionem agentis lege omnis ff. si certum petat. Neque obstat textus dicta l. tertia, quia ibi, quod dicitur, vt nullũ superesset iurati auxiliũ, intelligi debet, quò ad facultatẽ

pro-

probandi minorem ætatem, & ita intelligit Socinus Iunior cõsilio tertio numero vigesimo sexto libro secundo. Sequitur Curtius iunior dicto consilio centesimo decimo octauo, & consilio centesimo decimo nono.

12 Amplia quoquæ procedere, etiam si statutum prohiberet personam minoris obligari, secundum communem opinionem, vt per Ias. dicta auth. sacramenta. Craueta consilio septimo numero decimo sexto. Gozadinus consilio decimo sexto numero quinto, vel etiam si statutum loquæretur in personam. Seraphin. de priuileg. iuram. priuil. 83. numero septuagesimo.

13 Sed, & extenditur procedere in quasi contractu glossa dicta authentica sacramenta, in versiculo contractibus. Gabriellus titulo de minoribus conclusione quinta numero vigesimo secundo. Quinimò procedit etiam in iudicijs. Bartolus dicta authentica sacramenta numero vigesimo secundo. Vnde etsi alids minor sine curatore non posit esse in iudicio lege secunda Codice qui legitimam personã stante in iudicio lege properandum in fine Codice de iudicijs glossa, & doctores in lege cum, & minores Codice si aduer. rem iudiciariam. Tamen minor comparens in iudicio, & cum iuramento promittens, & se obligans non venire contra iudicium, vel sententiam obligatur ex vi iuramenti, quod facit eum, & si minorem, maiorem censeri, & hanc cautelam tradit Ias. in dicta authentica sacramenta, & ibi Curtius Iunior numero centesimo quarantesimo nono qui inquit hanc cautelam esse notandum, & latè tradit Seraphinus de priuilegijs iuramen. priuileg. centesimo trigesimo tertio. Gnterius de actibus iudic. iurat. cap. 11.

14 Sed, quod diximus minorem simpliciter iurantem censeri renuntiare beneficio ętatis tantum, id declaratur non procedere, cùm iuramentum præstitum est à minore tanquam maiore, nulla ætatis mentione facta, quia fortè credebat se maiorem, hoc quippè casu iurans non habetur pro maiore, nec ętatis beneficio renuntiasse videtur, vt per doct. in dicta auth. sacramenta. Nequæ enim intelligi potest, vt is censeatur renuntiasse auxilio ætatis minoris qui ignorat se minorem lege mater decedens ff. de inofficijs testament., & ita tradit Socinus consilio tertio columne penultimo libro secũdo: Socinus Iunior consilio tertio num. quarantesimo septimo libro secundo. Ruinus consilio centesimo nonantesimo, columine finali libro primo. Minoris itaquæ iuramentum, ita demum confirmat contractum, si tanquam minor iurauit, sciens se esse minorem, secus si credat se esse maiorem, atquæ vti maior contrahat. Cephalus consilio quatrocentesimo sexagesimo sexto num. trigesimo primo, Socinus Iunior dicto consilio tertio numero quarantesimo sexto. Et ideò bene erit, vt notarius in contractu, & obligatione minoris, ita extendat iuramentum, Qui N. sciens se esse minorem iurauit non contrauenire ratione minoris ætatis, vel alia quacunquæ ratione, vel causa &c.

15 Declara etiam, vt minor non censeatur renuntiare huic beneficio, in his, in quibus verè requiritur ætas maior, non etiam fictè, & interpretatiuè, vt hic, & ideò per iuramentum minor non incidit in pœnas l. si quis maior C. de transact., vt per glo., & doct. communiter in d. lege si quis maior, nam, vt sit locus pœnæ probari debet cõtrauenientem fuisse maiorem Nonius cons. 70. nu. 4. nequæ iuramentum efficere potest, vt id fit, quod non est l. eum, qui §. si iurauero ff. de iureiur.

16 Non tollitur quoquę per iuramentum hoc beneficium, quando contrahens cum minore versatur in turpitudine, veluti, quod sciat minorem verisimiliter prætium consumpturum, & tunc iuramento non firmatur contractus. Butri., & Imolae. cum contingat, & ibi Abb., & Alciat. num. 131. de iureiur. per tex. in l. si quis, cùm sciret ff. pro empto. Grammatic. decis. 66. num. 50 Natta cons. 631. num. 11. Rimin. Iun. instit. quibus aliena. lic. in princ. num. 279.

17 Declaratur prætereà, non procedere in beneficio ętatis ad legitimandum personam minoris in iudicio, quoniam tunc iuramentum non tollit beneficium, vt per Bald. in l. 1. C. de confess. Marsil. cons. 26. n. 10. Grat. cons. 52. n. 10. Bauer. de virtu. iuram. n. 60., quod tamen intellige, nisi minor constituisset cũ iuramẽto procuratorẽ, quia tunc processus cum procuratore factus valet, tanquã cum maiore, Guid. Pap. q. 35., & q. 394 Gabr. d. tit. de minor. cõcl. 5. n. 21. vel nisi minor iurasset non venire cõtra processum decis. Tolos. 45. 49, & decis. 106 vel nisi iudiciũ sit de re spirituali, cùm in his non attẽdatur minor ętas, modò quis maior sit 14. ann. c. fin. de iudic. lib. 6. Crau. cons. 90. in prin. Aufrer. decis. Tolosa 113. sed, & non proced. in iuditio instituto occasione contractus, in quo minor se maiorem iurauit, quod notãdum esse inquit Lup. in rub. de donat. inter vir, & vxor §. 21. num. 21.

18 Non procedit etiam cùm minor iurauit ex interuallo post contractum, quia tunc non firmat contractum, qui à principio fuit nullus, per regulam lege, quod ab initio ff. de regul. iur. Paul. de Cast. dicta auth. sacramenta, sed contra sentire videntur Corne. & Alciatus, quos refert Rimin. dicto principio. Institut. quibus alienationib. lic. numero ducentesimo octuagesimo secundo, à quorum sententia minimè esse discedendum inquit, Seraphin. de priuileg. iuram. priuil. 83. nu. 68. ver. tamen dicas.

19 Declaratur nec non procedere in minore; qui verè iurauit, cùm aliud sit, vbi verè non iurauit, putà quia minori iurare volenti remissum fuit iuramentum, nam quamuis remissio idem operetur,

quod iuramentum, tamen secus est in iuramento confirmatorio. Alex. l. non erit §. si neque in prin. ff. de iureiur.

20 Dic quoque, tùm procedere, cùm ipse minor iurauit, secus si eius tutor glossa lege tutor in prin. ff. de iureiur. per tex. in l. nam, & postea §. si minor ff. de iureiur. Corne. consil. 178. in fi. lib. 3.

Non procedit etiam stante statuto, quod contractus minorum celebrati, sine certis solemnitatibus præsumantur simulati, etiam accedente iuramento, & quod iuramentum præsumatur dolo præstitum. Seraphinus de priuilegijs iurament. priuilegi. 83. numero 79. limitatione vltima. Postremò dic ex iuramento minoris, tùm non induci renunciationem beneficij minoris ętatis, cùm iuramentum non obligat, puta quando per dolum illud extortum fuit d. auth. sacramenta cap. quamuis de pact. libr. 6. capit. cum contingat de iureiur., quod tamen intelligitur, cùm dolus est huiusmodi, vt faciat cessare consensum, quoniam tunc non requiritur absolutio, aliàs secus. Seraphinus de priuilegijs iurament. priuileg. 83. numero 63., vel iuratum sit ex falsa causa. Seraphinus dicto loco numero septuagesimo primo, vel etiam quando non iurauit sponte ibid. num. 75.

LIX. RENVNTIATIO, RESTITVTIONIS IN INTEGRVM.

Summæ.

1 *Restitutionis in integrum auxilium, vnde prodeat.*
2 *Aequitas quid sit.*
3 *Aequitas est fundamentum beneficij restitutionis in integrum.*
4 *Restitutio in integrum quid sit.*
5 *Restitutio in integrum, vt concedatur semper spectari debet causa amittendi ius.*
6 *Restitutio in integrum conceditur, aut maioribus viginti quinque annis, aut maioribus.*
7 *Restitutionis in integrum beneficio, quod maioribus competit, renuntiari potest.*
8 *Restitutio in integrum non est beneficium concessum principaliter fauore publico.*
9 *Renunciatio restitutionis in integrum specialis esse debet.*
10 *Restitutioni in integrum etiam tacitè renuntiari potest.*
11 *Minor non potest renuntiare auxilio restitutionis in integrum.*
12 *Beneficio inducto ob persona imbecillitatem renũtiari non potest.*
13 *Minor expręsè renuntiare non potest beneficio restitutionis in integrum.*
14 *Minor tacitè renuntiare potest beneficio restitutionis in integrum, illo non vtendo.*
15 *Minor cur tacitè renuntiare possit beneficio restitutionis in integrum, illo non vtendo, non autem expręsè.*
16 *Beneficiorum natura illa est, vt inuitis minimè conferantur.*
17 *L. si iudex circumuento ff. de minori intellectiue remissiuè.*
18 *Fideiussor minoris, an possit vti beneficio restitutionis in integrum, etiam quoties minor non vult eo vti.*
19 *Velleiano potest mulier tacitè renuntiare eo non vtendo.*
20 *Restitutionis in integrum renunciatio à minore facta ipso iure non valet.*
21 *Restitutionis in integrum renunciatio à minore facta etiam sæpè, & in alijs instrumentis non valet.*
22 *Restitutionis in integrum beneficio renuntiare poterit maior factus, etiam intra quadriennium à iure concessum ad petendo restitutionem in integrum.*
23 *Cautela, vt alius pœnam promittat in casum, in quo velit minor, vti restitutione in integrum.*
24 *Minor potest renuntiare cum iuramento auxilio restitutionis in integrum.*
25 *Minor iurans generaliter super contractu, an censeatur renuntiare beneficio restitutionis.*

Tsi nihil facilè mutandum est ex
solemnitatibus: tamen vbi euidens
æquitas poscit, subueniendum est, ita eleganter traditur in
lege diuus ff. de in integrum restitutione,
vbi agitur de in integrum restitutione tribuenda ijs, qui sine culpa sua decepti,
2 in captionem inciderunt. Nam, ne ignoretur
ex quo fonte, prodeat auxilium restitutionis
in integrum, sciendum est, quod leges generaliter præcipiunt lege iura ff. de legibus, sed
quoniam interdum euenire potest, vt non omne sub legis generalitate comprehensum, semper, & vbique sit iustum: ideò, quod legislator amisit, generaliter, & simpliciter locutus, id emendari, & corrigi ex æqui-
3 tate oportet. Hinc quæ sit æquitas, quæ est
emendatio legis, in ea parte, qua deficit generaliter, & indistinctè loquendo: quoniam legislator si de illo casu speciatim interrogatus fuisset, haud dubiè legis defectum in ea specie expræssim emendasset. Defectus autem, & omissio, quæ emendatur, sanè non est in lege, aut in legislatore, sed in ipsa rerum, & negotiorum natura lege non possunt ff. de legibus. Aequitas igitur emendat legis defectum, generaliter, & absolutè loquentis, ex iusta tamen causa id suadente, & ex verisimili mente ipsius legislatoris, vt tradit Phylosoph. libro quinto ethicorum capitulo decimo. Hæc æquitas poscit, vt quibusdam casibus, ijs, qui ius suum ami-

amiserunt, ex causa subueniatur, & à legis generalitate desflectatur, cùm illis casibus legis generalitas fit summam ius, & proinde egeat æquitatis emendatione, nam etsi à generalitate legis facilè non sit recedédum, tamen vbi euidens æquitas possit, subueniendum est dicta lege diuus. Vnde rectè dicitur equitatem esse fundamentum auxilij, restitutionis in integrum lege quia absente in illis verbis, equũ est tibi restitui causæ defensionem, & ibi notat Corneus Codice de procuratoribus lege prima in principio ff. de minoribus, & dicta le-
4 ge diuus. Est autem hoc beneficium, vt dicitur in lege secunda Codice in quibus causis in integram restitutionem non est necessarium amissæ causæ redintegratio. Vnde hoc auxilium continetur primum amissione sui iuris, deinde illius redintegratione. Neque enim id potest restitui in integrum, nisi quod prius integrum esse desijt, hoc est amissum fuit, & restituere in integrum est rem amissam in eum locum, seu statum reponere, qui futurus esset, si non esset amissa lege vnica Codice de reputatione, quæ fiunt in iuditium in integrum restitui lege, quod si minor §. penultimo ff. de minoribus. Verùm, vt ius amissum, hoc auxilio restituatur, non satis est illud amissum fuisse, sed amittendi causa semper est spectanda, quoniam eam videtur iniquam, equitas improbare debet, & talis iudicari debet, vt ex ea iniquum censeatur, vt quis summo iure, & quasi per iniuriam, ius suum amittat. Hæ causæ, non in omnibus eadem sunt, nam aliæ in maioribus viginti quinque annis, admittunt hoc auxilium, aliæ in minoribus. Hinc
6 sunt duo genera restitutionis in integrum, nempè quædam est maiorum vigintiquinque annis, quędam minorum. Quæ maioribus cõpetit restitutio in integrum, ea est etiam cum minoribus communis, nimirum quia his magis subueniendum est, propter ætatis infirmitatem. Quæ autem minoribus tribuitur, ea est minorum propria, cum ratione ætatis tantum concedatur, sed prius videamus de in integrum restitutione maiorum, & an huic beneficio renunciari possit, & sanè primum videtur quod non, si quidem hoc beneficium respicere videtur publicum commodum, & ad publicam pertinet vtilitatem, vt lęsis succurratur, vt notat Bartolus in lege prima ff. de restitutione in integrum, & in causa absentiæ est textus in lege seruum quoque §. puplicè lege non solum §. finali ff. de procuratorib. capitulo reos vigesimo tertio quęstione quinta,
7 Sed verius est renuntiari posse lege si intra Codice de restitutione in integrum minor., vbi glossa, & ibi notat Fulgosius, Bartolus lege ius publicum ff. de pactis. Bursatus consilio centesimo quarto decimo, numero trigesimo
8 primo libro primo. Nec quicquam facit, quod sit beneficium bono publico concessum, quoniam in restitutione in integrum consideratur publica vtilitas minus principaliter, & hoc beneficium versatur principaliter circa priuatam vtilitatem eius, qui læsus, aut deceptus restitutionis auxilium petit, vt per Bartolus dicta lege ius publicum. Oddus de restitutione in integrum parte prima, quæstione vigesima sexta articulo tertio. Vnde renuntiari solet beneficio restitutionis in integrum, ex ea clausula generali, de qua in lege prima, in fine ff. ex quibus causis maior. Butrigus de renunciatione iurium titulo de beneficijs clausul. general. dicta lege prima.

Nam restitutio in integrum est beneficium, & ideo illi renuntiari potest, cum, & alias semper contra beneficium legis pacisci liceat lege pacisci, & ibi notant glossa, & doctores ff. de pactis.

Quapropter restitutioni in integrum locus esse non potest, vbi fuit illi renunciatum. Cephal. consilio quatrocentesimo octauo numero vigesimo octauo. Pręterea si renuntiatum fuerit restitutioni in integrum, & postea petatur restitutio, atque illa pendente fiat executio, non dicitur attentatum, nec executio, vti attentata retractari poterit Lancell. de attentat. capitulo decimo octauo limit. 10.

9 Debet tamen expræssè, & nominatim, fieri huiusmodi renunciatio, alias per verba generalia, non intelligitur renuntiatum huic auxilio. Baldus consilio centesimo quatrogesimo octauo, numero quinto libro primo consilio ducentesimo trigesimo sexto statuto, versiculo in contrarium libro eodem. Oddus de restitutione in integrum dicta quęstione vigesima sexta articulo primo, vbi refert id speciatim adnotasse. Petrus Rauen. singul. ducentesimo septuagesimo nono, per lege si minor §. minor, & ibi Baldus ff. de minoribus. Carolus de Grassis de exceptionibus, ad materiam statutorum exceptionum triginta quatuor numero septimo, & facit, quod scribit Bolanta de restitutione in integrum capitulo ducentesimo quinquagesimo quinto, vbi per conclusionem in causa, non censetur renuntiatum restitutionis beneficio, & ad id facit quoque, quod statutum reijciens omnes exceptiones, quamuis verbis valdè vniuersalibus vtatur, non videtur reijcere restitutionem in integrum, quoniam, vt tollatur restitutio in integrum specialis exigitur expressio. Menochius consilio sexcentesimo sessagesimo tertio numero trigesimo primo, vbi asserit hanc esse veram, & receptissimam doctorum sententiam, sed, & exceptio restitutionis in integrum non censetur reiecta à statuto excludente omnes exceptiones. Menochius de pręsumptione libro secundo pręsumptione 48 numero quadragesimo secundo latè Carol. de Grass. tract. de except. ad mater. statut. exceptio. 34.

contrarium tamen tenere videtur Cottius iun.
conf. 18. memoria repeto nu. 4., quem refert
Tiraq. in l. si vnquam in præfat. nu. 121. verf.
& generaliter C. de reuoc. don., & quod per
generalem renũciationem omnium exceptio-
num, & omnis beneficij, & auxilij legum re-
nunciatum videatur restitutioni in integrum
respondit Rimin. Sen. conf. 759. num. 8. sed
vi. quæ dixi supra libro secundo renunciatio-
ne 16.

10 Et non modò expræsè, sed, & tacitè renun
tiari potest huic auxilio l. si filius ff. de minori
vbi per actum contrarium quis renuntiare vi-
detur beneficio restitutionis in integrum, &
trad. glo. in l. si intra C. de in integr. restitut.
min.

Sed, & iurans in contractu censetur renun-
tiare huic auxilio, alibi dixi.

Et hęc quidem haud dubiè procedunt in re-
stitutione in integrum majorum viginti quin-
quęannis, vt per Bart. in l. ius publicum ff. de
pact. Sed an minores renuntiare possint huic
auxilio ad eorum tutelam inducto, meritò am-
bigi potest, atquæ, vt renuntiare possint, facit
tex. in l. si iudex circumuentio ibi, quia licet
11 vnicuiquæ contemnere ff. de minori. Sed con-
trarium verius est, quoniam, vt renuntiando
minor rursus læditur, ita ex lęsione rursus resti-
tui debet l. interdum ibi, hoc enim ipso ff. de
minori l. ait prætor in prin. ff. eo, & quod huic
auxilio minor renũtiare non possit, volit glo.
in d. l. si iudex in l. si intra, & ibi Salic. C. de
in integ. resti. min. in cap. si diligenti de foro
compet., & ibi Abb. num. 12., qui inquit hanc
esse communem sententiam, & Felin. num 15.
& arg. l. doli § diuersum, & ibi expræsè not.
Iac. de Arer., & Alberic. num. 21. specul. tit.
de restit. in integ. §. qualiter vers, sed nũquid
minor. Bart. in d. l. ius publicum num. 3. in
l. cum minor q. 11. ff rem ratio. habe. in d. l.
doli mali tertio not., & ibi Bald. num. 2. Pau.
de Cast. num. 3., & in dicta l. si iudex in prin.
Alex. d. l. doli mali §. diuersum. Aretin §.
idem iuris. Instit. de except. Bald. conf. 310.
nu. 2. ver. notandumq; est lib. 1. Corne. conf.
178. num. 10. libr. 3. Vital. de clausul. tit. an
benefic. restit. renunt. poss. Capic. decis. 510.
Alius de Albert. singul. 102. minor Nat. de
pact. num. 53. Medic. de acceptilat. q 9. nu.
9. Rimin. Sen. conf. 140. nu. 32. lib. 5. Socin.
iun. conf. 47. in fi. lib. 3., & hæc est communis
omnium sententia, vt per Odd. de resti. in in-
tegr. parte 1. q. 26. artic. 4., ex renunciatione
quippè minoris, eius læsio præsumitur. Bero.
c. 1. num. 7. de resti. in integ. Odd. de resti. in
integ. parte 1. q. 36. num. 24. Nam restitutio-
nis in integrum, auxilio à maiore renuntiari
potest, secus à minore. Bart. in d. l. ius publi-
cum, & in d. l. si iudex circumuento, & facit l.
3. C. si min. se maio. dixe., & minor renuntia-
re non potest se non petiturum restitutionem.
Rebuff. tract. de restitu. artic. 2. glo. 6. nu. 6.

Quin huic auxilio idcircò minor renuntiare
non potest, quia illud non tam fauere minorũ,
quàm odio cõtrahentium, cùm illis inductum
videtur, vt inquit Butric in dicto capitulo si
diligenti.

12 Planè vbi beneficium inductum est, ob persõ-
næ imbecillitatem, cuiusmodi, haud dubiè est
hoc beneficium inductum, tunc illi renuntiari
non potest, quoniam qua fragilitate, & facili-
tate quis læditur, aut decipitur, & ad contra-
hendum inducitur, eadem etiam ad renunciã-
dum facilè induci potest, atquæ facilè in cap-
tionem renunciationis iuris sui incidere potest
l. doli mali ver. diuersum ff. de nouatio. Natta
conf. 463. col. 1. lib. 2, & dixi etiam supra re-
nunt. 50.

13 Sed, quod diximus minorem renũtiare non
posse auxilio restitutionis in integrum, ita ac-
cipiendum erit, si minor expræsè renuntiat;
nam per expræssam renũciationem non potest
quis sibi auferre facultatem petendi restitutio-
nem, nequæ potest sua renunciatione tollere
sibi facultatem implorandi restitutionis in in-
14 tegrum auxilium. Verùm tacitè quidem po-
terit renuntiare non petendo restitutionem in
integrum, cùm possit petere, vel iam concessa
restitutione non vtendo, si iudex etenim pro-
nunciauerit minorem esse restituendum, & is
nolit, vti restitutionis in integrum beneficio,
certè non erit cogendus, nimirùm quia, quod
eius causa conceditur non debet in eius odium
verti, vt per Dyn. c. quod ob gratiam num. 2.
de regul. iur. libr. 6., qui nominatim adducit
exemplum de minore, cuius causa concessum
fuit restitutionis in integrum auxilium, & ita
procedit d. lege si iudex circumuento ibi non
vtendo. Bald. in addit. ad specul. tit. de resti.
in integr. vers. minor. vbi inquit minorem re-
nuntiare posse restitutioni in integrum cõcessę,
non etiam cõcedendę. Restitutio in integrum
quippè non conceditur, nisi petatur. Decian.
conf. 18. num. 232. lib. 1. conf. 13. nu. 84. lib.
secundo.

15 Ratio, cur minor expræsè renuntiare non
possit restitutione in integrum, tacitè autem
possit non vtendo, aut non petendo illa esse
potest. Nam in restitutione in integrum mi-
noris duo cõsiderantur, nempè persona mino-
ris, cuius ętas est infirma, & restitutio in inte-
grum, quę est beneficium, si spectemus perso-
nam minoris, is ratione ætatis renuntiare non
potest: cùm ætatis infirmitas, quæ suadet, vt ea
subleuetur hoc auxilio, eadem item suadet, vt
renuntiare non possit d. l. doli §. diuersum, si
posteà consideretur restitutionem in integrum
esse beneficium, certè dicendum est minorem
16 non esse cogendum, vt eo vtatur. Nam contra
naturam est beneficiorum, vt illa inuitis inge-
rantur. Vnde Plinius in panegirico Traiani,
ita inquit. Nequæ vllam necessitatem mune-
ribus tuis addis, vt qui scias hanc esse benefi-
ciorum principalium summam, si illis, & vti li-
cet.

ter. In quam sententiam, ità quoque scribit Lactant. lib. 5. diuin. instit. c. 20. At non est beneficium, quod ingeritur recusanti, & facit ea regula, quod inuito beneficium non datur l. inuito ff. de regul. iur. Praeterea si minor non
1 posset beneficium restitutionis in integrum sibi concessae, non vtendo contemnere, aduersarius minoris, qui cogere posset ipsu minorem ad vtendum, iuuaretur beneficio ex persona minoris, non etiam sua, aduersus minorem, & illo inuito, quod sanè esset incõueniens, vt not. omnes in d. l. si iudex, & diceretur minor inuitus restitui glo. in l. 2., & ibi Bald. & alij C. de filiofam. min.

Potest itaq; minor non vti restitutione iam concessa, vel etiam id beneficium non petere, sed expraesè renuntiare non potest beneficio, tam impetrato, quam impetrando, & si in restitutione in integrum, iam impetrata plerique teneant minorem posse, per d. l. si iudex, quae tamen non loquitur in expressa renunciatione sed in tacita per non vsum, vt patet ibi in illis verbis, non vtendo. & ita tenet Odd. d. artic. 4. num. 27.

17 Ex quibus facilè intelligere possumus, non obstare d. l. si iudex huic sententiae, quod minor minimè renũtiare possit, expresè restitutionis in integrũ auxilio, ad cuius intellectum vi. etiam Tiraq. de retr. lignage. in fine titulo num. 24.

18 Verùm, si minor noluerit, vti beneficio restitutionis in integrum poterit eius fideiussor, pro suo interesse illud petere glo. in l. fin. C. de vsur. rei iudic., & ibi Bart., & Bald. nu 6. vbi extendit id procedere non tantum in restitutione concedenda, sed etiam in iam concessa, sed circa eam quaestionem, an fideiussor minoris possit admitti, vt ex persona minoris restitutionis auxilio iuuetur, etiam si minor beneficio iam impetrato vti nolit, ac velit illud cõtemnere d. l. si iudex, vi. Bolan. de restitu. in int. c. 16. Odd. de resti. in int. d. q. 26. artic. 2. in fi., & an restitutio minoris prosit fideiussori, & si minor nolit, vti beneficio, vi. Oddus dict. tract. q. 48. artic. 9. parte 1. Nos igitur circa hanc quaestionem videre poteritis, ne si omnia retulerim, sim longior. Illud autem dubium non est, posse patrem, quoties sua interest propter pecculium, nomine filij, vti restitutione, quam filius non vtendo contempsit, vt habetur in l. patri ff. de minori.

19 Idem quoq; dicendum est in velleiano, nam mulier, quae alias non potest renuntiare auxilio velleiani, poterit tamẽ auxilium, non vtendo, contemnere l. fin. §. fin. ff. ad velleian., & latè dicam infrà de renunt. velleiani.

20 Supradicta cõclusio, quod minor non potest expraesè renũtiare auxilio restitutionis in integrum, ampliatur, vt ipso iure non valeat renunciatio, nam quamuis minor laedatur tam se obligando, quàm renuntiando, tamen aduersus laesionem, quae illi ex renunciatione cõtingit non restituitur, vt aduersus principalẽ obligationem restituitur, sed renunciatio ipso iure non valet. Bart. l. 3. num. 2. ff. rem rat. habe. Oddus de restitu. in integr. q. 26. artic. 4. in prima ampliatio. part. 1., vbi etenim actus est nullus non est opus restitutionis in integrum auxilio l. in causae 11. ff. de minori. Hinc aduersus restitutionis renunciationem non conceditur restitutio, ne detur restitutio ad restituendum Castren. l. si intra C. de in integ. rest. min.

Ampliatur etiam, vt non possit minor cogi per iudicis comminationem, ne cõtractus stet in suspenso, ad contractum approbandum, vel restitutioni in integrum renuntiandum, vt per Capic. decis. 210. Sed contrarium tenent communiter doct. Odd. de restitu. in integ. q. 25. articulo secũdo parte prima, & quaestione 26. artic. 2.

21 Ampliatur praetereà procedere, etiam si minor, posteà in alio contractu renuntiauerit, quoniam quoties renuntiat toties laeditur. Oddus de restit. in integ. part. 1. q. 25. articulo 1. Planè si in eodem instrumento renuntiauerit, nulla dubitatio relinquitur, quin renunciatio illi minimè obsit. Rimin. Sen. cons. 140. nu. 32. lib. 1.

Extenditur item dicta cõclusio, vt procedat etiam si renunciatio à minore fiat, cum debitis solemnitatibus, vt per Odd. d. q. 26. artic. 4. ampliat. 2., & in fi.

22 Limita modò dictam conclusionem, vt possit minor, maior factus intra tempus quadriẽnij, sibi à iure ad restitutionẽ in integrum petendam indulti cõtractum in minori aetate celebratum approbare, atque restitutionis in integrum auxilio, quod ex illius causa competebat renuntiare, vt habetur toto titu. C. si maior fact. l. si intra C. de in integ. resti. d. l. si iudex circumuento Roma., consil. 151. sequitur Barbat. cons. 12. col. 1. lib. 1. Vital. de clausu. d. tit. an benefic. restitu. renunt. poss. Bald. in l. Papinianus in fi. ff. de minori, & vi. latè Bolan. de restitu. in integ. c. 312.

23 Limita etiam, vt possit alius, in casum, quo minor restitui velit, poenam promittere. Angel. l. cum minor num. 4 ff. rem rat. habe. Oddus d. q. 26. artic. 4. num. 28., & ideo cautela erit, vt cum minor renuntiare minimè possit, alius poenam promittat, quoties minor vult restitui, quod est notandum.

Limita praetereà valere renũciationem, vbi ea facta fuit cum iudicis auctoritate. Odd. d. artic. 4. nu. 29.

24 Postremò limita, nisi renunciationi accesserit iuramentum glo. in §. extraneis institu. de haered. quali., & differ. auct. sacramenta puberum, & ibi doct. C. si aduer. vendi. Alberic. in l. si iudex circumuento ff. de minori. Felin. in c. si diligenti num. 15, de foro compet. Bolan. de restitu. in integr. cap. 115., & ita concludit Odd. de restitu. in integr. q. 26. artic. 6., &

ita

ita tenendum est per d. auct. Sacramenta puberum.

Sed illud quæri potest an minor generaliter iurans super contractu, censeatur quasi sua renuntiatione se excludere à beneficio restitutionis in integrum. Quam quæstionem remissiue ponit Sydd. de restitu. in integ. q. 26. artic. 7. Et certè videtur vt per iuramentum non cēseatur sublatum auxilium restitutionis in integrum. Nam minor generaliter iurans non præsumitur scire vt illi competat hoc beneficium, ergo non videtur renuntiare. l. matet decedens ff de inoffic. testa. Præterea iuramentū non porrigitur ad ignorata. l. fin. C. de non nume. pecu. sed cōtrarium verius videtur, vt per Bart. in l. sciendum num. 8. ff de verb. oblig. sané vt quis sibi preiudicet per iuramentum non requiritur quod sciat illud, sed sufficit iurare super facto. l. si duo. §. idem Iulianus. ff. de iureiur. ita Bart. in d. l. sciendum num. 8. De qua te quoniam satis multa diximus supra lib 3. de tacita renunt. ex actu iurato inibi videre poteris.

Sed & an minor renuntians beneficio restitutionis in integrum certiorati debeat, attigimus lib. 1.

LX. RENVNCIATIO, EMANCIPATIONIS BENEFICIO.

Summæ.

1 *Emancipatio, & emancipare quid sit.*
2 *Emancipatione filius beneficium consequitur.*
3 *Filiorum fauore inducta est emancipatio.*
4 *Pater præmium emancipationis à filio accipit.*
5 *Emancipatio beneficium præbet filio non patri.*
6 *Emancipationis beneficio potest filius renuntiare.*
7 *Filius, qui emancipationi renuntiauit non propterea reuertitur in patriæ potestatem.*
8 *Emancipationis renuntiat. non tollitur existentia sui iuris, sed tollitur id ius, quod causatur ex ipsa emancipatione.*

1

Mancipatio ab imaginaria alienatione, per quam olim fiebat, dicta est, si quidē emancipare nihil aliud est, quam solenni quodā, ciuiliquæ modo alienare, & in perpetuum vendere: Vnde emancipatio est patriæ potestatis dissolutio cum consensu patris, & filij, cotam competenti iudice facta §. prætereà
2 institut. quibus modis ius patr. pote. solu. Per emancipationem autem filius beneficium consequitur, quoniam per eam multa acquirit l. 1. ff. si à parent. quisfuer. manum. proinde ab Imper. liberalitas dicitur lege iubemus C. de emancipat. libe., & in §. hoc quoque ibi, & quod honoris institutio. per quas person. nob. acquir. filius dicitur honorem ex emācipatio-
3 ne consequi. Inducta est quippè emancipatio fauore ipsorum filiorum; Surd. cons. 341. nu. 9. cons. 292. nu. 14., cùm emancipatio sit vtilis, & honorabilis ipsis filijs, Oddus de restiu integr. q. 54. n. 18., & ideò, & si alias filius familias, quodcunque sibi acquirit eius emolumētū patri acquirit, tū quoties à patre emācipatur, ex emancipatione consequitur beneficium bonorum sibi quærendorum, non etiam patri, vt inquit text. in l. 1. in princ. ff. si à pa-
4 renti. quisfuer. manum. Quò fit, vt parens ipse peccuniam accipiat à filio in præmiū emancipationis d. l. 1. §. si patens. Bacon. declarat. iut. libr. 5. declarat 76. Nam pater est remunerandus à filio in præmium emancipationis l. cum oportet §. cum autem, & ibi Bald. not. Cod. de bon. quę libe. Quin, vbi filius donauit patri, à quo emancipatus fuit, donatio præsumitur facta ob præmium emācipationis, & donatio remuneratoria, videtur Bald., & Pau. de Cast. in l. si vitā matre C. de bon. matern. filius itaque emancipatio honorem adfert, quia sui iuris efficitur, & pater filium emācipando præmium consequi debet, quoniam priuat se patria potestate, vt not. Angel. Aretin. in § hoc quoque insti. per quas person. nob. acq. vbi inquit id esse contra vulgares, qui interrogant, quid dedit pater filio in præmium emancipationis, & quoniam emancipatio respicit fauorem, filiorum, ideò filius minor emancipatus non restituitur aduersus eam. Mantua in suo glosat. ad l. si emancipati nu. 5. Nam secundum eum restitutio præsupponit læsionē l. quod si minor §. restitutio ff. de minori, & emancipatio est beneficium, & libertas filio data, nedum læsio.
5 Quin imò emancipatio beneficium præbet ipsi filio, non etiam patri. Rimin. Sen. cons. 409. num. 9. Mantua d. loco, ex quibus colligitur notarios, qui in emancipationibus dicunt patrem, si quid dat filio, dare illi in præmium emancipationis; non intelligere quale sit id beneficium, cùm ratione emancipationis pater ipse præmio sit afficiendus, qui filium nexu patriæ potestatis liberauit; non autem filius.

Qua ratione pater emancipans, semper aliquid à filio cōsequitur remunerationis gratia, nisi specialiter in emancipatione huic præmio renuntiauerit, vt inquit tex. in lege cum oportet §. penultimo C. de bon. quæ libe.
6 Itaque cum emancipatio sit filij beneficium: illius tantum fauore introductum, poterit filius renuntiare emancipationi, & eius beneficio.
7 Verùm filius, qui renuntiauit emancipationi, non propterea reuertitur in patris potestatem, vt dicitur in lege qui liberatus ff. de adoptio. Corne. cons. 210. colum. 2. libr. 4. Maranta in speculo par. 4. dist. 18. in fi. Ascan. clemen. de pact. potesta. c. vlt. num. 94. Nam patria potestas non fit nisi natura, aut adoptione l. 2. in prin. ff. de adopt. nonetiam renunciatione. Atque vt quis non potest renuntiando suæ libertati præiudicare l. neosi volens C. de libe. cau. ita neque potest existentiæ sui iuris renuntiando

Quare filius, qui renuntiauit emancipationi, etiam manet sui iuris, sed renunciatio tollit id ius quod causatur ex ipsa emancipatione, non etiam tollitur existētia sui iuris, vt per Corne. d. cons. 228. Hinc est, quoniam pater plus iuris habet in bonis filij in potestate, quàm in bonis filij emancipati l. 1. C. de bon. mat. l. cum oportet C. de bon. quę libe. ideò vbi filius renuntiauit emancipationi, liberius poterit pater disponere, si quidem ex renunciatione sublatum fuit ius productum ex emancipatione, quo impediebatur pater disponere. Corne. d. cons. 228 ex quo Cornei dicto Gozadin. in repet. l. qui se patris num. 171. C. vnde libe. infert quod filius, qui renuntiauit emancipationi, non propterea dicitur agnatus propriè, vt comprehendatur à statuto, quoniam renuntiatione minimè redit in patriam potestatem, vt per eum, vbi inquit id esse menti tenendum.

LXI. RENVNCIATIO, NVPTIARVM SECVNDARVM.

Summę.

1 *Nuptia secundę qua ratione permittantur.*

2 *Mater vel auia cum tutelam suscipit renuntiare debet secundis nuptijs.*

3 *Renunciatio secundarum nuptiarum, quę fieri debet per matrem, vel auiam, an omitti possit, vel leuis solemnitas.*

4 *Renunciatio secundarum nuptiarū, quid operetur.*

5 *Renunciatio secundarum nuptiarum non comprehenditur sub generali renunciatione.*

1 Nvptiæ secundæ dicuntur ratione proximè deficientis matrimonij, & si pluries repetitæ sint glossa in rub. C. de sec. nupt. Hæ quamuis permittantur ad incontinentię remediū, tñ sm̄ verā rationē, vt ait Chrysost. verè fornicationes cap. hac ratione, cum duobus seq. 31. quęst. 1. Quare primæ nuptiæ tantum commendantur, non etiam repetitę, quamuis has detestandas non esse, vt improbas, & prohibitas Ecclesia doceat Catholica c. aperiant, cum seq., & d. c. hac ratione 31. q. 1. Ad quod aptimè facit, quod dicitur in auct. de non eligendo sec. nub. §. sim igitur versic. optimum, vbi ita ad verbum scribitur; Optimum itaque est, & laudabile, & dignum oratione, vt mulieres ita se honestè tractent, quatenus quę semel ad virum venerunt seruent inuiolatū morientium thorum; & huiusmodi mulierem, & miramur pariter, & laudamus, & non procul à virginitate ponimus. Ex historia quoq; proditum est, vt scribit Valer. Maxim. lib. 2. c. 1. Apud Romanos eos, quę vno contentæ matrimonio fuerant, corona pudicitię honoratos fuisse. Plurium quippè matrimoniorum experientia est cuiusdam intemperantię signum. Atq; repetens nuptias, vt dicitur in d. §. cùm igitur, videtur forsitan, vt iuuenis pati non posse, neq; posse contra feruorem naturæ resistere. Cùm igitur secundum Apostolum, melius sit nubere quam vri, & refert glo. in d. §. cùm igitur permittuntur secundæ nuptiæ. Quin mulier secundas repetens nuptias est legibus valdè suspecta, & ideò in l. lex quæ tutores §. lex enim C. de admin. tut. ita dicitur, lex non solum contra tutores, sed etiam contra fœminas immoderatas atq; intemperantes prospexit minoribus, quæ plerunq; nouis maritis, non solū res filiorum, sed etiam vitam addicunt. Et non solum suspecta est mulier, quæ secundò nupsit, sed, & ea, quę habet animum, & propositū iterum nubendi, vt per Bart. in auct. matri num. 11. cap. quando mul. tut. offic. 14. ibi Angel. col. 1., & Salicet. nu. 14. Barbat. consil. 11. nu. 3. lib 3. Bart. in l. si quis sub conditione num. 15. ff. de testam. tute.

2 Qua ratione statuit lex, vt mater, vel auia cùm tutelam suscipit renuntiare cum iuramēto debeat alijs nuptijs lib. 2. l. vlt. C. quando mul. tut. offic. Barbat. d. cons. 11. in princip. iure autem nouissimo, non exigitur iuramentum, sed simplex renunciatio secundarum nuptiarum auct. matri, & auię auct. sacramentum C. quando mul. tut. offic. §. propterea, igitur auct. vt sine prohib. matr. Capie. decis. 50. nu.

3 6. Barbat. d. cons. 11. num. 1. Quæ renunciatio, vt non leuis solennitas omissa reddit tutelam ipso iure nullam doct. in d. auct. matri, & ibi Bart. Bald. Angel., & Salic. idem Bart. in l. si quis sub conditione circa med. ff. de testā. tute. specul. tit. de tutor. §. nunc dicendum n. 5. Paul. de Cast. cons. 324. quæritur premò in prin. lib. 2. Alex. cons. 103. num. 13. lib. 2. Mathesil. not. 108. nota casum quotidianum Fulgos. consil. 215. colum. 1. Barbat. d. cons. 11. nume. 2. Boer. decis. 124. num. 9. Capyc. decis. 50. num. 6. Io. de Garoni auct. eisdem pœnis nu. 42. C. de sec. nupt. Tiraq. in tract. de iudic. in reb. exig. fer. vers. decimo quinto Angel. §. actionum nu. 41. vers. decimo nono instit. de actio. Roland. cons. 76. nu. 6. 7. libr. 1. Natta cons. 145. num. 2. lib. 1. Gomez libr. 14. tauri num. 11., vbi inquit ita communiter practicari. Montan. de tutel. c. 15. num. 52. Nam permittitur matri, vel auiæ suscipere tutelam sub ea conditione, scilicet si inter gesta nuptijs alijs renuntiauerit d. auct. matri ergo non impleta conditione non permittitur tutela. Salicet. d. auct. matri q. 14., & generaliter quoquo modo in petitione tutoris erratum fuerit, non valet tutoris datio l. tutor si petitus fuerit ff. de tutor., & cur. dat. ab his per quem tex. voluit Bart. in d. auct. matri, & ibi alij, omissione huius renunciationis non valere dationem tutelæ. Tiraq. in tract. de iudic. in reb. exig. fer. versic. decimo quinto tex. est, quod, & proced. etiam in matre, vel auia tutrice testamentaria, quamuis alij contrarium tenuerint,

Natta

Natta d. conſ. 143. num. 2., & ita communiter receptum eſſe, teſtatur Io. de Garoni in d. auct. eiſdem pœnis nu. 41. 42, ſequitur Montan. tract. de tutel. c. 15. num. 54.

Contrarium tamen plures voluerunt, vt huiuſmodi renunciatio omiſſa minimè vitiet. Petr. de Bellapert. Cyn., & Alberic. in dicta auct. matri, cuius opinionem ſeruari de conſuetudine inquit Boer. deciſ. 124. num. 13., & in conſuetud. Bituticens tit. 1. §. 6. glo. 2. ver. & aueite, vbi inquit hanc renunciationē moribus galliæ, non eſſe receptam, ſed quod hæc renunciatio, etiam ex moribus galliæ apponi debeat alij tenuerunt, vt refert Montan. de tutel. c. 15. nu. 57.

Suprascripta concluſio ſit omiſſio huius renunciationis vitiet tutelę dationem intelligi poteſt ſi defectus renunciationis oppoſitus fuerit alias nulla facta oppoſitione valent geſta per tutricem arg. l. 1., & per totum ff. quod fal. tut. auct. l. Barbatius ff. de officio præt., & ita voluit Alberic. d. auct. matri num. 15. ver. in contrarium ſequitur Gomez l. 14. tauri nu. 11, & ita deciſum fuiſſe teſtatur Capyc. deciſ. 50. in fi.

4 Declara tamen, vt hæc renunciatio non impediat renunciantem, quin poſsit iterum nubere, quamuis poſtea nubens à tutela expellatur glo. in d. auten. matri, & ibi Bald. Angel., & Salicet. auct. sacramentum C. quan. mul. tut. offic. Barbat. conſ. 11. num. 6. lib. 3. Prætereà

5 hęc renunciatio non comprehenditur ſub generali renunciatione omnis legum auxilij, ſeu beneficij, quoniam vt quis poſsit ſecundas nuptias reperere non eſt beneficium, ſed quędam facultas, & ideò renuntians omni beneficio, ſeu auxilio iuris non videtur renuntiare ſecundis nuptijs. Bart. d. auct. matri num. 14., & in l. ſi quis ſub conditione num. 21. ff. de teſtamen. tute.

LXII. RENVNCIATIO, VELLEIANI SENATVSCON.

Summa.

1 *Velleiani auxilium cur inductum.*
2 *Fœmina facilis, vt decipiatur.*
3 *Fideiubendum periculum.*
4 *Mulieri ſubuenitur tantum, cum pro alio ſe obligat.*
5 *Velleiani renunciatio, quando apponi debeat, vt operetur.*
6 *Velleiani auxilio an poſſit mulier renuntiare.*
7 *Mulier renuntians an certiorari debeat.*
8 *Velleiani renunciatio ſtricta.*
9 *Iuramentum mulieris an tollat Velleiani auxiliū.*
10 *Velleiani renunciationem, quibuſdam caſibus operari.*
11 *Mulieri tutelam ſuſcipiens cur renunciet velleiano.*
12 *Velleiani renunciatio in matre, vel auia tutrix quid operetur.*
13 *Mulier renuntians in caſu l. fin. §. fin. ff. ad velleian.*
14 *Mulier velleiano renuntiare an poſſit in iudicio.*
15 *Mulier non vtendo auxilio, poteſt tacitè illi renuntiare.*
16 *Mulier poteſt biennium, ex quo interceſſit renuntians.*
17 *Pactum, quo mulier promiſit ſe non vſuram velleiani exceptione.*
18 *Velleiani renunciatio an certiorationem exigat.*
19 *Certioratio an præſumatur, ſi in inſtrumento dicatur mulierem certioratam fuiſſe.*
20 *Velleiani renunciatio ſpecialis eſſe debet.*
21 *Mulier pro viro fideiubens.*
22 *Mulier intercedens non ſeruata forma l. antiqua §. ne autem C. ad velleian.*
23 *Mulier; quæ pro alio agere poteſt an renuntiare debeat velleiano.*
24 *Velleiani renunciatio non præſumitur.*
25 *Notarius ſcribens in renunciatione Velleiani Valeriani.*

Quandoquidem de ſexus beneficio dictum eſt, nunc videamus de Velleiani S. C. beneficio, quod eſt muliebris ſexus auxilium proprium, Bald. l. in multis ff. de ſtat. homi. ſciendum igitur eſt fœminas ab omnibus officijs ciuilibus, vel publicis remotas eſſe l. fœminę ff. de reg. iur. officium autem ciuile, vel publicum dicitur omnis opera, quę in negotijs alienis, ſiue publicis, ſiue priuatis tractandis ponitur, cuius generis hęc ſunt, iudicem eſſe magiſtratum gerere, pro alio poſtulare, alterius procurationem ſuſcipere, & pro alijs intercedere d. l. fœminę. Aequū ſanè eſt, vt fœminæ ab his omnibus remotę ſint ſed omnium æquiſsimè, vt ab interceſsionibus pro alijs arceantur l. 1. ff. ad velleian. Nam vt ibi dicitur, ſicut moribus ciuilia officia adempta ſunt fœminis, ita multò magis adimēdum eis fuit id officium, in quo non ſola opera, nudumq; miniſterium earum verſaretur, ſed etiā periculū rei familiaris. Ratio etenim pudicitię, quæ ſexui cōgr. ſuadet, vt ciuilia virilia q; officia, in quibus pertractatur negotium alienum, fœminis adimantur, & cum virorum ſit proprium intercedere pro alijs, meritò id officium fœminis adimitur, vt poté, quia id officij genus muliebrem ſexum minimè decet atq; aduerſus bonos mores eſt, vt mulieres alienis ſe negotijs interponant. Atq; hæc vna ratio eſt ſenatuſcon. Velleiani. Altera ratio eſt, vt mulierum imbecillitati, ac facilitati ſubueniatur, quę facilimè induci poſsūt, vt pro alijs intercedant. Nam in interceſsione mulieris pro alio conſideratur primum opera, quę ponitur in re, ac negotio alieno, quod quidem ſexui, minimè congruit, deinde periculum rei familiaris, in quod facilè incidere poteſt mulier

lier ob sexus fragilitatem, dum intercedendo cogitat intercessionem nihil præsentis habere damni, neq; præuidet futurum periculum Hoc igitur S.C. primùm vetat ne mulieres per alijs intercedant. Prohibendi ratio exprimitur senatusconsulto his verbis, cùm fœminas virilibus officijs fungi, & eius generis obligationibus abstringi non sit æquum l. 2. §. 1. ff. ad velleian. Hinc factum, vt hoc S.C. dicatur S.C. de intercessionibus, seu S. C. de intercessionibus fœminarum l. 2. l. quamuis l. si aduersarius C. ad velleian. l. qui exceptionem ff. de cond. indebi. secundo loco hoc S. C. si contra factum sit aduersus intercessionem auxilium tribuit l. 2. ,& toto tit. ff. ad velleian.

Quoniam igitur in intercessione mulier ponit operam, ac ministerium in rebus, & negotijs alienis, ideò senatusconsultum prohibet intercessionem, vt etiam aliàs semper vetat ne fœminæ ciuilibus, seu virilibus officijs fungantur d. l. fœminæ. Qua autem in intercessione non modò versatur opera mulieris in negotio alieno; sed, & periculum rei familiaris; idcircò senatusconsultum aduersus intercessionem auxilium tribuit,

2 Nam fœmina aliàs semper ob sexus infirmitatem, est admodum facilis, vt decipiatur Tiraq. qui plura ad id cumulat; de legib. connub. l. 1. nu. 76. Verùm faciliùs in captionem incidere potest alieno nomine intercedēdo, quam suo nomine contrahendo; vel etiam donando nimirùm, quia hic sexus, cùm de re sua agitur est suapte natura restrictus, & auarus lege sed si ego in fi. cum l. seq. l. quamuis §. 1. ff. ad velleia. l. si à sponso C. de don. interrupt. l. si stipulata §. 1. ff. de don. inter vir., & vx. Tiraq. de legi. connub. l. 9. num. 41. cum seq. Quod etenim mulier donet est quoddam miraculum Bald. d. l. si à sponso. Decian. cons. 32. num. 7. lib. 3. At quod pro alio intercedat, atque ex intercessione decipiatur facilè sanè est, fiducia etenim plerosque mortalium fallit, maximè
3 tamen, & facillimè mulieres fallere potest, cùm alienam sequuntur fidem, ob sexus imbecillitatem. Nam fideiussor tacitum mandatum de soluendo habere intelligitur l. indebitam ff. de condi. & indebi. Vnde de periculo fideiubētium, est in vetere prouerbio, fiducia peccunias amisi, & est illud, fiso res perijt, diffiso salua remansit. Quare Chilo lacædemonius rectè dixit, idque exaratum in templo Apollinis, Comitem æris alieni, & sponsionis esse miseriam. Quoniam igitur mulier credula, & proinde decipi facilis l. nimia in prin. C. de act., & obl. facilè adduci potest, vt sponsionis onus suscipiat, alienoq; nomine intercedat. Spondere enim eis, alioquin peccuniæ tenacibus, initiò nullius præiudicij esse videtur; cùm in sponsionibus nulla peccuniæ præstatio, sed sola spondentis voluntas intercedat, neque cogitant id aliquando soluendum esse, quod pro alio spōdent, iuxta illud sponde, noxa præsto est.

Nam in obligatione facta suo nomine mulier magis euidenter perspicere potest periculum rei familiaris, non ita in intercessione pro alio, si quidem latens periculum est in sponsione, cùm in propria obligatione euidenter appareat, sanè mulier pro alio spondendo facilè fallitur dum existimat eum, pro quo intercedit esse soluendo, qui non sit, Qui quidem error non excusat, quin teneatur Ioan. de Imola cons. 102. num. 14. in fi. fideiussio etenim non requirit causam. Gozadin. cons. 61. col. fin. Socin. Iun. cons. 206. lib. 3. Mulier itaque quæ non potest pro vllo intercedere, si autem intercesserit, valet obligatio, sed huius senatusconsulti exceptione iuuatur, ne ob intercessionem teneatur, aut conueniatur l. 2. §. verba itaque ff. ad velleian. l. 2. C. eo. Quod ita senatus censuit ad opem mulieribus ferendam, ob earum fragilitatem d. l. 2. rei, quæ familiaris periculum, ne sexus mulieribus fragilitas in perniciem substantiæ earum conuertatur, vt inquit text. instit. quibus alien. lic. in prin., & ne mulieres fragilitate naturæ in repentinam deducantur inopiam l. 1. §. ,& cum lex C. de rei vxor act. Altera quoque ratio est, vt iam dictum est, quod muliebri verecundiæ minimè congruit, vt mulieres alieno nomine intercedant l. 1. ff. ad velleian. l. 2. ff. de reg. iur. leg. alienan. C. de procurat. §. patitur, Instit. de iniur. succurritur denique mulieri pro alio intercedenti tantum, non etiam proprio nomine se obliganti, quoniam hoc casu maius est periculum, atque maior facilitas, vt decipiatur, si quidem mulieres procliuiores sunt, ad promittendum pro alio, quàm ad soluendum mulieri sanè intercedenti tantùm succurritur ratione eius fragilitatis, quoniam in muliere non considerat lex tantam imbecillitatem, quātam in minore, quoniam minori succurritur in omni
4 contractu, sed mulieri subuenitur tantū, quando pro alio se obligat, ex velleiani auxilio. Curt. Iun. in l. pen. nu. 30. C. de pact. Namq; mulier regulariter stare debet iuri communi excepta causa velleiani l. fin. C. de iur., & fac. ignor. Bald. cons. 5. queritur verum lib. 1. Vnde potest celebrare omnes contractus, atq; etiā donare, vt quilibet masculus, sed pro alio intercedere non item. Angel. cons. 353. Florentiæ in prin. Mulier autem tunc dicitur pro alio intercedere. cùm se obligat pro alio obligato vel quoties suscipit se obligationem, ob alterius vtilitatem, & non ob ipsius mulieris commodum. Vnde sine principaliter, siue secundario commodum ad ipsa pertinear, tunc cum in rem suam fit se iubere videatur, non subuenitur illi per velleianum. Bald. cons. 162. casus num. 3. lib. 3.

Vt igitur mulier alieno nomine intercedens alteriusq; obligationem suscipiens efficaciter obligetur, eam renuntiare oportet auxilio huius senatusconsulti, alioquin velleiani exceptione tuta conueniri minimè poterit. Renunciatio

ciario autem huius auxilij, ita demum exigitur si mulier pro alio intercedit, aut quoquo modo alienam suscipit obligationem. Velleiani etenim renunciatio, tùm operatur, cùm mulier intercedit, nimirum, quia senatusconsultum Velleianum mulieribus intercedétibus tantùm subuenit l. 2. §. 1. ff. ad velleian. l. 1. C. eo. Bart. authentica matri, & auiæ C. quan. mul. tut. offic. fun. poss., & ideò ex renunciatione velleiani arguitur mulierem fideiussorio nomine promisisse. Menoch. cons. 813. n. 22. Et quamuis mulier tutelam suscipiens renunciare debeat velleiano, cùm tamen alienā non suscipiat obligationem, vt in d. auct. matri, & auiæ. Tamen benè est, iuxta consilium Baldi in l. si mulier §. item si mulier ff. ad velleian. vt in quolibet contractu, in quo mulier interuenit, quamuis etiam principaliter, & suo nomine contrahat renunciatio velleiani apponatur. Nā cùm quinque modis intercedere possit mulier mandando constituendo, fideiubendo, alteram obligationem ab initio suscipiendo, & alienam obligationem iam natam animo nouandi in se transferendo, vt per glo. in l. in persona §. qui peccuniā ff. de pact., quam singularem, & notandam inquit ibi Curt. iun. his omnibus modis intercedendo iuuatur velleiani exceptione.

Quin si in obligatione mulieris facta nomine proprio apposita fuerit renunciatio velleiani, quę sanè locum non habet, nisi quando pro alio intercedit, vt iam dixi, non vitiat, neque nocet, vt superflua, vt per Paul. de Cast. in l. testamentum num. 4. C. de testam., vbi inquit, imò cōsultius esse, vt notarij à iura, vt plurimū ignorantes, longi sint, atque potius adijciant superflua, quam, vt breuitati studentes, necessaria amittant.

Sed illud imò in omnibus casibus, in quibus mulier admittitur pro alio in illis mitatur vel lesano, nisi renuntiauerit Bart. in l. alienam n. 4. C. de procurat. Neque dicendum est, secundum eum, quod ea ratione, quis decipiatur legis auctoritate, cùm verius decipiatur sua stultitia, quoniam non curauit vt velleiano renūtiaretur ambiguum est, an possit mulier huic auxilio, eius fauore introducto renuntiare, ita vt postea, vel inuita ab eo excludatur, atque ob intercessionem efficaciter obligetur, & in hac quæstione, sunt opiniones contrariæ, aliquibus sentientibus renuntiari posse, & pro hac opinione est tex. in l. vlt. §. vlt., & ibi glo. Bart., & Albe. ff. ad velleian., vbi mulier cauere potest se non vsuram velleiani exceptione, & ad id facit quoque authen. matri, & auiæ Codice quan. mul. tut. offic. qua disponitur, vt mater vel auia tutelam suscipiens renunciare debeat huic auxilio glossa in l. pen. in ver. antiqui C. de pact. vbi Ias. num. 28.

Præterea potest mulier exceptionem velleiani non apponere l. tametsi ff. ad macedon., ergo, & expræsse renuntiare poterit, postremò hoc auxilium fauore ipsarum mulierum, nempè, vt illis succurratur introductum fuit l. 1. ff. ad velleian., ergo mulieres poterunt illi renūtiare ex reg. l. pen. C. de pact. Imola in l. doli ver. diuersum ff. de nouario. num. 20.

Quamuis etenim velleianū inductum sit ad remouendam deceptionem, tamen principaliter respicit fauorem priuatum. Aretin. cons. 2. num. 17. ver. hoc probatur.

Et hanc opinionem tenet glo. vbique in d. l. fin. §. fin. in l. 1. in l. fin., & ibi Ange. num. 2. C. eo., & in c. si diligenti, de foro compet., & communis opinio est cum glo. Imola d. l. doli num. 2., & hæc opinio communiter practicatur. vt per eum, & ita ex consuetudine obseruari, & si contrarium de iure verius sit, tenet Bar. in d. l. fin. §. fin., vbi Alberic inquit, totum mundum, vt ipse ait, ita seruare, & idem inquit idem Bart. in l. doli §. diuersum ff. de nouat. & hanc communem esse, dicit Alex. in addit. ad Bart. in d. l. fin. §. fin., & in l. doli, Dec. l. pen. num. 5. C. de pact. Angel. in leg. 1. C. ad velleian., & hanc opinionem seruari ex consuetudine, & si contraria opinio sit de iure vera, testatur Aretin. §. item si instit. de except. & ita in praxi seruari, inquit Bald. in d. l. fin. §. fin. quanquam, secundum eum, de iuris subtilitate, contrarium verius est, & ita tenet idem Bald. in l. si quis in conscribendo col. fin. C. de episc., & Cleric. in l. pen. C. de pact. in l. doli mali ver. diuersum ff. de nouatio. Roman. cōl. 151. in prin. Barbat. cons. 12. col. 1., & 4. lib. 1., vbi inquit hanc esse cōmunem sententiam Butrig. de renunt. iur. tit. de benefic. senatusconsul. velleiani, & hanc opinionem glo. esse communem, cum declaratione tamen, de qua statim dicam, asserunt, Bart. l. 3. num. 19. ff. de fideiuss. Ias. l. pen. col. penul. C. de pact., & ibi Decius conclus. 5. Curt. num. 22. Angel. d. l. 1. Io. Boiche. de nupt. lib. 7. num. 16. Viuius in iuris communi ver. mulier iuuatur. Gail. obseru. lib. 2. obseru. 77., & plures tenere hanc opinionem esse communem refert Padilla in lege fin. C. de iur. & fac. ignor., qui hanc opinionem tenere videtur, latè prosequendo hanc dubitationem.

Contrariam sentētiam, alij tenent aduersus glo., & hanc veram esse asserunt, etsi præcedēs opinio de consuetudine seruetur, ita Bart. d. l. fin. §. fin. in l. generaliter C. ad velleian., vbi etiam Angel. idem Bart. in l. doli mali, & ibi Imola, & Castren. ff. de nouatio. Bald. l. 3. C. de decurio. lib. 10., vbi inquit consuetudinem huius renunciationis inductam fuisse ex errore glossarum. Cyn. Bald. Salicet., & alij in l. si quis in conscribendo C. de episcop., & cleric. Alberic. in l. 2. num. 3. C. de heretic. Felin. in c. si diligenti fallent. 4. coroll. primo de foro compet., & ibi Abb. num. 9. Butri., & Imola Aretin. §. item si num. 15. vers. tertius casus, Instit. de except. Socin. Iun. cons. 30. nu. 45. lib. 4. Bald. lib. 1. num. 10. Cod. ad velleian.

Nam

Narra conf. 463. num. 5. lib. 2. Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 99. Vuesembec. in paratis l. titulo ff. ad velleian. in fine, Connan. commenta. iur. ciu. libro sexto, capit. octauo, num. 9.

Et quod regulariter mulier non possit renũtiare velleiano, tradit Socin. regu. 274. versic. mulier.

Mouentur hi primò ea ratione, quod hoc auxilium inductum fuit, ob sexus infirmitatem l. 2. § pen. ibi; Infirmitas enim fœminarum ff. ad velleian. l. si mulier ibi ex consequentia fragilitatis C. eo., vnde renunciando mulieres decipiuntur, & captantur. Bart. d. l. fin. §. fin. Nam ratio Senatusconsulti id tantum spectat vt mulierum imbecillitati subueniatur, quare qua imbecillitate, & facilitate adducuntur, vt pro alio promittant, eadem quoque adduci possunt, vt auxilio renuntient, & sanè rediculum esset subuenire hoc auxilio, leuitati mulierum, si postea liceret renuntiare Senatuscõsulti prouisionem eludere. Qua ratione itaque mulieres ob sexus infirmitatem facilè alienam suscipiunt obligationem, eadem quoque renunciant auxilijs aduersus eam obligationem

6 inductis, si quidem renunciationis eadem potest esse leuitas, quę ipsius intercessionis, & promissionis pro alio lege doli §. diuersum ff. de nouatio., & pro hac opinione facit etiam textus in lege si mulier in principio, Cod. ad velleian. in illis verbis, nihil sibi præiudicat, quod ad huc ex consequentia suę fragilitatis in secũdam iecturam inciderit, facit etiam, nam mulier alieno nomine intercedens, circumuenta præsumitur, & deceptare, & consilio principalis debitoris, & creditoris lege prima ff. ad velleian. in fine; Baldus in lege prima, Codice ad velleian. ob fraudem igitur presumptam dicendum est renunciationem non velere, postremò cùm videatur prohibitum, ne mulieres pro alio intercederent, contra ipsarum verecundiam dicta lege prima ff. ad velleian. consequens est, vt dicamus renunciationem non valere.

Quæ sententia (vt meum iudicium interponam) mihi probabilior esse videtur. Cuius sanè ratio apertissima illa est, nam vt mulier ex sua fragilitate, & inconsulta leuitate facilè adduci potest, vt pro alio intercedat, ita quoque eadem facilitate, & leuitate induci poterit ad renuntiandum, cùm tam intercessionis, quàm renunciationis eadem possit esse inconsulta leuitas, vt iam dictum est, Pręterea non tantum conceditur hoc beneficium, vt occurratur fragilitati sexus, sed etiam, quod muliebri verecundiæ minimè congruit, vt mulieres pro alijs intercedant lege prima ff. ad velleianum lege secunda ff. de regulis iuris. Vnde renunciatio videtur esse aduersus bonos mores saltem iure ciuili approbatos, & aduersus eam honestatem, quæ sexui fœmineo congruit.

7 Priorem tamen sententiam, si quis velit amplecti, is intelligat eam, ita demum procedere, si mulier certior facta fuerit de auxilio velleiani, quale illud sit, & quomodo mulieribus succurrat, ita tenet glossa in lege finali §. finali ff. ad velleianum, quam glossa communiter approbari, inquit Tiraquellus in præfatione lege si vnquam, numero nonagesimo octauo, Codice de reuocatione donationis, notat in lege quamuis, Codice ad velleianum, & in §. Sancimus in versiculo interroget auctor. quomodo oporteat episc., quæ glossa communiter approbatur, vt per Socinus consilio 263. columine finali libro secundo, alia glossa in lege vltima, Codice ad velleianum in lege finali, Codice quando mulier tutrix offic., & ita tenet totus mundus per textus in dicta lege finali § finali vt tradit Cynus in lege si quis in conscribando Codice de episc., & cleric. Azo in summa titulo, Codice ad velleianum, numero tertio. Baldus lege prima, columine primo, Cod. eodem Tiraquell. in præfat. l. si vnquam num. 98. C. de reuoc. donation. Curt. auct. Sacramenta limitatione 3. Codice si aduer. vend., & cum hac declaratione transire omnes, & ita intelligendum esse. Bart. dum vult muliere non posse renunciare, vt scilicet id procedat, nisi certiorata fuerit, voluit idem Curtius in lege penultima num. 22. C. de pact., & ita communiter tenere doct. inquit Crot. in l. sciendum nu. 40. ff. de verb. oblig., & ibi Alex. num. 19., & in l. in repudianda, vbi etiam Bart. ff. de acquir. her. Bald. c. cum contingat de iuretur, & in l. 2. q. 4. C. de rescind. vend. Felin. si diligenti, de foro compet. Ias. d. l. in repudianda Alex. cons. 27. lib. 1. Socin iun. cons. 20. col. fin. lib. 4., & hæc est communis opinio, vt per Alciat. regul. 3. præsumptione decima tertia nume. 4. Suarez in suis communi. ver. velleiani renunciatio. Viuius versic. mulier iuuatur. Capel. Tolos. q. 37., & hanc esse magis communem asserit Gail. obseru. 77. libro 2. Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 63. num. 2. Socinus reg. 273. mulier potius concl. 33. lib. 4. Tonnin. caut. 230. Surd. decis. 164. num. 7. & hanc opinionem refert Tesaur. decis. 222. nu. 5. ver. Sed recenta opinione glo., & hanc ... omnes tenere, testatur Padilla in l. fin. C. de iur., & fac. ignor. nu. 10., vbi latè.

Ratio huius conclusionis illa est, quoniam mulier alienam suscipiens obligationem iuuatur ob præsumptam ignorantiam, quæ certioratione tollitur. Bald. l. si quis in conscribendo col. fin. C. de episc., & cler. in l. pen. C. de pact.

Nec obstat non esse subueniendum mulieri erranti; nisi in casibus à iure expressis lege fin. Codice de iur., & fac. ignor., quoniam succurritur mulieri, vbi agitur de damno vitando, lege error in fine lege iuris ignorantia ff. de iuris, & facultatem ignorari. Cùm igitur hoc casu agetur de damno mulieris, æquum visum est illi succurri, ne valeat renunciatio sine certioratione. Socinus consilio 263. col.

fin. libro 2. Tiraq. dicta lege si vnquam numer. 106.

Sed contra glo., scilicet vt non possit mulier renuntiare velleiano, etiam si ea certiorata fuerit de auxilio, tenet Bartolus in lege finali, §. finali ff. ad velleian., vbi inquit hanc opinionem esse de iure veriorem. Baldus in lege prima, Codice eodem, per textus in lege doli, versiculo diuersum ff. de nouat., & in lege si mulier perfectę ætatis Codice ad velleian. Paulus de Castro dicta lege doli mali num. 2. Grammatic. decis. 76. num. 20., vbi inquit communem esse contra glos. Guter. de contr. iurat. c. 20. num. 1. Couarruu. c. quamuis pat. 2. §. 3. num. 3. de pact. libro 6. Connanus comment. iur. lib. 6. c. 8. num. 9. Cuman. tract. de pactis lib. 1. c. 16. num. 31. vbi asserit hanc esse magis communem. Craue. cons. 815. in fine. Socini iun. cons. 20. num. 4. lib. 4., & alios quoque relati supra, qui tenet hanc opinionē contra glo. Sed, & quod contraria sententia, quod scilicet mulier certiorata renuntiare possit, maximam patiatur controuersiam, voluit Surd. cons. 367. num. 12., & quod hæc opinio magis recepta sit, ac tenenda, vti humanior, & proinde Senatum Pedemontanum, hanc semper sequutum fuisse. testatur Tessaur. decis. 222. num. 2. ver. tamen opinio, vbi etiam refert solam attestari in suis commentar. ad constitut., & hæc opinio magis mihi placet. Negari quippè non potest, quin tanta sit renunciationis, quanta ipsius intercessionis leuitas, & infirmitas argument. dicta lege doli ver. diuersum.

Preterea huiusmodi renunciatio videtur esse inutilis, vt in fraudem legum; cùm ea, quæ in legum fraudem fiunt, nullius sint momēti lege non dubium, Codice de legibus, & de ijs, quæ in fraudem eius Senatusconsulti fiunt, habetur in lege quidam §. vltimo ff. ad velleian. Est autem renunciatio in fraudem Senatusconsulti. Nam Senatusconsultū improbat omnem mulieris intercessionem lege secunda §. vltimo lege si mulier in fine ff. ad velleian. At renunciatio velleiani est intercessio, ergo renunciatio, vt intercessio prohibetur; & est contra legem dicta lege non dubium. Intercedere quippè est pro alio se obligare, sed mulier renuntiando velleiano magis se obligat, vt teneatur ex promissione, & obligatione, ergo, & renunciatio non minus improbatur; quam ipsa intercessio, quoniam; & ipsa est intercessio, ex renunciatione quippè id agitur, vt mulier efficacius obligetur contra Senatusconsultum; ex quibus concludendum erit renunciationem non valere, vti contra Senatusconsultum, vel vti in eius fraudem lege, contra lege fraus de legibus, dicta lege non dubium, Codice eodem. Neque his obstare potest regula, qua proditum est, cuique fas esse suo iuri renuntiare, lege penultima Codice de pact. cum simil., quia id verum est, nisi renunciatio, vel pactum sit contra leges, vel Senatusconsulta, & iuris gentium §. ait pretor ff. de pactis lege pacta, quæ contra Codice eodem, & quoniam, vt dixi, omnis intercessio mulieris est contra Senatusconsultum, ergo, & renunciatio, quę est intercessio operans, vt mulier magis pro alio obligetur. Neque certioratio operari debet, vt renunciatio valeat, quia certioratio tollit ignorantiam iuris tantum, non etiam infirmitatem, & leuitatem mulieris ob quam introductum fuit Senatusconsultum. Nam quamuis mulier sciat se esse tutam velleiani auxilio, tamen, qua facilitate mulier pro alio intercessit eadem facilitate, nullo negotio adduci quoque poterit, vt renuntiet, quo magis ita obligetur dicta lege doli versiculo diuersum, & ibi Angel. numero octauo. Ad textus in dicto §. finali, respondetur ibi bis renuntiari, & coram Iudice vt per Cynus dicta lege doli numero quinto. Præterea licet mulier renuntiet, cùm suscipit filiorum tutelam hoc facit legis auctoritate, vt per Cyn. ibid.

8 Verùm accedente iuramento, renunciatio indubitatè valet, quamuis certioratio facta nō fuerit, doctores in lege finali, Cod. ad velleian. vbi Bartol. Bald. Paulus de Castro, Salicetus, & alij, Abbas, Butricus, Imola, & Felinus in capitulo si diligenti de foro compet. Ias. in l. in repudianda ff. de acquirenda hereditate in lege fin. C. de iur., & fac. ignor. Crot. in l. sciendum num. 42. ff. de verb. oblig. Tiraquell. de legibus connub. glo. 7. num 152. Et in præfat. lege si vnquam, numero centesimo trigesimo sexto. Couarruuias capitulo quamuis parte secunda §. tertio nume. 5. Guter. de contract. iurat. d. c. vigesimo colum. 2. Socin. iun. in l. sciendum numer. 57. ff. de verb. oblig., vbi asserit hanc esse communem opinionem. Tessaur. d. decis. 222. num. 10. Gail. lib. 2. obseru. 77. numer. 10., vbi asserunt hanc esse communem, & extendunt procedere, etiam quando non constat certiorationem precessisse, cùm iuramentum inducat præsumptionem scientiæ, & deliberationis, atque habeat vim certiorationis, vt alibi quoque dixi, Turzan. in suis communibus conclusione 132. Franch. decis. 478. in fine. Viuius opin. 531. Rolandus cons. 25. num. 14. libro 2. Neuizan. cons. 22. num. 9. Socinus regul. 274., versiculo mulier fallentia vltima. Vasq. de success. libro tertio §. 28. nu. 81. Rolandus cons. 76. libro 2., sequitur Surdus consil. 367. numer. 12. Capriol. de success. ab intesta. libro primo, numero quatrocentesimo nonagesimo tertio. Nam iuramentum accedens renunciationi facit, vt mulier certiorata presumatur. Capel. Tolos. q. 37., & ibi addit Seraphin. de priuileg. iur. priuil. 63. num. 3., & priuil. 99., vbi inquit hanc esse veriorem, & magis communem opinionem, & ita tenet Tenuen. cautel. 230., vbi expressè inquit stante iuramēto minimè exigi certiorationem, & iuramentū validare renunciationē velleiani. trad. nouiss. Mancin. de iuram. p. 4. effectu 35.

con-

contrarium tamen plures tenuerunt, nempè vt certioratio requiratur, etiam vbi renunciationi accessit iuramentum, & ita tenere videtur Calcane. cons. vigesimoquinto, Grammatic. decis. 76. numero vigesimo, & plures refert Thesaur. dict. decis. 225. num. duodecimo, versic. sed contrarium Specul. testam. glos. 11. princ. numer. 109. Cuius opinionis ratio illa est, quoniam iuramentum non debet extendi ad ignorata, & incogitata cap. veniens capit. quintaualis de iureiuran. praetereà iuramentum non supplet formam, neque eam habet expresfi, vbi expresfio pro forma requiritur Tiraq. de legib. connub. leg. 1. glos. 7. num. 158. Neque iuramentum habet vim expressi, vbi deficere videtur consensus, Bald. & Salyc. in leg. 1. Cod. commoda, & hanc opinionem esse magis iuri consonam tradit Couarru. in c. quamuis pactum part. 2. §. tertio, nu. quinto, Rimin. sen. cons. 77. num. 10. & ita tenendum esse inquit Specul. testam. dict. glos. 11. nume. 110. & haec opinio tutior mihi videtur. Consultius itaque erit vt cùm mulier promittit pro alio, & alienam suscipit obligationem prius certioretur de auxilio Velleiani, quod succurrit mulieribus intercedentibus, ac promittentibus pro alio, deinde renuntient auxilio Velleiani cum iuramento. Hoc sanè casu mulier tenebitur, quod notandum est. Caeterùm in Regno Neapolitano ex pragmatica incip. Don Petrus de Toledo, expressè disponitur, quod mulieres non possunt renuntiare Velleiano, etiamsi certioratae fuerint per Notarium de vi auxilij, quia disponitur non posse mulieres renuntiare huic auxilio etiam cum iuramento. Viuius opin. 529. Franch. in fin. Bolognet. in l. sciendum nu. 188. ff. de verb. oblig. Trentacinq. titul. de fideiuss. resolut. 2. numer. 3. lib. tertio.

9 Sed maius dubium est an mulier pro alio promittens, vel intercedens cum iuramento, iuuari possit auxilio Velleiani, an verò ex vi iuramenti excludatur à beneficio etiam sine alia renuntiatione, & aliqui tenent eam teneri, & obligari Bart. in leg. si quis pro eo. num. 11. ff. de fideiuss. Butri. & Io. de Imola in cap. cum contingat de iureiur. Alex. leg. sciendum num. 30. ff. de verb. obl. cons. 146. lib. septimo, Felin. in cap. si diligenti num. 14. de foro compet. Cuman. in leg. doli vet. diuersum numero quarto. ff. de nouat, Tiraquel. in praefatione l. si vnquam numer. 156. Cod. de reuoc. donat. & hanc sententiam communem esse inquit Couarru. cap. quamuis part 2 §. 3. num. quinto, Bauer. de virtu. iuram. numer. 31. Va'qu. de success. creat. lib. tertio §. 28. num. 61. & hanc opinionem veriorem esse, & magis communem esse asserit Guter. de contr. iurat. dict. cap. vigesimo colum. 1. Corset. de iureiur. princip. 13. numero trigesimoseptimo, Roland. consil. vigesimoquinto, numero decimoquarto, lib. 2. & plures refert pro hac opinione Specul. testamen. glos. 11. princip. numer. 110. & ita tenet Trentacinqu. resolut. secunda, numer. tertio, titul. de fideiuss. pro hac opinione facit text. in cap. ex rescripto de iureiur. & ibi glos. & Bald. colum. 1. auth. Sacramenta puberum. C. si aduer. vend. l. si duo patroni § Iulianus. ff de iureiur. cap. cum contingat de iureiur. & in capit. quamuis pactum de pact. libr. sexto, quam conclusionem intelligunt Doct. procedere, etiam si mulier certiorata non fuerit de auxilio velleiani, quoniam iurans censetur saltem in genere cogitare de omni beneficio, vt dixi suprà libr. primo, quaest. duodecima, & extendunt procedere, etiamsi mulier non renuntiauerit velleiano, & non fuerit de Senatusconsulti auxilio certiorata, Marsil. in capit. an si Clerici num. 147. de iudic. vbi plures refert. Namque vbi mulier intercessionem iuramento confirmauit, tunc ea non iuuatur exceptione velleiani, etiamsi suũ auxilium ignorauit dum iuraret, & licet Couarru. in capit. quamuis pactum part. secunda, §. 3. num. 5. existimauerit mulierem, & quae iurauit iuuari auxilio velleiani, cùm iuramentum non extendatur ad incognita: tamen contraria sententia est recepta, vt inquit Gomez. tom. 2. cap. 13. numer. 17. sequitur Less. de iusti. & iure libr. secundo, cap. 18 dubit. 2. nume. 17. Nam mulier etiamsi sciuisset auxilium competens nihilominus iurasset. Ideoque iurauit vt sibi omnes vias praecluderet non implendi promissionem. Vnde iurando implicitè etiam renuntiasse videtur velleiani exceptioni, vt per Less. dict. loco, & haec sententia est communis, vt refert Trentacinq. tit. de fideiuss. resol. secunda, num. tertio, versic. de iure communi lib. 3. Contrarium tamen plures voluerunt, glos. in auth. si qua mulier Cod. ad velleian. vbi intercessio vxoris pro marito, etiam cum iuramento non valet leg. non dubium Cod. de legi. & glos. sequitur ibi Butrig. & Salicet. & ita tenet Alex. cons. 27. col. 2. & cons. 42. lib. 1. Guid. PP. quest. 227. & haec opinio videtur esse communis, vt per Tiraqu. in praefat. leg. si vnquam numer. 151. Cod. de reuoc. donat. Quia secundum aliquos non valet intercessio etiam iurata mulieris, quae non fuit certiorata de auxilio Imola in leg. sciendum ff. de verb. oblig. Bald. cons. 47. lib. primo, Iaf. auth. Sacramẽta puberum Cod. si aduer. vend. Marsil. in rubr. de fideiuss. nu. 38 plures refert Tiraqu. in praefat. dict. leg. si vnquam nu. 146. Couarr. in d. c. quamuis pactum par. 2 §. 3. nu. 5. & ita tenendum esse voluit Specul. testam. glo. 11. princ. num. 110. Vnde melius, & tutius est, vt mulier pro alio intercedens, & promittens certior fiat semper de velleiano Senatuscons. & deinde renuntiet, vel fideiubeat cum iuramẽto, quia hac rõe euitatur dubium, an renuntiatio velleiani etiam iurata, vel fideiussio, & promissio mulie-

ris cum iuramento valeat, si ea non fuerit certiorata, sed vi. etiam quæ dixi libro primo.

Certioratio quippè tollit præsumptam mulieris ignorantiam, iuramentum autem tollit præsumptam mulieris fragilitatem, & inconsultam leuitatem, si quidem iuramentum habet vim consulti, & deliberati consensus, glossa in capitulo cùm contingat de iureiur., & iurans præsumitur deliberatè consentire, & se obligare. Seraphinus de priuilegijs iuramen. priuileg. 62. num. 1.

10 Certis tamen casibus vtilis est velleiani renunciatio, vt eà interposita denegetur mulieri auxilium senatusconsulti. Vnde mater, vel auia ita demum liberorum tutelam suscipere potest, si auxilio velleiani renuntiat authentica matri, & auiæ Codice quando mulier tutrix offic. funer. poss., & ibi Bartolus columine secundo versiculo quæro quid si mater, vbi etiam Baldus, & in lege prima Codice ad velleian, Tiraquellus in tractat. de iudic. in rebus exigendis seren. versiculo decimo quinto. Natta consilio centesimo quadragesimo tertio columine primo libro primo, quæ renunciatio non est leuis solennitatis, sed adeò necessaria est, vt eius omissio tutelam vitiet. Bartolus dicta authentica matri numero vndecimo, & ibi Salicetus quæstione decima quarta, & communiter ibi doctores tradunt hanc renunciationem non esse læuis solemnitatis, vt inquit Rolandus consilio setantesimo sexto numero septimo libro primo, vbi post Capyc. decisione quinquaginta numero sexto, & alios quos refert, voluit omissione huiusmodi renunciationis tutelam vitiari. Omissio quippè renunciationis huius auxilij est magni præiuditij, vt explicat Salicetus dicta quæstione decima quarta. Quinimò hęc renunciatio valet, etiam non interueniente certioratione. Baldus lege prima circa finem ff. si quis in ius voca. non ier. Iason lege in repudianda ff. de acquirenda hęreditate, sed contrarium tenet Alexander dicta lege in repudianda in lege sciendum numero trętesimo secundo ff. de verborum obligatione. Tessaurus decisione ducentesimo vigesimo secundo numero decimo nono versic. declaratur etiam quam sententiam veriorem esse existimo. Debet autem mater, vel auia huic beneficio ideò renuntiare, quia, vt tutelæ officium rectè impleat, vbi opus est debet se pro pupillis obligare, quod sanè vtiliter facere non possunt, nisi velleiano renuntiauerint, Alioquin inutilis est renunciatio, vbi se principaliter ex causa administrationis tutelæ obligat, non etiam intercedit pro alio lege si mater Codice ad velleian, Scapp. de iure non scripto libro quarto capitulo decimo octauo. Tres igitur renunciationes apponi debent in tutela matris, vel auię, vt decretum super tutela interponendum valeat. Bald. d. auth. matri, & auia nu. 10., renunciatio autem velleiani hoc casu apponitur ab eos casus, qui euenire possunt, vt mulier velleiano in tutelæ recta administratione iuuari possit; Salicet. d. auth. matri oppo. 6. Quin cùm tutela species quædam sit intercessionis. Bart. d. auth. matri nu. 12. consequens est, vt optima ratione mater, vel auia non admittatur ad tutelam, nisi renunciet velleiani beneficio.

Mulier etenim tutrix exigendo debitores pupili, vel habendo contutores, siue constituendo actorem potest pro eis teneri, & proinde intercedere videtur, quæ intercessio, vt vtilis sit, debet renunciari velleiano. Bartolus dicta authentica matri numero vndecimo versiculo prætereà. Mulieris itaque hęc renunciatio ideo operatur in tutela, quia pluribus modis vti tutrix in tutelæ administratione intercedere videtur, nam tenetur creditoribus ad defendendum pupilium ab eis conuentum glo. in d. auth. matri, & ibi Angel. col. 1, item tenetur si malum actorem constituerit, deniquæ tenetur pro contutoribus. Angel. d. loco.

11 Sed, vt melius intelligatur, qua ratione permittatur mulieri, vt renũtiare tùm possit velleiano, cùm tutelam liberorum inscipit, non etiam cæteris casibus, regulariter sciendum est omnia virilia officia adempta esse fœminis lege secunda §. primo ff. ad velleian. in illis verbis, cùm eas virilibus officijs fungi, non sit æquum. Virile autem, seu ciuile officium id vocatur, quod ad alienam rem, vel negotium pertinet, veluti iudicem esse, magistratum gerere, postulare, pro alio interuenire, procurationem alterius suscipere, & similia lege fœminæ ff. de regulis iuris, & quoniam tutela est virile officium lege tutelæ lege finali ff. de tutel. siquidem in administratione tutelę, ponitur opera in rebus, & negotijs alienis, hoc est in persona, & in rebus pupilli, ad quem tuendum pertinere debet omnis cura ipsius tutoris lege prima in principio ff. de tutel. Quapropter optima ratione fœminę tutores dari non possunt; quia id munus est masculorum, vt diserrè inquit textus in lege finali ff. de tutel. Verùm ius nouissimum, de quo in d. auth. matri, & auiæ, ex causa, & speciali ratione liberorum permittendo, vt eo casu mulier possit fungi virili officio, circa assumptionem tutelam in necessarium antecedẽs permittere, etiam debuit, vt possit renuntiare velleiano vtiliter; Nam qui vult consequens videtur velle suum necessarium antecedens, lege illud ff. de acquirenda hęreditate lege secunda ff. de iurisdictione omnium iuditijs lege ad rem mobilem ff. de procuratoribus, lex deniquę, ita admittit matrem, vel auiam ad tutelam, vt illud munus rectè impleat. Quod ita fit, si vbi opus est pro pupillorum vtilitate, obligetur vtiliter autem obligari certè non potest, nisi velleiano renũtiauerit, cùm itaquæ lex concedat, vt aduersus regulam traditam in lege finali ff. de tutel. mulier certo casu possit tutelam assumere, concedere etiam debuit, vt illo casu possit renuntiare velleiano, ne illius auxilium obstet

quin

quia tutelæ munus rectè implere posit, & quamuis alienam fuscipere defensionem ciuile sit officium lege alienam, Codice de procurat. tamen id specialiter permittitur matris, & filiorum fauore. Salicetus dicta authentica matri num. 2.

Planè potest mater, vel auia hoc casu renunciare, quia nulla est, tàm intercesionis, quàm renunciationis læuitas, & facilitas, non etenim decipitur mulier suscipiës liberorum tutelam, & tutelæ nomine intercedens, & proinde renunciatio permittitur. Nam mulier renunciare potest iuris auctoritate, seu iure permittente dicta authentica matri. Socin. regul. 274. vers. mulier fallent. 2.

12 Hæc renunciatio velleiani in matre, vel auia tutrice operatur, vt non posit vti tutrix iuuari velleiani auxilio, quoniam illi renuntiauit. Bartolus dicta authentica matri, & aliq. Bald. in lege alienam Cod. de procurat. Quin etiam velleiani renunciatio operatur, vt mulier carcerari posit, quæ alioquin minimè posset, Bartolus tractatu de carcere numero 4. Duen. regu. 212. limitatione secunda. Colerius de procesibus executiuis parte 2. c. 3. num. 191. Afin. de execut. §. 2. c. 7. num. 9. quod tamen verum non videtur, cùm mater, vel auia non posint renuntiare illi iuri reuerentiali, quod liberi debent. Baet. de inope debito c. 15. numero 13.

13 Potest etiam mulier renuntiare in casu l. fin. §. finali ff. ad velleian., vbi si mulier pro eo, pro quo intercesit, parata sit iuditium accipere, vt non in veterem debitorem actio detur, caue re debet se non vsuram exceptione velleiani senatusconsulti. In qua specie, id ita procedit, secundum Bartolus in dicta lege finali, §. finali, quoniam renunciatio fit in iuditio, & ex postfacto. Hinc mulier renuntiare potest in iudicio lege si mulier §. planè ff. ad velleiā. Socin. regul. ducentesimo septuagesimo quarto versiculo si mulier fallentia prima, & secundum Baldus in lege prima numero octauo Codice ad velleian., quia ibi mulier non in instrumento fideiusionis, sed ex postfacto cõueniebatur, & in iudicio renuntiauit, & proinde renunciatio valet ob calorem iudicij. Nocet igitur velleiani renunciatio in iuditio facta dicta lege finali §. finali, & omnes ita intelligere inquit Cunonius tractatu de pactis libro primo capitulo decimo circa finem. Verùm Dec. in lege penultima numero trentesimo C. de pact. voluit renunciationem in d. l. fin. §. fin. non fieri in iudicio, propter illa verba ibi, & sic ad iudicem ire, ex quibus verbis apparet renuntiatum fuisse antequam iretur ad iudicium. Quibus accedit secundum eum, quod auctoritas iudicij non excludit beneficium, ex causa fragilitatis concessum, per lege si quid Codice de minori. Vnde intelligit dicta lege fin. ideò procedere, quia ibi renunciatio facta fuit, ex post facto, cùm senatusconsulti exceptio iam competeret, & cùm mulier posset vti huiusmodi exceptione, vt etiam de minoribus dicitur in lege si iudex ff. de minori, & quod renunciatio, de qua in dicta lege finali, non facta fuerit in iuditio, voluit Aretinus in §. item si colum. decimo quarto versiculo vota ergo. Institut. de exceptio., sed, & Felinus in capitulo si diligenti numero decimo quarto de foro competenti, voluit renunciationem in dicta lege fin. §. fin. non ideò valere, quia renunciatum fuit in iudicio, sed valere ex aliqua alia causa, & ibi inquit id esse notandum, vt nouum. Cui sententiæ Decij in dicta lege penultima, ego minimè accedo, si quidem eadem ratio facilitatis, & leuitatis obtinet in renunciatione exceptionis iam competentis, quæ in exceptione futura, & quæ in ipsa intercesione, quin etiam plures voluerunt, vt certioratio tùm non exigatur, cùm renunciatio fit in iudicio, propter iudicij calorem, vt refert Tessaur. dicta decis. 221. numero sexto, vbi tamen inquit cautius esse, vt etiam renũciationi in iuditio factæ adijciatur certioratio, & Couaruuias in capitulo quamuis parte secũda §. tertio numero quinto versiculo huius quæstionis, inquit ita demum posse mulierem renuntiare velleiano in iuditio si certa est de eius auxilio, & idem tradit Bald. in l. si mulier §. item si mulier numero secũdo ff. ad velleian. Neque obstare videtur dicta lege si iudex, quoniam non loquitur in renunciatione expressa beneficij restitutionis in integrum, iam concessæ, ac plerique existimauerunt, sed procedit in tacita renunciatione per non vsum, vt paret ibi, in illis verbis non vtendo. Oddus de restitutione in integrum parte prima quæstione vigesima sexta articulo quarto numero vigesimo septimo. Verùm quamuis non posit mulier expræsè renunciare velleiani auxilio, vel promittere se non vsuram velleiani exceptione iam cõpetente, quoniam semper renunciationi obstat ratio infirmitatis

15 sexus; poterit tamen non vtendo, auxilium eius causa introductum contemnere, vt de minoribus dicitur in lege si iudex ff. de minori. Nam Velleianum Senatusconsultum, est beneficium inductum, vt subueniatur fragilitati sexus muliebris, vnde vt id occurrit infirmitati fœminarum, illi renuntiari expræsè non potest, quia in renunciatione semper consideratur ea fragilitas, & leuitas, quę in ipsa intercesione argum. lege doli versiculo diuersum ff. de nouation. Vt autem est beneficium, certè illud non debet dari inuitis mulieribus lege inuito ff. de reg. iur. Neque cogi debent mulieres, vt eo vtuntur. Vnde Lactantius libro quinto diuin. institution. capitulo vigesimo. At non est inquit beneficium, quod ingeritur recusanti, & Plinius in Panegirico Traiani, ita scribit, vt qui scias hanc esse beneficiorum principalium summam si illis, & non vti licet.

CC 5 16 Re-

16 Renunciatio velleiani præterea vtilis est, si mulier post biennium, ex quo intercessit renunciauerit huic senatusconsulto l. si mulier ij. C. ad velleian. Socin. regu. 274. ver. mulier fallentia 3. Hoc sanè casu renunciatio, est noua quædam cautio, & confirmatio obligationis. Trentacinq. tit. de fideiuss. resolut. 2. num. 2. lib. 3. Quin quando mulier excluditur ab hoc auxilio, ex legis dispositione, tunc non exigitur alia certioratio, vt in casu d. l. si mulier, cū auth. seq., & ita declarat Bald. in d. l. si mulier & ibi Salicer. num. 2. Crot. in l. sciendum nu. 43. ver. secundo fallit ff. de verb. oblig., & ibi Alex. num. 32. ver. quarto fallit, excluditur sanè mulier in specie d. l. si. mulier propter solemnitatem actus repetiti, vt per Bal. ibi.

Geminatio etenim, & secunda intercessio, adeò obligat mulierem, vt excludat eam ab auxilio senatusconsulti. Socin. iun. in rub. ff. de verb. oblig. num. 281. mulier itaque intercedens pro alio non obligatur tuta velleiani exceptione, at bis intercedens obligatur, not. Ias. in auth. sacramenta puberum num. 58. C. si aduer. vendit., & in l. quæ dotis num. 37. ff. solut. matrim., quoniam geminando intercessionem videtur renunciare beneficio, vt dixi libro secundo.

17 Sed, & valet velleiani renunciatio secūdum Paul. de Castro in l. fin. §. fin. ff. ad velleian. quando non interuenit simplex renunciatio, sed pactum, quo mulier promisit, se non vsurā velleiani exceptione, sed hanc sententiam reprobat Alex. in l. sciendum num. 31. vers. secundò fallit ff. de verb. oblig. vbi inquit differentiam inter pactum, & renunciationem inte minimè probari. Nam velleiani renunciatio aut facta fuit absente parte, & tunc non valet, vt per Bartol. in l. non solum §. si liberationis verba ff. de libe. lega. aut parte presente, & tūc habet vim pacti obligatorij. Bald. l. 1. columna decima C. de pact. præterea, vt dixi velleiani renunciatio idcircò non valet, quoniam ea facilitate, & leuitate, qua mulier inducitur ad intercedendum, eadem, & ad renuntiandū nullo negotio adducitur d. l. doli vers. diuersum, quæ sanè ratio procedit etiam in muliere per pactū promittente, ita Crot. d. l. sciendum numero quadragesimo quarto versiculo tertiò fallit.

18 Sed posset dubitari, an in renunciatione velleiani exigatur certioratio, & sanè primum videtur, quod non, vt voluit Richard. Malumb. & ante ipsum Fulgos. in l. ne passim C. de iur. & fac. ignor. per illum textus, vbi fœminis ex ignorantia iuris, non magis subuenitur, quam masculis, nisi in casibus à iure expressis. Vndè cùm hic casus non sit expressus dicēdum, quod non magis hoc casu certioratio requiratur, q̃ in cæteris casibus. Verùm alij tenuerunt certiorandam esse mulierem l. fin. §. fin., & ibi glo. ff. ad velleian. Cyn. in l. 1. C. eo glo. in §. igitur in ver. interrogetur auth. de sanctiss. epis. Felin. in c. si diligenti nu. 14. de foro compet. & ibi alij doct. Alberic. l. 2. num. 3. C. de hæretic., vbi inquit ex cōmuni consuetudine mulieres certiorari. Padilla in l. fin. num. 10. C. de iur., & fac. ignor. Tiraq. in præfat. l. si vnq. num. 96. C. de reuoc. donat. Socin. iun. cons. 10. colum. fin. lib. 4. Socin. reg. 332. per l. antiquæ §. ne autem C. ad velleian., & quod et cōmuni practica obseruetur, quod notarij ita scribunt, & certiorata per me notarium, quid sit velleiani, ei renunciauit, & c. testatur Fulgos. d. l. ne passim in fine. Quin notarij debent ita certiorare mulieres pro alio intercedentes, vt intelligant quid sit velleiani auxilium aliàs ad damna tenentur. Lopez de contract. lib. 2. c. 17. ver. præterea. Benè igitur erit, vt mulier, cùm renuntiat velleiano, semper admoneatur velleianum senatuscōsultum subuenire mulieribus pro alio promittentibus, & se obligantibus, vt eo casu minimè teneantur, quin non modò in renunciatione velleiani, sed, & aliàs semper mulier, cùm renuntiat certiorari debet. Felinus c. si diligenti num. 14. de foro compet., & vide quæ dixi suprà libro primò q. 21.

19 Sed quid si in instrumēto dicatur mulierem certioratam fuisse, num præsumetur certioratio? In qua te Alex. in l. sciendum num. 33. vers. sed quid si in instrumento, & ibi Seisell. nu. 18. tenet præsumi pro instrumento, atque instrumentum probare, & ita tenet Alcia. de præsumpt. reg. 3. præsump. 13. Lanfr. de aria in repet. c. quoniam contra num. 52. de probat. & hanc esse communē opinionem, & veriorem asserit Bologner. in l. sciendum num. 143. ff. de verb. oblig., & quod stari debeat assertioni notarij tenet Imola in c. cum contingat colum. fin. de iureiur. Felin. in c. si diligenti num. 19. de foro compet. Castren. cons. 8. num. 2. cum seq. lib. 2., & hæc sententia est communis, vt trad. Trentacinq. tit. de fideiuss. resolut. 2. nu. 16. lib. 3., & communem testatur Padilla l. fin. num. 13. C. de iur., & fac. ignor., & quod credatur notario asserenti se certiorasse mulierem plures refert Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 63. num. 17., & ita obseruare senatum, testatur Tessaur. decis. 112. nu. 7. Quanquam hanc opinionē esse valdè dubiam, atque ignorari vtra opinio sit verior, vel magis recepta, inquit Guter. de contr. iurat. c. 20. nu. 3. post Ias. in l. si duo patroni §. idem iulianus nu. 19. ff. de iureiur., & hunc articulum esse dubium asserit Crotus in d. l. sciendum num. 45. Contrariam autem sententiam, quod non credatur notario ita asserenti tenuit Fede. de sen. cons. 189. quæritur an domina Margarita, & hanc opinionem veriorem esse inquit Crot. dicta l. sciendum num. 48. & plures ita tenuerunt, vt refert Ruin. cons. 189. num. 3. lib. 1. Nam notarius hoc casu attestari videtur de his, quæ ab eo geruntur, non autem de his, quæ coram eo geruntur §. nos verò auth. de testi. & facit l. in omni-

omnibus C. de testi. l. nullus ff. eo. Vnde secundum dictos doctores certioratio non probatur, quando notarius asserit mulierem a se certioratam fuisse, secus si asseruerit mulierẽ ab alio certioratam. Roman. d. l. sciendum num. 41.

Tenendo autem priorem opinionem, vt notario credatur de certioratione facta, nec dicatur à quo, in dubio ea præsumitur facta à parte cum muliere contrahente, ita Crot. d. l. sciendum num. 48. ver. tenendo tamen per id, quod trad. Bart. in l. si quis filiabus ff. de testam. tute., & ita tenendum esse, vt certioratio valeat, inquit Roman. d. l. sciendum num. 41., licet etenim assertio notarij, verè non probet certiorationem tamen ex consuetudine creditur notario, & præsumitur pro eo, vt dixi etiam supra lib. 1. q. 21.

Vt autem tollatur omnis dubitatio, an scilicet certioratio probetur ex sola assertione notarij in instrumẽto id vtile erit in praxi, vt mulier admoneatur, atque certioretur à iudice, vbi instrumentum fit coram iudice, vel à parte deinde notarius ita scribat, quæ mulier certiorata per D. iudicem, vel per N. nempe auxiliũ velleiani succurrere mulierib' pro alio se obligantibus, & promittentibus renuntiauit velleiano senatusconsulto, & iurauit nunquam, vti exceptione velleiani, ac nunquam dictam exceptionem opponere &c. Hoc casu etenim vtiliter renuntiabit mulier, ac obligabitur.

Quid si notarius, qui asseruit mulierem à se certioratam de auxilio velleiani, interrogatus à iudice quid sit id beneficium, respondeat se nescire, vel aliter demõstret se ignorare quid illud sit, an valebit renunciatio? & Alberic. in l. fin. §. fin. ff. ad velleian. inquit non valere, Alex. in l. vlt. C. eo. sequitur Bursat. cons. 149. num. 42. late Marsil. in rub. ff. de fideiuss. num. 59. cum seq. Nam quis non potest docere, quod nescit, vnde vbi notarius, qui asseruit se certiorasse, ignorat quid sit velleianum, non potest valere certioratio, neq; renunciatio, idem Albe. in l. 2. nu. 2. C. de heretic. Verùm Fulgos. in d. l. fin. §. fin. tenet contrarium, atque ita tenet Alex. in l. sciendum colu. 10. ff. de verb. oblig., & cautelam Alberici reprobat Cepol. caute. 279. cum seq., & hanc opinionem tenet Trentacinq. tit. de fideiuss. resolut. 2. num. 17. lib. 3. Nam ex assertione notarij quæsitum fuit ius parti, cui posteà non potest derogari arg. eorum, quę not. in l. si quis in graui §. si quis moriens ff. ad sillania, & ita tenere videtur Menoch. cons. 37. num. 145. in fi. Vnde Crot. in d. l. sciendum inquit, tùm standum esse secundæ assertioni notarij, qui dixit se nescire, cùm notarius interrogatus fuit motu proprio à iudice quandoquidem tunc cessat timor subornationis, vel quando notarius non est peritus, cuiusmodi sunt notarij, qui ruri habitant, quoniam suo asserunt id, quod est verisimile, secus si notarius interrogat' fuerit ad partis instantiam, & notarius reputatur peritus. In qua re etiam Dec. in l. 1. vlt. lect. num. 59. si cer. pet. ita distinguit, Aut notarius interrogatus fuit tempore confecti instrumenti, & tunc procedere videtur opinio Alberici, aut ex interuallo, & procedit opinio Fulgos. & Alex. cõtra Albe., sed, & Bolognet. in l. 1. num. 294. circa fin. ff. si certum pet. distinguit, Aut notarius sponte, & extra iudicium dixit se nescire quid sit velleianum, & hoc casu non præiudicat, Aut verò id dixit in iuditio, cum iuramento, & tunc preiudicat. Discant igitur notarij, vt possint alios docere de beneficijs, quibus in instrumẽtis renuntiari solet.

Verùm Bolognet. in l. sciendum num. 196. ff. de verb oblig. inquit communem opinionem, & veriorem esse, quod renunciatio, & obligatio valeat, quoniam notarius non negat se certiorasse, sed interrogatus videtur ignorare, quid sit velleianum, quod potuit scire tempore renunciationis, & certiorationis, quo tempore potuit legere summas, & libros, Nam notarius volens rogare instrumentum prius legit formularia, summas, & practicas, vnde cùm instrumentũ rogat, præsumitur scire ea, quæ pertinent ad illud, & ad munus suum, & tunc scire præsumitur quid sit velleianum. Cæterùm si posteà interrogetur quid sit velleianum, facilè ignorare potest, cùm labilis sit hominum memoria, satis enim est, vt id sciat, cùm conficit instrumentum, in quo apponi debet velleiani renũciatio, & hæc ratio mihi placet, & hęc sententia videtur verior.

Quid autem si reperiatur instrumentum notarij non extensum, in quo ita scriptum sit, quę mulier informata &c. renuntiauit &c. an hoc casu intelligendum erit de renunciatione, & certioratione velleiani senatusconsulti. Atq; vt de velleiano intelligatur sentit Ias. in l. gallus §. idem credendum num. 20. ff. de lib. & posthum. Verùm Tessaur. decis. 212. nu. 8. ver. sed circa hoc quæritur dubitare videtur de hac opinione, nisi constet de notarij consuetudine, vt ea sit ita extendendi illam dictionem, & ad velleianum senatusconsultum.

Sed in hac materia certiorationis velleiani sciendum est, non sufficere, quod mulier certiorata fuerit de hoc auxilio, alias, & in alijs contractibus, in quibus pro alio intercessit, & renuntiauit, quoniam imo requiritur, vt toties certioretur, quoties renuntiat, ac semper in eo contractu certioretur, in quo renuntiat, atque ita iudicatum fuisse, trad. Guter. de contract. iurat. c. 20. circa fin.

20. Præterea, vt renunciatio velleiani valeat ea fieri debet speciatim, & expressè, neque satis est generalis renunciatio. Bald. l. 1. circa fin. ff. si quis in ius voca. non ier. Azo, in summa tit. C. ad velleian. num. 5. Socin. iun. cons. 20. col. fin. lib. 4. Viuius decis. 316. nu. 17. Guter. de contract. iurat. c. 20. num. 8., vbi mouetur ea ratione, nam si mulier non potest renuntiare nisi certiorfacta fuerit de beneficio, vt iam diximus,

ximus, sanè dicendum est specialem exigi renunciationem, & ad id facit tex. in auth. matri C. quan. mulier tut. offic. fun. poss. vbi requiritur specialis huius auxilij renunciatio, sunt tamen, qui contrarium sentiunt, Bart. l. si quis sub conditione num. 21. ff. de testam. ture., & in d. auth. matri col. pen. Alex. cons. 146. lib. 7. cons. 11. col. pen. versic. pondero illa verba lib. 2. Aretin. cons. 33. col. pen. Socin. consil. 200. col. pen. cons. 203. col. fin. lib. 3. Rimin. sen. cons. 584. num. 2. Rolan. de dote q. 42. num. 10., & cons. 13. nu. 6. lib. 1., & plerique alij relati à Tiraquello in præfat. l. si vnquam num: 121. C. de reuoc. donat. qui tamen nihil decidit. Verùm de doctrina Bart. in d. lege si quis sub conditione, dubitauit Salicet. in dicta auth. matri, vt ipse quoque dubito.

Nam mulier debet certiorata de auxilio illi speciatim renuntiare. Trentacinq. tit. de fideiuss. resolut. 2, num. 14. ver. in casibus igitur lib. 3.

21 Non operatur autem velleiani renunciatio, cùm mulier pro viro fideiubet, modò ad ipsam non pertineat vtilitas contractus, quia tunc, quod agitur, nullum est ipso iure auth. si qua mulier C. ad velleian. l. 5. C. ne vxor pro mari. ita Bald. l. 1. col. 3. ver. tu dic, & num. 11. C. ad velleian. Paul. de Cast. cons. 17., & in l. 1. numer. 2. ff. ad velleian. Mulier etenim pro viro suo se obligans tuta est ipso iure, & proinde non exigitur velleiani renunciatio, sed renuntiare debet beneficio auth., si qua mulier C. ad velleian., vt inquit Bald. in d. l. 1. C. ne vxor pro mari. Socin. iun. cons. 20 colum. fin. libro 4. Sed vide quę dicam infra renunt. proxima.

22 Neque operatur velleiani renunciatio, quādo id, quod agitur nullum est ipso iure ratione formę, de qua in l. antiquę §. ne autem C. ad velleiani. Bald. d. l. 1. C. ad velleian. Paulus de Castro in d. l. fin. §. fin. ff. ad velleian. num. 6. Scapp. de scite non scrip. lib. 4. c. 18. Mulier itaque pro alio intercedens non seruat formam d. §. ne autem, non obligatur etiam si renuntiasset velleiano, quia tunc locum non habet velleianum, nisi iurasset, idque de iure canonico, vt per Bartol. in d. §. ne autem, vbi inquit notandum esse hunc casum mirabilem, ex quibus concludendum est, quod renunciatio velleiani non nocet quando mulier intercedit pro viro, vel quādo intercedit pro alio sine instrumento cōtinente subscriptionem triū testium, nam his casibus non nocet velleiani renunciatio, sed renuntiandum erit senatuscōsulto velleiano, & alteri omni auxilio, cum iuramento Paul. de Cast. in d. auth. si qua mulier num. 2. & vide infrà, quæ diximus ad dict. auth. si qua mulier. Vnde monet Ange. in d. l. doli, quod hodie renunciationes velleiani, vt ipse ait, non valet vnam festucam, & secundum Imol. ibi, omnes renunciationes velleiani non videntur valere de iure. Verùm Bald. in l. 1. num. 12. C. ad velleian. inquit, quod cùm hodie in Lōbardia non vtantur subscriptionibus testium, valebit renunciatio ex consuetudine, etiam sine testium subscriptionibus, sequitur Scapp. tract. de iure non scripto d. lib. 4. c. 18. in fine & inquit Ias. in Lōbardia non esse necessariam subscriptionem trium testium, quoniam id de consuetudine non seruatur, & recessit ab aula vt refert Bolognet. l. sciendum num. 186. ff. de iureiur. Valebit tamen iuramentū, etiam non interueniente trium testiū subscriptione; Vnde vt valeat fideiussio, vel obligatio pro alio, siue forma d. §. ne autem, debet mulier promittere cum iuramento, vel renuntiare velleiano cum iuramento. Bolognet. d. l. sciendum nu. 186. Itaquę, vt mulier vtiliter pro alio fideiubere, & se pro alio obligare possit, notandum erit, quod aut se obligat pro marito, & tunc recurrendum erit ad ea, quæ dicam de renunt. dict. auth. si qua mulier. Aut verò pro alio fideiubet, & tunc, vt fideiussio omnino valeat, atquę, vt tollatur omnis controuersia, confici debet publicum instrumentum à tribus testibus subsignatum, iuxta formā l. antiquæ §. ne autem C. ad velleian., in quo mulier prius certiorari debet à iudice, coram quo fit instrumentum, de iuribus senatusconsulti velleiani, vbi iudex est præsens, aliàs ab altero, qui sciat, quid sit velleianum, deinde notarius ita scribere debet, quæ mulier prius à D. Iudice, seu à N. certiorata S.C. velleianum succurrere mulieribus, vt pro alio fideiubentes, aut se pro alio obligantes non teneantur, illi renūtiauit, & iurauit se non vsuram illius exceptione, neque vnquam se velle iuuari ex dicto senatusconsulto, ex causa dictæ fideiussionis, siue obligationis, sic etenim mulier haud dubiè obligabitur, quamuis etiam notarius ignoret, quid sit velleianum, & hac ratione probabitur certioratio facta ab alio, quàm ab ipso notario.

23 Sed consequenter quæri etiam potest, an in casibus, in quibus mulieri permittitur, vt pro alio agere possit, vt per Tiraq. de legibus connub. glo. 5. num. 171. sit etiam necessaria velleiani renunciatio, & Bart. in l. alienam C. de procurat. tenet mulierem illis casibus iuuari velleiano, nisi renuntiauerit, quamuis sibi cōtrarius sit in l. 1. ff. de appella. recip. idem tenet Bald. in d. l. alienam.

24 Renunciatio velleiani non pręsumitur quāuis ex instrumento cōstet mulierem fideiussisse, ac pro alio intercessisse, cùm hæc sit solennitas estrinseca, quæ non præsumitur glo. Bart., & alij in l. sciendū ff. de ver. obl. Alex. cons. 146. n. 2. lib. 7. Bolan. tract. de rest. in int. c. 513. n. 4. sed an mulier alieno nomine intercedēs, & velleiano renuntians pręsumatur certiorata, dixi supra lib. 1.

25 Postremò non est omittendum, non vitiari instrumentum, si in renunciatione velleiani notarius scripserit Valeriani, vt interdum accidit, ob ignorantiam notariorum, cùm dicere debuis-

debuisse velleiani. Purpura. in lege prima nu. 75. ff. si certum petat.

LXIII. RENVNCIATIO AVTEN. SI QVA MVLIER C. AD VELLEIAN.

Summæ.

1 *Vxorum obligationes, quæ pro maritis fiunt, magis prohibentur, quàm obligationes, quæ pro cæteris fiunt.*
2 *Vxor hodie pro viro intercedens ipso iure non obligatur.*
3 *Vxor pro viro intercedens cur non obligetur.*
4 *Auten. si qua mulier renuntiari non potest.*
5 *Auten. si qua mulier renuntiari potest cum iuramento.*
6 *Vxor promittens cum iuramento renuntiare censetur dispositioni auten. si qua mulier.*
7 *Vxor intercedens pro marito renuntiare debet cum iuramento auten. si qua mulier.*
8 *Vxor pro viro intercedens, non debet renuntiare solum velleiani auxilio, sed renuntiare debet cum iuramento dispositioni auten si qua mulier.*
9 *Vxor non potest confessione sua sibi auferre auxilium d. auten. si qua mulier.*

Nunc videndum erit, quando mulier pro viro suo intercedit.

1 Bligationes igitur vxorũ, quæ pro
maritis fiunt, semper magis pro-
hibitę fuerunt, quam pro cęteris,
cùm vxor facilius seducatur à viro
quã ab alio, sanè pro marito mul-
to minus tenetur, quàm pro extraneo. Et ideò
primò edictis Principum Augusti Claudij an-
gustius consultum fuit mulieribus, nimirum
tantum in eo casu, quo pro suis viris intercede-
rent l. 2. in prin. ff. ad velleian. Posteà hæc edi-
cta Consulibus Syllano, & Velleio reducta fue-
runt in formam S. C. quo plenissimè consul-
tum est mulieribus intercedentibus, siue pro
marito, siue etiam pro cæteris d. l. 2. in princ.
Paul. de Cast. in auct. si qua mulier num. 2. C.
ad velleian. Denique, vt magis subueniretur
mulieri intercedenti pro viro suo, quàm pro
alio inductũ fuit nouissimũ ius, de quo in auct.
si qua mulier C. ad velleian. §. & illud auten.
vt nulli iudic. Tessaur. decis. 223. in prin. fac.
lex Tauri 61. de qua per Guter. de contractib.
iur. c. 55. Nam olim vxor pro viro intercedens
obligabatur, sed velleiani exceptione iuuaba-
tur l. si vxor l. si aduersarius C. ad velleian. Ho-
2 diè autem ipso iure non obligatur, nisi probe-
tur tòtractum versum in vtilitatem ipsius mu-
lieris. Cuius hęc ratio traditur, Nam qua ra-
tione prohibetur donatio inter virum, & vxo-
rem, ne scilicet mutuo amore inuicem se spo-
lient l. 1. & l. 2. ff. de donatio. inter vir. &
vxor. eadem item interdictum fuit, ne mulier
consentiat obligationi viri, aut se, suamq; rem
obliget pro marito, vt per glo. in d. auct. si qua
mulier. Tessaur. decis. 223. in prin. Verùm
si hęc ratio vera esset prohiberetur item mari-
tus pro muliere obligari, quod tamen est falsũ,
secundum omnes, vt trad. Paul. de Cast. dicta
auct. si qua mulier numer. 4. licet enim mulier
prohibeatur intercedere pro marito; tamen nõ
ita prohibet̃ intercessio viri pro vxore. Marc.
3 q. 426. nu. 6. p. 1. Quare verior ratio illa est, qm̃
facilius vir ad id inducere potest vxoré, quàm
alius, & ideò vbi maius est periculum ratione
facilitatis, & fragilitatis ibi cautius est acendũ
vt inquit Cyn. in d. auct. si qua mulier, & ibi
Paul. de Cast. & Alberic. sequitur Scap. de iu-
re non scripto lib. 4. c. 16. nu. 3. Ratione itaq;
facilitatis, qua mulier, sed vti sine blanditijs,
siue reuerentiali metu à viro potest magis sub
uenitur mulieri pro viro intercedenti, quàm
pro alio, vt hoc casu obligetur, sed posteà vel-
leiani auxilio iuuetur, altero autem casu ipso
iure non obligetur.

Nam quò facilius mulier pro marito, quàm
pro alio se obligat, eo magis in marito subue-
niendum ei fuit.

4 Qua ratione non potest renuntiari dispo-
sitioni huius auctẽn. si qua mulier, vt per Cynus
& ibi Bald. num. 10. Alberic. num. 4. Bart. in
l. antiquæ num. 3. C. ad velleian. Castren. cõs.
8. num. 1. lib. 2. Abb. consilio 44. in præsenti
quęstione num. 2. lib. 1. Cepol. cons. 28. casus
talis est num. 1. Bolognin. cons. 45. nu. 6. Tes-
saur. decis. 223. num. 3. vbi testatur ita sena-
tum obseruare. Trentacinq. titu. de fideiuss.
resolut. 3. num. 4. libro 3. Ratio est secundum
suprà dictos doct. quoniam iuri prohibitiuo re
nuntiari non potest, glo. in l. 1. C. ne fideiuss.
dot. dentur. Deinde quemadmodum renun-
tiari non potest legi prohibẽti donationem in-
ter virum, & vxorem, ita renuntiari non potest
huic prohibitioni, quę eadem ratione inducta
fuit, præterea quæ facilitas facit, vt prohibea-
tur intercessio pro marito, eadé quoque pro-
hibere debet beneficij renunciationem argu. l.
doli §. diuersum ff. de nouat. & hæc posterior
ratio verior videtur, licet etenim hæc dispo-
sitio principaliter respiciat priuatam mulieris
vtilitatem, & minus publicam, & proinde di-
cendum videatur, vt mulier renuntiare possit,
per ea quæ dixi alibi. Tamen quia renuncia-
tioni obstare potest fragilitas, & leuitas mulie-
ris, vt obstat principali obligationi, ideò non
permittitur renunciatio, non magis, quàm
principalis obligatio, & intercessio, Quin obli-
gatio, & consensus mulieris, etiam cum iura-
mento non valet, vt per glo. in d. auct. si qua
5 mulier per l. non dubium C. de legi., sed con-
trarium verius est, nam renuntiari potest cum
iuramento. Bart. d. auct. si qua mulier in fine
& ibi Angel. Paul. de Cast. & Alberic. nu. 4.
& ita tenet Butrigar. de renunt. iur., vbi agit

de

de tenuut. d. auct. Rimin. Sen. conf. 77. num. 11. lib. 1. Marc. q. 426. nu. 8 parte 1. Castren. d. conf. 8. num. 3. Afflict. decis. 311. num. 4. vbi inquit opinionem gls. non teneri a canonistis, & ita tenendum esse tradit Gutet. d. c. 55. num. 6. vet. sed contrarium Tessaur. dict. decis. 223. num. 8., vbi inquit hanc conclusionem seruari in praxi, nullamque habere difficultatem.

Quamuis etenim simpliciter renũciari non posit huic dispositioni, ob fragilitatem, & inconsultam læuitatem mulierum, quæ, vt iam dictum est, vt obstat intercessioni, & principali obligationi, ita quoque obstare potest renũciationi. Tamen aliud dicendum est in iuramento, si quidem iuramentũ habet vim secundi consensus glo. in c. cum contingat ver. seruare debet de iureiur., & iurans magis deliberatè consentire videtur, propter animę periculum, & periuri incurrendi. Quocircà quemadmodum mulier alienationi rei dotalis secundo consentiens non iuuatur amplius velleiano, cũ præsumatur magis deliberatè promisisse, vt in d. auth. si qua mulier ita, & dicendum est quãdo iurat, si quidem tunc magis deliberatè cõsentit. Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 62. num. 1. simplex igitur renunciatio huius dispositionis non tollit præsumptionem incõsultæ lęuitatis, & facilitatis mulieris, quę interuenire potest in obligatione; iuramentum autem tollit hanc pręsumptionem, & proinde tollit etiam hanc dispositionem, sed vide etiam, quæ dixi lib. 1.

Imò secundum Tessaur. d. nu. 8. valet renũ-
6 ciatio generalis cum iuramento. Sed, & vxor promittens cum iuramento obligatur, etiam si non renunciet beneficio huius auct. Tessaur. d. num. 8., & vxor iurans in intercessione efficaciter obligatur. Bauer. de virtute iuramen. nu. 61. sequitur Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 118. Trentacinq. d. resolut. 11. num. 9., & 10. Sed an iuramentum pręiudicet, vbi mulier enormiter læderetur, vt quia in totum, vel ex maxima parte remaneret indotata, vi. apud Tessaur. d. decis. 223. num. 9. cum seq. quem sequitur Trentacinq. d. resolut. 3. num. 11. ver. ego tenerem, vbi pulcrè explicat.

7 Vnde mulieres quando obligat se, vel intercedunt pro maritis, vel cum eis renuntiare debent huic beneficio, vel simili, vt beneficio l. tauri. Gutter. dicto capitulo 55. numero 6. in fine.

7 Neque satis est ad exclusionem huius beneficij Velleiani Senatuscon. renunciatio, quoniam; etsi renuntiet illi auxilio, non nocebit renunciatio, quoniam renuntiauit beneficio, quod non habet. Debet igitur mulier ita se obligans, vel intercedens renuntiare velleiano, & speciatim beneficio d. auct. si qua mulier, vel saltè generaliter cuilibet alteri auxilio, id quæ cum iuramento, quoniam tunc tenetur iuramentum seruare. Paul. de Cast. d. auct. si qua mulier nũ. 1.

Imò non potest mulier confitendo rem versam esse in suam vtilitatem sibi auferre hoc beneficium, & auxilium, sed id manifestè probari debet, vt dicitur in d. authen. si qua mulier, si quidem qua fragilitate, seu facilitate mulier pro marito intercessit, eadem fragilitate fieri potest, vt fateatur, rem in vtilitatem suam versam esse.

LXIV. RENVNCIATIO, AVTEN. SIVE A ME C. AD VELLEIAN.

Summæ.

1 *Dispositioni Auten., siue à me C. ad Velleian. renuntiari an possit.*
2 *Auten. siue à me C. ad velleian. cur inducta.*
3 *Iuramentum an tollat dispositionem Auten., siue à me.*

EX dispositione auth., siue à me C. ad velleian. alienari non possunt bona immobilia donata propter nuptias, vel bona mobilia dotalia, quæ seruari possunt, nisi seruata sólemnitate d. auth. vt per gloss., & Bart. ibi, & ita concludit idem Bart. in l. 1. num. 18. ff. solut. matr., & ibi Alex. num. 34. Ripa nu. 103., vbi hanc opinionem communem esse inquit, & idem testatur ibi Ias. num. 33. Dis-
1 positioni huius auth. renuntiari non potest, vt inquit Alberic. in auth. si qua mulier num. 4. ver. item, quia C. ad velleian. Nam quamuis hæc dispositio inducta sit principaliter fauore priuato mulierum, & minus principaliter fauore publico, & proinde illi renuntiari posit, per ea, quæ alibi diximus. Tamen, quia dict. auth., siue à me consensum mulieris prohibet, dum inquit mulieris consensus nihil proficit, ideò prohibetur, & renunciatio. Qua etenim fragilitate, & inconsulta facilitate mulieres se obligant, atque consentiunt; eadem quoque facilè renuntiant arg. l. doli ver. diuersum ff. de nouat., atque facilè eludunt dispositionem
3 huius auth., vt dicam etiam infrà. Itaque d. auth., siue a me inducta est, vt succurratur fragilitati mulierum, ne inconsulta facilitate sibi præiudicent, & ideò ibi excipitur secũdus consensus post bienniũ, qui tollit pręsumptionem inconsultæ facilitatis. Renunciatio autem simplex, nó potest tollere dictam præsumptionem fragilitatis, ac læuitatis, quoniam potest, & ea laborare eodem morbo, quo ipsa principalis obligatio, & consensus mulieris, & quæ inconsulta læuitas mulieris obstare potest obligationi, & consensui; eadem item obstare potest ipsi renunciationi. Verùm poterunt alienari absq; solemnitate d. auth., siue à me, bona immobi

ija

lia donata propter nuptias, vel bona mobilia, quæ seruari possunt iuramento accedente renunciationi, vel consensui mulieris, quemadmodum, & dicam infrà renunciat. proxima, Cuius ratio illa esse potest. Nam quemadmodum permittitur alienatio, vbi interuenit secundus consensus post biennium, vt in d. auth. siue à me sic, & permitti debet alienatio interueniente iuramento, quod habet vim geminati, ac repetiti consensus, vt per glo. in c. cum contingat in ver. seruare debet de iureiur. Couarru. c. quamuis pactum par. 2. §. 1. nu. 10. de pact. lib. 6. & de hac renunciat. d. auth. siue à me, habetur per Butrigar. de renunciat. iur. simplex igitur renunciatio, quia non tollit præsumptionem fragilitatis, & facilitatis mulieris, ideò neque tollit dispositioné huius auth. qua succurritur mulieri, ratione fragilitatis, verùm, quoniam iuramentum habet vim secundi consensus, vt per glo. in d. c. cum contingat & iterum magis deliberatè consentire videtur, ob periculum animæ, atque periurij incurrendi, ideò iuramentú, vt tollit præsumptionem inconsultæ fragilitatis, ita quoque tollit auxilium inductum ratione ipsius fragilitatis. Seraphin. de priuileg. iuramenti priuileg. 62. & tunc pertinent etiá, quę dixi suprà renunciat. proxima, & lib. 1.

LXV. RENVNCIATIO, L. IVLIÆ, DE FVNDO DOTALI.

Summa.

1 *Probibitio leg. Iulię de fundo dotali.*
2 *Probibitionis legis Iuliæ ratio.*
3 *Legis Iuliæ dispositioni, an possit mulier renunciare.*
4 *Maritus, an possit renuntiare probibitioni legis Iuliæ.*
5 *Renũciatio iurata, an tollat probibitionem legis Iulię.*
6 *Alienatio fundi dotalis, cum iuramento an valeat.*

Legis Iulię de fundo dotali à Diuo Augusto in sexto suo consulatu, Vlpiano & Tranquillo auctoribus latæ, hęc erat sententia. Fundum Italicum dotalem maritus ne alienet inuita vxore, ac, ne ipsa quidem consentiente obliget, vt de ea meminit l. lex Iulia ff. de fundo dot. l. vnica §. & cùm lex C. de rei vxor. act. Insti. quibus alien. lic. in prin. Hac autem lege primo prohibetur
1 fundi dotalis Italici alienatio. Secundò tùm demum eius prohibetur alienatio, quando ea fit inuita muliere. Tertiò prohibetur obligatio fundi dotalis, etiam ipsa muliere cõsentiẽte Iure autem nouissimo nihil interest ad alienationis prohibitionem, quod fundus sit Italicus an prouincialis. Item, quod fundus alienetur inuita muliere, an verò ipsa consentiente. Instit. quibus aliena. lic. in prin. & d. §. & cù. m lex Iulia, ex noua itaque constitutione, siue mulier cõsentiat, siue non, siue fundus sit Italicus, siue prouincialis, non potest alienari, aut obligari fundus dotalis, cùm ex lege Iulię Italici fundi dumtaxat alienatio ita demum prohibetur, si ea fiat inuita vxore, vt habetur toto titu. ff. & C. de fundo dota. in d. l. vnica §. & cùm lex Iulia. Instit. quib. alien. lic. in prin. & ibi doct. not. in l. 1. ff. solue. matrim. Bart. Bald. Alberic. Salicet. & alij in lege si prædium C. de iure dot. late Bald. nou. in rep. d. l. 1. nu. 159. cum pluri. seq. & in tract. de dote par. 7. priuc. priuil. 2. per totum. Cu-
2 ius prohibitionis causa est sexus fragilitas d. §. & cùm lex ibi, ne fragilitate naturæ suæ in repentinam deducatur inopiam, & instit. quibus alien. lic. in prin. ibi, ne sexus muliebris fragilitas in perniciem substantiæ earum conuertatur.
3 Huic priuilegio prohibitiuo non potest mulier renunt. atque ad illud tollendum non prodest mulieris consensus d. l. vnica §. & cum lex Iulia, Insti. quibus alien. lic. in principio & ibi glo. in ver. neque consentientibus adnotat hoc casu speciale illud esse, vt quis nõ possit fauori suo renuntiare, quoniam id etiam reipub. interest, quæ tamen ratio non est vera, vt postea dicam l. ex Iulia ff. de fundo dot. t. de die ff. de pact. dot. nam cum mulier consentire non possit alienationi fundi dotalis, neque poterit renuntiare, quandoquidem renunciatio consensui comparatur d. §. & cùm lex Iulia ibi, licet enim Anastasiana lex de consentientibus mulieribus, vel suo iuri renuncian tibus loquatur. Qua sanè ratione prohibetur mulieris consensus, circa alienationem eadem permitti non debet renunciatio mulieris. Quocirca, quę fragilitatis ratio, vt supra dixi, prohibet mulieris consensum in alienatione dotalis fundi eadem, & prohibet mulieris renunciationem l. doli §. diuersum ff. de nouatio Bart. l. stichus §. idem quęsijt n. 2. ff. de cond. inde. & quamuis videri possit, vt huic prohibitioni renunciari possit, vt principaliter inductæ priuato fauore ipsarum mulierum, & minus principaliter fauore publico, per ea, quę dixi supra renunciat. 7. Tamen, quia id auxilium inductum est ratione fragilitatis mulierum Institu. quibus alien. lic. in prin. ideò merito lex prohiberet iam consensum, & renunciationem aduersus regulas, quibus permittitur, cuique fas esse, suo iuri renuntiare. Vt facilè enim mulier consentire potest, ita facilè quoque, & ex inconsulta leuitate renuntiare poterit arg. l. doli ver. diuersum ff. de nouat. Publica itaque vtilitas, quæ consideratur minus principaliter, non impedit hoc casu renunciationem, sed fragilitas, cuius ratione, vt prohibetur consensus,

ita,

sta, & renunciatio, & quod renunc. non possit mulier huic priuilegio expressim tenet Præteius ad l. Iul. de fundo dot. in fi. Signorol. in leg. si æstimatis colum. final. vers. ex prædictis ergo. ff. sol. matrim. Vital. de clausul. verb. nūc videamus an benefic. leg. Iul. in princ. & non tantum potest mulier consentire marito alienanti, & renunc. huic priuilegio prohibitiuo
4 scilicet, neque potest maritus consentiendo mulieri alienanti renunc. huic prohibitioni, & quamuis ex leg. si prædium, Cod. de iur. dot. arguendo, ibi a cōtrario sensu videatur dicere, mulierem alienare posse cum consensu uiri, tamen cōtrarium receptius est, vt per Bart. Bald. Salicet. & Alberic. in dict. leg. si prędiū Bald. nou. de dote par. 7. priuileg. 1. num. 13. limit. 9. Hippol. Riminald. in rub. insti. quib. alien. lic. num. 30.
5 Sed dubium est, an renunciare possit cum iuramento, & renunc. non posse etiam cum iuramento tenuit glos. in dict. §. & cum lex Iulian. in verbo alienare, contrarium tamen verius est de iure canonico per capit. cum contingat de iureiur. capit. licet de iureiur. lib. 6. Nam cùm hæc prohibitio minus principaliter respiciat fauorem publicum valet eius renunciatio cum iuramento dict. cap. cum contingat Bart. leg. si quis pro eo. num. 8. ff. de fideiuss. Vital. de claus. verbor. nunc videamus, an beneficio leg. Iul. in princ. & hanc rationem communiter approbari testat. Couarru. in capitul. quamuis pactum 2. par. §. 1. num. 5. 6. Guter. de contr. iurat. cap. 1. numer. 2. 3. & numero 92. 93. Roland. cons. 15. colum. 2. vers. præmissis tamen lib. 2. Seraphin. de priuileg. iuramen. priuil. 76. colum. 1. & ita communiter tenere Doct. inquit Coras. leg. qui liberos nu. 200. ff de ritu nupt. quamuis ipse dubitare videatur, & beneficio leg. Iul. vbi videtur tenere vt renunciare possit cum iuramēto, dum citat dict. cap. cum contingat.
6 Quinimò accedente iuramento valet alienatio fundi dotalis d. c. licet, & d. c. cum contingat. glo. in l. si prædium, versiculo arbul interest, & ibi Bartol. C. de iure dotal., & in rub. Insti. quibus alien. lic. in versiculo dotale prædium, specul. tit. de empt., & vend. §. 3. loco ver. verùm si rei. Bart. in l. Seius, & augerius num. 4. ff. ad l. falcid. Ias. authen. sacramenta puberum num. 34. C. si aduer. vend. in l. 1. not. 4. ff. solu. matr. port. Insti. quib. alien. lic. in prin. num. 9., & ibi Angel. Aret. Alciat. d. c. cum contingat num. 40. 45. Bald. pro vers. in repet. l. 1. num. 188. ff. solu. matr., & de dote p. 7. priuil. 1 num. 25. Guter. de contr. iurat. cap. 1. Couarru. c. quamuis pactum p. 2. §. 1. num. 5. vt inquit hanc conclusionem omnium fere consensu esse receptam. Ferrar. in for. lib. act. real. glo. veris, ac legitimis titulis nu. 58. Franc Marc. decis. 327 num. 2. Plot. in repe. l. si quando num. 446. C. vnde vi. est communis, vt per Viuium decisione 233. num. 2. Tenuit cautel. 95. num. 5. Surd. de aliment. tit. 8. priuil. 56. num. 47. Seraphin. de priuileg. iuram. priuil. 76. Mancin. tract. de iuram p. 4. effecte 28.

Sola ad nou. constitu. Sabaud. tit. de alienat. bon. mino., & mulie. glo. 1., vbi luce. Nam licet reipub. interfit, vt dotes fœminarum cōseruentur, l. 1. ff. solu. matrim., & proinde lex prohibuerit fūdi dotalis alienationem, tamen quia ea prohibitio spectat priuatā vtilitatem, & minus principaliter publicum commodum, ideò optima ratione ob vim iuramenti confirmatur alienatio, vt in d. capit. cum contingat, Bart. l. si quis pro eo. nu. 8. ff. de fideiuss. Ias. in l. 1. num. 11. not. 4. ff. solu. matrim. Cuius sententiæ illa est ratio, quod ne quis periurus sit satis esse constat eum, cuius fauoré lex principaliter respexit, eidem renunciasse tacitè, vel expressè. Couarru. d. c. quamuis pactū p. 2. §. 1 num. 5. Nam, & alias semper consideratur fauor, quem præcipuè, ac principaliter lex ipsa spectat, non etiam is, qui minus principaliter spectatur. Bart. d. l. si quis pro eo. num. 8. Couarru. d. §. 1. num. 5. versic. nam vbi.

Hanc tamen sentētiam, quod alienatio cum iuramento valeat plures reprobauerunt. Nam qua fragilitate inducitur mulier ad consentiēdum alienationi, eadem quoque induci potest ad iurandum l. doli §. diuersum ff. de nouat. præterea quę iura videtur probare contrariam opinionem, in solùm dicunt seruandum esse iuramentum interpositum super alienationib. non etiam affirmant alienationem confirmari iuramento, cùm aliud sit, vt contractus confirmetur iuramento, & aliud sit, vt iuramentum super contractu interpositum seruari debeat, vt per Coras. leg. qui liberos num. 201. ff. de ritu nupt. port. Insti. quib. alien. lic. in princ. nu. 9. Quæ opinio, & si subtilis videatur in disputando, tamen in iudicando, & in consulendo est reijcienda port. d. loco. Nam licet d. cap. cum contingat de iureiur., & c. licet eo. tit. lib. 6. minimè dicant contractum confirmari iuramento, sed tamen asseuerant iuramentum esse seruandum, tamen contractus adhuc iuramento confirmatur, quasi iurando alienare liceat auct. sacramenta, & ibi glo. in versiculo custodiatis C. si aduer. vend., & ita voluit Bart. in l. si quis pro eo. nu. 8. ff. de fideiuss. quæ opin. est communis, vt refert Couarru. cap. quamuis pactum par. 2. §. 1. num. 7., vbi inquit ab hac opinione non esse recedendum in iudicio, nec in priuatis responsis.

Sed contraria opinio verior videtur. Nam huiusmodi prohibitio inducta est, vt occurratur fragilitati, & inconsultę leuitati mulierum, quæ facilè adduci possunt, vt consentiant, atque se obligant, vt dilertè habetur. Instit. quibus alien. lic. in fi. princ. Hæc autem præsumptio fragilitatis, ideò non tollitur simplici renunciatione, quoniam quę fragilitas obstat cōsensui,

& obligationi, eadem similiter obstare potest ipsi renunciationi arg. d. l. doli, ver. diuersum. Verùm dicta præsumptio tollitur iuramento, si quidem illud habet vim deliberati, & cōsulti consensus, glo. in c. cum contingat de iureiur. & iurans præsumitur deliberatè consensisse, Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 62. nu. 1. Vt igitur simplex renunciatio non minus inconsulta, quam ipsa obligatio non tollit præsumptionē fragilitatis, & leuitatis in muliere, ita neque tollit auxilium inductum, vt fragilitati occurrat. Aliud dicendum est in iuramento, quod vt tollit præsumptionem fragilitatis, ita quoque tollit prohibitionem fragilitatis ratione introductam.

Declaratur tamen, vt alienatio minimè firmetur iuramento, quando solus vir alienat cū iuramento, quia eo casu agatur de præiud. mul. vel ēt quando mulier ipsa alienaret cū iuram., quia tunc non valet in præiudiciū viri, sed in preiudiciū mulieris iurantis, tū si autem vir alienaret cum consensu mulieris, & ipse vir iurasset, non ēt mulier, tunc ex persona sua non pōt vir cōueniri, sed ex persona mulieris, cum huiusmodi cōsēsus mulieri non præiudicat sine eius iuramento, vt per Bald. nouell. de dote par. 7. priuil. 1. limi. vlt. Guter. de contr. iur. c. 1. n. 96.

LXVI. RENVNCIATIO IVRIS HYPOTHECARVM.

Summæ.

1 *Pignori remisso non censeri remissum ipsum debitum.*
2 *Renuntians iuri hypotheca non dicitur donare.*
3 *Vxor remittere potest ius hypothecæ, quod habet in bonis mariti pro dote, tam ad fauorem ipsius mariti, quàm alterius.*
4 *Mulier renuntiare potest iuri hypotheca, tam ipsi viro generaliter, quàm alij cōtrahenti cum viro.*
5 *Renunciatio iuris hypothecarum valet, vbi maritus habet alia bona, vnde alibi mulier possit esse tuta pro dotis restitutione, vel alias sit soluēdo.*
6 *Probare quis debeat alia bona mariti non extare.*
7 *Mulier renuntians cum iuramento.*
8 *Renunciatio iuris hypothecarum non extenditur ad alias personas, vel res, aut ad alium contractum.*
9 *Mulier confitens pretium rei venditæ ad eam peruenisse, vel partem dotis recepisse.*
10 *Renūciatio filiæ non nocet patri, in actione de dote.*
11 *Expressa renunciatio iuris hypothecarum.*
12 *Mulier renuntiare potest hypotheca conuentionali non etiam tacitæ hypotheca.*
13 *Renūciatio iuris hypothecarum, quando operetur.*

1 ILlud certum est, remisso iure hypothecæ minimè tolli debitum ipsum, neque tolli obligationem, actionēue personalem l. Lucius titius ff. quibus modis pign. Alex. cons. 12. col. 3. vers. secundò, respondetur libro secundò, nam pignore remisso, non censetur remissum ipsum debitum lege tertia ff. de pact. Decius lege creditor
2 numero tertio ff. de regul. iur. Vnde renuntians iuri hypothecę, non dicitur donare lege si pignus ff. quæ in fraud. cred. lege prima §. primo, lege Lucius ff. quibus modis pign., neque remittens pignus dicitur intercedere lege etiam, & ibi notat Bartolus, Codice ad vellejan. Quamuis autem mulier prohibeatur pro alio intercedere, vt habetur toto titulo ff. ad vellejan., & prohibita sit donatio inter virum, & vxorem, tamen non prohibetur renuntiare iuri hypothecæ, & iam ad fauorem mariti lege etiam, Codice ad Vellejanum. Cuius rei ratio apertissima illa est, quoniam mulier ita renūtiando, non videtur intercedere lege quamuis in principio ff. ad vellejanum, notat glossa, & Bartolus in dicta lege etiam, neque donare videtur dicta lege si pignus, & dicta lege Lucius.
3 Potest itaque vxor remittere pignus, & ius hypothecæ, quod habet in bonis mariti, pro dote, tam ad fauorem ipsius mariti, quàm alterius lege iubemus, lege etiam, & ibi Bartol. Paulus de Castro, Saliceus, & alij, Codice ad vellejanum, quarum legum ad idem est bonum, textus inquit Iacobus à Sancto Georgio in lege præfectitia numero sexto ff. de iure dotali, Specul. titulo de renunciatione, & conclusione §. primo lege maritus §. fundus, & ibi Bartolus ff. soluto matrimonio. Angel. lege prima §. cum venditor, numero secundo ff. quibus modis pign. Romanus consilio 340. hæc venditio, & consilio 187. in re præsenti. Petrus Ferrar. in forma lib. actio. real. in glossa veris, ac legitimis titulis, numero quarantesimo quarto, in for. lib. pro donatio. versiculo ex causa numero decimo quarto, vbi inquit consuetum esse, quod quando vir vendit rem quampiam, pro dote vxoris obligatam, ipsa vxor renuntiat iuri hypothecæ, quod in ipsa re habet, & in for. respon. lib. in actio. hypotheca. in vers. exceptionem excussionis, numero vigesimo nono, Trentacinq. titulo de iure dotali, resolutione quinta libro tertio, & ratio, vt iam dicta illa est, quia huiusmodi remissio non potest dici donatio, manente ipsa principali obligatione dicta lege si pign., vbi Albericus, Bartolus lege prima §. primo ff. quib. mod. pign. Decius lege creditor in fine ff. de reg. iur. Afflictus decisione 13. numero 5. & per huiusmodi renunciatioē mulier non dicitur fieri pauperior. Baldus in lege legitima numero ff. de pact. Neque dicitur intercessio, quia mulier, non obligatur, ita renunciando. Angel. d. l. iubemus nu. 1. Paul. de Cast. in d. l. etiam nu. 1. & 9 pignoris remissio marito, vel alij debitori facta non contineat intercessionem, aut donatione trad. Fulgos. cons. 106. column. primo. Sed huic sentētia obstare videtur tex. in l. cū hi §. si vni, in fi. ff. de transact. vbi Castren. not

quod minor sine decreto non possit renuntiare iuri hypothecę, quod habet in re immobibili, ibique, notat Iacobus de Aretin., quod is non potest pignus remittere, qui non potest debitum ipsum remittere. Tamen est alia ratio, tex. in d. l. cum hi, à ratione d. l. etiam, C. ad velleian., vt per Castren. in d. §. si vni circa fi.

Extenditur hęc conclusio, vt mulier renuntiare possit, tam constante matrimonio, quàm eo soluto. Bald. cons. 164. circa fin. lib. 3.

Secundò extenditur, vt mulier renuntiare possit, tametsi alias prohibita sit, vt non possit obligari, vel saltem sine certa solemnitate, si quidē mulier ita renuntians, non dicitur obligari. Angel. d. l. iubemus nu. 1. Paul. de Cast. d. l. etiam nu. 1.

4 Tertiò potest mulier renuntiare iuri hypothecæ, tam ipsi viro generaliter, quàm alij cōtrahenti cum viro, glo. in l. etiam, C. ad velleian., vbi intelligit d. l. etiā procedere, quando remissio fit viro generaliter, & d. l. iubemus procedere vbi remissio fit alij cōtrahenti, cum viro, nam d. l. iubemus, loquitur quando mulier consentit viro alienanti rem ipsius viri hypotheeatam vxori pro dote, & renuntiat hypothecę. Paul. de Cast. in authen. siue à me, in prin. C. ad velleian. Planè potest mulier renūtiare, etiam cùm vir contrahit, & ad vtilitatem ipsius viri, quoniam ex sola hypothecæ renunciatione mulier non dicitur intercedere, aut se obligare, neque tollitur ius debiti principalis, neque denique dicitur donare. Angel. d. l. iubemus nu. 1. Neque enim videtur mulier renuntians iuri hypothecę intercedere, aut fieri pauperior. Paul. de Cast. cons. 8. nu. 2. lib. 2., & mulier renuntians iuri hypothecæ, quam habet pro eius dote, non propterea censetur renuntiare doti. Boer. decis. 29. nu. 9. Seraph. de priuileg. iuram. priuileg. 95. nu. 5., & licet alias prohibita sit donatio inter virum, & vxorem, tamen id procedit in remissione obligationis principalis, non etiam in sola cautionē pignoris, glo., & Salicet. in d. l. etiam. Ferrar. in for. lib. actio. pro dote in ver. ex causa circa fin. sed, & quamuis mulier non possit alienare fundum dotalem, potest tamen renuntiare iuri hypothecæ, quod habet pro dote d. l. iubemus & d. l. etiam, quoniam huiusmodi remissio nō dicitur alienatio, & ideò mulier habens feudū pro dote obligatum, cum assensu domini, poterit hypothecam sine domini assensu, ipsi marito remittere. Capye. decis. 156. nu. 7.

5 Declara tamen prædicta procedere, vbi maritus habet alia bona, vnde alibi mulier possit esse tuta pro dotis restitutione, vel alias sit soluendo auth. siue à me, in illis verbis, aliæ res, C. ad velleian., & ita intelligi debet d. l. iubemus, vt per Bart. d. auth. siue à me nu. 3. Roman. cons. 187. nu. 1. 2. Paul. de Cast. consilio 41. visis circa prin. lib. 1., & ita declarat Bart. in d. l. iubemus, vbi inquit id esse perpetuò notandū, & ibi Salicet., & idem Bart. in l. mquia §. fundus in fi., & ibi Alex. Salicet., & Paul. de Cast., qui ita teneri asserit ff. soln. matr. doct. in auth. siue à me, C. ad velleian. Paul. de Cast. d. cons. 41. nu. 1. cons. 8. nu. 2. lib. 2. in l. rogasti §. si fugitiuus nu. 4. ff. si cer. pet. Abb. c. peruenit nu. 2. de empt., & vend., & consil. 8. tria lib. 2. Alciat. c. cum contingat nu. 2. de iureiur. Paris. cons. 119. in fi. lib. 1. cons. 75. num. 16. lib. 3. Socin. cons. 200 col. 4. Craue. cons. 613. nu. 32. Campeg. de dote par. 1. q. vlt., & par. 4. q. 13., & est cōmunis, vt per Guter. de contr. iurat. c. 1. nu. 17. Ferrar. infor. lib. actio. pro dote, in ver. ex causa in fi., & in fnr. respon. lib. in actio. hypothecar. in ver. exceptionem excussionis nu. 29., vbi tradit cautelam, quod contrahens cum viro, qui non est soluendo, accipiat fideiussorē, si quidē renūciatio mulieris hoc casu minimè operatur. Boer. decis. 23. nu. 9. post prin. Zuccard. in l. 1. nu. 164. vers. non obstat, C. de pact. Afflict. decis. 311. num. 2. Rimin. Sen. cons. 420. nu. 2., & nu. 8., vbi ita omnes tenere asserit. Neguf. de pignori. 3. memb. 6. par. prin. n. 14., & memb. 4. secundę par. nu. 85. Roland. cons. 70. nu. 1. lib. 2. Bursat. cons. 32. nu. 41., & cons. 56. nu. 15. Franch. decis. 477. nu. 11., & hæc est vera & cōmunis cōclusio, vt testatur Ceph. cōs. 655. nu. 6., & est tex. in auth. siue à me, C. ad velleian., qui licet loquatur in donatione, propter nuptias, tamen procedit ēt in rebus mariti pro dote hypothecatis. Paul. de Cast. in l. manua §. si fundus nu. 3. ff. sol. matr. Rimin. Sen. d. cōs. 420. in prin. Ceph. d. cons. 655. nu. 8. Cuius hęc ratio traditur quippè, quia remissio pignoris est tunc demùm donatio, cùm alia bona nō extant, vnde vxori consuli possit doct. in d. auth. siue à me. Angel. d. l. iubemus num. 1., & vbi mulier est aliunde tuta, tunc remissio iuris hypothecæ non cēsetur donatio, secus quādo maritus non est soluendo. Masuer. in pract. tit. de obligat., & renunt. num. 13. Ferrar. in for. respon. lib. in actio. hypotheca. in ver. exceptionem excussionis nu. 29. Quapropter non existentibus alijs, bonis mariti, vel non habente vxore pro eius cautione fideiussores, vel correos ad restitutionem dotis obligatos, renūciatio iuris hypothecę nō valet, cùm eo casu remissio censeatur donatio. Paul. de Cast. d. l. iubemus col. 2. Franch. decis. 477. nu. 12., vbi cōfirmat hanc declarationem per textus in lege quoties Codice quo quis ordi. conuen. libro decimo, & hæc est magna limitatio ad dicta lege etiam, vt inquit Curtius iunior in lege si tibi §. de pignore ff. de pactis, cuius limitationis ratio est, secundum eum, quoniam vbi maritus est soluendo, quamuis mulier renuntians non habeat hypothecariam, tamen illi succurritur alia ratione, vnde ita remittendo ius pignoris non videtur donare, vt per eum dicto §. de pignore numero trentesimo quarto, vbi inquit hanc esse rationem doctrinæ Bartoli in dicta lege iubemus, quam communiter doctores

sequun-

sequuntur.

Est modò aduertendũ, quod vt cur dicatur soluendo, an id minus, inspici debet tempus restitutionis dotis, quo agi potest, & ideò requiritur, quod tempore, quo agitur ad dotis restitutionem adsint alia bona mariti, vnde vxori satisfieri possit, non etiam inspicitur tempus renunciationis Abb. in c. peruenit, & ibi Imola & Ant. Burg. nu. 3., & nu 22. de empt., & vend. Paris. cons. 75. nu. 17. lib. 3. Mandos. ad Roman. d cons. 187. Roland. cons. 70. n. 2. lib. 2. Cagnol. l. in ambiguis nu. 2. ff. de reg. iur. Afflict. decis. 311. n. 2. decis. 312. nu. 2., & decis. 313. Franch. decis. 477. n. 14. per id, quod scribit Imola in d. c. peruenit Guter. de contr. iurat. c. 1. n. 18 Io. Lup. in repet. rub. de donat. inter vir., & vxor. Diaz regu. 799. vbi limit. trib. mod. Bursat. cõs. 32. n. 41. Rimin. Sen. cons. 420. n. 3., & circa fin. Cephal. cons. 655. nu. 9. quamuis contrariũ voluerit Paul. de Cast. in l. mæuia § fundus n. 3. ff. solu. matr., & Roman. cons. 187. n. 1.

6 Sed ex his oritur dubium, quis probare debeat alia bona mariti nõ extare, an emptor bonorum, an verò ipsa mulier, de qua re nuncupatim loquens Paul. de Cast. in d. l. mæuia §. fundus n. 4., & cons. 71. super primo dubio n. 1. lib. 1. concludit probationem incumbere ipsi mulieri, vt actrici, quoniam tenetur probare negatiuam, qua innititur, & idem videtur tenere Afflict. decis. 313., & hanc opinionẽ Pauli vti veriorem, sequitur Guter. iurat. c. 1. num. 20., vbi latè eam comprobat.

Quod autem diximus mulierem ita demum renuntiare posse iuri hypothecæ, quod habet in bonis mariti, pro dote obligatis, si maritus habet alia bona, vel si maritus alias est soluendo, alioquin renunciationem non præiudicare declararatur non procedere, vbi mulier renũ-
7 tiauit cum iuramẽto, quoniam tunc renunciatio præiudicat, tametsi non supersint alia bona, & quamuis maritus non sit soluendo. Alexan. cons. 83. n. 6. lib. 6. Paul. de Cast. cons. 8. circa fin. lib. 2. Afflict. decis. 311. nu. 4., & ibi Vrsill. nu. 3. Craue. cons. 613. nu. 31. Boer. decis. 23., & sequitur Franch. decis. 84. Campeg. de dote parte 4. q. 13. Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg 95. nu. 2. Guter. de contr. iurat. c. 1. nu. 19. Tesaur. decis. 223. nu. 17., & licet glo. in auth. si qua mulier, C. ad velleian. contrarium tenuerit, tamen ea reprobatur, vt per Ruin. cons. 41. nu. 2. lib. 5., & reprobatur per Canonistas, vt per Alex. d. l. mæuia §. fundus. Afflict. d. decis. 311. nu. 4., & ita tenet Alcia. cons. 127. nu 5. Roland. cons. 70. nu. 20. 25. lib. 2. Io. Lup. in repetit. rub. de donat. inter vir., & vxor., quanquam hæc opinio rigorosa videtur, vt per Paris. cons. 75. lib. 3., & quod dispositio d. auth. siue a me non procedat in renunciatione iurata, secundum magis receptam doct. sententiam, contra sententiam glo. in d. auth. si qua mulier, asserit Grass. in suis com. muni. in ver. quarto, an dispositio authẽ. siue à me. Diaz regu. 799. ver. vxoris renunciatio, & hæc opinio verior videtur, nam iuramẽtum facit, vt valeat donatio inter virum, & vxorem atq; vt mulier intercedere possit, vt alibi dixi.

8 Declararur secundò, vt huiusmodi renũciatio minimè extendatur ad alias personas, vel res, aut ad alium contractum l. iubemus, & ibi Bart., & alij, C. ad velleian., vbi etiam Cyn. qui hanc rationem adsert, quoniam præsumendum non est de alia re, aut de alia persona cogitatũ fuisse. Bald. sing. 27. nota, q mulier. Ferrar. in for. respon. lib. in actio. hypotheca. in ver. except. excuss. n. 29. ver. sed pone quæstionẽ. Socin. cons. 200. col. 2. ver. & primò, quẽ cõmendat Negusan. de pignori. par. 5. memb. 3. n. 31. Ronchegall. in l. reos in prin. nu. 61. ff. de duob. reis. Afflict. decis. 312. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 119. circa fin. Bero. cons. 16. n. 22. lib. 2. Bursat. cõs. 32. n. 49. Frãch. decis. 477. col. 1. Quocircà mulier, quæ renuntiauit, non potest habere regressum ad ea bona, quorũ hypothecã remisit, quando is, cũ quo contraxit, & cuius fauore renunt., vel habentes causã ab eo dicta bona possiderent, qm̃ alio possidente agi. poterit etiã non obst. renunt. Alberic. Paul. de. Cast. Angel., & alij in d. l. iubemus. Franch. d. decis. 477. n. 4. Quod tñ videtur esse speciale in muliere, cùm alias aliud iuris sit l. Paulus in prin. ff. quib. mod. pign. quamuis glo. ibi videatur tenere, quod etiã in alijs idẽ dicẽdũ sit. Angel. d. l. iubemus, circa fin., & quod id procedat in muliere tantũ, tenet Bart. in d. l. iubemus per d. l. Paulus, sequitur Curt. iun. in l. si sibi decem §. de pignore nu. 35. ff. de pact. sed, & quod fauore dotis huiusmodi renunciatio restringatur, trad. Paul. de Cast. in d. l. iubemus nu. 1. Socin. d. cons. 100. col. 2. Quia renunciatio etiã generalis restringitur, vbi ea facta est contrahenti cum marito, etsi aliud iuris sit vbi facta est cum marito. Salicet. l. etiam nu. 3. C. ad velleian. Angel. l. 1. §. 1. n. 2. ff. quib. mod. pign. Neque procedit dispositio tex. in d. l. iubemus, etiam in muliere habente hypothecam pro alio debito, quàm pro dote, quoniam eo casu non esset priuilegiata. Paul. de Cast. dict. l. iubemus col. 1. ver. idem, videtur Franch. d. decis. 477. nu. 6. Vnde rectè infertur per tex. in d. l. iubemus, minimè obstare mulieri exceptionem cedendarum: Nam semper sequeretur huiusmodi renunciationem nocere, respectu aliarum personarum, si mulier ageret contra fideiussorem in casu, quo cedere posset, vel contra correum debendi repelleretur exceptione cedendarum, & proinde superflua esset dispositio d. l. iubemus, vbi Bald. versic. quærunt sui doct. Socin. dicto cons. 200. columine secundo. Afflict. decisione 343. numero tertio, versiculo in contrarium. Betrazolus clausula quarantesima, glossa quarta in fine. Hincque est, quod renunciatio hypothecæ facta marito, vel alteri, cum eo contrahenti, non nocet mulieri renunciant; vbi bona obligata non sunt possessa, nec

tenentur per eum, cui facta fuit renunciatio, aut per eius hæredes. Huiusmodi quippe renunciatio, vti personalis, non transit ad successores saltem singulares. Rimin. Sen. consil. 420. num. 6.

9 Tertiò intellige, secũdum aliquos, nisi mulier confessa fuerit prætium rei venditę ad eam peruenisse, vel partẽ dotis recepisse, quoniam tũc extinguitur ius pignoris, modò tamen dos solui potuerit, constante matrimonio. Bartol. auth. siue à me num. 4. C. ad velleian. Angel. d. l. iubemus num. 1. Alex. consil. 38. num. 1. lib. 2. Ferrar. in for. respon lib. in actio. hypothecar. vers. exceptionem excussionis nu. 29. ver. quod autem. Vrsill. ad Afflict. d. decis. 311. num. 6. Nam mulier fatendo prætium ad eam peruenisse sibi pręiudicat, quo ad omnes l. vir vxori §. 1. ff. ad velleian. Verũ n, quod huiusmodi confessio etiã iurata non noceat mulieri tenet Bald. l. 1. n. 4. C. de duob. reis. Grau cõs. 91. Afflic. dec. 209. n. 3. 4. Rol. cõs. 64. n. 10. li. 1. Masuer. ad Ferrar. d. loco in ver. mulier.

Quartò intellige renunciationem hypothecæ pręiudicare mulieri, vbi ea fatetur renunciationis tempore tot superesse bona, quę pro dotis cautione sufficiunt. Roman. cons. 187. in re præsenti in prin. Vrsill. ad Afflict. d. decis. 311. nu. 4.

10 Declaratur quintò, vt renunciatio facta à filiã iuri hypothecæ pro dote in bonis mariti nõ noceat patri in actione de dote, ita not. in l. 2. §. item si per illum tex., & ibi Paul. de Castro num. 4. ff. solu. matr. Bart. d. l. 2 §. fin., & in § quod si in patris, vbi Bald. Alex. Paul. de Cast. Ias. Parpalẽ. nu. 50., & alij Roman. d. l. 2. in in priu. nu. 61. Ripa d. l. 2. § item si voluntate n. 1. Curt. Iun. cõs. 230. n. 13. Iac. à S. Georg. in l. profectitia n. 5. ff. de iure dot. doct. in c. ex litteris de pignori. Campeg. in tract. de dote pat. 3. q. 67. Neuizan. consil. 95. num. 4. Cephal. cons. 456. nu. 31., quod tamen accipiendum erit de dote profectitia, vt per Iacob. à S. Georg. d. l. profectitia nu. 5.

Sextò declara, vt renunciatio hypothecæ, etiam non iurata valeat, etiam non extantibus alijs bonis mariti, vbi mulier renuntiat, & consentit alienationi rei obligatę, vt maritus liberetur ab excõmunicatione, vel bãno. Ruin. cons. 41. col. 2. vers. ex alio etiã lib. 5. Ideq; dicendum erit, vbi mulier consentit alienationi rei obligatæ, vt alantur vxor, filij, & alię personæ similes. Ruin. d. consil. 41. Diaz regu. 799.

Septimò declara, vt bona reincidant in priorem hypothecam, cui renũtiatum fuit, rescisso contractu ex voluntate contrahentium l. volũtate ff. quibus modis pign., quod tamen non procedit si maritus ex noua causa acquireret, per l. fin. C. de remiss. pign.

Octauò valebit renunciatio, & pactũ etiam, quod vxor remaneret indotata, vbi mulier prę decederet marito l. 1. §. 1. ff. de dote prælega. Bald. nou. tract. de dote parte 7. priuileg. 15. limita. 7.

11 Nono declara, vt mulier iure speciali non censeatur renuntiare iuri hypothecę, etiam per expressum consensum prætitũ alienationi rei pro dote obligatæ, cùm potius intercedere videatur, licet aliud iu is sit, in alio creditore. Paul. de Cast. d. l. iubemus num. 3., vbi tradit cautelam. quod contrahens cum marito apponi faciat in instrumento expressam renunciationem iuris hypothecæ, alias etiam expressus consensus nihil operaretur, idque inquit esse menti tenendum, & idem tradit in l. vir vxori §. 1. ff. ad velleian. sequitur Natta consil. 101. num. 11., & Io. Crot. in repet. l. si constante in 2. lectu, nu. 108. ff. solu. matr.

12 Decimò intellige, vt mulier renuntiare possit hypothecæ conuentionali, non etiam tacitæ hypothecæ; de qua in lege vnica §. 1. C. de rei vxor. act. cùm mulier non possit conditionem dotis deteriorem facere lege de die, lege attilicinus ff. de pact. dotã. ita Baldus nou. in tract. de dote parte 6. priuileg. 68. numer. 2. versic. nam fuit responsum, vbi inquit id esse notandum ad limitationem d. l. iubemus, & d. lege etiam; sequitur Natta consil. 101. num. 10. Io. Bosche. de nupt. lib. 4. nu. 41. Bartol. de Bartolin. in repet. lib. 1. num. 395. ff. solu. matr. Io. Crot. l. si constante num. 107. in 2. lectu. ff. eo. Verũm intellige, vt tacitæ hypothecę renũtiari possit cum iuramento. Alex. in l. mæuia § fundus ff. solu matr. Vbi inquit Canonistas ita tenere. Io. Crot. d. l. si constante. Poterit autẽ vir tacitæ hypothecę renuntiare quæ contrahitur in bonis mulieris dotem promittẽtis. Bosche. d. lib. 4. num. 42., & ideò, secundum eum, vir recipiens obligationem certorum bonorum pro dote promissa, vel accipiens fideiussorem pro dote dãda videtur remittere hypothecam legalem, & idem inquit Bald. de Bartolin. d. l. 1. n. 396., quamuis contrarium velle, videatur Bald. consil. 165. verum si necesse lib. 3. Sed, & mulier non potest eo tẽpore, quo dat dotem, renuntiare tacitę hypothecæ, quę à l. inducitur, ne scilicet res viri pro dote obligentur. Bald. in rub. de priuil. dot. col. 2. ver. item pro dote. Surd. cons. 78. nu. 13. Guter. de contr. iurat. c. 46. nu. 11. Nam, quod mulier renuntiare possit iuri hypothecarum, iuxta d. l. iubemus, & d. l. etiam id procedit, quando mulier renuntiat post acquisitam hypothecam, secus si à principio dotis promissæ, vel datæ mulier pacisceretur, quod bona mariti non sint obligata pro dota. Negusan. de pignori 4 memb. secundæ part. princ. num. 88. Poterit id tamen cum iuramento Bald. l. etiam nu. 2. C. ad velleian. Guter. da contr. iurat. d. c. 46. nu. 13.

13 Vndecimò declaratur nõ procedere, vbi mulier vltra remissionem hypothecę consensit, quod bona pro dote obligata alteri obligentur, quoniam hoc casu videtur intercedere,

Bart.

Bart. auth. si qua mulier numer. 1. Codice ad vellian. Saliect. d. l. iubemus oppo. 3., & 4., & ibi Angel. l. vir vxori §. t., & ibi Paul. de Castro, rationem adfert ff. ad velleian.

Duodecimo renunciatio hypothecæ procedit in bonis generaliter obligatis, secus in his, quę specialiter erant obligata, glossa Baldus, Salicetus, Paulus de Cast., & alij in lege etiam C. ad velleian. Paul. de Cast. in authen., siue à menum. 1. Codice eo. Rimin. Sen. cons. 420. num. 7. Natta cons. 101. num. 7. per tex, in d. auth. siue a me. Negusan. de pignori. 3. memb. sextę part. princ. circa fin., & ideò Paulus de Castr. in dicta lege in fi. tradit cautelam, quod in instrumento dotis, in quo obligantur generaliter omnia bona mariti, obligetur præterea speciatim aliquis fundus, quoniam hoc casu non poterit vxor renuntiare hypothecæ illius rei, nisi supersint alia bona, vnde satisfieri possit pro dote d. auth. siue à me.

Tertiodecimò declara, vt ex remissione iuris hypothecæ, is cuius fauore renunciauit mulier, ex iuribus mulieri competentibus nihil consequitur, sed simplicem remissionem, & liberationem tantum, ex qua ipse à bonis, quorum hypothecę renunciatum fuit, mulierē, quę renuntiauit excludet, quò verò ad alios creditores, qui contraxerunt post mulierem, & ante tunc cuius beneficio renuntiauit mulier, isti creditores excludent istum, vt inquit glossa 1. in l. claudius fœlix ff. qui potior in pignu habe. Franch. decis. 477. nu. 15. Bapt. à S. Blas. de priuileg. dot. centur. 2. numer. 61. priuile. 101.

Quartodecimò, valet renunciatio mulieris de iure hypothecæ, quàm habet in bonis mariti, etiam vbi maritus non habet alia bona, stante statuto, quod mulier renuntiare possit iuri hypothecæ, quam habet in bonis mariti, ne statutum sit superfluū, quoniam vbi extant alia bona, haud dubiè iure, etiam communi valet renunciatio. Paul. de Cast. cõs. 41 visis nu. 1. lib. 1. Seraph. de priuil. iur. priuil. 95. in fi.

Pro declaratione autem eorum, quæ suprà diximus, non est omittendum, quod renunciatio iuris hypothecæ iurata nocet, etiam vbi bona specialiter, vel etiam ex dispositione legis obligata, vel etiam vbi vltra remissionem iuris hypothecæ vxor consentit rem mariti alteri obligati, vel denique, vbi bona non sufficiũt ad satisfactionem dotis, vt etiam dixi suprà, nam his casibus licet aliàs renunciatio non valeat, tamen iuramentum facit, vt valeat. Imola & doct. in c. cum contingat de iureiur. in cap. peruenit de empt., & vend. Roland. cons. 70. nu. 20. 25. lib. 2. Bursat. cons. 56. nu. 15. Afflict. decis. 311. nu. 4. Crot. l. si constante nu. 107. ff. solu. matr. Ruin. cons. 41. num. 2. lib. 5. Campeg. de dote par. 4. q. 11.

LXVII. RENVNCIATIO, PRIVILEGIORVM DOTIS.

Summæ.

1 *Dotis causa est priuilegiata, & cur.*
2 *Dotis priuilegijs renunciari an possit.*
3 *Renunciatio generalis priuilegiorum dotis, etiam cum iuramento an valeat.*
4 *Mulier renuntiare potest, etiam simpliciter, & sine iuramento priuilegijs dotis.*
5 *Glo insti. quib. alien lic in fi princ improbatur.*
6 *Mulier interdum renuntiando, non potest præiudicare doti ratione fragilitatis.*
7 *Mulier non potest renunciando dotis conditionem deteriorem efficere.*

QVoniam ad propagationem humani generis nihil ęquè necessariũ est, ac nuptiarum vinculum § hæc nos mettirò auct. de restit., & ea quę par., & quia nuptię facilius contrahuntur cum dote, q̃ sine dote, si quidem dos est constituta mulieribus, vt viros inueniant. A. ex. cõs. 56. in præsen-
1 ti num. 4 libro 4. ideò iure optimo dotis causa semper, & vbiq; debet esse priuilegiata l. 1., & ibi omnes doct. ff. sol. matr. l. in bello §. medio ff. de captiu., & postlim. reu. ibi publica nuptiarum vtilitas, pluribus rationibus moti sunt legislatoribus ad concedendũ plura priuilegia causæ dotis l. assiduis C. qui potior in pignor. habe. vbi ita scribitur, Quis enim earum non misereatur propter obsequia, quæ maritis præstant, propter partus periculum, & ipsam liberorũ procreationē, pro quib⁹ multa nostris legibus inuenta sunt priuilegia? Sed quia fauor dotis ad publicam pertinet vtilitatem d. l. 1. & ibi omnes, ideò dubitari potest an priuilegijs
2 dotis renuntiari possit, circa quam dubitationem tres confirmari possunt conclusiones, Prima est renunt. non posse priuilegijs dotis, gl. in insti. quib alien. lic. in priu. in ver. neq; consentientibus, vbi notatur id speciale esse, vt suo fauori quis non possit renunt., quũ etiam reipub. interest. Altera est conclusio renunt posse nominatim, & cum iuram. vni, vel alteri priui. priuilegijs dotis c. cum contingat de iureiur. & ibi doct. Nã etsi fauor dotis videatur esse publicus, tñ in dote fauor priuatus mulierũ dr̃ p̃ncipalis, public⁹ aũt dr̃ secũdo loco, & min⁹ p̃ncipalr̃, & iõ cum iuramento ren. põt fauori dotis d. c. cũ cõtingat. Paul. de Cast. l. 1. n. 4. ff. sol mat. & ibi Ias. n. 1 t. 4. not. Soc. Iun. n. 8. & alij. Bart. l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. Bero. in rub. extra de præscriptio. nu. 76.

Tertia est conclusio, quod mulier non põt ren. generalr̃, et cum iuram priuil. dot. Bald. in l. vnica n. 2. C. de priuil. dot. Soc. Iun. l. 1. n. 4., & n. 268. ff. sol. matr. Vinceu. Paleat. tract. de dote priuileg. 82. nu. 123. Bapt. de S. Blas. de priuileg. dot. priuile. 278. Seraphin. de priuileg.

iuram, priuil. 76. num. 5. ver. hoc priuil., & num. 14.
3 Sed, quod dicitur, generalem renunciatio-
nem priuilegiorum dotis, etiam cum iuramē-
to non valere, non mihi admodũ arridet, Nam
fauor priuatus, qui principaliter spectatur, ita
consideratur in omnibus priuilegijs, vt in vno,
aut altero priuilegio, ergo iuramentum, tam
operari debet in generali renũciatione omniũ
priuilegiorum dotis, quæ pertinent principa-
liter ad commodum mulieris, & secundo loco
ad publicam vtilitatem, quam in speciali re-
nunciatione alicuius beneficij. Cùm igitur ve-
ra sit ea conclusio, quam firmat Bart., quem
doct. sequuntur in l. 1. ff. solu. matr., & in l. si
quis pro eo ff. de fideiuss. quod vbi agitur prin
cipaliter de fauore priuato, & de publico mi-
nus principaliter, tunc permittitur renunciatio
cum iuramento, & aliàs dixi, sanè dicendum
est renunt. posse generaliter priuilegijs dotis,
cùm ea principaliter pertineant ad priuatum
mulieris fauorem. Nam dos est priuilegiata
principaliter fauore ipsarum mulierum, & si
minus principaliter fauore publico, & ideò re-
gulariter non prohibentur mulieres renũciare
priuilegijs dotis earum fauore potissimum in-
ductis, cùm fauor reipub. vel minus principa-
lis non attendatur. Signorol. in l. si æstimatis
num. 11. in fi. ff. solu. matrim.
4 Quinimò ego existimauerim mulierem re-
nunciare posse etiam simpliciter, & sine iura-
mento priuilegijs dotis, cùm ea concessa fue-
rint principaliter priuato fauore ipsarum mu-
lierum, licet minus principaliter, & obliquè
fauore publico, per ea quę dixi supra renũciat.
7. Cæterũ certis casibus mulier non potest con-
5 sentire, & renunciare, vt per glo. Insti. quibus
alien. lic. in fine prin. in ver. neque consentiē-
tibus, quæ inquit ideò renunciationē non per-
mitti, quia etiam reipublicę interest lege 1. ff.
solu. matrim. l. de die ff. de pact. dot., quę la-
nè glo. sententia mihi non placet, si quidem
iuri respicienti priuatam vtilitatem principa-
liter, & minus principaliter publicam vtilita-
tem renunciari potest, aliàs nullius legis renũ-
ciatio permitteretur, cùm omnes leges conditę
sint ob bonum publicum c. erit autem dist. 4.,
& aliàs dictum est, idcircò prohibetur, quia
agitur etiam de publica vtilitate, vt existima-
6 uit d. glo. Insti. quibus alien. lic., sed ibi pro-
hibetur consensus ratione fragilitatis, vt ex-
pressim tradit ibi text. sic, & in authen. sine
a me C. ad velleian, prohibetur mulier consē-
tire, & renunciare; quoniam qua fragilitate, &
facilitate mulier se obligat, eadem quoque re-
nuntiare potest, arg. l. doli, vers. diuersum ff.
de nouat., & proinde optima ratione lex certis
casibus considerans mulieris fragilitatem, illis
occurrit tribuendo auxilia, & quia eadem fra-
gilitatis ratio, obtinere etiam potest in renun-
ciatione, ideò prohibet etiam cōsensum, & re-
nunciationem. Regulariter itaque mulier re-
nuntiare potest priuilegijs dotis, nisi lex oc-
currendo fragilitati prohibeat renũciationem
& consensum. Vbi autem prohibetur renuncia-
tio ex præsumpta fragilitate, quæ vt in princi-
pali obligatione, ita, & in renunciatione in-
teruenire potest, tunc valebit renunciatio cum
iuramento, quoniam iuramentum tollit præ-
sumptam fragilitatem, & habet vim secundi
consensus glo. in c. cum contingat de iureiur.,
& ibi Abbas, & Imola, & iurans præsumitur,
cum consilio deliberato consentire. Seraphin.
de priuileg. iuram. priuileg. 62. num. 1., &
huc quoque pertinent, quę dicam infrà de spe-
7 cialibus dotis priuilegijs. Sic, & mulier gene-
raliter non potest renunciando dotis conditio-
nem deteriorem efficere l. de die cum ll. seq. l.
attilicinus ff. de pact. dot., vbi mulier non po-
test etiam renunciare fauori suo, vt eius dos lō-
giore die reddatur, quàm legibus constitutum
est. Ratio etenim illa est, quia leges statuerunt
quędã specialia in dote, vt illis succurreretur
imbecillitati mulierum, vt patet Insti. quibus
alien. lic. in fin. princ. Vnde, qua ratione mu-
lieri ob ipsius fragilitatem succurritur, eadem
quoque succurritur mulieri renuntianti, & ex
sua renunciatione dotis conditionem deterio-
rem constituenti, propter inconsultam læuita-
tem sexus arg. d. l. doli versic. diuersum, & ita
intelligitur d. l. de die, & d. l. attilicinus, vt
dicam etiam inferius, renunciat. 61.

LXVIII. RENVNCIATIO AVTEN. SED QVÆ NIHIL C. DE PACT. CONVEN.

Summæ.

1 *Pactum, vt donatio soluatur siue dos fuerit soluta siue non.*
2 *Renunciatio auten., sed quæ nihil C. de pact. conuen. debet esse specialis.*
3 *Iuramentum non operatur renunciationem auten. sed quę nihil C. de pact. conuen.*

EX dispositione auten. sed quę ni-
hil C. de pact. conuen. licet solu-
to matrimonio, debeatur vxori
dos sua, tamen donatio propter
nuptias, seu augumentum dotis
ita debetur, si dos est soluta marito, & pro ea
parte, quæ est soluta debetur rata donationis,
& augumenti. Vt igitur debeatur augumen-
tum dotis, etiam si dos soluta non fuerit, debet
maritus renunciare dispositioni dict. auten. ac
1 fieri debet pactũ, vt donatio soluatur, siue dos
soluta fuerit, siue non. Guid. Pap. q. 274. ver.
& præmissa. Illustriss. Card. Thusc. ver. dona-
tio propter nupt. conclus. 654. num. 11., cum
2 seq., & vers. dos conclus. 757. num. 28. Quæ
renunciatio debet esse specialis, cùm generalis
mi-

minimè noceat. Guid. Pap. dicta quæstione 274.

3 Iuramentum autem in contractu appositum non operatur renunciationem dict. auten., sed quæ nihil. si quidem in hoc iuramento inest tacita conditio, si dos soluta fuerit, vt habetur in d. q. 274.

Et quę renunciatio apponitur fauore mulieris, vt augmentum dotis illi debeatur, tametsi soluta dos non fuerit.

LXIX. RENVNCIATIO L. SI CONSTANTE FF. SOLV. MATRIM. CVM SIM.

Summæ.

1 *Remedium l. si constante in prin. ff. solu. matrim. cum similibus.*

2 *Mulieri variè succurritur ratione suę dotis, constante matrimonio.*

3 *L. si constante in principio ff. solut. matrim. cum similibus remedijs mulier an renuntiare possit.*

1 IN l. si constante in princ. ff. solu. matr. disponitur mulierem constante matrimonio, ita demum dotem exigere posse, propter mariti inopiã, si euidentissimè apparet mariti facultates ad dotis exactionem minimè sufficere. Prætereà in hac materia habemus quoque tex. in l. si cum dotem §. si verò dotem ff. solu matr. vbi marito dotem dissipante, dos sequestratur, sed, & habetur in l. vbi adhuc C. de iure dot., quod mulier agere potest, quàm primũ maritus peruenit ad inopiam. Quibus accedit tex. in §. illud in auth. de æqualita. dot, vbi actio mulieri competit quam primum maritus incipit malè, vti substantia sua. Postremò huc quoque pertinet tex. in c. per vestras, de donat. inter vir., & vxor., quo disponitur maritum vergentem ad inupiã non posse cogere vxorem ad dotis solutionem, nisi caueat, vel nisi dos deponatur apud mercatorem.

2 Ex quibus iuribus, diuersimodè succurritur mulieri ratione suę dotis, constante matrimonio. In qua re sciendum est, quod aut constante matrimonio maritus dotẽ dissipat, aut verò res suas, & bona sua, priore casu dos sequestrari debet, vt in d. §. si verò dotem, qui procedit etiam in muliere non furiosa, vt per Bart. in d. l. si constante in prin. oppo. 4. & ibi Paul. de Cast. Altero casu principali rursus, aut maritus nondum recepit dotem promissam, & hoc casu, vbi vt vergit ad inopiam, tunc mulieri succurritur per d. c. per vestras. Aut verò maritus recepit dotem, & eo casu, att incipit malè, vti substantia sua, & mulieri consulitur per d. §. illud, vel etiam mulier cõstãte matrimonio timet de inopia iuri, & tunc illi subuenitur per d. l. vbi adhuc. Aut denique non tantum maritus incipit malè, vti substantia sua, & dubium est de inopia, sed, & euidentissimè cõstat viri facultates, non sufficere ad dotis exactionem, & hoc casu remedium præstat d. l. si constante in prin. Nam dotis repetitio fit constante matrimonio ex causis. Prima est, vt dos in tuto sit. Altera, vt deseruiat pro alimentis Pute. decis. 165. num. 4. lib. 3. & hæc sunt remedia fauore mulieris prodita, quatenus constante matrimonio, dos in præiudicium vxoris minimè minuatur, aut consumatur.

3 Nam pergamus ad materiam nostram, & despiciamus. Primò an mulier expræsè renuntiare possit dictis auxilijs. Deinde an mulier, quę sciens mariti conditionem, cum ipso contrahit, videatur renuntiare beneficio huius l. & sim.

Circa primum. Bart. in d. l. si constante in prin q. 6. voluit mulierem exprẽsè non posse renuntiare dictis remedijs, quoniam generaliter non potest mulier paciscendo deteriorem conditionem suæ dotis efficere l. de dicuni l. seq. & l. attilicinus ff. de pact. dot. idque procedit etiam si pactum fieret ante nuptias d. l. attilicinus, & hanc Bart. opinionem, sequitur Bald. in auth. quod locum q. 7. C. de collatio. & ita tenet Alex. in d. l. si constante hanc que opinionem esse tenendam, vti dicit & mulieribus fauorabilem, inquit Bald. nou. in d. l. si constante in prin. num. 51. & hanc conclusionem, quod mulier dictis remedijs renũciare non possit, firmat Io. Cror. in d. l. si constante num. 53. vers. remaneat itaq; conclusio Contrarium tamen tenent, Bald. Angel., & Roman. in d. l. si constante, & voluit Angel. in in l. si tibi decem §. filiafam ff. de pau. quod mulier ante matrimonium contractum, potest renuntiare beneficio l. vbi adhuc, Cod. de iure dot. & id inquit esse menti tenendam. Iacob à S. Georg. in d. §. filiafam. in 2. lect. num. 4 & in 2. lectu. num. 5.

Quorum ratio illa est, quoniã ex huiusmodi renunciatione dos redit ad suam naturam, quæ est, vt matrimonio constante remanere debeat penes maritum l. 2. ff. solut. matr. Vnde per pactum potest fieri conditio dotis deterior quando reuertitur ad ipsam regularem naturam dotis l. si vnus §. pactus ff. de pact. iuncta l. 1. §. cum autem, C. de rei vxor act. Sed hæc ratio non admodum solida est, quoniã ea procedere potest, quando dotis conditio melior facta fuisset prius ex partium conuentione, & placito, nam hoc casu potest mulier recedendo à conuentione, ex qua melior facta fuerat dotis conditio, deteriorem dotis conditionem facere, & proinde redire ad regularem naturam dotis, à qua recessum fuerat ex pacto. At hic aliud est, cùm loquamur quando partes volunt ex pacto, & renũciatione recedere ab eo, quod iure communi in actione de dote inest, & ea

ratione

tatione dotis conditionem deteriorem efficere. Crot. d. l. si constante num. 33. Neque verum est, secundum eum, quod natura dotis sit, vt cōstante matrimonio ea maneat penes maritum, quia id verum est rebus sic stantibus, secus si mutetur conditio mariti, vt in dictis iuribus.

Itaque opinio Bart., vt mulier remedio d. l. si constare cum sim. renunt. non posit, verior videtur, nam ad id videtur esse tex. expræssus in d. l. attilicinus, vbi loquitur etiam de pacto facto ante nuptias.

Qua ratione idem videtur dicēdum, vt mulier non posit tacitè renuntiare dictis remedijs, etiam sciens contrahendo matrimonium cum marito inope, vt sentit Bart in d. lege si constante q. 6. in lege si is, à quo §. fin. ff. vt in pos. legat. Bald. in auth. quod locum q. 7. C. de collat. Abb. in c. per vestras in fi. de donat. inter vir., & vx. Alex. d. l. si constante, & ibi Ripa num. 49. Imola in c. propter sterilitatem de loca. Nam quemadmodum mulier non potest ante contractas nuptias pacisci, vt dos longiore die reddatur, ne ea ratione dotis conditio deterior efficiatur, vt disertè dicitur in d. l. de die, cum l. seq., & in d. lege attilicinus, ita multò minus poterit sibi pręiudicare per tacitum consensum, & pactum, quod infertur ex eo, quod dotem dedit viro inopi, vt per Bart. d. q. 6. vbi ad id quoque citat tex. in c. per vestras de donat. inter vir., & vxor., & hęc opinio in decidendo est tenenda, vt inquit Io. Crot. in d. l. si constante in secunda repet. num. 67. per l. in ambiguis ff. de iure dot.

Sed contra hanc opinionem, tenuit Dyn. in d. l. si constante, & Cyn. in d. l. vbi adhuc q. 4. quos sequitur Io. Andre. in addit ad specul. tit. de donat. inter vir., & vx. §. fin. vers. sed cum mulier, & Bald. in d. lege, vbi adhuc, & idem Bald. Angel., & Roman. num. 27. in d. l. si constante, & hanc opinionem in puncto iuris esse veriorem trad. Io. Crot. in d. l. si constante in prin. in secunda repet. nu. 67. hancq; opinionem tenere magis cōmuniter doctores, attestatur Ias. in d. l. si constante in prin. num. 172. per l. is à quo ff., vt in pos. legat., & in l. fin. C. de sponsa., eamque veriorem, & magis æquitati consonam, inquit Ferrar. in sol. lib., quo vx. ag. ad dot., & vsumfruct. in glo. vxor. nu. 15.

Mouentur autem ea ratione, vt iam dictum est, quia id pactum facit, vt dos redeat ad propriam naturam manendi penes virum, cōstante matrimonio, contra Bart. opinionem præterea facit tex. in d. l. si constante §. 1. secundum lectu. Ange., quam sequitur ibi Bart., & d. l. vbi adhuc, vt per Bald. non in d. l. si constante in princ. num. 53., vbi inquit esse cogitandum.

Verùm Bart. opinionem tāquam benigniorem, & dotibus fauorabiliorem tenendam esse, & in iudicando, & in consulendo, inquit Bald. nou. d. l. si constante in prin. num. 53. per C. in ambiguis ff. de iure dot. l. 1. ff solut. matr & maximè per tex. in d. c. per vestras.

Et idem inquit Ripa in d. l. si constante nu. 49. in fi., vbi concludit tutius esse pro dotibus tenere Bartoli opinionem, & hanc quoq; tenet Io. Camp. de dote par. 3. q. 25. Nam si mulier posset paciscendo dotis conditionem deteriorem efficere, haud dubiè sciens viri conditionem tacitè renuntiare videretur, sed obstat potestas renuntiandi, aliàs cōtraheus semper videtur approbare personam secum contrahentis, & habito respectu ad statum, in quo, cùm erat, cùm contraxit, cùm omnis dispositio intelligi debeat rebus sic stantibus l. finali ff. qui satisd. cog. l. fin. ff. ad municip. neq; .n. vxor debet improbare mores, quos semel approbauit cap. horrendus 32. q. 1. sic, & debitor non potest, vt suspectus capi, ratione eius suspicionis, quæ erat tempore contractus, quoniā tunc ex contractu, videtur illius persona approbata cū tamen capi posit ex noua suspicionis causa Bart. l. si is, à quo §. fin. per illum tex. ff. vt in posess. legat. Angel. in l. nemo carcerem C. de exact. tribut. lib. x. Alex. cons. 10. lib. 3. Tenendo itaque eam opinionem, quod mulier non posit expræsè renūtiare dictis remedijs, & in dote sibi præiudicare, haud dubiè dicendum est, neque tacitè ex sua scientia posse sibi præiudicare, quoniam ita demum quis sciens sibi pręiudicat, si potest suo iuri renuntiare. Ripa d. l. si constante in prin. num. 49. vet. sed tenendo.

Ex quibus rectè infertur, quod si mulier stipulata fuerit dotem sibi reddi, in casu soluti matrimonij, poterit etiam marito ad inopiam vergente, vti dictis remedijs & repetere etiam cōstante matrimonio; nam cùm non posit expræsè mulier renuntiare remedijs dictarum legum, neque tacitè etiam poterit ita stipulādo. Bart. d. l. si si constante, & ibi Io. Crot. in prima repet. num. 75., & cum Bart. cęteri trāseunt, vt per Ioan. Camp. de dote parte 3. q. 56.

Poterit tamen renuntiari cum iuramento remed. d. l. si constante, cum sim., vt dixi alibi sępè. Sed qua ratione posit mulier in dote sibi præiudicare, dixi suprà de renunciatione dotis.

Postremò quæritur, an mulier posit cedere beneficium dicta lege si constante, & Baldus in lege prima columine penultimo, Codice de priuilegijs dotalibus tenet, quod non sequitur latè Iason in dicta lege si constante, lectura secunda, columine vltimo. Baldus nouel. tractatu de dote, septima quæstione, parte vltima, & Cotta in memorali versiculo dos reperi potest.

LXX. RENVNCIATIO, PRIVILEGII L. VNICÆ §. TACEAT C. DE REI Vxor. actien.

Summæ.

1 *Dispositioni d. §. taceat, renuntiari an possit.*
2 *Generalis renunciatio, an tollat beneficium §. taceat.*
3 *Dos an retineri possit donec mulier rationem administrationis reddat.*
4 *Renunciatio specialis beneficij d. §. taceat apponi debet in instrumento tutelæ.*

Illud speciale est in dote illius fauore retineri non posſit, vt habetur in lege vnica §. taceat, versic. sed nec retentio tursus in fi. ibi, vt sit omnium retentionum expeditus tractatus, & ex stipulatu actio meritò secundum sui naturam, nullam accipiat reten-
1 tionem C. de rei vxor. act. Verùm retineri poterit si huic dispositioni renuntiatum fuerit, vt illi renuntiari potest, vt per Roland. cons. 17.
2 in fi. lib. 4. Quinimò per generalem renuntiationem factam omni legum, & iuris auxilio satis videtur renuntiatum huic beneficio. Soc. cons. 126. num. 3. ver. confirmatur hoc lib. 1. quem sequitur Roland. d. cons. 17. num. 21.
3 Bertazol. claus. 46. glo. 6. num. 4. Quocircà cùm in instrumentis tutelæ mulieres renuntiare soleant omni legum, & iuris auxilio, sanè dicendu est per dictam clausulam, videri etiam renuntiatum huic auxilio, & proinde ex vi dictæ clausulæ retineri posse dotem, donec ratio administrationis reddita fuerit, vt pulcrè consuluit Socin. d. cons. 126. & 180. Dec. consil. 349. num. 10. apostil. ad Salic. in l. si mater C. in quib. cau. pign. Roland. d. cons. 17. 10. de Garronii. in rub. C. de lec. nupt. num. 110. vet. septuagesima quarta pœna. Bertazol. d. glo. 6. Dos igitur retineri poterit donec ratio administrationis tutelæ reddita fuerit, vbi mulier in instrumento tutelæ, vt fieri solet, renuntiauit generaliter omni legum, & iuris auxilio. Per haec etenim generalem renunciationem videtur renuntiatum huic priuilegio, cùm mulieri imputandum sit, quæ sic generaliter renuntiauit, vt per Roland. d. cons. 17. in fi. quod est notandum. Sed ego existimaue rim consultius esse, vt mulier in instrumento tutelæ specialiter, & expreßè renuntiet huic dispositioni, si quidem huiusmodi generales renunciationes, parùm operantur, præsertim in muliere, quæ vt iuris ignara, certiorari debet, vt dixi lib. 1.

Quin etiam Negusant. tract. de pignori. & hypothec. primo memb. 5. part. q. 10. nu. 36. contrarium tenet si quidem, secundum eum, in d. §. taceat dotis retentio generaliter, & indistinctè prohibetur, & debitum tutelæ est incertum, & non liquidum, & Negusantium sequitur Borgni. de tutore, & cur num. 119. vbi inquit ita iudicasse Rot. Florent. & maximè mouetur Borgni. ea ratione scilicet, quod debitum tutelæ non est liquidum, & licet dicat hanc rationem a nemine fuisse degustatam, tamen etiam Neguſ. d. loco eam poderauit.
4 Cùm igitur controuersum sit, an dos materna retineri posſit, donec reddita fuerit ratio administrationis tutelæ, etiam stante clausula renunciationis generalis factæ omni legum, & iuris auxilio, bene erit, vt in instrumento tutelæ specialiter renuntietur huic fauori adiecta certioratione huius beneficij, quod est, vt dos retineri minimè posſit, ex dispositione d. §. taceat, quod est valde notandum, & maximè vtile pupillis.

LXXI. RENVNCIATIO, IVRIS PROHIBENTIS NE FIDEIVSSORES dotium dentur.

Summæ.

1 *Fideiussor pro dote dari non potest.*
2 *Prohibit. ne fideiussores dotium dentur renuntiari non potest.*
3 *Prohibitioni ne fideiuss. dot. dentur, renuntiari an possit cum iuramento.*

Et si alias omni obligationi accedere poss. fideiussor l. 1. ff. de fi-
1 deiuss. §. 1. instit. eo. Tamen in dote illud speciale est, vt pro ea fideiussor dari non poss. vt habetur in l. 2. C. ne fideiuss. dot. dentur, vbi disponitur dari non posse fideiussorem dotis conseruandę. Nam fideiussores dotium prohibentur ne perfidiæ causa in connubio generetur d. l. 2. Bald. cons. 29. casus num. 2. vers. item prohibitum libr. 1. Et quamuis tex. ibi loquatur de dote conseruanda tantum, id tamen extenditur etiam ad dotem restituendam, cum eadem sit ratio glo. in d. l. 1. C. ne fideiuss. dot. dentur, & ibi Salicet. Azo in summa dicti tit. Bart. in l. si constante in prin. oppos. 4. & in §. quoties, vbi Paul. de Cast. Alex. & Cumag. ff. solu. matr. & est communis sententia, vt per Bald. nou. tract. de dote p. 6. priuil. 21. col. 1. sequitur Guter. de contr. iurat. c. 21. num. 4. 2
Quamuis Dyn. in dict. §. quoties contrariam opinionem tenuerit, & alij quos refert Ctor. in repet. d. l. si constante nu. 37. Pro dote igitur conseruanda, vel restituenda fideiussor dari non potest, cùm pro dote promissa præstanda marito dari minimè prohibeatur l. promittendo l. mutus ff. de iure dot. Bald. nou. dict. q. 21. limi-

limitatione 8. etiam nudo pacto contra l. blãditus C. de fideiuss. dotis fauore lege fin. C. ad velleian. non etenim est eadem ratio vtriusq; Bosche. tract. de nupt. lib. 4. circa fin. Rationé prohibitionis adfert tex. d. l. 2. vbi ita ad verbum scribitur, si enim credendam mulier sese, suamq; dotem patri mariti existimauit, quare fideiussor, vel alius intercessor exigit, vt causa perfidiæ in connubio eorum generetur. Cuius sané rationis triplex adfertur intellectus per Io. Orosc. in l. ius publicum num. 4. ff. de pact. & de hac ratione dixerit Alc. Pereg. iur. lib. 4. c. 26. & in c. cum contingat num. 108. in fin. de iureiur. Couuarr. c. Quis pactum p. 2. §. 2. num. 9. & alias duas rationes assignat Io. Bosch. de nupt. lib. 4. col. fin.

2 Huic prohibitioni ex communi doct. sententia renunt. non potest glo. in d. l. 2. quam sequuntur communiter doct. & ibi Bart. num. 3. vt per Bald. nou. d. priuil. 21. limit. 12. & hanc opin. esse receptissimam inquit Guter. de contract. iurat. c. 21. num. 13. vers. vltimo est not. & ita tenet Bart. in l. si quis pro eo num. 9. ff. de fideiuss. Felin. capit. si diligenti num. 10. de foro compet. Io. Bosche. de nupt. lib. 4. in fi. est quippè contra bonos mores huiusmodi renun. & ex ea daretur occasio delinquendi, ac causa perfidiæ nasceretur in matrimonio Bart. l. ius public. num. 5. ff. de pact. Tiraq. de iure primogen. q. 24. num. 17. Ea autem ratio, quam adfert glo. in d. l. pri. nempè idcirco renunc. non posse quia constitutio est prohibitoria, nõ est vera, cum non poss. tradi clausula quod iuri prohibitorio renunt. non poss. Roman. l. si cõstante num. 22. ff. sol. matr. sed tum demum renunt. potest constitutioni prohibitiuę cum prohibitio fit alicui⁹ rei, quæ fuit cõtra bonos mores. Tiraq. d. q. 24. nu. 17. Prohibitio autem de qua hic agitur fit fauore prohibiti. Castren. l. si constante §. quoties num. 8. ff. solu. matrimo. Sola igitur ratio quod const. fit prohibitoria non excludit renuntiationem spectatur causa prohibitionis vt in hac prohibitione cuius ratio facit vt renunt. non possit, non etiam sola prohibitio.

Nam, & sponte pręstita fideiussio pro dote non valet, quoniam vxor acceptando oblatum fideiussorem videtur de marito non confidere glo. & Bart. in d. l. 1. Alex. l. si constante §. quoties col. 3. ff. solut. matr. Campeg. de dote q. 176. & communis opin. & si plures contrarium tenuerint vt per Gutier. d. c. 21. in prin. & per Seraphin. d. priuil. 69.

Et quod renunt. non poss. absq; iuram. cle-
3 rum est, Alciat. c. cum consignat num. 311. de iureiur. Vasq. de success. creat. lib. 3. §. 29. n. 16. Sed dubium est an renunt. poss. cum iuram. & Bart. in l. si quis pro eo num. 9. ff. de fideiuss. sentit etiam cum iuramento renunt. non posse & idé tenet in d. l. 2. in fi. C. ne fid. dot. dentur. Contrarium tamen tenet Alex. in l. si constante §. quoties nu. 5. ff. solu. matrim. vbi inquit sanè esse communem sententiam, & idem tenet Abb. & Imol. cons. in cap. cum contingat. Corne. in auct. sacramenta puberum q. 17. C. si aduer. vend. & hanc opinionem esse magis communis veriorem, & proinde sequendã tenet Guter. de contr. iurat. c. 21. num. 14. vers. sed his non obstantibus, & cum iur. renunt. posse tenet Vasq. de success. creat. lib. 3. §. 28. num. 34. & §. 28 nu. 56 Quamuis enim ratio cur non possit dari fideiussor pro dote conseruanda, vel restituenda, videatur respicere bonos mores, ne causa perfidiæ in matrimonio generetur, tum non directè propter hoc perfidia inter coniuges inducitur, sed occasionaliter facit c. per vestras de donat. inter uir. & vx. & ideo renunc. potest cum iuramento. Quin et solum iuramentum præstitum in datione fideiussionis facit vt datio valeat, vt late per Corn. cons. 287. lib. 4. Castr. in l. si cõstante §. quoties num. 8. ff. solut. matr., vbi tenet aduersus Bart. in l. si quis pro eo ff. de fideiuss., & consil. 188. prefati promissores in fi. libr. 1. Ioseph. Ludo. decis. perusi. 57. Guter. d. c. 21. circa fin. Seraphin. de priuil. iuram. priuil. 69. Vasq. d. §. 48. nu. 34.

Namque huiusmodi prohibitio fit fauore prohibito, vnde si prohibitus facit contra non peccat, ne facta fauore redundent in odium, vt per Castren. d. §. quoties num. 8., & hæc sententia est communis, secundum Alex. in d. l. si constante num. 5. & communem dicit Castren. cons. 190. cum tempore num. 2. ver. item, & tertio lib. 1. tametsi contrarium tenuerit Bart. d. l. 2. C. ne fideiuss. dot. den., & Bald. cons. 19 nu. 2. lib. 1.

Verùm Bald. nou. d. priuil. 21. limitatione 12. circa fin. videtur hac distinctione conciliare opinionem Bart., & contrariam. Nam aut maritus sponte, & vltro offert fideiussores, & tunc iuramentum confirmat, Aut vero ab inuito exigitur fideiussio, & eo casu iuramẽtum non confirmatur, quam distinctionem plures tenent, vt per Seraphin. d. priuil. 69. num. 4. vbi de ea dubitat., & indistinctè tenet iuramẽtum confirmare, quod, & verius mihi videtur, quoniam in hac prohibitione agitur tãtum de bonis moribus ciuilibus honestatis, & comitatis, non etiam de bonis moribus naturalibus diuini iuris, vel canonici, & ideo, siue sponte offeratur fideiussio, siue ab inuito exigatur cõfirmatur iuramento, sed de cautela, quomodo præstari possit cautio aduersus hanc prohibitionem, vi. pulcrè per Castren. cons. 188. prefati & cons. 190. cum tempore lib. 1.

LXXII. RENVNCIATIO, AVTEN. PRÆTEREA, C. VNDE VIR, ET VXOR.

Summæ.

1 *Dispositio Auten. Præterea, vt procedat, quæ requirantur.*

2 Dispo.

2 *Dispositioni Auten. Praterea renuntiari an possit.*
3 *Aut u. Praterea, procedit etiam contra voluntatem mariti.*
4 *Mulier renuntiare an possit dispositioni Auten Praterea.*

X dispositione Auten. pręterea, C. vnde vir, & vx., quæ sumitur ex § quia vero legem auct. vt lic. matri, & auię. Succurritur mulieri inopi, vt consistente matr. sine dote, ea coniugi locupleti pręcedenti succedat secundum formam ibi traditam.

Et quanta debetur vxori indotatæ in bonis mariti locupletis. Nam hęc portio videtur promissa eo ipso, quo maritus vxorem ducit sine dote, vt inquit Flotian. de S. Petro conf. 21. n. 17. Duplex est ratio, prima est in honorē transacti matrimonij. Castren. d. auten. pręterea num. 5., & ibi Ias. num. 9., & num. 13. Dec. num. 21. vers. tertio ex prædictis. Corne. nu. 27. Rimin. Sen. conf. 114. num. 7. lib. 1. Menoch. conf 433. nu. 9. Altera est ratione mulier inopia laboret. Bald. d. auten. præterea, col. fin., & ibi Salicet., & Castren. nu. 5. Roman. Alex. col. fin. Ias. col. 2. Dec. nu. 21. qui communem dicit. Corne. conf. 4. in prin., & in fi. lib. Florian. à S. Petro conf. 21. nu. 7. & num. 11. Roland. conf. 15. num. 4. lib. 3., & communem dicunt. Cephal. conf. 244. nu. 16. & Menoch. d. conf. 433. num. 8.

Quare quatuor exiguntur, vt dispositio hujus auten. procedere possit, & primo, quod cōtractum fuerit matrim. Deinde, quod nulla dos interuenerit. Tertiò, quod coniux prædecedens fuerit locuples, postremò, quod coniux
2 superstes inopia laboret. Videamus igitur an renunt. poss. huic dispositioni, & certè primùm videri potest, quod maritus renunt. possit, cùm hęc dispositio inducta fuerit, ne infoelix vxor inopia vrgente mēdicare cogatur in injuriam, & opprobrium ipsius mariti, cùm autem volēti minimè fiat iniuria l. 1. §. vsq; adeo ff. de iniur. rectè dici potest maritum renunt. posse,
3 vt per Salicet. d. auct. præterea q. 7. Verùm plures tenent d. auct. procedere etiam contra voluntatem mariti. Bald. Fulgol. Paul. de Cast. Roman. Alex. Ias., & Dec. in d. auct. quamuis ibi Salicet. voluerit mulierē posse venire pręter voluntatem testatoris tm̄, non etiam cōtra voluntatem, & ita tenet Socin. conf. 108. in hac consultatione col. 1. libro 1., vbi inquit hanc esse communem sententiam, & si facilè disputari possit contrarium, quod consilium videtur esse Cornei conf. 178. lib. 2., vt habetur per Franch. decis. 318. num. 7., & hanc esse magis communem opinionem, quicquid dixerit Angel., & Salicet. trad. Fabian. de Pepis in repet. d. auct. præterea num. 37. in fin., & pro hac sententia est glo. in §. fin verò expræssim, ver. hęredem auct. de hęred., & falcid. cùm qua transeunt communiter doct. in d. auct. præterea, & in l. si cum dotē §. si pater ff. solu. matr. & hanc esse receptam opinionē, vt quarta pars ex dispositione d. auct. debeatur, etiam inuito marito, trad. Dec. consil. 24 col. fin. Socin. d. conf. 108. col. 1., & conf. 121. num. 16. lib. 4. Corne. conf. 4. col. 2. lib. 4. Roland. consil. 15. in fi. lib. 3. conf. 72. num. 59. lib. 1. Plot. consil. 168. num. 45. inter conf. diu. vlt. vol. lib. 1. Cephal. conf. 244. num. 3. Surd. de aliment. tit. 9. q. 35. num. 10. Non potest igitur marit⁹ facere, quin vxor inops hāc portionem consequatur, per Rimin. Sen. conf. 114. num. 5. Et ideo maritus non potest excludere vxorem à suplemento hujus quartæ, quamuis aliquid legando prohibeat etiam plus petere, vt neq; potest in totum quartam auferre glo. in §. si vero exprēssim, in ver. hęredem in auten. de hær., & falci. Duran. de arte testan. tit. de legat. caute. 20. num. 2. Surd. de aliment. tit. 9.
4 q 35. num. 11., & num. 19 Quod autem attinet ad mulierem videtur, vt renunt. possit, cùm dispositio d. auct. inducta sit ipsius fauore ne ob inopiam cogatur post mortē mariti mēdicare, & inopia laborare, vt trad. Paulus de Cast. Alex. Bald., & alij in d. auct pręterea, & ibi tradunt omnes, vt inquit Roland. conf. 14. num. 27. conf. 15. num. 4. lib 3. Decian. conf. 70. num. 11. lib. 2. Surd. decis. 61. num. 13. vbi inquit inopiam veram fuisse rationem, & finalem causam huius dispositionis, quāuis alij alias adferant rationes. Cæterum dubium esse potest num vxor renunt. poss. huic auxilio, vti inducto miserationis gratia, vt inquit Bald. in d. auct. præterea. Ploc. d. conf. 168 num. 45. Imò respectu alimentorum, vt per Dec. d. auct. pręterea numer. 5. Sed per resolutione vi. de benefic. concesso miserationis gratia, & de alimentis.

LXXIII. RENVNCIATIO, MACEDONIANI SENATVSCON.

Summæ.

1 *Senatuscon. Macedoniani causa.*
2 *Beneficio Macedoniano Senatuscon. renuntiari an possit.*
3 *Filius fam. effectus sui iuris an renuntiare possit auxilio Macedoniani.*
4 *Iuramentum an confirmet renunciationem Senatuscon.*
5 *Filius fam. qui cum iuramento renuntiauit, & postea soluit, an repetere possit.*

X omnibus causis regulariter filius familias, tāquā pater familias obligatur l. filius familias ff. de actio. l. tam ex contractibus ff. de iudic. solus mutui contractus, ne cum filiofamilias fiat,

pro-

prohibetur, cæteris omnibus cum eodem per-
missis l. 4. §. is autem solus ff. ad Macedon.
§. illud propriè institut., quod cum eo, qui in
alien. potesta. Id effectum est Senatusconsulto
Macedoniano, Vespasiani tempore lato, vt re-
fert Sueton. in Vespasiano c. 2. quod extat in
1 l. 1. ff. ad Macedonia. Huic Senatusconsulto
causam dedit, vt solent ex malis moribus bo-
næ oriri leges. Arist. rhetoric. libr. 2. impro-
bus fœnerator Macedo, a quo, & nomen habet
ipsum Senatusconsultum. Nam inter alias sce-
lerum causas, qua natura huic improbo admi-
nistrabat, illi quoque mos erat mutuam peccu-
niam, ad quemuis luxum irritamentum, filius
familias credere: Vnde sępè eueniebat, vt de-
inceps ęre alieno grauati in quoduis flagitium
impellerentur, atque ante tēpus patrias in an-
nos inquirerent, vt à mutuo citius se eximerēt
l. 1. ff. ad Macedon. Vt igitur tolleretur hæc
delinquendi occasio, tam parētibus perniciosa
in odium Macedonis, ac eorum, qui dant mu-
tuam pecuniam filijs familias Senatus censuit
ne cui, qui filio familias mutuam peccuniam
dedisset, etiam post mortem parentis eius, cu-
ius in potestate fuisset, actio, petitioque dare-
tur, vt scirent, qui pessimo exemplo fœnera-
rent, nullius posse filij familias bonum nomen
expectata patris morte, fieri, quæ sunt verba
tex. & §. C. d. l. 1. Quin inhibetur repetitio
mutuæ peccuniæ, etiam aduersus sui iuris fa-
ctum §. illud propriè. Insti. quod cum eo. ex
verbis autem Senatusconsulti apparet illud in
mutuo tantum obtinere, cùm in cæteris con-
tractibus non adeo sit timendum l. si filiusfa-
milias ff. ad Macedon. Similem quoque legem à
Claudio Cæsare latam, refert Tacitus annal. li-
bro secundo: Cum inquit, & lege lata, sæui-
tiam creditorum coercuit, ne in mortem pa-
rentum peccunias filijs familias fœnori darent
sic etiam Plaut. in pseudalo, meminit cuiusdā
legis, qua prohibitum erat peccuniam mutuo
adolescētibus dari, dum apud eum adolescens
sic loquitur, perij, an non tum lex me perdidit
quinauicenaria, metuunt credere omnes.
2 Sed videamus an huic auxilio renūtiari pos-
sit, & videtur posse, cùm id Senatusconsultum
inductum fuerit fauore filiorum familias, quē-
admodum, & Velleianum mulierum causa, & 3
exemplo Velleiani l. tamen si ff. ad Macedonia.
sed Velleiano renuntiari potest, vt ibi dixi, er-
go, & huic Senatusconsulto, & quod renuntia-
ri possit auxilio Macedoniani S. C. expræsse
tenet Zasius singular. respons. lib. 2. c. 28., vbi
ita tenet, licet secundum eum, totus orbis di-
cat contrarium.

Contrarium tamen, videlicet vt renuntiari
non possit, tenet gloss. in d. l. tamen si, in l. vlt.
C. ad Macedonia, & in c. si diligenti, de foro
compet., vbi glo., & Abb. Iac. de Aret., & ibi
Albericus in l. doli mali ff. de nouatio. Bart. l.
pen. num. 3. C. de pact. ad finem distinctionis,
& in l. fin. C. ad Macedon. Alberic. in d. l. ta-
men si num. 2. Bald. l. de quibus num. 14. ff. de
legi., & in d. l. tamen si. Ias. l. non impossibile
col. 1. ff. de pact. Felin. d. c. si diligenti fallent.
81, & hæc opinio est vera, vt per Gutet. de con-
tracti. iurat. c. 43. num. 5. qui refert Gouarru-
uiam item attestantem, hanc esse communem,
& proinde sequendam. Hæc quippè exceptio,
non tam fauore filiorum familias, quam odio
fœneratorum inducta fuit glo. d. l. tamen si, &
in d. l. fin. Felin. d. c. si diligenti. Alberic. de
statu. q. 179. in fi. nec non ratione euitandi pre-
sumptum peccatum, ne filij insidientur vitę pa-
rentum d. l. 1. ff. ad Macedon. §. pen. Institu.
quod cum eo, quæ occasio delinquendi dare-
tur per renunciationem huius Senatuscon. cō-
tra l. conuenire ff. de pact. dot., & ad id facit
doctrinæ Imolę in l. nemo potest num. 8. ff. de
leg. 1., vbi inquit iuri inducto in odium (qua-
le id est) tamdemū renuntiari non posse, cùm
ratio suadet etiam renunciationem impediri.
Nam ratio, qua inductum est auxilium Sena-
tuscon. nimirum ne filij insidientur vitæ parē-
tum, etiam obtinet in ipsa renūciatione. Vndè
creditores qua improbitate, & facilitate indu-
cunt filios familias, ad recipiēdam peccuniam
mutuam; eadem quoque facilè inducere possunt
filios familias ad renuntiandū senatusconsul-
to arg. l. doli, versic. diuersum ff. de nouatio.
Imola d. l. nemo potest num. 7. circa fin. Qui-
bus accedit, quod hoc S. C. non solum filijsfa-
milias, verùm etiam parentibus succurritur l.
sed, & si paterfamilias §. non solum ff. ad Ma-
cedon., & ideò illi renuntiari non potest in pa-
tris præiuditium, quod, & admittit Zasius d.
c. 28. quod, & voluisse, videtur Vasq. de success.
creat. lib. 3. §. 28. nu. 44. dum inquit, verius
esse, vt in Macedonianum iuramentū non sit obli-
gatarium propter pręiuditium patris familias
Neque huic sententiæ refragatur, quod Velle-
iano renuntiari possit, cùm exemplo mulieris
intercedētis pro alio, succurratur filio familias
d. l. tamen si, Quoniam Velleianum principa-
liter respicit fauorem mulierū; hoc verò odio
creditorum principaliter inductū fuit, Aretin.
d. §. pen. Insti. quod cum eo, quod sanè odium
est rationabile, ne scilicet filij vitæ parentum
insidientur d. l. 1.

Aliud iuris est, cùm filius familias renuntiat
huic Senatusconsulto effectus sui iuris, quia tūc
renunciatio valet l. sed, & iulianus §. fin. ff. ad
Macedon. l. 2. C. eo. Bart. l. fin. C. eo. Cessat
etenim hoc casu patris pręiuditium, & pręsum-
ptum delictum, vt filij insidientur vitæ paren-
tum, & quia ratio, qua inductum fuit id Sena-
tuscon. cessat in renunciatione, & non impedit
renunciationem, ideo valet renunciatio, vt de-
clarat Imola in l. nemo potest numer. 8. ff. de
leg. 1.

Ex quibus infertur patrem ipsum, de cuius
pręiuditio agitur, posse huic exceptioni renū
tiare l. pen. & l. fin. C. ad Macedonia, & ibi
Bart. in fi.

Sed

Sed quod diximus suprà filium familias nõ posse renunciare auxilio huius Senatusconsul, non procedit in pacto, vel renunciatione, cùm ex statuto, vel ex consuetudine derogari possit huic exceptioni. Bald. l. de quibus numer. 14. ff. de legi. Ias. l. non impossibile colum. 1. ff. de pact.

4 Sed dubium esse potest an iuramẽtum operetur validam renunciationem huius Senatusconsul, & Imola in c. cum contingat de iureiur. tenere videtur, vt renunciatio valeat cum iuramento, vt refert Felinus in dicto capitulo si diligenti. Pro qua opinione facit, quod iuramentum seruari debet, vbi dispositio fundatur super remota occasione delinquendi, vt de hoc S. C. tradit Constan. Roger. de leg. potent. capitulo vltimo, nu. 16. Verùm circa hanc dubitationem tres fuere opiniones, vt refert Guter. de contract. iurat. cap. 43., prima est Bart. in. leg c iciendum num. 8. ff. de verb. obliga. existimantis solum iuramentum excludere à Macedoniani auxilio, etiam sine renunciatione, & idem in l. fsius, & Augerius, nu. 4. ff. ad l. falcid. voluit mutuum filio familias factũ firmari iuramento. Altera opinio fuit glossa in §. item sacramenta, in versiculo super contractibus de pace iuram. firm., quæ tenet etiam, cum iuramento non valere renunciationem, & hanc plures sequuntur, & ita voluit Guid. Pap. consilio 221. post Ioan. Fab. in §. penultimo Insti. quod cum eo. Tertia fuit opinio Imolæ in d. c. cum contingat, nempè renunciationem cum iuramento valere, & hanc opinionem sequitur Guterius dicto capitulo quarantesimo tertio, quæ opinio verior videtur, declara tamen, vt iuramentum minimè obliget in patris præiuditium, vt voluit Vasq. de success. creat. libro tertio §. vigesimo octauo, numero quarantesimo quarto. Nam renunciatio etiam cum iuramento minimè valet, vt tenet glossa in dicto §. item sacramenta, vbi agitur de præiuditio patris, & quando iuramentum impleri non potest sine præiudicio patrisfamilias saltem præsumptiuè, & potentialiter. Vnde Zasi. singular. intell. lib. 2. c. 28. singulariter tenet in præiuditiũ patris renunciari non posse.

Vera est conclusio tale iuramẽtum non valere, neque obseruandum esse, vt voluit Abb. in capitulo cum contingat de iureiur. sequitur Couarruuias in capitulo quamuis, par. 2. nu. 4. de pact. lib. 6. Vasq. d. §. 28. num. 53. & ab hac opinione in iudicando non est recedendum, vt inquit Trentacinq. varia. resolut. lib. 3. tit. de solutio. resolu. 19. nu. 19. ver. contra hanc opinionem. Nam hoc S. C. inductum fuit, vt subueniatur parentibus, ne parentibus à liberis parentur insidiæ l. 1. ff. ad Macedon. §. pen. instit. quod cum eo., vbi hæc verba adscribuntur, Quæ ideò Senatus prospexit, quia sæpè onerati ære alieno creditarum peccuniarum, quas in luxuriam consumebant, vitæ parentum insidiebantur. Vnde iuramentum non debet operari in parentum præiudicium r. cum contingat de iureiur., & c. quamuis pactum de pact. lib. 6.

Sed an filius fam., qui cum iuramento renũtiauit, & postea soluit, repetere possit, videamus, & Bart. in l. si quis pro eo. nu. 10. ff. de fideiuss. voluit repetere posse, sequitur Vasq. de success. crea. lib. 3. §. 28. nu. 52. Sed cõtrarium tenet Fortun. in l. veluti, col. 8. ff. de iust. & iure. Couar. d. c. quamuis, par. 2. §. 3. num. 4. Guter. de contract. iurat. c. 43. nu. 3. Et hanc opinionem Vasq. d. §. 28. nu. 52. tenet veriorem esse eo casu, quo post patris mortem ipse filius fam. mutuum reddidisset, & quando viuo patre soluisset sponte eo animo, vt se obligatio ne liberet, & ita procedit secundum eum Bartoli opinio. Hæc opinio placet Trentacinq. varia. resolut. lib. 3. tit. de solution. resol. 19. num. 19. versiculo Fernandus.

LXXIV. RENVNCIATIO, BENEFICII DE FIDEIVSSORIBVS EXCVSSIONIS, Siue ordinis.

Summæ.

1 *Fideiussorum conditio miserabilis.*
2 *Excussionis, siue ordinis beneficium.*
3 *Fideiussor renuntiare potest beneficio de fideiussoribus.*
4 *Renunciatione huius beneficij reditus fit ad ius cõmune antiquum.*
5 *Fideiussores ex cõsuetudine solent renuntiare huic beneficio.*
6 *Generalis renunciatio an comprahendat hoc beneficium.*
7 *Renunciatio huius beneficij quid operetur.*
8 *Fideiussor, qui promisit conseruare aliquem indemnem.*
9 *Fideiussor, qui promisit quanto minus à debitore seruari potuit.*
10 *Fideiussor qui se obligauit pro reo principali ad incertam quantitatem.*
11 *Renunciatio excussionis non est necessaria in criminalibus.*
12 *Renunciatio excussionis, quando non obsit renuntianti.*
13 *Dilatio moratoria reo principali concessa, non extenditur ad fideiussorem, qui renuntiauit.*
14 *Fideiussor, qui renuntiauit non potest testimonium ferre pro reo principali, tametsi is soluendo sit.*
15 *Renunciatio huius beneficij superflua est in ducatu Mediolani.*
16 *Tacite quoq; renuntiari huic beneficio.*
17 *Iuramentum in contractu appositum an operetur renunciationem huius beneficij.*
18 *Renunciatio excussionis, de qua in auten. Hoc si debitor C. de pignori.*

D hoc inuenta est fideiussio, vt per eam creditori, qui putat in principali debitore non esse satis cautionis, consulatur. Instit. de fideiuss. in prin.

1 Miserabilis est autem fideiussorum conditio quoniam maximum periculum rei familiaris versatur in sponsionibus, ita, vt rectè dixerit sapiens ille, comitem æris alieni. & sponsionis esse miseriam. Vnde, & ex vetere prouerbio dicitur, sponde, noxa præsto est, & hoc quidem confirmat, quod sapiẽter monet Salomon prouerb. c. 6. fili mi, inquit, si spoponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum animam tuam, illaqueatus es verbis oris tui, & captus proprijs sermonibus tuis: Fac ergo, quod dico, fili mi, & te met ipsum libera, quia incidisti in manum proximi tui, discurre, festina, suscita amicum, & alibi idem prouerb. cap. 22. inquit, noli esse cum illis, qui defigunt animas suas, & qui vades offerunt se pro debitis. Huc quoque pertinet, quod eleganter scribit Ausonius, dum ita inquit, per mille possum currere exempla, vt probem, prædes vadesque pœnitudinis reos. Sed nolo quenquam nominatim dicere, sibi quisque vestrum dicat, & secum putet, spondere quantis damno fuerit, & malo! Et ideò apud doctores nostros illud asseritur, quod qui pro alio se obligat, is dilapidare, & perdere dicitur, lege si is, cui §. Flauius ff. de solutione, lege tertia §. si filius ff. de peccul. Iason lege in persona §. qui peccuniam, versiculo nota diligenter ff. de pactis & ibi Curtius Iunior, numero quarto. Ripa lege si constante, num. 38. versiculo similiter ff. solu. matr. Surdus consilio 114. numer. 15. & fideiussor eo ipso, quod fideiubet lædi dicitur, lege de die §. 1. & ibi Alexander ff. qui satisd. coga. lege si titius, & sequ ff. de fideiuss. Quapropter leges optima ratione miseriæ fideiussorum subueniunt. Hincque fœminis pro alio intercedentibus auxilio Senatusconsulti Velleiani, ne teneantur fideiussionis nexu benignè succurritur, vt suo loco exposuimus, sed & omnib⁹ generaliter subuenitur etiam varijs legum auxilijs, quæ omnia sigillatim referre præsentis non est instituti. Quod autem attinet ad propositum nostrum sciendum est, Nam quando plures simul obligantur in solidum, aut pro alio obligantur, veluti fideiussores, mandatores, & sim., aut verò sunt duo, pluresuè debendi rei, considerantur primùm persona ipsius principalis, pro quo fit sponsio, deinde persona fideiussorum inter se inuicem, postremò persona creditoris. Reorum principalium respectu, ne videlicet ante ipsorum excussionem exigantur fideiussores, locum habet excussionis, siue ordinis beneficium, de quo in dicta authentica præsente. Quod idcircò beneficium excussionis vocatur, quia bona debitoris, ad quem negotium principaliter pertinet, primùm sunt excutienda, experiendumque prius cum eo. Deinde, quò ad personas plurium fideiussorum inter se inuicem, vt inter ipsos obligatio diuidatur locus erit beneficio epistolæ D. Adriani, de qua in lege finali, Codice de constit. peccun. Denique respectu creditoris est beneficium cedendarum, quo fideiussor insolidum conuentus soluere non tenetur, nisi ante omnia creditor illi cedat actiones aduersus principalem, suosque confideiussores, lege Modestinus ff. de solutio. cum simi. Altero autem casu principali, quãdo sunt plures rei debendi, tunc instar beneficij epistolæ D. Adriani, quod pluribus fideiussoribus conceditur habent, & ipsi diuisionis beneficium, de quo in authentica, hoc ita, Codice de duobus reis. Itaque ex his constat quatuor prodita fuisse beneficia concessa pluribus simul obligatis insolidum, de singulis igitur videndum, & primùm de beneficio de fideiussoribus, quod & excussionis, siue ordinis beneficium vocatur fideiussoribus concessum, lex Iustiniani constitutione in auth. de fideiuss., & mandat., & in dicta authen. pręsente, circa quod beneficium sciẽdum est olim ex veteri iure liberum fuisse creditori post moram debitoris, ipsum principalem, vel fideiussorem, omisso principali cõuenire, lege secunda, lege tertia, lege iure nostro, lege si alienam, & lege reos, C. de fideiuss. l. qui mutuam in prin. l. creditor, in princ. ff. manda. l. si litteras, C. eo. l. est in arbitrio, C. de actio., & oblig., & est glo. in c. peruenit, in ver. non soluentibus, & ibi not. de fideiuss. iure authenticorum nouissimo contra est, nam habent fideiussores, ex noua constitutione de fideiuss. de qua habetur in dicta authentica pręsente, & in auth. de fideiuss. §. si quis igitur, & §. non solum beneficium excussionis, seu ordinis, hoc est, vt prius conueniri nequeant, quam ipsi principalis debitores, nec aliter à creditoribus cõueniantur, quam in subsidium adeò, vt ante omnia excutiendæ sint facultates ipsius principalis debitoris præsentis, quatenus is non reperitur soluendo, eatenus demum fideiussores tenentur, fideiussorem etenim veluti in subsidium teneri ęquum est, cùm eo animo se obligare videatur, vt non anteà soluat, quàm si non soluat debitor.

Humanum sanè est, dum creditor suum consequatur, potius conueniri reos principales, quam eos, qui officij tantum causa interuenerunt, & velut subsidio, ne in officium suum sit damnosum, l. si seruus §. quod verò ff. de furt. Quod etenim creditori non nocet, & fideiussoribus prodest, id æquum est fideiussoribus tribui argumen. l. 2. §. quanquam ff. de aq. plu. arc.

Itaque iniquum videtur, vt creditor molestia efficiat fideiussorem, cuius sanè obligatio accessoria est principalis obligationis §. fideiussores, insti. de fideiuss. qñ suũ consequi possit ab ipso principali, arg. l. 1. C. de appell. vbi

ordinis peruersio, iustam præbet appellandi causam, & est tex. in l. moschis ff. de iure fisci ibi, æquum putauit imperator noster prius heredes conueniri debere, deinde in reliquum possessorem omnem, & facit etiam l. 1. in fi. C. de decurio. lib. 10.

Hoc tamen beneficium, ita demū procedit,
3 nisi fideiussor illi renuntiauerit, vt renuntiare potest, quoniam tunc rectè, prius cōueniri poterit. Bald., & Salicet. in dict. auth. præsente. Abb. dicto capitulo peruenit. Aufrer. ad decisione cap. tolos. decisione 196, & quæst. 130. Rebuffus tractatu de litter. obligat. articulo 1. glossa nona, numero quarantesimo. Crauetta consilio ducentesimo septuagesimo secundo, num. 3. glo. est in §. si quis igitur, in versiculo accedat authent. de fideiuss. in dicto capitulo peruenit, in versiculo non soluentibus, in lege nisi ff. de pactis, & in §. suscepto auten. de exhib. reis. Specul. titulo de renunt., & conclus. §. primo, numero decimo sexto, versiculo viso de beneficio, & ibi Io. Andre. in addit. in ver. sponsoribus. Burrigarius de renunciat. iur. Angel. in lege ius publicum, in fine ff. de pact. Abbas consilio septuagesimo secundo, parte 2. Alex. consil. 078 in fine libro primo. Aretin. in l. si ex duobus §. si a titio, numero septimo ff. de duobus reis, & ibi Bartolus, Baldus in consilio 266. proponitur, numero 3. versiculo sed quæritur libro primo. Romanus consilio 392. numero octaua. Imola consilio 46. Aretinus consilio 33. numer. 8. Cotue. consil. 3. numero octauo, libro primo Ripa l. obligatione, numer. 26. ff. de pignori. Marsil. in rubr. ff. de fideiuss. numer. 7 Aufrerius ad decisione Tolos. 197., & ad decis. 80. Masuer. in pract. titulo de obligat., & renunt. no. 11. Ferrarius in for. lib. contra plur. re. deben. ver. intercesserunt, numero quinto. Grat. consilio 126. num. 4. lib. 1. Decius lege fin. nu. 20. ff. si cert. per. Vital. de clausul. versic. an poss. renunt. numer. 9., & numer. 27. Bertazol. de clausul. claus. 40 glo. quarta, numero quarto. Guid. Pap. quæst. 94. Amode. de sindica. nu. 208., & hanc commuuem esse, inquit Portius conclus. quarantesima prima, fallent. vigesima sexta. Gail. obseru. lib. 2. obseru. 27. num 21. Gabriel. titulo de fideiuss. concl. 1. nu. 87. limit. vigesima sexta. Caroc. de excussio. bon. quest. 16. parte secunda, numer. 1. 2. Vasq. illustr. contron. libro primo, cap. 33. nu. 12. Tennin. caute. 80. num. 9., & hæc conclusio maximè procedit, quando renunciatio est iurata Gaill. dict. obseru. 27. nu. 28. Quæ renunciatio non solet à notarijs omitti. Rebuff. tract. de litter. obligat. d. nu. 40. in fi.

Imò de consuetudine omnis fideiussor renuntiat. Bart. in l. si fraudator in fi. ff. quę in frau. cred. Bald. in rub. C. de reuoc. his, quę in fraud. cred. num. 7. Felin. in capitulo cum m. num. 6. versiculo, & hinc est etiam de constitu. Dec. lege finali, numero vigesimo ff. si certum petat. apostilla ad Roman. consilio 392. numero octauo, versiculo renuntiari. Bald. cons. quarto, quæritur libro secundo. Vnde in dubio præsumitur fideiussor renuntiasse huic beneficio, quoniam ita est consuetum. Bald. dicto consilio 266. numero tertio, versiculo sed quęritur.

4 Et hæc cōclusio maximè procedit, quoniam renunciatione huius beneficij reditus fit ad ius cōmune antiquum, quo creditori potestas erat quem mallet prius conueniendi, siuè fideiussorem, siue principalem, l. iure nostro, l. non rectè C. de fideiuss. glo. in c. statutum ver. numerandum, de præbend. libro 6., quam notab. dicit Sal. in l. 1. in prin. nu. 53. ff. de officio. eius in l. si vnus §. pactus ne peteret, nu. 6. ff. de pact. latè Tiraq. de iure primigen. q. 24. nu. 6. Couarru. lib. 3. varia. resolut. c 6. nu. 4. Neque propterea dicendum est, fideiussorem obligari in duriorem causam, quod fieri non potest §. fideiussores. Insti. de fideiuss. l. si testamento §. fin. l. fideiussor §. qui certo loco ff. eo., nam illud. dubiū non est, quod per renunciationem durior fit causa fideiussoris ratione ordinis, si prius conueniatur, arg. l. 1. C. de appellatio. quia respondetur fideiussorem respectu eorum quæ principaliter in obligationem deducuntur, in plus obligari minimè posse, cum tamen in ijs, quæ deinceps promittuntur in euentum moræ rei principalis obligari possit. Bartolus lege centum capuæ. numero sexto ff. de eo, quod certo loco. Potest itaquè fideiussor in casu non expeditæ solutionis efficacius teneri ex sua voluntate renuntiando eius beneficio, vt per Bartolus dicta lege centum capuæ, sic & fideiussor in casu non solutæ peccuniæ, in termino potest pœnam promittere, tametsi in persona principalis, nulla fuerit apposita pœna, glossa lege sicut, versiculo inutiliter ff. de fideiussione. Alexander in additione ad Bartolus in lege græcè §. illud nom. 2., & lege hi, qui ff. eo. Baldus lege hi, qui crimen, numero decimo octauo, Codice qui accus. nō possit, sicut non diuersimodè pro debitore simpliciter obligatu per instrumentum, quod de iure communi paratam non habet exequutione n, lege minor viginti quinque annis, cui: fideicomissum ff. de minori. fideiussor in euentum moræ principalis potest executiuè obligari lege Marcellus §. fideiussor obligari. & §. fideiussor ff. de fideiussione §. fideiussor. Institut. eodem lege pupillus, in fine versiculo; vel ex sua mora ff. de verb. obl. Bart. l. hi qui nu. 2. ff. de fideiuss.

5 Quę renunciatio adeò de more apponi solet, vt procurator simpliciter datus ad fideiubendum renunciare possit huic beneficio, & proinde fideiussor ipse conueniri possit, etiam reo non excusso, quoniam ex consuetudine huic auxilio renunciare solent omnes fideiussores. Bartolus lege finali ff. de his, quæ in fraudem creditoris, in lege cum quis §. si quis

pro reo ff. de solut. in fine. Ias. lege certi condictio §. si nummos num. 20. ff. si cer. pet. Abbas capitulo primo numer. 28. vt lite non contesta. Baldus in rub. C. de his quę in frau. cred. columine vltimo, quod dictum singulare, inquit Vasq. illustr. controu. libro primo c. 33. num. 19. vet. octauò. Felin. cap. cum M. de constitu. Curtius Iunior lege contra §. si filius numero decimo septimo ff. de pactis, & ad facit, quod ea, quę sunt de cõsuetudine veniũt in generali mandato lege si prius §. placuit, & ibi Bart. ff. de aq. pluu. arc., & quamuis prima facie videri posit contrarium, cum renuntiare sit dilapidare, tamen quia renũtiari solet, ideò ex consuetudine poterit, & ipse renũtiare Curtius Iunior dicto §. si fili° numero decimo octauo. Hinc quoque fit, quod si in instrumento dictum sit renuntiauit &c. de stilo notariorum illa clausula extendi debet, vt intelligatur renuntiatum huic beneficio. Curt. Sen. cons. 6. in prin. secus si non adesset illa clausula renuntiauit &c. Quia tunc notarius non potest opponere renunciationem, quod, & ita accipi opportet, nisi instrumentum extendi posit ad consilium sapientis. Bertazolus de clausul. claus. 40. glo. 4. numero quarto. Caroc. de excuss. bon. quęstione 17. numer. 50. parte 2. Nam hæc renunciatio nocet quamuis apposita fuerit solum ex generali cõsuetudine tabellionum. Vasq. illustr. controuers. capitulo trentesimo tertio, numero vigesimo sexto, & cum renuntiari soleat huic beneficio, non inutiles erunt leges antiquatæ Digestorũ, Codice permittentes creditori electionem conueniendi, prius tam fideiussorem, quam principalem, si quidem per renunciationem reditus fit ad ius antiquum. Masuer. in pract. tit. de obligat., & renunt. num. 11.

6 Sed, & hæc obtinent etiam si renuntiatum sit generaliter. Baldus lege 1. col. 3., Codice de conuen. fis. debit. lib. 10. Alex. consilio 33. consultus col. 1. lib. 4. cons. 29. num. 34. libr. 7. Guid. Pap. quæst. 367. Tiraq. l. si vnquam, in pręfat. num. 121. C. de reuoc. dona. Dec. l. fin. num. 20. ff. si cer. pet. Aretin. consilio 33. numero octauo. Rolandus de dote quæstione 42. numero decimo sexto, vbi inquit huic beneficio renuntiatum videri etiam per generalem renunciationem omnis legum, & iuris auxilij, & idem tenet consilio 13. num. 13. lib. 1. Gabriel. tit. de fideiusso. concl. 1. nu. 89. Caroc. de excuss. bon. quæst. 17. parte 2. numero 50. Coler. de processi. execut. par. 1. c. 10. n. 384. & id maximè procedit, quando renuntians vsus fuit verbis ęquipollentibus speciali renũciationi. Colerius dicto capitulo decimo numero trecentesimo nonagesimo quinto, vel si renũtiatum fuerit omnibus exceptionibus introductis fauore fideiussorum, vel denique si aliquib° remedijs fideiussorum in specie enumeratis subsequatur generalis clausula. Coler., dicto capitulo decimo, numero 396., & 399

& quamuis Alexander, Iason, & Decius in lege fin. in prin. ff. si cer. pet. contrarium sentire videantur, tamen loquuntur in fideiussore indemnitatis, qui speciatim renuntiare debet huic beneficio. Non est tamen omittendum, quod fideiussor promittens soluere liberè, & sine exceptione non videtur renuntiare huic auxilio, quoniam id venit ex natura contractus, & actus lege quæro §. inter locatorem ff. loca., & illa verba sine exceptione accipi debent de Frinola, capitulo ex parte secunda de offic. delega. Roman. consil. 212. allegationes num. 2. Marsil. in rub. de fideiuss. numer. 272. Bertazol. de claulul. claus. 41. glo. 7. in prin.

7 Et renunciatione autem huius beneficij illud rectè infertur, quod creditor potest prius conuenire fideiussorem, qui renuntiauit, etiam non excusso ipso principali, vt ex iure antiquo poterat; neque poterit fideiussor opponere exceptionem excussionis, siue ordinis, cui renuntiauit glo., & doctores in capitulo peruenit de fideiuss. Marsil. in rubri. de fideiuss. numero septimo. Gabriel. in communi titulo de fideiuss. conclusione prima, limita. 26. Guter. de contractibus iuratis c. 23. num. 22. Asin. in praxi §. 31. capitulo 2. ampliat. 22. numero sexto, & supra dixi, quod extenditur procedere etiam si fideiussor renuntiauerit in fraudem suorum creditorum. Baldus in rub. Codice de reuocatione his, quæ in fraudem creditorum, columine vltimo, quod diligenter notandum inquit Vasq. illustr. controu. libro primo, capitulo trigesimo tertio, nu. 12. Tenen. ca. ite. 80. nu. 7. Caroc. de excuss. bon. quęst. 70. in fi. par. 2.

8 Non procedunt tamen supradicta in fideiussore, qui promisit conseruare aliquem indemnem, vel promisit indemnitatem, qui, & subsidiarius dicitur, is enim quamuis renuntiauerit huic beneficio, non poterit etiam conueniri principali non excusso, vt neque poterat de iure Digestorum, quoniam promisisse videtur in subsidium, & non aliter. Planè huius obligationis ea est natura, vt fideiussor ad id demùm teneatur, quantò minus à debitore exigi poterit, ita eleganter Bartolus in lege 1. Codice de conuen. fis. debit. libro decimo in l. quæro ff. loca. Alexander consilio trentesimo primo, libro quarto, consilio vigesimo nono, numero 29. lib. 7. in lege finali, in princ. ff. si cer. per. Bald. in lege prima, col. 1. C. de his quæ in frau. cred. Socin. l. cum filius familias §. 1. num. 4. ff. de verb. oblig. Dec. in dicta l. fin. in prin. numer. 8. Ias. lege si egu numer. 3. ff. si cer. pet. in l. si ita stipulatus fuero nu. 3. ff. de verb. obliga. in lege decem, num. 23. ff. eo. Salicet l. 1 num. 5. C. quod cum eo, & in l. 2. C. si mat. indemnita. prom., & l. 1. C. de fideiuss. tut. Bald. l. si pro ea q. 12. C. manda. Portius in suis communi. lib. 1. concl. 41. ampl. 16 & 17., & limita. 20. Guterius de contract. iurat. capitulo vigesimo tertio, numer. 23. verbo. hæ

tamen

tamen conclusio. Cotta in memorali, ver. fideiussor indemnitatis. Benintend. decis. 81. num. 11. Roman. cons. 211. post num. 2. cõs. 141. num. 6. Marsil. rub. de fideiusso. num. 7. & num. 23. Rube. l. non solum §. morte num. 508. ff. de ope. nou. nunc. Rebuff. l. 1., & ibi apostilla, Codice de conuen. Fisci debito libro decimo, & in lege prima, numer. 1. Codice de decur. lib. eo., & est communis, vt per Corne. cons. 109. libro primo. Suarez in thesau. recept. sentent. ver. fideiussor indemnitatis, numero centesimo trentesimo octauo. Franc. Marc. quæstione 411. parte secunda. Socinus Iunior cons. 147. numero quinto libro tertio. Vasq. illustr. controu. lib. 1. c. 33. num. 7., & numero decimo nono. Gaill. obseru. 27. nu. 13. lib. 2. Bertazol. claus. 80. num. 9., & claus. 40. glo. 4. num. 4. versiculo ista tamen renunciatio. Tennio. caute. 81., vbi inquit hanc esse doct. receptissimam sententiam. Coler. de processi. execut. par. prima cap. 10. in fine. Nam fideiussor subsidiarius, siue indemnitatis, si decies milies renuntiare, sua renunciatio illi non nocet. Iason lege finali, numero quinto, capitulo octauo, ff. si cer. pet., & in lege si ita stipulatus §. possum. num. 14. ff. de verb. oblig.

9 Sed quod diximus de fideiussore indemnitatis, idem dicendum est in eo, qui promisit, quanto minus à debitore seruari potuit, is nam etsi renuntiauerit, non poterit conueniri ante excussum principalem, quippè quia excussio requiritur pro implemento conditionis, lege finali ff. si cer. pet. lege decem ff. de verb. obl. & ibi doctores. Vasq. dicto capitulo trentesimo tertio, numero septimo. Atque idem dicendum est de fideiussore de iudicatum soluendo per textus in lege finali, Codice de vsur. rei iudica. Duen. reg. 335. amplia. 3. Et hęc dicitur excussio conuentionalis, quæ non tollitur renunciatione huius exceptionis, neque per clausulam, omni legum, & iuris auxilio. Caroc. de excuss. bon. q. 35. nu. 4. ver. quarta, par. 2.

10 Et generaliter sciendum est fideiussores, qui se obligant pro reo principali, ad incertam quantitatem, veluti fideiussores, qui pro officialibus fideiubent, vel qui indemnitatẽ promittunt, atque ita quid incertum, an debeatur, vel quantum debeatur non teneri, nisi ita demùm excusso reo principali, tametsi renuntiauerint huic beneficio. Bartolus, & Bald. lege prima, Codice de conuen. fis. debito libr. decimo. Bartolus in lege quæro ff. loca. Alba cons. 328. colum. 1. num. secundo numer. 34. & num. 46. lib. 2. Caroc. de excuss. bon. q. 8. par. 2., & questione nona. Quapropter si data fuerit à Iudice tutela filiofam. pater videtur tacitè fideiubere, & indemnitatem pro filio promittere lege prima, Codice quod cum eo; tamen non potest conueniri, nisi excusso filio, etiam si renuntiauerit huic beneficio de fideiussoribus, secus autem si omni legum auxilio. Boer. decis. 221. num. 10. versiculo, aut est datiua. Caroc. de excuss. bon. q. 6. par. 2. nu. 35. fideiussores etenim, qui pro officialib. promittunt videntur indemnitatem promittere, & sunt fideiussores indemnitatis, vt est textus in lege prior §. finali ibi, postquam res ab eo seruari non potuerit ff. de administrat. re. ad ciu. pertin., & ideò non tenentur, nisi principali discusso, & si renuntiauerint. Guter. de contract. iurat. dicto capitulo vigesimo tertio num. 23.

11 In criminalibus quoque non est necessaria renunciatio excussionis, quia fideiussor in criminalibus non habet excussionis beneficium, sed officio iudicis contra eum proceditur executiuè lege si quis reum ff. de custo. reo, verùm consultius erit, vt tollatur omnis dubitatio, quod renũciet beneficio de fideiussoribus. Bal. lege secunda §. primo ff. qui satisd. cog.

Et alias semper renunciatio huius beneficij non excludit renuntiantem, quin possit opponere excussionem, quę est de natura actus, vt notat Purpurat. in l. 2. nu. 88. ff. de iurisd. om. iud.

12 Intellige prætereà renunciationem huius beneficij non obesse, quo minus fideiussor petere possit excussionem fieri expensis petentis Gabriel. titulo de fideiuss. conclusione prima, numero quarantesimo tertio. Bursatus consilio cẽtesimo decimo tertio, numero vigesimo primo. Vnde fideiussor à creditore conuentus potest deponendo expensas petere, quod excutiatur principalis suo periculo, etiam si ipse renuntiauerit beneficio excussionis, quia hac ratione non interest creditoris. Bartolus lege vnde quæritur in principio ff. commoda, & ibi Castren. Marsil. in rub. ff. de fideiuss. num. 65. ver., & pro hoc dicto. Surd. decis. 174 n. 28.

Possunt prætereà fideiussor, & reus principalis simul in eodem libello cõueniri, tametsi renuntiatum fuerit huic beneficio glossa, & Bal. in lege prima, Codice de fideiuss. tut. Quia possunt simul capi, & detineri. Rebuff. de litter. obligat. artic. 11. glo. 3. numero 24. cum seq.

Declarantur etiam prædicta procedere, cùm valet principalis obligatio, alioquin, vbi ea non valet, neque fideiussoria valet etiam si renuntiatum fuerit. Ferrar. in form. lib. de duob. reis, in ver., & legibus.

13 Iam verò ex ijs, quæ dicta sunt, fideiussorem, qui renuntiauit huic beneficio posse prius conueniri, consequitur dilationem moratoriam reo principali concessam, non extendi ad fideiussorem, qui renuntiauit huic beneficio. Baldus lege secunda, numero quarto Codice de precibus imper. offer. personale, quippè est priuilegium. Bart. lege cum filius familias §. si stipulatus nu. 2. ff. de verb. obl.

& ita se obtinuisse, testatur Coler. de pro:essi. execut. par. 5. c. 4. in fi. Cuch. de morat. præscript. num. 126.

14 Ex his fit etiam, vt fideiussor, qui renuntiauit, non possit testimonium ferre pro reo principali, tametsi is sit soluendo; Nam cùm possit prius conueniri, illud consequitur, vt videatur testificari ad suum commodum. Mascard. de probat. concl. 1358. ver. testis num. 26. Felin. c. insuper de testi., & hanc opinionem receptam esse testatur Aufrer. tractat. de testium reprobat num. 45. Lanfr. in praxi c. 8. nu. 88. fallit tamen, vt per Campeg. de testib. concl. 73. Fideiussor itaque, quando debitor non est soluendo, vel quando renuntiauit non potest esse testis. Aufrer. de reprobatio. testium nu. 45. Capeg. de testi. conclus. 514., sed an fideiussor possit esse testis, quando renuntiauit vi. Farinac. de testib. q. 60. num. 378.

Inde fit quoque, vt cùm renuntiatū est huic beneficio procedat dispositio l. cum quis §. si quis pro reo ff. de solut., vt per Bartolus ibi in fine.

Ex his quoque proficiscitur, vt renuntians huic beneficio de fideiuss. ex d. auth. præsente censeatur etiam renuntiare beneficio cedendarum; Bald. d. auth. præsente, in princi. Dec. cons. 27. num. 5. ver. primò, dum dicit Caroc. de excuss. bon. q. 17. num. 12. p. 2.

15 Non est omittendum in Ducatu Mediolani superfluam esse hanc renunciationem. Si quidem ex dispositione statu. cap. 189. in nouiss. sublatum fuit hoc beneficium, quod quidem per statutum, & consuetudinem tolli potest. Caroc. d. tract. q. 29. num. 16.

Et hæc quidem hactenus de expressa renunciatione huius beneficij. Iam videamus de
16 tacita renunciatione. Nam non tantum tollitur hoc beneficium expressa renunciatione, verum etiam tacita, cùm fideiussor tacitè censetur renuntiare, vt prius possit conueniri, quàm reus principalis, veluti cùm quis promisit soluere liberè sine aliqua exceptione, ex hac quippe promissione, videtur tacitè renuntiare excussionis beneficio. Verùm contrarium dicendum est, per l. quæro §. inter locatorem ff. loca. Ias. leg. 1. num. 7. C. de sacr. eccle. Matsil. sing. 332. num. 1., & in addit. ad Mathesil. sing. 136. num. 4. Vasq. illustr. controu. libro 1. c. 33. nu. 11. Gabriel. d. concl. 1. num. 30. ampl. 13.

Præterea fideiubens pro fisco, vel pro principe, quoniam hi semper sunt soluēdo, ne inanis sit fideiussio, videtur huic beneficio renunciatum. ita Alex. l. fin. num. 9. ff. si cer. petat. Cotta in memorali, in ver. fideiussores principum. Vasq. illustr. contron. d. c. 33. num. 20. Duen. reg. 335. fideiussor limitat. 7. Sed contrarium tenet Gabriel. tit. de fideiuss. concl. 1. nu. 4. & nu. 121.

Fideiubens quoque pro eo, cuius bona instabant capi, & pro relaxatione censetur huic beneficio renuntiare. Io. Andre. in addit. specul. tit. de renunt., & concl. §. 1. vers. sponsoribus quod procedit etiam pro carcerato. Caroc. de excuss. bon. q. 84. p. 2.

Item non opponens hanc exceptionem ante litem contestatam, per omissionem, & per temporis lapsum videtur tacitè renuntiare exceptioni. Gabriel. d. concl. 1. num. 12., vbi inquit magis communem num. 13., & num. 59. limita. 6., cùm semper opponi debeat ante litem contestatam. Bursat. consil. 48. num. 14. lib. 1. Gail. obseru. 27. in prin. lib. 2., & numer. 14.

Impediens discussionem, videtur etiam tacitè renuntiare. Gabriel. d. concl. 1. num. 78. Caroc. de excuss. bon. q. 81. p. 2.

Videtur similiter renuntiare huic exceptioni intercedens pro naturaliter tantum obligato, vel pro eo, qui efficaciter non est obligatus. Bart. l. Marcellus ff. de fideiuss., & ibi Paul. de Cast. Duen. d. regu. limita. 10. Gabriel. dicta concl. 1. num. 76. Caroc. de excuss. bon. q. 70. p. 2., vel pro eo, qui notoriè non est soluendo. Duen. d. regu. 335. limita. 17. Bursat. consilio 48. num. 10. lib. 1. Gabriel. ibid. num. 53. limita. 5. Boer. decis. 221. num. 131 Caroc. de excuss. bon. q. 35. q. 70. in fi. p. 1., vel etiam pro eo, qui potest se defendere exceptione notoria. Duen. d. regu. limita. 8., & Gabriel. d. concl. 1. num. 122., nec non pro eo, qui cessit bonis. Duen. ibid. limita. 5. Gabriel. n. 120. Gail. obseru. 27. num. 14. lib. 2., vel pro eo, qui facilè exigi non potest. Gabriel. ibidem, num. 67.

Vel pro eo etiam, qui facilè non potest conueniri, putà quia sit potens, vel rixosus. Gail. d. obseru. 27. num. 25. Item cùm pater fideiubet pro filio, Gail. d. obseru. 27. nu. 33. Boer. decis. 221. Tessaur. decis. 166. Caroc. de excuss. bon. q. 6. par. 2., vel etiam quando fideiussio fieret post contractum principalis debiti atque animo, vt nouaretur contractus, & principalis absolueretur. Tessaur. d. decis. 166. nu. 6. Caroc. d. tract. q. 34. num. 39. Inter mercatores similiter videtur facta renunciatio huius exceptionis. Tessaur. d. decis. num. 7. Gail. obseru. 27. num. 26. Marc. q. 649. par. 2. Caroc. de excuss. bon. q. 48. par. 5. Et generaliter in hac materia excussionis, receptum est difficultatem in conueniendo principalem debitorem tollere id beneficium, siue sit difficultas naturalis, siue accidentalis, & tam ex priuilegio, quàm ex dispositione iuris. Caroc. de excuss. bon. q. 41. num. 3. ver. corellariè igitur, par. 5. fideiubens ergo pro huiusmodi personis videtur beneficio renuntiare.

Constituens præterea se principalem debitorem videtur renūtiare huic exceptioni. Gabriel. d. loco num. 99. Gail. obseru. 28. nu. 2. lib. 2., & hanc quæstionem mouet Salicet. in d. auth. præsente, vbi distinguit Bertazol. clausu. 39. glossa 4. concludit, quod fideiussor non

am-

amplius tenetur, quàm vt fideiussor, quando constat negotium ad alium pertinere, licet cõtrarium sentire videatur Marsil. in rub. de fideiuss. q. 1. num. 62. Cuius opinionem minimè sequendam, inquit Bertazol. d. glo. 4. atq; vt non videatur hoc casu renuntiatum est, glossa not. in §. 1. auth. de fideiuss. in vers. fideiussorem, quæ tamẽ distinguit Iacobin. à S. Georg. in l. in personam §. qui peccuniam num. 5., & ibi Curt. Iun. num. 9. ff. de pact., & secundum hanc opinionem iudicasse Senatum Pedemõt. testatur Tessaur. decis. 166. in Caroc. de excuss. bon. q. 3. p. 2. Ferrar. in for. lib. contra plur. reos deben. ver. beneficio num. 3. Sed, & fideiussor intercedens animo donandi non habet excussionis beneficium, quoniam illi renuntiare videtur. Caroc. de excuss. bon. q. 72. par. 2., idemque iuris est in eo, qui fideiubet in rem suam, idem q. 73. par. 2.

Quod extenditur procedere etiam, non obstante iuramento in cõtractu apposito. Tessaur. d. decis. 166. num. 4., & licet nonnulli contrarium sentire videantur, tamen hi sunt intelligendi, vt loquatur in renunciatione iurata huius beneficij, vt per eum. Caroc. de excuss. bon. q. 15. p. 2.

Ampl. procedere etiam, non obstante generali renunciatione, vt per Tessaur. d. decis. 166. num. 4. Similiter fideiussor obligans se insolidum nõ excluditur ab hoc beneficio, nec censetur renuntiare. Bertazol. claus. 39. glo. 7. num. 2. Quid si statutum prohibeat renunciationem beneficij de fideiussoribus. Craue. cons. 272. num. 19. ver. posteà, & col. fin. ver. principaliter.

17 Sed illud in dubium venit, an iuramentum in contractu appositum operetur, vt renunciatum videatur huic beneficio, & non est dubium quod iuramentum tollit excussionis beneficiũ 1 Abb. in c. ex rescripto, & ibi Ancharan., & Bald. num. 2. Alex. cons. 29. num. 38. lib. 7. Gozadin. cons. 52. num. 14. Corser. in rub. de iureiur. q. 12. num. 44. Socin. reg. 234. limita. 1. Tiraq. in præfat. l. si vnquam num. 137. & num. 152. Mancin. de iuram. par. 4. effectu 32. Crane. cons. 813. num. 30., & hanc magis communem inquit Gabriel. titulo de fideiuss. concl. 1. num. 44. trad. Marsil. rub. de fideiuss. num. 9. Gail. obseru. 27. num. 22. lib. 2. Couarru. in c. quamuis par. 1. §. 4. nu. 4. Tessaur. decis. 166. num. 4. Vinius decis. 376. num. 6. lib. 2. Bertazol. claus. 41. glo. 7. nu. 2. Guter. de contract. iurat. c. 25. num. 26. Caroc. de excuss. bon. q. 15. par. 8., & dixi etiam lib. 3., vbi dixi de tacita renunt. ex actu iurato.

18 Altera est excussionis exceptio, de qua in auth. Hoc si debitor, C. de pignor. vbi creditor contra tertium possessorem rei hypothecatę agere non potest hypothecaria actione, vel renocatoria, debitore, vel eius fideiussore prius non excusso, est, & tex. in auth. sed hodie, C. de act., & obl., & habetur in §. sed neque ad res in auth. de fideiuss. Ias. in §. item si quis in fraude m num. 66. Insti. de actio. & pulcrè Alex. cons. 85. num. 5. lib. 6. Parif. cons. 50. num. 40. lib. 1.

Huic autem exceptioni, etiam si renunciatũ fuerit, id non præiudicat emptori, & pignorũ possessori. Gabriel. tit. de fideiuss. concl. 1. nu. 38. Ferrar. in for. resp. lib. In actio. hypotheca. ver. exceptionem excussionis nu. 11. Guid. Pap. sing. 822. num. 4., vbi citat Io. Fab. in d. auth. Caroc. de excuss. bon. q. 17. par. 2. in fi. poterit tamen tacitè renunciari non opponendo de excussione. Ias. dicto §. item si quis in fraudem num. 85. ver. vltimò limitatur. Insti. de actio.

Nam debitor renuntians d. authen. hoc si debitor, non præiudicat emptori l. in hoc iudicium §. pen. ff. comm. diuid. l. Idemque §. fin. ff. pro Soc. Per statutum Nouarię, rub. vt creditor habeat electionem lib. 2. tollitur hoc beneficium.

LXXV. RENVNCIATIO, L. GRÆCE §. ILLVD FF. DE FIDEIVSS.

Summæ.

1 *Obligatus pro alio in duriorem causam non tenetur.*

2 *Dispositioni d. §. illud, renuntiari an possit.*

3 *Fideiussor obligans se pro alio cum iuramento, in duriorem causam.*

EX dispositione l. græcè §. illud ff. de fideiuss. vniersi, qui pro alijs obligãtur, si fuerint in duriorem causam adhibiti omnino non tenentur, secus si in leniorem. Quapropter in minorem summam fideiussor rectè accipitur. Item accepto reo purè, ipse fideiussor ex die, vel sub conditione accipi poterit: secus si reus sub conditione acceptus fuerit; quoniam tunc fideiussor, nec purè obligabitur. Quin etiam Bart., & alij in d. §. illud, voluerunt fideiussionem esse nullam, neque saltem eatenus valere, quatenus principalis tenebatur, vbi fideiussor obligatur in duriorem causam, quàm ipse principalis teneatur, per tex. in d. §. illud in illis verbis, placuit eos omnimodo non obligari.

Et hæc sententia est cõmunis, quamuis Alciat. lib. 5. Pareg. iur. cap. 17., & alij contrarium tenuerint, vt refert Fachine. controuersi. iur. lib. 8. cap. 51., qui sequitur hanc communem motus auctoritate. Connani. commentar. iur. lib. 6. cap. 6. num. 8. qui communem sententiam pluribus argumentis confirmat, & quod huiusmodi fideiussor omninò non teneatur, adeò, vt in nulla parte valida sit fideiussoria

tia obligatio, quoniam hoc casu vtile per inutile vitiatur, vt tradit Cremens. singul. 42. tu scis. Ludou. Perusi. decis. 57. num. 1. & ita cōmuniter tenere doctores tradit Portius in §. fideiussores, Inst. de fideiuss. hancq; sententiam esse magis communem, & seruari in practica asserit Bertaz. claus. 41. gl. 1. nu. 4.

2 Dispositioni huius legis renunciari potest,
vt per Ferrar. in for. lib. contra plur. reos deben. glos. & legibus, vbi declarat hanc renunciationem non valere eo casu, quo ipso iure, & to effectu debitor non fuisset obligatus ab initio, quoniam obligatio fideiussoria accedere non potest principali, quæ nulla est l. cum lex. ff. de fideiuss. cum sim. vt per eum. sed verius est renunciationem qua fideiussor obligatur in plus, quam principalis ipse teneatur, non valere, ea ratione, quia non potest ita teneri, vt fideiussor, ac forma non seruata. Quod tamen declaratur procedere nisi obligationi fideiussoris accesserit iuramentum, vt per Gut,
3 de contract. iurat. cap. 22. Nam vbi fideiussor
sciens expressim obligatur pro alio cum iuramento in duriorem causam valet obligatio fideiussoria. Bart. in l. si quis pro eo. nu. 15. ver. 8. prohibetur ff. de fideiuss. Ang. in l. hi qui ff. eo. Alciat. in c. cum contingat. nu. 173. de iureiur. Couuar. in c. quamuis pactum §. 6. nu. 4. de pact. lib. 6. Cremens. singul. 42. tu scis, Natta cons. 453. nu. 15. Cotset. de iuram. priuileg. 12. Bauer. de virtu. iuramen. in princip. Ludou. decis. Perusi. 57. nu. 4. Marsil. in rub. ff. de fideiuss. nu. 291. Surd. cons. 20. nu. 23. Bertaz. claus. 41. gl. 1. Seraphin. priuileg. iuramen. 98. in fi. Viuius cōmun. opin. 288. versic. fideiussor non potest, vbi attestatur de communi. Hoc sanè casu non tenetur, vt fideiussor, quandoquidem deficit forma fideiussionis, sed vt principalis promissor. Si quidem dum iurat videtur velle vt teneatur omni meliori modo quo potest, atq; vt principalis l. cum pater § filius matrem ff. de l. 2. & ita declarat Bart. in d. l. si quis pro eo. num. 15. quod inquit mētitenendum esse. Aretin. in §. fideiussores, circa fin. Inst. de fideiuss. vbi inquit ferè nunquā vitiari obligationem fideiussoris, ex eo quod teneatur in duriorem causam, cum hodie, vt plurimum in contractibus apponatur iuramētum, quod sanè limitat hanc materiam, licet itaq; secundum eum hoc casu non teneatur, vt fideiussor, quia forma non est seruata, tamen tenebitur, vt principalis, ex vi iuramēti, quod notandum est perpetuò, vt per eum. Aliud dicendum est in renunciatione simplici, cùm non possit quis teneri, vt fideiussor in plusquā principalis, vt mox dictum est.

LXXVI. RENVNCIATIO, L. SANCIMVS C. DE FIDEIVSS.

Summæ.

1 *Dispositio l. Sancimus. C. de fideiuss. quomodo differat à beneficio l. etsi post tres ff. si quis caut.*

2 *Ratio cur longius temporis spatium tribuatur ei, qui pro alio promisit ad purgandam moram.*

3 *Beneficium l. Sancimus, Codice de fideiuss. procedit etiam in causa criminali.*

4 *Dispositioni l. Sancimus, Cod. de fideiuss. renuntiari potest.*

5 *Renunciatio d. lege Sancimus hodie superflua apud nos esse videtur.*

6 *Renunciatio specialis auxilij d. l. Sancimus, non est superflua.*

7 *Iuramentum adiectum promissioni de exhibendo, an excludat iurantem à beneficio dicta lege Sancimus.*

E beneficio L. Sancimus. C. de fideiuss. dici quoque necesse erit, ne quid prætermisse videamur in materia, quæ pertinet ad renunciationes fideiussorum, ex dispositione huius legis, si quis pro alio promiserit, quatenus eum intra certum tempus exhibeat cum pœna, poterit etiam lapso tempore intra sex mensium spatium, moram purgando, eum
1 axhibere, & ea ratione pœnam euitare. Inter
hoc beneficium, & dispositionem lege etsi post tres ff. si quis cautio. da qua suo loco dicam hoc interest, quod d. l. etsi post tres, loquitur in reo principali promittēte se sistere, qui potest moram purgare intra paucos dies. Hæc lex autem loquitur non de ipso reo principali, sed de eo, qui pro alio promisit, nam is potest intra sex menses moram purgare, vt per Bart. in d. lege
2 Sācimus. Ratio cur longius temporis spatium
indulgeatur ei, qui pro alio promisit, ad purgandum moram, illa est, quoniā venia, magis dignus est, qui alieno morbo laborat, vt tradit Petr. Bellapert. in repet. l., & si post tres ff. si
3 quis cautio nu. 4. Idque beneficium procedit
etiam in causa criminali, vt per glo. & doct. in l. si quis reum ff. de custo. reo. & trad. Curt. Iun. cons. 343. numer. 19. & Boss. in praxi tit. de carcerat. fideiuss. num. 66.

4 Dispositione huius legis haud dubiè renū-
tiari potest, vt apertè patet ex ea in ver. sed si, quidem, in illis verbis, nisi pacti tenor ad hoc reclamauerit. Viuius decis. 442. nu. 19. 20. p quem tex. Bal. in l. si pacto quo pœnam in fin. C. de pact. adnotauit, beneficio purgationis more renuntiari posse, & hunc tex. id optimè probare tradit Iac. de Nig. in l. si insulam nu. 178. vers. vltra Bart. ff. de verborum obligatione, & de renunciatione d. l. Sancimus. habetur per Farinac. in prax. q. 34. num. 150. & 152. Imo Bal. in d. l. Sancimus, ex tex. ibi, nisi pacti tenor rectè infert, quod omnia iura, quæ admittunt purgationem moræ, vera sunt, nisi actum sit inter partes, quod mora purgari minimè possit. Sed & quod renuntiari possit huic auxiliō tradit Ang. in l. qui reum ff. de custo. reo. vbi in-

quit

quit quod assessores curare debent, vt fideiussor renunciet huic beneficio. Quia communē esse stilum curiarum, vt fideiussor renuntiet auxilio d. l. Sancimus, testatur Maranta de ord. iudic. parte pri. part. 6. memb. 8. n. 5.

5 Quæ tamen renunciatio hodiè apud nos superflua esse videtur, quippè cum omnes fideiussores recipiātur cum expressa promissione de consignando ad omnem requisitionem, toties, quoties &c. vt asserit Clar. in pract. q. 46. vers. pen. sequitur Scapp. de iure non scripto, lib. 5. c. 72. Qua in re tamen Bart. in l. si quis reum ff. de custo. reo. num. 5. consulit vt fideiussor expressim renuntiare debeat beneficio huius legis, sequitur Curt. iun. cons. 345. num. 59. Bosl. in pract. tit. de carcera. fideiuss. num. 66.

6 Viuius decis. 442. num. 18. Tutius itaque erit, vt apponatur specialis renunciatio, si quidem, etiam per promissionem de præsentādo toties quoties &c. non videtur propterea fideiussor se excludere ab hoc beneficio Tennin. caut. 77. in fi.

7 Sed an iuramentum adiectum in promissione de exhibendo excludat iurantem ab hoc beneficio dixi lib. 4. c. 52.

LXXVII. RENVNCIATIO, BENEFICII EPISTOLÆ D. ADRIANI

Summæ.

1 *Beneficium epistolæ D. Adriani.*
2 *Diuisionis plures species.*
3 *Beneficium epistolæ D. Adriani quid operetur.*
4 *Renunciatio huius beneficij quid operetur.*
5 *Fideiussor renuntiare potest huic beneficio.*
6 *Renunciatio huius beneficij quādo apponi debeat.*
7 *Generalis renunciatio, an comprehendat hoc beneficium.*
8 *Fideiussor expresse se obligans insolidum.*
9 *Beneficium Epist. quando operetur.*
10 *Diuisionis beneficium.*

Diximus supra de beneficio, cuius exceptio competit fideiussoribus respectu reorum principalium, ne ante ipsorum discussionem exigantur, ex ordine occurrit, vt videamus de eo beneficio, quod respicit personas plurium fideiussorum inter se inuicem, vt inter eos obligatio diuidatur ex epistola Diui

1 Adriani. Neque enim cogitur creditor etiā diuidere actionem inter reum principalem, & fideiussorem l. si plures §. 1. ff. de fideiuss. puta, partem crediti petere à reo, partem à fideiussore, sed in arbitrio eius est vel à reo, vel à fideiussore solidum exigere. Verum inter fideiussores cogitur actionem diuidere ex hoc beneficio. Nam quando sunt plures fideiussores pro eodem debito singuli tenentur insolidum qui tamen insolidum conueniuntur, excipere potest, vt quilibet conueniatur pro sua parte l., inter fideiussores ff. de fideiuss. l. non rectè C. eo. Hoc quippè beneficium conceditur illis, ex Adriani rescripto, Per renunciationem autem huius beneficij singuli fideiussores tenentur totum soluere ex vi fideiussorij contractus, Marsil. singul. 2. sed illud hoc loco non prætermittendum diuisionis plures esse species, nam

2 aut fit ex partium placito, aut ex legis beneficio, prima species rursus aut ex partium conuētione expressa inducitur, veluti cùm ab initio obligationis plures se obligant vt pro virili parte solum teneantur, non etiam insolidū vt in l. reos §. cum in tabulis, ff. de duob. reis. Aut verò tacitè inducitur, vt cum sunt plures rei debendi, qui tametsi ex renunciatione insolidum teneantur, tamen ex post creditor petendo ab vno ex eis virilem partem tantum, cum eum insolidum conuenire posset, videtur tacitè inter eos diuisionem inducere, de qua loquitur l. si creditores C. de pact. Alteram diuisionis speciem lex indulget aut pluribus reis debendi, vt in auth. Hoc ita C. de duob. reis aut plurib. fideiussoribus ex beneficio Epist. Diui Adriani, de quo hoc loco agemus, cuius exemplo tutores, curatores, & sim. habent diuisionis beneficium l. 1. §. nunc tractemus ff. de tute. & rat. distr. Bart. d. auth. hoc ita q. 2. nu. 28. Aret. §. si plut. num. 3. & ibi alij Inst. de fideiuss.

3 Cùm igitur conueniendi sunt fideiussores, si plures fuerint, modò confideiussores fint eiusd. stipulationis pro eodem reo debendi, & pro eodem debito. l. si à Titio, ff. de fideiuss. singuli insolidum tenentur, liberumque est creditori, quem velit eligere, à quo solidum petat, Verum ex Epistola D. Adriani, cuius verba non habemus, sed solum ipsius sententiam, de qua l. si. C. de constitu. peccun. si omnes sint soluendo tempore litis contestatæ, in portiones obligatio diuiditur l. 3. C. de fideiuss. illisq; beneficium diuisionis conceditur, vt singuli in viriles partes conueniantur, diuidaturque inter eos obligatio, vt non nisi singuli pro sua rata exigantur §. si plures Insti. de fideiuss. l. inter fideiussores. cum l. seq. l. si dubitetur ff. de fideiuss. l. si. C. de const. peccu. Quapropter si vnus ex fideiussorib. à creditore insolidum conueniatur poterit excipiēdo de hoc beneficio petere vt diuisio fiat, non fit autem ipso iure nisi petatur per exceptionem l. si conueniat, ff. de fideiuss. l. fideiussor C. eo poteritque inuari hoc beneficio, vt non nisi pro virili parte conueniatur. Hoc autem beneficium non habet locum nisi inter fideiussores, & mandatores accessoriè, Bart. l. 2. §. si tres ff. de curat. bon. dan. Planè hoc beneficio primum non fit iniuria creditore, quoniam illud non simpliciter tribuitur, sed ea lege, vt si tempore litis contestatæ, quo tempore cum vno, ex fideiussoribus agitur alij soluendo sint, possit is, qui conuenitur, petere ne vltra quàm pro parte conueniatur,

niatur in eam, quæ rem habent beneficium ex dicta epistola dicto §. si plures 4. Insti. de fideiuss. l. inter plures ff. eo. Deinde id beneficium subuenit fideiussoribus, qui pro alio officij causa interueniunt, vt quò ad eius fine incommodo creditoris fieri potest, quàm minimè hoc officium illis sit damnosum, l. si seruus §. quod verò in hoc ff. de furt. Quare hoc beneficium subleuat fideiussores, quod exonerat in debiti partem; creditori verò non nocet, cùm ea conditione admittatur si soluendo sint omnes tempore litis contestatæ d. l. inter plures, & d. §. si plures.

4 Sed id beneficium ita tribuitur, nisi illi fideiussor renuntiauerit, tùm enim potest creditor, quem velit ex pluribus fideiussoribus eligere, à quo solidum exigat Specul. titu. de renunt. & conclus. §. 1. nu. 10 ver. beneficium ergo. Marsil. rub. de fideiuss. num. 27. Ferrar. in for. lib. contra plures reos deben. versiculo beneficio, numer. 1. Masuer. in practic. tit. de
5 obligat. & renunt. num. 9. Renuntiare autem haud dubiè possunt fideiussores huic beneficio cum illorum fauorem dumtaxat respiciat, vt renuntiari etiam potest beneficio diuisionis, quod pluribus reis debendi competit, ex auth. hoc ita, C. de duobus reis, vt per glo. ibi, & in auth. de duobus reis §. 1. l. si ita stipulatus ff. de fideiuss. Bart. l. si testamento §. quod si duo ff. eo. in l. si ex duobus §. si à Titio, & ibi Aretin. num. 7. ff. de duobus reis. Angel. Aretin. in §. si plures, & ibi Portius not. insti. de fideiuss. Angel. l. creditori, num. 5. C. de fideiuss. & mandat. in l. si dubitetur, nu. 5. ff. eo. Bald. in l. si stipulatus §. si ex duobus ff. de fideiuss. Bottigar. de renunt. iur. de benefic. episco. D. Adria. Ronchegall. in l. 3. §. vti duo, nu. 110. ff. de duobus reis. Bertazol. claus. 40. glo. 2. num. 15. Vital. de clausul. rub. quibus iuribus renunt. poss. in princip. Tennin. caute. 84. & caute. 228.

Neque obstat, quod hæc exceptio sit odiosa, vt per glo. in §. si plures, in fi. Insti. de fideiuss. & proinde renunciari illi minimè possit, vt not. in l. tamen si ff. ad Macedonia. & in l. 1. ff. de vsucapio. quia non conceditur, vt sit odiosa cùm illi renunciari possit, vt per Bart. in d. §. quod si duo, Portius d. §. si plures.

6 Hæc renunciatio non pertinet ad duos reos debendi, quoniam illis non succurritur hoc beneficio, sed ex dispositione auth. hoc ita C. de duobus reis vt statim dicam, & quamuis cùm agitur de duobus reis notarij soleant addere renunciationem huius beneficij, tamen illud fit vt collatur ea dubitatio, an duo rei videantur inuicem fideiubere. ita Ias. in addic. ad Portium Instit. de duob. reis, in fi. Bart. d. auth. hoc ita nu. 34. Quin etiam procurator simpliciter constitutus ad fideiubendum, potest renunciare huic beneficio, quoniam de more Notarij solent hanc renunciationem apponere. Ias. C. certi condictio, §. si nummos, nu. 20. ff. si cert. pet. Bart. d. auth. hoc ita nu. 33. in l. si ex duobus, §. si à Titio num. 4. ff. de duob. reis.

Porro renunciatione huius beneficij redditus fit ad ius antiquum quod sequitur formam & conditionem obligationis, quæ ex verbis nascitur. Nam cùm plures fideiussores eiusdem pecuniæ singuli solidum promittere videantur, quod reus debet; consequens est vt qui solidum promisit, solidum etiam soluat. Quæ obligatio est inter plures fideiussores summo iure, quamuis aliud sit ex beneficio Epistolæ D. Adriani, quod renunciatione tollitur, & facit vt seruetur summum ius quod erat ante dictum beneficium.

7 Amplia modò vt satis sit generalis renunciatio omnis legum, & iuris auxilij. Imola consi. 46. in casu præmisso. Guid. Pap. q. 367. vbi testatur ita iudicatum fuisse. Tiraq. in præfatio. l. si vnquam nu. 121. C. de reuoc. dona. Bertaz. clausu. 40. glo. 6. nu. 1. Roland. cons. 13. nu. 16. lib. 1. & id maximè procedit vbi renunciatum fuit exceptionibus, & priuilegijs fauore fideiussorũ introductis. Coler. de process. execut. p. 1. c. 10. n. 396. vel vbi sunt verba æquipollentia, vel etiam vbi aliquibus remedijs fideiussorem speciatim enumeratis subsequatur generalis clausula. Coler. d. loco, nu. 395. & nu. 399. Quamquam Ronchegall. in l. 3. §. vbi duo. nu. 112. 114. dubitare videtur an sufficiat generalis renunciatio.

8 Declara tamen vt renunciatum minimè censeatur hinc beneficio, etiã si fideiussor expressè se obligauerit insolidum. l. 3. & ibi Bart. C. de fideiuss. cùm fideiussores semper insolidum teneantur, & si id non exprimatur d. l. 3. & d. §. si plures instit. de fideiuss. Quare expressio eorum quæ tacitè insunt nihil operatur. Bertazol. clausu. 39. glo. 7. nu. 1. Tesaur. Pedem. decis. 166. num. 3.

9 Limita etiam nisi creditor pro rata tantum exegerit, quia tunc diuisio inducitur, etiam si renunciatum fuerit hinc beneficio, Ias. l. si creditores nu. 3. & ibi Purpurat. nu. 41. C. de pact. Hinc colligi potest, quod renunciatio beneficij diuisionis intelligitur de ea, quæ competit ex legis beneficio, secus de ea, quæ ex post competere incipit ex vi taciti pacti, vt in d. l. si creditores, & ibi Bald. col. fin. Purpurat. nu. 41. idque procedit etiam si iuratum esset, quãdoquidem tunc intelligitur rebus sic stantibus Purpurat. d. num. 41.

Limita præterea non procedere si opposita non fuerit hæc exceptio sed solidum soluerit fideiussor. d. §. si plures. Instit. de fideiuss. l. inter eos. §. 1. ff. eo. adeò vt posteà repetere non possit. l. si testamento. §. quod si duo in fi. ff. de fideiuss.

Declaratur quoque vt renunciatio huius beneficij non extendatur ad beneficium diuisionis quod illis competit ex sententia, qua condemnati fuerunt insolidum. Bart. l. Paulus. 2. ff. de re iudic. in fi. Alex. in addit. ad Bart. in l. si du-

si dubitetur in si ff. de re iudic. sequitur Aretin. in §. si plures instit. de fideiuss. quamuis Angel. & Rapha. teneant contra Bart. in d. l. Paulus.

Sed, & declara, vt renuntians beneficio diuisionis non intelligatur renuntiare beneficio cessionis. Angel. in l. Modestinus, num. 8. ff. de solut.

10 Sed hic quæri potest si vnus ex pluribus fideiussoribus insolidũ idcirco exactus fuerit, quia renuntiauit beneficio diuisionis, an postulare possit actiones etiam sibi cedi insolidum, an verò pro parte virili. quam quæstionem ponit Bart. in l. Modestinus num. 10. ff. de solut. In qua re dicendum videtur, vt pro parte tantũ postulare possit sibi cedi actiones cõtra quemlibet confideiussorum, non etiam insolidum, glo. in l fideiussoribus in verſ. nomina ff. de fideiuss. in l. cum pupillus verſ. pro parte per illum text. ff. de tutel. & ratio distr. facit l. si plures §. vnde quærendum verſi. sed cum propria & ibi gl. in ver. pro parte, ff. de admin. tut. l. cum possessor, ff. de censi. Alex. cons. 38. nu. 4. lib. 5. idque in duobus reis obtinere tradit Ronchegal. in l. reos num. 56. ff. de duob. reis & hanc opinionem quod cessio nõ fiat nisi pro parte tantum, etiam in casu vbi expressè renũtiatum fuit diuisioni, communiter teneri inquit Bart. d. l. Modestinus num. 6. 9. & ibi Io. de Imola nu. 6. vbi tradit hanc opinionem esse satis æquam.

Sed quod fideiussor, qui propter renuntiationem beneficij diuisionis insolidum exigitur actionis, etiam insolidum sibi cedi, postulare possit, voluit Dyn. in d. l. Modestinus, & hanc opinionem veriorẽ esse, licet alia æquior videatur trad. Io. Imol. in d. l. Modestinus nu. 6. & ibi Cuman. num. 11. Cyn. in l. 2. num. 6. C. de duob. reis, & hanc posteriorem sententiã plures sequuntur, vt refert Coler. de processi. execut. part. 2. c. 2. num. 18. & num. 22. vbi firmat hanc conclusionem, quod fideiussori soluenti, actiones in solidum cedi opporteat, & ipse deinceps ab vno confideiussorũ solidum exigere possit.

LXXVIII. RENVNCIATIO, NOV. CONSTIT. DE DVOBVS REIS.

Summæ.

1 *Beneficium N. C. de duob. reis.*
2 *Beneficia duo tribuuntur correis ex beneficio N. Const. de duob. reis.*
3 *Renuntiari an possit beneficio Nou. Const. de duobus reis.*
4 *Renunciatio huius beneficij quid operetur.*
5 *Renunciatio huius beneficij debet esse expressa.*
6 *Beneficij de duobus reis renunciatio, quando non operetur.*
7 *Renunciationis d. N. Const. effectus.*
8 *Renunciatione huius beneficij an excludatur etiã cessionis beneficium.*

ET hæc quidem de diuisione, quæ conceditur pluribus fideiussoribus, ex legis beneficio, nunc res ipsa monet, vt deinceps ad alteram diuisionis speciẽ, quę ex legis beneficio pluribus reis debendi tribuitur trã-

1 seamus. Hoc etenim beneficium, cum illo fraternizat, vt vtar verbis Matfilij in rub. ff. de fideiuss. num. 34., atque hoc beneficium exemplo epistolæ D. Adriani inductum fuit auth de duobus reis in pr in. Bart. in l. in duobus §. vbi duo. rei. col. fin. ver. quod autem ad exẽplum ff. de duobus reis, in l. si ex duobus §. si a titio. num. 3. ff. eo. sciendum autem est de iure Digestorum duos, pluresuè reos debendi in solidum conueniri potuisse, l. 2. l. 3. §. vbi duo ff. de duobus reis §. ex huiusmodi instit. eo. l. 1. Cod. eo. Iure nouissimo ex dispositione auth. Hoc ita, C. de duobus reis, aliter constitutum est nimirum, quod diuisionis beneficio duo, pluresuè rei ita iuuantur, ne insolidum conueniantur. In qua re illud dubium est, immutatum fuerit ius antiquum modum exigẽdi, non autem circa constituendi modum, quod sensit Bart. in l. 2. l. 3. §. vbi duo ff. de duobus reis, & hanc sententiam veriorem, & magis receptam inquit Ferrar. in for. lib. contra plur. reos debeu. in ver. quilibet, num. 4. per glossa in d. authen. hoc ita, quam communiter sequuntur doct. vt per Portium instit. de duobus reis, nu. 5. & ita resoluit Treutacinq. variar. resolut. tit. de solutio. resolut. 34. num. 4., versiculo ex resolutio. Tametsi contra Bart. sentiat Ruin. in l. eandem, num. 9. verſ. in modo ergo constituendi ff. de duobus reis. Circa formam igitur constituendi nihil est immutatum, sed solùm circa exigendi formam, vt licet omnes rei obligati sint insolidũ, tamen si omnes sint pręsentes, & soluendo, diuidirur inter eos petitio, vt singuli teneantur solùm pro virili parte, & ita loquitur d. auth. hoc ita, & auth. vnde sumitur. Præterea olim poterat contra alterum tantum correorum procedi, poterantque per sententiam plures rei condemnari insolidum, atque executio fieri poterat contra quemlibet insolidum, at hodie aliud est, debet enim cõmuniter negotium examinari, & terminari, vt habetur in d. auth. hoc ita, & licet plures rei fuerint insolidum condemnati, tamen si soluendo fuerint executionis tempore, executio fit pro parte, non autem insolidum, ita Bart. in d. l. 3. §, vbi duo. rei. col. 2. Nam d. auhtent. Hoc ita secundum communem intellectum disponit, quod quamuis hodie plures rei debendi teneãtur singuli insolidum ipso iure, tamen poterunt in executione, hoc est in iuditio opponere, vt conueniantur solum pro virili, si cæteri

terifuerint soluendo. Alba consilio 263. in fine.

2 Ex beneficio nouæ constitutionis de duob. reis, duo correis tribuuntur beneficia, primum est, vt causa duorum, pluriumuè reorum communiter examinetur, ac terminetur, neq; vnus sine altero conueniri possit. Alterum est, vt plures rei solum conueniendi sint pro virili parte, & hoc ita, nisi aliquis eorum sit absens, vel non soluendo. Bart. l. si ex duobus §. si à Titio, num. 4. ff. de duobus reis, & in d. auth. hoc ita, num. 33.

3 Non procedit tamen dispositio d. auth. hoc ita, quando illi renuntiatum fuit, vt fit quotidiè in instrumentis, vt per Bald. in l. cum in plures §. vestimenta ff. loca. Et per Ferrar. in for. lib. contra plur. reos deben. in vers. quilibet, numer. 2. Quod autem renuntiari possit huic beneficio, est glo. fin. in fi. in §. vlt. inst. de duobus reis, & ibi Portius, Angel., & alij & iterum glo. in §. 1. auth. eo. Cyn. in d. auth. hoc ita q. 5. num. 6. Specul. tit. de renunt., & concl. §. 1. numer. 17. Bart. in d. auth. hoc ita num. 33., & ibi Bald. num. 5. in l. si ex duobus §. si à Titio ff. de duobus reis. Ias. in lege non quocunque §. qui Caium colum. fin. ff. de leg. 1. Nicol. Bellon. cons. 44. Ancharan. cõs. 226. legitur in fi., atque ita communiter receptum est, vt per Guter. de contr. iurat. cap. 23. num. 9. Butrigar. de renunt. iur. Ferrar. d. vers. quilibet insolidum, num. 2. Bertazol. clausul. 40. glo. 5. Vital. de claulu. versic. an possit renuntiari. Corne. cons. 51. num. 9. lib. 2. Marsil. rubr. de fideiuss. num. 34. Trentacinq. varia. resolut. tit. de solutio. resolut. 34. num. 9. Cui sententiæ suffragatur illud, quod per renunciationem reditus fit ad ius antiquum, quo vt dixi, correi insolidum conueniebantur.

4 Quò fit, vt correus renuntians auxilio dictæ auth. hoc ita censeatur renuntiare duobus beneficijs, nẽpè vt vnus sine alio cõueniri possit, deinde vt quilibet correorum insolidum conueniri, etiam omnibus præsentibus, & soluendo existentibus. Bart. d. auth hoc ita, num. 33., & in l. si ex duobus §. si à Titio, numer. 4. ff. de duobus reis.

Nam hęc renunciatio operatur, vt quilibet conueniri possit etiam omnibus præsentibus soluendo existentibus. Trentacinq. dicto numero nono.

5 Quin non satis est exprẹssè actum fuisse, vt correi singuli insolidum tenerentur, sed exigitur expressa renunciatio dispositionis huius auth. glo. fin. in fi. insti. de duobus reis, quam singularem, & mirabilem, dicit Ias. ibi in addit. ad Port., vbi inquit dictum glo. non fuisse ab alijs, vt ipse ait, ponderatum. Ruin. lege eandem, numer. 9. ff. de duobus reis. Bellon. cons. 44. Maluer. in pract. tit. de obligat., & renunt. num. 9. vers. adde. Itaque, vt vnusquisque reorum insolidum teneatur, cùm se obligat insolidum, requiritur expræssa renunciatio. Guter. de contr. iurat. c. 23. numer. 9. Verùm secundum eum d. loco, nu. 10. ex lege regia, hodie si plures rei obligauerint se insolidum, etiam si non renuntiauerint d. auth. hoc ita tenebitur vnusquisque insolidum, non obstante dispositione d. auth. hoc ita.

Huic renunciationi adijci quoque solet per peritos notarios, renunciatio quoque beneficij de fideiussoribus, vt tollatur ea dubitatio, ne duo rei inuicem fideiubere intelligantur. Bart. l. si ex duobus §. si à Titio in fin. ff. de duobus reis, & in dicta authentica hoc ita numero trigesimo tertio.

6 Verùm renunciatio huius beneficij, tùm minimè operatur, cùm correus à creditore conuenitur, pro eius parte dumtaxat, nam tunc diuisionis beneficium, cui renuntiatum fuit, inducitur ex tacita remissione, atque eo casu tacitè renuntiatum videtur iuri competenti ex renunciatione exprẹssa, & ita loquitur l. si creditores, & ibi Ias. col. 1., & alij, C. de pact. Bart. l. si ex toto §. 1. ff de leg. 1. Bellon. cõs. 44., & ideò Cepol. cautę. 257. rectè consulit creditorem, vt, cùm illi fit partis solutio ab vno correorum, recipiat saluo iure solidi, quia tunc per particularem solutionem non censebitur renuntiasse iuri, quod habet, exigendi à singulis solidum.

Prẹterea si ad vnum de duob. reis tota peccunia peruenit, poterit actor cogi, vt agat dũtaxat contra eum, ad quem peccunia peruenit periculo, & expensis correi, l. cum in plures §. vestimenta, & ibi not. Bald. ff. loca. lege vnde quæritur in prin. ff. commoda, quod menti tenendum esse, inquit Bald. in d. §. vestimenta, quoniam, secundum eum, licet communiter in instrumentum renuntietur beneficio de duob. reis, tamen d. §. vestimenta, & d. l. vnde quęritur, communiter non renũtiatur, cum igitur tota peccunia peruenit ad vnũ de duobus reis, tunc non operatur renunciatio huius beneficij. Bald. d. loco, & refert Ronchegal. in lege 3. §. vbi duo, num. 164. ff de duobus reis, & Caroc. de excuss. bon. part. 2. q. 2. num. 37., & ratio est, cur prius conueniatur is, ad quem res peruenit, tametsi renuntiatum fuerit huic beneficio duorum reorum: quia id non fit ex beneficio duorum reorum, sed ex d. l. vnde quæritur beneficio, cui renuntiatum minimè fuit. Bald. in l. si vt certo §. fin. col. fin. ff. commoda. Quapropter, vt prius conueniri possit etiam is, ad quem res peruenit renuntiandũ est expræssim beneficio d. l. vnde quęritur, vel saltem renũtiari oportet generaliter omni beneficio, quoniam tunc non competeret exceptio. Bald. d. §. fin. col. final. Ronchehal. in d. l. 3. §. vbi duo, nu. 164. Caroc. de excuss. bon. par. 2. quæst. 2. nu. 37.

Intellige etiam, vt correi, pro quibus solutum est, non teneantur vltra viriles portiones, sed in tantum demùm, in quantum pro virili portione cuiusque satisfactum est, tametsi re-

nun-

nũtiatum fuerit per plures correos huic beneficio. Cyn. in l. 1. circa fin. C. de duobus reis. Coler. de processi. execut. parr. 2. c. 2. nu. 14. Nam si vnus ex pluribus correis pro rata sũ na exactus fuerit, quod fit, cùm renuntiarum fuit huic beneficio, cedi debet actio pro virili par te quemque contingenre. Ronchegal. in l. reus num. 56. ff. de duobus reis, & alij, quos refert Coler. d. c. 2. nu. 13.

7 Hæc autem renunciatio nou, cõstitu. de duobus reis arguit, vt plures rei teneantur singuli in solidum, si quidem ita renuntiando appellauerunt se plures reos. Bart. l. 2. col. 1. ff. de duob. reis Alba conf. 263. nu. 1. Nam renunciantes huic auxilio perinde est, ac si dixissent se posse singulos conueniri insolidum, cum effectu. Alba d. conf. 263. nu. 8. qm̃, secundum eum, q venit in necessariã cõsequẽtiã expressi dicit expressũ l. 2., & ibi Barr. ff. de iur. om. iud.

Hinc licet depositum factũ penès plures depositarios debeat repeti ab eis pro rata, ex beneficio diuisionis. Craue. conf. 914. nou possũ nu. 19. ver. quæsitum etiam, tamen id procedit, nisi renuntiauerint huic beneficio, quia tũc tenentur insolidum. Bald. conf. 236. viso instrumento, in prin. lib. 5.

Non est quoque omittendum, quod renuntians beneficio de duobus reis, & nou constitu. non videtur renuntiare beneficio cedendarum, vt per Corne. conf. 51. nu. 10. lib. 2.

8 Sed, & quæri solet, an renunciatione huius beneficij excludatur etiam cessionis beneficiũ, & glo. in l. vnde quæritur, in fi. ff. commoda, & ibi Baldus sentit non posse peti cessionẽ. sed doct. cõtra sentiunt, vt per Bart. in l. Modestin' q. 1. ff. de solut. qm̃ renuntians vni beneficio, non videtur renuntiare alteri, vt per eum.

Sed an procurator constitutus ad fideiubendum renũciare possit beneficio de duobus reis, vi. quę dixi supra ad renunt. beneficij de fideiussoribus.

Non est prætermittendum, quod iuramentũ habet vim clausulæ casus expressi, idcò quilibet reorum insolidum poterit conueniri, etiam si expressè non renuntiauerit huic beneficio. Marc. q. 217. par. 2. in fi.

LXXIX. RENVNCIATIO, CEDENDARVM BENEFICII.

Summæ.

1 *Cedendarum beneficium.*
2 *Cedendarum beneficio renuntiari an possit.*
3 *Renunciatio huius beneficij communiter consueuit apponi.*
4 *Beneficij cedendarum renunciatio quid operetur.*
5 *Generalis renunciatio an tollat cedendarum beneficium.*
6 *Renunțians beneficio diuisionis, an censeatur item renuntiare cedendarum beneficio.*

Absolutis ijs beneficijs, quę pertinẽt ad plures simul, & insolidum obligatos, nimirum ne prius, quàm principales conueniantur, atque ne solidum soluere cogantur; consequens nunc est, vt de remedio, quo iuuantur ad consequẽdũ id, quod pro reo principali solutum est, dispiciamus. Datur quippè fideiussori, qui soluit, mandari actio aduersus principalem ad consequendum id, quod solutum est l. indebitum ff. de cond. indebi. l. Papinianus ff. manda l. Mo-
1 destinus ff. de solut. Necnon cedendarũ beneficiũ, quo regressũ habet aduersus principalẽ, suosq; confideiussores, pro repetitione eius, q solutũ fuit, de quo nunc est dicendũ. Idq; beneficiũ cõpetit etiã ex dispositione auth. prẽsẽte: C. de fideiuss., quãuis cumpereretur iã de iure Digestorum, & Codicis, & id esse beneficiũ veteris cõstitutionis, tradit Bald. in l. si diuisa C. loca, atq; cõperit fideiussoribus, mandatoribus correis tertijs possessoribus, negotiorum gestoribus, procuratoribus, deniq; omnibus pro alio soluentibus. Bertazol. clausu. 40. glo. 4. versic. nunc de secundo.

Hoc autẽ beneficio iuuatur fideiussor insolidum conuentus, vt non aliter soluere teneatur pro reo principali, nisi ipsi prius cedãtur à creditore actiones, ad hoc, vt regressũ habeat aduersus principalem, suosq; confideiussores, de quo habetur in l. fideiussoribus, l. cum is, qui l. vt fideiussor ff. de fideiuss. l. cum alter, l. mandari, l. sicut eligendi, C. eo. l. Modestinus, l. stichũ, aut Pãphilũ §. pen. ff. de solut. l. Papinianus ff. manda. Sed in hac materia, an hæc cessio fieri debeat anteqñ soluatur, vel saltẽ in ipsa solutione, ita quod frustrà, post solutionem factã petatur, quæstionis est, & quod frustrà post solutionẽ factã petatur, videtur esse tex. in d. l. Modestinus, ibi, si ex interuallo. Cõtrariũ autẽ probare videtur tex. in d. l. cum is qui, ver. sed non est ita ff. de fideiuss. & ea sententia est cõmunis, vt soluẽs possit etiam post solutionẽ adhuc cogere creditorẽ ad cedendũ sibi actiones. Coler. de processi. execut. par. 1. c. 10. nu. 370. per d. l. cum is qui, vers. sed non est ita, cessionem etenim fieri oportet antefactã solutionem, vel post incontinenti, vel saltem in ipsa solutione interuenire debet pactum de cessione posteã fiẽda, alioquin regulariter non valet. Bertazol. clausu 40. glo. 4. nu 8. ver. cessio autem, per d. l. Modestinus. Quinimò communiter receptum est absque cessione actionũ nullam cõpetere fideiussori solidũ soluẽti, actionẽ cõtra cõfideiuss. Coler. d. c. 10. n. 373. pp text' ineuitabiles vt ipse inquit in d. l. fideiussor, in d. l. cum is qui ff. de fideiuss., & in l. cum alter, C eo. Aliud dicendũ est in pluribus debẽdi reis, his etenim triplex remedium inter eos tribuitur, nempe diuisionis beneficiũ, ne solidũ soluere cogãtur,

FF ceden-

cedendarum beneficium, & prętereà tertium beneficium, hoc est vtile m actionem, abſque ceſsione, glo. l. cum alter, C. de fideiuſſ. per l. 1. §. nunc tractemus, & ibi glo. ff. de iur. & rat. diſtr. & l. 1. C. de duob. reis, cùm tamen fideiuſſoribus hoc poſtremũ beneficiũ denegetur, & ideò ſi eis minimè fuerint ceſſę actiones non poſſunt ſolutũ ab aliis cõfideiuſſoribus repetere, glo. d. l. cum alteri in ver. non cõpetit Ronchegal. in l. reos, nu. 55. ff. de duob. reis Habet tamen aduerſus principalẽ reũ l. ſi mandauero tibi ff. manda l. fideiuſſor, vbi not. ff. de fideiuſſ. §. pen. inſti. eo. Quapropter traditur cautela pro fideiuſſoribus, vt cùm renuntiauerint beneficio epiſtolę D. Adriani, & coacti fuerint ſoluere, cedendarum iuuentur auxilio, atque à creditore petant ſibi aduerſus cõfideiuſſores actiones cedi, alioquin conſequi non poterunt à fideiuſſoribus, quod erogauerunt, vt per Tennin. caute. 84.

3 Poterit tamen fideiuſſor, vel correis adſtringi ad ſoluendum abſque ceſsione, ſi renuntiauerit huic beneficio, vt per Marſil. rubr. de fideiuſſ. num. 19. Nam exceptio cedendarum opponi non poteſt, quando illi renuntiatum fuit, glo. in l. niſi in fi. ff. de pact. in l. ſi ſtipulatus §. 1. vbi Bart. nu. 3. & ibi not. Angel. nu. 2. ff. de fideiuſſ. in auth. hoc ita, C. de duob. reis Bart. l. Modeſtinus q. 1. ff. de ſolut. Bald. & Angel. in l. 2. C. de fideiuſſ. Bald. in d. l. ſtipulatus §. ſi ex duobus, & ibi Paul. de Caſt. Roman. conſ. 471. nu. 2. & ibi addit, vbi inquit omnes ſequi hanc ſententiam. Butrigar. de renunc. iur. Marſil. in rub. de fideiuſſ. num. 18. in fi. Socin. conſ. 200. col. pen. lib. 2. Dec. conſ. 27. col. 104. num. 3. Corne. conſ. 31. lib. 2. Afflict. deciſ. 182. num. 10. & num. 12. Vital. de clauſul. rub. quibus iuribus renunt. poſſ. Neguſ. de pignori. tertio membr. quintę partis nu. 24. Bertazol. de clauſul. clauſu. 40. glo. 4. num. 9. Caroc. de excuſſ. ſecũdo. par. 2. q. 54. num. 12. Carol. de Graſſ. de except. ad mater. ſtatu. excl. am. except. 10. except. nu. 31. Nam id beneficium cùm ſit inductũ fauore fideiuſſorũ vel reorum, certę poſſunt hę perſonę illi renũtiare. Alberic. in l. fideiuſſoribus §. ad contraria, num. 2. ff. de fideiuſſ. & in l. ſtichum §. ſi creditore in fi. ff. de ſolut. quanquam renunciatio huius beneficij pactum iniquum videtur i. conuenire ff. de pact. dot. vt per Alberic. d. §. ad contraria, nu. 2. & communiter renuntiari ſolet beneficio cedendarum. Bart. in lege cùm quis §. ſi quis pro reo in fi. ff. de ſolutio.

3 Quinimò conſueuit adeò opponi hęc renũciatio, vt procurator ſimpliciter conſtitutus ad fideiubendum poſsit huic beneficio renuntiare Iaſ. l. certi condictio §. ſi nummos, nu. 20. ff. ſi cer. pet. Vnde rẽnunciatio beneficij cedendarum, in regno Siciliæ, ſemper pro appoſita habetur in inſtrumentis. Carol. de Graſſ. d. except. 10. nu 39. Quocirca cautela eſt ſecundum Angel. in d. §. ſi ex duobus, vt quando plures in inſtrumento obligantur, tunc renuntiare debeant beneficio cedendarum, quoniam illud non modò competit correis, & pluribus fideiuſſoribus, verum etiam omnibus, qui pro alio ſoluere compelluntur.

4 Planè huiuſmodi beneficij renunciatio operatur, vt fideiuſſor, correus, vel alius, qui pro altero ſoluere tenetur non poſsit petere ceſsionem, atq; vt poſsit creditor gratificare alicui amico fideiuſſor, vel correo, vel alias pro altero ſoluere obligato. Nec non facit, vt tollatur dubitatio, quando quis liberauit aliquem ex eis nulla facta ſolutione, reſeruato tamen iure cõſequendi à cęteris creditũ, vel ẽt qñ renũtiauit iuribus ſuis, reſpectu aliquorum bonorũ à debitore alienatorũ, vt in l. iubemus, & ibi doct. C. ad velleian. vt per Bertazol. clauſu. 40. glo. 4. nu. 8. ver. vt autem. Vnde ſi renuntiatum fuerit huic beneficio poterit creditor gratificare amico, quia eligere poterit vnum ex pluribus fideiuſſoribus, vel ex pluribus reis, atque illum conuenire ſolidum poterit, neque is poſteà poterit de hoc beneficio excipere, cui renuntiatum fuit. Specul. titulo de renunt. & concl. §. 1. num. 21. ver. poſtremò dicendum eſt. Atque, vbi rei debendi beneficio cedendarum renuntiauerunt, tunc creditori electio datur. Baldus authentica hoc ita, nu. 2. C. de duobus reis.

Prętereà, quando renuntiatum fuit beneficio cedendarum actionum, vel beneficio de fideiuſſoribus, tunc procedit diſpoſitio, lege cum quis §. ſi quis pro reo ff. de ſolut. vt per Bart. ibi, in fin. Sed, & fideiuſſor, qui huic beneficio renuntiauit, non poterit vti moratoria dilatione ipſi reo principali conceſſa. Bald. l. 2. nu. 4. C. de precib. imper. offer. Cuch. de morato. præſcript. nu. 128.

Amplia modò, vt huic beneficio tam competenti, quàm competituro renuntiari poſsit Neguſ. de pignori. tertio memb. quintæ part. num. 24.

5 Sed illud in dubium venit, an renuntiari oporteat ſpeciatim huic beneficio, an verò ad tollendum beneficium, ſeu exceptionem cedendarum ſatis ſit generalis renunciatio, & quod ſpecialis exigatur renunciatio, voluit Bald. l. ſi diuiſa, C. loca. Abb. c. ex parte 2. nu. 5. vbi Felin. nu. 12. & Dec. nu. 19. de offic. delega. Roman. conſ. 471. in eo, quod quæritur Alex. in l. ſi ex duobus §. ſi Titio ff. de duobus reis, & in l. hi, qui ff. de fideiuſſ. Bald. conſ. 4. quæritur lib. 1. Decius conſilio vigeſimoſeptimo, per totum conſilio 446. numer. 1. conſil. 104. & diligenter conſil. 99. numero tertio, & in l. fin. num. 25. ff. ſi cer. pet. Pariſ. conſ. 110. col. fin. lib. 1. Bero. c. cùm quis, num. 32. de reſtitutione ſpoliatoria. Curtius Iunior lege, & heredem §. in his, numer. 22. ff. de pact. Marſil. rub. de fideiuſſ. numero vigeſimonono, Carol. de Graſſ. de exception. ad materiã ſtatutorum exceptione decima, numero 32. 33. Montan.

de

de tutel. capitulo trigesimo nono, numero cẽtesimo trigesimo secundo, & hanc opinionem veriorem, & æquiorem esse testatur Bertazolus clausula quarantesima, glossa sesta, numero secundo. Carocius de excussione bonorum, quęstione decima septima, parte secunda, numero decimo tertio.

Quæ sententia quatuor rationibus fulcitur, quas adfert Romanus dicto consilio 472. refert Decius consilio 27. col. 1. Marsil. in d. rub. de fideiuss. nu. 29. Caroc. d. q. 17. nu. 3., & Bald. in l. si diuisa, C. loca. eam adsignat rationem, quia id beneficium non nascitur tempore renunciationis, sed solutionis tempore.

Contrarium tamen voluit Corne. cons. 51. col. pen. ver., & insuper lib. 2. Bald. consil. 4. lib. 4. Socin. cons. 200. col. pen. ver. septimo. Roland. de dote q. 42. nu. 15. cons. 13. nu. 12. lib. 1. Negusan. de pignori. 3. membr. quintę part. num. 25. Afflict. decis. 182. num. 13., & alij quos refert Ant. Gabriel. titul. de fideiuss. concl. 1. num. 90. Caroc. d. q. 17. nu. 2. Bertazol. clausu. 40. glo. 6. nu. 2. ver. contrariam tamen partem.

Sed prior sententia recepta est, vt ad exclusionem beneficij cedendarum, satis non sit generalis renunciatio, intelligendo tamen, vt ad tollendum id beneficium opus sit speciali renunciatione, vel etiam renunciatione, quę speciali æquipolleat, non etiam generali renunciatione, & proinde dubia, & obscura. Quapropter generalis renunciatio omnis legum, & iuris auxilij, vel omnium beneficiorum iuris non satis est ad tollendum id beneficium, sed exigitur renunciatio specialis, vel saltẽ æquipollens speciali, non tamen exigitur indiuidua huius beneficij renunciatio fideiussori, itaque renuntiando beneficio de fideiussoribus, beneficio D. Adriani, beneficio nouarum constitutionum de fideiussoribus, & pluribus reis debendi, satis videtur etiam renunciare beneficio cedendarum, quoniam huiusmodi renunciatio videtur esse specialis, & vim habere specialis, & ita loquitur Angel. in lege secunda, versiculo, & nunc intelligis, Codice de fideiussione, & ita consuluit Decius consilio vigesimo septimo, & tradit in lege finali, numero vigesimo primo ff. si certum petatur, & ita videtur sentire. Socinus dicto consilio ducentesimo, columine finali versiculo, & hanc quæstionem, dum citat Angelum in dicta lege secunda, Colerius de processibus executiuis, parte prima, capitulo decimo, numero trecentesimo nonagesimo sexto. Carocus de excussione bonorum quæstione decima septima, parte secunda, numero octauo.

Cæterùm vbi renunciatio, est valdè generalis, veluti omnis legum, & iuris auxilij, vel omnium iuris beneficiorum, tunc ea non compræhendit beneficium cedendarum, vt per doctores supra relatos. Nam per huiusmodi valdè generales renunciationes non videtur quis cogitasse de beneficio cedendarum, neque videtur sibi adeò grauiter præiudicasse. Imò etiã generalis renunciatio cum iuramento non extenditur ad exceptionem cedendarum. Romanus dicto consilio quatrocentesimo septuagesimo secundo, refert Decius dicto consilio vigesimo septimo, & Marsil. rub. de fideiuss. numero trigesimo tertio. Montan. de tutel. capitulo trigesimo nono, numero centesimo trigesimo tertio, cùm secundum eos, iuramentum referatur ad eos casus tantum, ad quos refertur ipsa renunciatio, argum. lege finali, Codice de non numerata peccunia, & lege finali ff. ad municipal.

Ex his autem oritur dubium an is, qui renuntiauit beneficio diuisionis censeatur, item renuntiasse beneficio cedendarum, in qua quęstione Bart. in l. Modestinus, nu. 5., & 9. ff. de solutio. voluit eum, qui renuntiauit diuisionis beneficio, non videri renuntiasse etiam cedendarum beneficio, & id quoque voluit Cyn. in l. 1. C. de duob. reis, sed contrariũ voluit glo. in l. vnde queritur ff. commoda. nempè, vt is, qui renuntiauit diuisionis beneficio, non possit posteà opponere exceptionem cedendarum; & opinionem glo. sequitur ibi Paul. de Cast. vbi inquit hanc opinionem esse veriorẽ, quoniam cedẽdarum beneficium pendet à beneficio diuisionis, nam cùm possit per illud onus euitare pro dimidia, opponẽdo beneficium diuisionis non opponendo, videtur cõueniri ex facto suo, si quidem se æquè principaliter obligauit. Per renunciationem autem nouæ constitu. de fideiussoribus, de qua in auth. præsente. C. de fideiuss., & de duobus reis, videtur speciatim renuntiatum etiam huic beneficio, quoniam illa constitutio tribuit quoque cedendarum beneficium. Angel. d. l. 2. C. de fideiuss. Dec. cons. 27. col. pen. ver. primò, dum dicit Caroc. de excuss. bon. q. 17. p. 2. nu. 8. ver. secundus casus.

Sed quod diximus supra renunciationẽ beneficij de fideiussoribus, & de duobus reis, cõpræhendere etiã cedendarũ beneficiũ, id intellige procedere in fideiussoribus, vel in duobus reis tãtũ, nõ ẽt generaliter in quocũq; soluẽte pro alio, cum id beneficium, & communi diximus, non modo competat fideiussoribus, & correis, verum etiam cuicunq; soluenti pro alio veluti negociorum gestori, procuratori, & sim. Vbi igitur de fideiussoribus, vel correis agitur tunc satis erit renunciatio beneficio de fideiussor. & Nouę Consti. de fideiussoribus, & de pluribus reis debendi, quoniam beneficium cedendarum competit etiam fideiussoribus, & plurib. reis debendi, vt per Bal. & Ang. in l. 2. C. de fideiuss. Dec. cons. 27. At vbi non agitur de fideiussorib. vel de correis, sed de alio, qui pro altero soluit, tùm apponenda est specialis, & indiuidua renunciatio beneficij cedendarũ, Paul. de Cast. in l. si stipulatus, §. 1. & ibi Ang. ff de fideiuss. quod est notandum.

FF 2 LXXX.

LXXX. RENVNCIATIO, IVRIS DISPONENTIS ALIENVM FACTVM Promitti non posse.

Summæ.

1 *Promittere quis non potest alium daturum, aut factùrum.*
2 *Factum alienum inutiliter promittitur.*
3 *Factum alienum car promitti non possit.*
4 *Iuri disponenti alienum factum promitti non posse renuntiari an possit.*
5 *Renuntiatio apponi solet in promissionibus facti alieni exceptionis, ne quis possit dicere se factum alienũ promisisse, ac ne possit dicere fecisse suum posse.*
6 *Promittens se facturum, & curaturum, quod alius faciet.*
7 *Iuramentum adiectum promissioni facti alieni.*
Finis stipulationis est, vt quid detur, aut fiat.

Eg. 2. in prin. ff. de verb. oblig. §. vlt inst. eo., & quod de stipulat. dicitur pertinet ad omnes contractus, quorum cõfirmandorum causa adhibentur conuentionales stipulationes, atque hę ex negotio contracto pendent l. 5. in prin. ff. de verb. obli. Quapropter hic finis duas continet personas, vnam accipientis, seu acquirentis, alteram dantis, aut facientis; nam necesse est in omni conuentione, vnum esse, cui detur, aut fiat, alterum verò, qui det, aut faciat. Is cui promittitur cauere tantum potest, quod sibi detur, aut fiat, non etiam conuentione id agere potest, vt alteri detur, aut fiat, vt postea dicam, sic & qui promittit de se tantum promittere potest, nempè se dicturum, facturumuè; non autem alium daturum, aut facturum promittere potest. In conuentionibus igitur, & obligationibus certa forma traditur, nempè in eo, cui promittitur ita statuitur, vnumquèque stipulando, & acquirendo, sibi tantum acqui-
1 rere posse, alteri non item. In promissore autem ita traditur, vnumquèq; de se promittere debere, alium vero daturum facturumuè frustrà promittere. Vnde si quis alium daturum facturumuè promiserit, is non obligatur. §. si
2 quis alium. Instit. de inutil. stipul. & factum alienum inutiliter promittitur l. stippulatio ista, in prin. ff. de verb. obli. l. sicut, ff. de fideiuss. Cuius rei rationem adsignat Paulus in l. inter stipulantem. in prin. ff. de verb. oblig. vti ita scribitur. Itaq. alius pro alio promittens, daturum facturumuè eum non obligatur. nam de se quemq; promittere oportet, & qui spondet dolum malum abesse ab futurumq; esse, non simplex abusiuum spondet: sed curaturum se, vt dolus malus absit, sed vt hæc ratio magis pateat sciendum est quod omnis conuentio, vt quid detur, aut fiat inutilis est vbi ex ea nemo obligatur, cum omnes conuentiones sint inuentæ, vt aliquem obligunt. At cùm quis promittit alium daturum, aut facturum, nemo obligatur, ergo huiusmodi conuentio est inutilis. Nemo autem obligatur, cum quis alium daturum factùrumuè promittit, quoniam verum est huiusmodi promissione alium non obligari l. soluendo. ff. de reg. gest. neq; dicen. est oblig. ipsu promissoré, q̃m obligare se noluit, neq; .n. promisit de se. Qui igitur aliũ daturũ facturumuè promittit, alium non obligat, quia non potest ex defectu potestatis se autem non obligat cessante voluntate, & ex voluntatis defectu, arg. l. si genero. C. de iure dot.

Est itaq; regula, quod nemo alienum factum promittẽdo obligatur l. stipulatio ista in prin. ff. de verb. obl. §. si quis alium insti. de inutil. stipul. l. sicut reus ff. de fideiuss. Roman. cons. 510. numero vigesimo secundo. Couarruuias capitulo quamuis pactum parte secunda §. 5. in principio. Nam debet quisque factum proprium non, & alienum promittere, lege inter stipulantem, secundo responso ff. de verborum obligatione. Quin fideiussor promittere non potest reum esse soluturũ, quamuis connexa sit obligatio rei, & fideiussoris d. l. sicut reus, vbi fideiussores non alias teneantur, quam si se quid daturos, vel facturos promittant.

3 Ratio autem secundum Alexander in dicta lege stipulatio ista, col. 1. ac, vt refert ibi Cuman. illa esse videtur, quoniam promittens factum alienum videtur quodammodo impossibile promisisse, saltem iuris interpretatione, nimirum, quia non est in potestate promittentis, vt cogat eum, de cuius facto promisit ad faciendum alterum cogere. Sed hanc rationem reprobat Cuman. In d. l. stipulatio ista, & ibi Ias. col. 1. Nam si hæc ratio vera esset non posset etiam quis promittere se facturum quod alius faciat contra l. si hæres, ff. de leg. prima. præterea secundum hanc rationem non posset pœna promissioni subijci, si quidem impossibili promissioni frustrà pœna adijcitur. l. si homo mortuus ff. de verborum obligat. vnde altera ratio adfertur per Cuman. & Ias. in d. l. stipulatio, ista. ex l. inter stipulantem. in principio ff. de verb. oblig. Nam cum inter stipulantem, & promittentem dumtaxat negotium contrahatur, rectè stipulatio personas ipsas contrahentes non egreditur d. l. inter stipulantem. Neque enim huiusmodi promissione obligatur promittens quoniam ex verbis promissionis non apparet promittentem se obligare voluisse, non magis, quam tertius cum quo nihil gestum fuit, & hęc ratio est vera q̃ expręssim adsignat text. in d. l. inter stipulantem, & sequitur Cuman. in d. l. stipulatio,

ista

ista. Et ibi Ias. post Angel., & Imola in quor ibi refert doct. in l. 4. §. cato ff. de verb. oblig. & ibi Alciatus numero centesimo quinquagesimo sexto. Crotus in secunda lectura, nu. 46. Hormano ct. Decius, num. 377. Ruin. consil. 67. col. 2. lib. 4.

4 Huic iuri disponenti promittentē alienum factum non obligari, videtur primùm, vt renuntiari non posit, quoniam sic renuntians videtur se ad impossibile obligare, nam certè si ille tertius, cuius factum fuit promissum noluit facere, non poterit à promissore cogi ad id, ad quod minimè se obligauit, nec ad promissionem, cui consensum non præstitit. Vnde, cùm quis non possit obligari ad impossibile, etiam cum iuramento, multòminus simplici renuntiare poterit. Dicendum est ergo, Aut quis renuntiando vult se obligare, vt ille tertius præcisè faciat, etiam in euentū, quod nolit & tunc videtur obligari ad impossibile, & militat ratio, quam adfert Alexan. vt mox dixi, proinde hoc casu non valebit renunciatio etiā iurata, nec dicitur hoc calo impossibile, sed difficile, vt per Ruin. d. conf. 67. num. 5. 7. Aut verò quis videtur se obligare in euentum, & tunc valet renunciatio, quia videtur promittere se curaturum, & omnem diligentiam adhibiturum, vt ille faciat, deinde si ille facere nolit, promittit damna, & interesse nam hoc sanè casu renunciatio valet, neque dicitur continere impossibilitatem, sic etiam potest quis renunt. casibus fortuitis, cum tamen hi non sint in potestate renūtiantis, & impossibile videatur amouere casum fortuitum, sed renuntians casibus obligatur ad illum casum, & euentum, vt dixi de renunt. casuum fortuitorum. Quia ergo promittens factum alienum, etiam in casum, quod ille tertius nolit facere ad id compelli non possit, cùm possit allegando difficultatem, seu impossibilitatē se excusare, vt non teneatur ad pœnam, vel interesse, modò adhibuerit omnem diligentiam, tamen si cum iuramento promiserit, vt per Guter. de contrac. iurat. c. 44. num. 5. Afflict. decis. 395. Magnificus Gabriel. in communi tit. de pact. concl. 2. nu. 6. operabitur renunciatio, vt videatur renuntiatum difficultati, seu impossibilitati, ne scilicet promissor possit ad pœnam euitādam vel interesse allegare difficultatem, vel impossibilitatem, quemadmodum, & quis renūtiando casibus fortuitis, non potest posteà allegare impossibilitatem, ne teneatur. Hormano ct. Decius d. §. cato. Et licet communis opinio sit vt promissor omnem adhibendo diligentiam excusetur. Gabriel. d. conclu. 2. tamen, vbi quis renuntiat, vel aliter apparet, quod voluit obligari in omnem casum, tunc tenetur ad pœnam, vel interesse, etiam in euentū, quod tertius nolit, neque cogi possit, quoniā difficultati, vel impossibilitati, quā aliàs allegare poterat renunciare potuit, ita Paris. conf. 110. col. 1. ver. nam ista cōmunis opinio lib. 1. Gabriel. d. concl. 2. nu. 14. limita. 7. Quin huic iuri renuntiari potest etiam generaliter. Gabriel. d. concl. 1. nu. 18. ver. nono limita., & vi. de renunt. generali. Vndè si in promissione facti alieni adiecta fuerit clausula cum effectu, vel clausula, omni exceptione difficultatis, vel impossibilitatis remota, videtur huic iuri renuntiatum, ne quis possit posteà opponere hanc impossibilitatem, vel difficultatē, ita Horman. Dec. in d. §. cato, num. 378. ver. limitatur tamen, & quamuis Aretin. consil. 143. ex facto, contrarium voluerit, tamen cōmuniter reprobatur, vt per doct. ind. §. cato. Paris. d. consil. 110. nu. 19. Gabriel. d. concl. 2. num. 8 & ita tenet Dec. conf. 325. col. 1. Fulgos. conf. 133. Ruin. conf. 132. col. 5. lib. 1. Grammatic. decis. 102. nu. 81. Idemq; dicendum erit, si quis promiserit soluere de suo. Craue. conf. 272. num. 15. Hinc consueuit renuntiari in promissionibus facti alieni, exceptioni ne quis possit dicere se factum alienum promisisse, ac ne possit dicere fecisse suum posse, nam sic renuntians omnino tenetur ad pœnam, vel interesse, & huius renūciat. legis disponentis neminē posse alienum factum promittere habetur per Cephal. consil. 335. nu. 30. Soletq; hæc renunciatio, apponi etiam in obligationibus fideiussorum, quoniam vt inquit tex. in l. sicut ff. de fideiuss. sicut reus principalis, non aliàs obligatur, quàm si de sua persona promittat: ita fideiussores non aliàs tenentur, quàm si se quid daturos, vel facturos promittant. Renunciatio itaq; operatur, vt promissio facti alieni cēseat promissio facti proprij, & renūtians videt velle, vt sit factū propriū. Nā promittens, vt dixi factū alienū non vidr de se promittere, de alio aūt nō pōt promittere, & ideò inutilis est promissio, cū neminē obliget, verū cū renūtiatur promittens, cùm renūciatione se obligat, & proinde renunt. valet. Debet tū renunt. sic cōcipi, vt promittens renūt. iuri disponēti promittentē factū alienū non obligari, atq; vt promittēs non excusetur, ēt faciēdo suū posse, sed omninò teneatur, & in omnē casū, cū promissione soluendi de suo, & constituendo se principalem, faciendoq; factum proprium. Bertazol. clausul. 4. glo. 7. 9. & 10.

Promittens etenim alium facturum, & se principalem cōstituens licet videatur alienum factum promisisse, tamen ob renunciationem non alienum factum, sed suum promisisse, & casum proprium fecisse videtur, constituendo se principalem decis. Genuæ 65. num. 2. Cęterùm simpliciter promittens factum alienum, non modò, non videtur promittere factū proprium, sed neque videtur promittere se curaturum, vt id fiat, nec ad eam rem obligari.

Nam si ita obligari videretur promittere factum suum, & proinde vtiliter promitteret, & obligaretur, contra textum in dicto §. si quis alium dicta lege stipulatio ista in princip. cum sim. Ea quippe regula, vt quis promittendo

promitrere se facturum, & curaturum proced. quando ex natura contractus, qui procedit id venit, alias secus, alioquin se pet valeret alieni facti promissio, & iuramentum nihil operaretur. Seraphin. d. priuilegio 87. num. 4. vers. non obstat.

Verùm si aliunde cōstet permittentem, velle obligari certè valebit promissio, & quia potest obligari duplicitur, nempè vt teneatur tantum, ad faciendum, & curandum quod alius faciat, vel etiam, vt non excusetur faciēdo suū posse, vt ita loquuntur doctores, ideò renunciatio debet latè concipi, vt teneatur etiam in casum, quo adhibuerit omnem curam, & diligentiam, & quod appareat eum velle, vt sit factum proprium, & quod velit soluere de suo.

Quamuis autem, vt iam dictum est, non valear promissio facti alieni, valebit tamen obligatio, qua quis promittit se facturum, & curaturum, quod alius faciat § si quis alium. Insti. de inutil. stipul. l. quoties ff. de verb. oblig. l. si ita stipulaus §. possum ff. eo. l. fin. ff. si cer. pet. nam sic promittens, videtur promittere factum proprium non etiam alienum, hoc est suam curam, & diligentiam, glo. in d. §. si quis alium in ver. effecturum. Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 87. num. 3., & ideò si quis promiserit se facturum, & curaturum cum effectu, quod alius ratificabit, ita quod faciendo suum posse non excusetur, sub obligatione soluendi de suo proprio, valebit promissio, & obligatio. Corne. conf. 192. col. pen. conf. 26. col. 2. lib. 1., vbi inquit hanc esse communem opinionem Roland. consil. 53. num. 11. libro primo.

Verùm promittens se facturum, & curaturum, quod alius faciat liberatur, si fececit quicquid potuit, quoniam difficultas excusat Dec. concl. 313. col. fin. Couarruu. d. §. 5. num. 4. ver. secundò. Bertazol. clauf. 4. glo. 6. nu. 2. Decius d. §. cato, num. 376. Guter. de contracti. iurát. c. 44. num. 3. Seraphin. d. priuileg. 87. num. 11., vbi inquit hanc esse communem conclusionē, quam tamen declarabis non proced., vbi promisit quis se facturum, & curaturum cum effectu, vt per Decius in d. §. cato, num. 376. Couarru. d. §. 5. num. 6. ver. nouò Bertazol. clauf. 4. glo. 7., vel vbi quis cum iuramento promisit se curaturū, vt quid ab alio fiat, quoniam tunc omninò tenetur, aliàs interesse præstare debet. Craue. conf. 329. num. 11. Seraphin. d. priuileg. 87. nu. 14. Postremò vbi apparet promittentē voluisse omninò obligari ad interesse, vel ad pœnam, & tunc valebit obligatio, & tenebitur ad interesse, vel ad pœnam. Dec. conf. 313. col. fin.

7 Sed, & iuramentum adiectum promissioni facti alieni operatur, vt renunrians videatur promisisse se facturum, & curaturum, & proinde factum proprium, glo. in c. ex rescripto de iureiur., & ibi Abb. Felin., & alij. Couarru. c. quamuis pactum d. §. 3. num. 2. Craue. conf. 329. num. 11. Latè Seraphin. d. priuileg. 87. in prin., & ideò promittens factum alieni cum iuramento obligatu, cum videatur promisisse se facturum, & curaturum, glossa singul. in l. si peccuniam ff. de cond. ob cau. Ias. d. l. stipulatio ista in prin. nu. 6. ver. quintò fallit. Cuman. conf. 189. in prin. latè Craue. conf. 329. num. 11. Corset. in repet. rubr. extra de iureiur. num. 47. priuil. 14. Guter. de contr. iurat. c. 44. num. 3. Seraphin. d. priuil. 87. Mancin. de iuram. parte 4. effectu 36. Horum ratio illa est, quia iuramentū facit, vt actus valeat omni meliori modo, & proinde facit, vt iurans videatur promisisse factum proprium, hoc est se facturum, & curaturum. Couarru. d. §. 5. nu. 2. Roland. conf. 6. num. 33. lib. 1. post Ruin. conf. 1. in fi. lib. 4. Guter. d. c. 44. nu. 3. Nam & constituens se principalem debitorem non dicitur promittere factum alienum. Craue. conf. 272. num. 13. Natta conf. 272. Vt igitur promittens factum alienum teneatur saltem ad adhibendam curam, & diligentiam satis erit promissionem esse iuratam, vel quod quis promittat se facturum, & curaturum, vel etiam simplex renunciatio iuris disponentis promittentem alienum factum non obligari.

Vt autem promittens teneatur ad pœnam, vel interesse, non sufficit iuramentum in promissione alieni facti adiectum, neq; promissio qua quis promittit se facturum, & curaturum, nec deniq; huiusmodi renunciatio, sed expressim ita renuntiari debet, vt ex verbis deprehendi possit consensus obligationis ad pœnā, vel interesse, etiam his casibus, quibus promissor omnem possibilem diligētiam adhibuerit, vt alter faceret, atque is non fecerit. Nam, vt iam dixi, promissio facti alieni idcirco non obligat, quia ita de altero promittens, videtur non habere animum se obligandi. Verùm, vbi ex verbis renunciationis constat de consensu obligationis non tantum ad curam, & diligentiam, sed etiam ad pœnam, vel interesse, tunc promittens tenetur omnino, & ad pœnam, & ad interesse.

LXXXI. RENVNCIATIO, §. ALTERI INSTITVT. DE INVTIL. STIPVL.

Summaria

1 *Obligationes ideò inuentę sunt, vt vnusquisque sibi tantum acquirat, quod sua interest.*
2 *Alteri stipulari quis non potest.*
3 *Ratio cur alteri, quis stipulans nihil agit.*
4 *Iuri disponenti, vt quis alteri stipulari non possit, an renuntiari possit.*
5 *Alteri stipulari, qua ratione quis possit.*
6 *Notarius stipulari altrri quando possit.*
7 *Alteri stipulare, vt quis possit statuto, & consuetudine*

tudine induci potest.

8 *Iuramentum facit valere promissionem alteri factam.*

9 *Cautela, vt quis possit alteri, & absenti quærere.*

1 OBligationes idcircò inuentę sunt, vt vnusquisque sibi tātum acquirat, quod sua interest §. alteri. Institu. de inutil. stipul. l. stipulatio ista §. alteri ff. de verb. oblig.

Nam quęcunque gerimus, cùm ex nostro contractu originem trahunt, nisi ex nostra persona initium obligationis sumant, inanem nostrum actum efficiunt l. quæcunque ff. de actio.
2 & oblige. Mysinget. centur. 2. obseru. 97. Ex quibus illud consequens fit, vt non possit quis stipulando, aut paciscendo alteri acquirere d. §. alteri d. l. stipulatio ista, §. alteri leg. si tibi decem §. si pactus sim. ff. de pact. l. quo tutela ver. fin. ff. de reg. iur. l. 3. C. de inutil. stipul. l. multum interest, ver. pen. C. si quis sibi, vel alteri l. si genero, C. de iure dot. Socin. regul. 470. stipulari latè Tiraq. de constitu. limitat. 30. nu. 15. cum seq. Gabriel. tit. de verborum obligatione conclus. 1. Guter. de contr. iurat. c. 36. Vasq. de success. creat. lib. 3. §. 30.

3 Ratio huius conclusionis duplex est, prima quia quilibet actus debet initium capere, & vires sumere à persona gerentis d. l. quęcunque. Deinde quia, vt dixi, inuentæ sunt obligationes, vt quisque stipuletur, quod sua tantum interest. Nam nihil ad nos de his, quæ foris sunt vt inquit Paul. ad Rom. Planè stipulatio alteri facta inutilis est tam stipulanti, quam ei alteri, in quem stipulatio est collata ipsi stipulanti, quidē nulla inde quæritur actio, quia sibi quæsitam noluit, ei autem cui stipulatus est, idcircò nulla, quia stipulator alteri acquirere non potuit l. multum in fi. C. si quis alteri, vel sibi
4 l. si genero, C. de iure dot. Huic iuri prohibēti vt quis alteri stipulari, vel acquirere non possit, renunciari potest, secundum Butrigar. de renunt. iur. ciu. Sed contrarium dicendum est, nam hæc prohibitio non respicit fauorem stipulantis quia si sua interesset alteri dari, certè valeret stipulatio, vt declarant doct. in d. lege stipulatio ista §. alteri, multóque minus agitur de fauore promittentis, sed ideò quis non potest alteri quęrere, quia non seruat formam obligationum, à iure præscriptam, nullo priuato fauore inductam. Cùm igitur forma, & causa finalis introducendarum obligationum, & stipulationum fuerit, vt vnusquisque sibi acquirat, quod sua tantum interest, meritò cessante causa finali, hoc est interesse cessare debet legis dispositio, & vis attributa obligationibus & stipulationibus. Quæ autem ratio facit stipulatio alteri facta non valeat, eadem etiam obtinet in renunciatione, si quidem in renunciatione cessat causa finalis, hoc est interesse, & ideò etiam ex renunciatione nulla competere poterit obligatio, quia forma obligationis non seruatur, & cessat causa finalis obligationis, & ex renunciatione competere non potest obligatio non magis, quàm ex ipsa stipulatione, & queadmodum lex non assistit stipulationi alteri factæ, vt per Bart. in l. si quis pro eo. num. 12. ff. de fideiuss. ita neque assistit renunciationi, cùm & in ea cesset causa finalis obligationum inueniendarum, hoc est interesse earum personarum, quę actum gerunt.
5 Verùm quamuis non valeat renunciatio iuris ita prohibētis, tamen facilè quis poterit etiam alteri acquirere, & stipulari tribus modis, & primò adijciendo pœnam, vt habetur in d. l. stipulatio ista §. alteri, & in d. §. alteri. Insti. de inutil. stipul. Alter modus est, vt notarius stipuletur pro absente, vt declarant doct. in d. l. stipulatio ista §. alteri per l. 2. cum duabus legibus seq. ff. rem pup. salu. fore, & ibi communiter doct. l. non aliter ff. de adoptio.

6 Sed, vt amittamus an notarius indistinctè, & in omnibus casibus possit pro alijs stipulari, vt hanc quæstionem latissimè omnium discutit Tiraq. in tract. de constitut. limita. 30. nu. 15. cum plurib. seq.

7 Illud certum est consuetudine illud induci posse, vt quis possit alteri stipulari, vt declarant doct. in d. l. stipulatio ista §. alteri, & ibi Ial. num. 2., & plures refert Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 24. num. 4. per text. in lege certi conditio §. si nummos ibi, cùm quotidie ff. si cer. pet. & ibi not. Roman. num. 4. & alij, & per tex. in l. si quis donaturus in fi. ff. de vsufruct. Cùm autem ex consuetudine notarius semper, & vbique stipulari, & acquirere alteri possit, & consuetudo sit fermè per totam Italiam, vt ex notarij stipulatione, alteri quęratur actio etiam sine cessione dicendum est apud nos sine dubio notarium acquirere alteri posse, quicquid sit de iure cōmuni, vt cōcludit Tiraq. d. limita. 30. num. 45. 46. & num. 49. Nam tunc notarius videtur habere officiū pro altero stipulandi ab ipsa cōsuetudine, vt trad. Tiraq. d. loco post Bald. quem citat, & quod notarius possit alteri stipulari, tradit Decian. cons. 1. num. 105. lib. 4. vbi plures refert. Nam, & alias statuto introduci potest, vt quis alteri possit stipulari, & quærere. Alex. cons. 63. numer. 23. ad fin. lib. 4. Aretin. cons. 41. num. 3. ad fin. Ancharan. Iun. q. 38. num. 7. lib. 1. Tiraq. dict. limitat. 30. num. 27. Alba. cons. 480. num. 14 Menoch. cons. 705. nu. 4. & ideò ex decreto Montisferati quilibet potest alteri stipulari, vt per Menoch. d. consil. 705. num. 4., & statu. Papiæ ita disponentis meminit Alba dicto cons. 480. num. 11., & habetur etiam in statutorum Mediolani, capitulo trecētesimo trigesimo septimo, & de statuto Cremonæ, quod quis possit alteri stipulari habetur per Alexander consilio vigesimo septimo, col. 1. lib 3.

8 Postremo valebit promissio alteri facta vbi illi adiectum fuit iuramentum Barr. in l. si qui

pro

pro eo.num.12. ff. de fideiuss. Ias. in d.l. stipul. ista §. alteri limita. 5. Ruin. cons. 144. num. 8. lib. 1. & est communis sententia, vt per Vigin. Boccat. in constitu. march. gl. 2. num. 57. nam iuramentum stipulationem alteri factam non inutilem reddit. Gutter. de contr. iurat. c. 36. Couaru. in c. quamuis parte 2. §. 4. de pact. lib. 6. Alciat. c. cum contingat num. 121. de iureiur. Seraph. de priuileg. iuram. priuileg. 24. Surd. de alim. tit. 8. priuileg. 73. num. 5. & pro hac opinione allegari solet gl. in cap. quoties, cordis 1. q. 7. Nam iuramentum supplet partis præsentiam Manciu. de iuram. p. 4. effectu 23.

Sed & pulcra cautela colligitur per Cut. iun. in l. si tibi decẽ §. si pactus nu. quinquagesimo octauo ff. de pactis, vt quis possit alteri, & absenti quærere, nempè vt non consetat verba eius in eius personam vt paciscens, sed debet stipulari, vt procurator, quia eo postea ratificate dabitur exceptio doli, vt per eum. Nam licet alias directè quis alteri stipulari minimè possit, tamen si quis aliquid stipulatus fuerit nomine alterius, tunc valebit acquisitio eum si non præcesserit mandatum, & hanc ratione indirectè poterit quis alteri stipulari, verum hoc casu requiritur, vt is, qui stipulatus fuit, postea cedat iura sua, ei in quem collata fuit stipulatio, vt per Decian. cons. 79. num. 6. lib. 4.

LXXXII. RENVNCIATIO, VT AD FACTVM QVIS PRÆCISÆ. Compelli possit.

Summa.

1 *Obligatus ad factum ex conuentione non compellitur præcisè ad illud.*

2 *Differentiæ ratio inter obligationem dandi, & obligationem facti.*

3 *Renunciare quis potest, vt ad factum præcisè teneatur.*

4 *Obligatus ad factum cur non possit ad faciendum cogi.*

5 *Iuramentum accedens promissioni facti facit, vt promissor cogi possit ad factum.*

1 REgulariter id proditum est, quod obligatus ad factum ex conuentione non compellitur præcisè ad factum, sed solutione eius quod interest liberatur, hanc regulam ponit Bart. in l. stipulat. non diuiduntur vers. celsus num. 37. vers. aut extra iudicium, ff. de verb. oblig. per tex. ibi in l. si qs ab alio, in fi. ff. de re iud. l. si pœnam, l. si quis stipulatus §. fin. ff. de ver. obl. & l. si procura-
2 torem ff. manda. Rationes diuersitatis inter obligationem dandi, & obligationem facti doct. plures adferunt, sed nulla est quæ vrgeat, secundum Paul. de Cast. in d. l. stipulat. num. 3. versic. quæ autem sit ratio, Mihi vero hæc ratio placet, Nam in omni stipulatione facti quis videtur stipulari interesse, nisi id fiat, vt voluit glo. in d. lege stipulationes, in versiculo dati oportere. Id autẽ præsumit lex, quoniam dati semper nostra interest, non etiam, vt aliquid fiat semper nostra interest; & quia posse muram facilè euenire potest, vt amplius non interfit stipulantis, vt fiat, ideò optima ratione agere poterit ad id, quod sua interfuit aliquando fieri, & hęc ratio magis placuit Pau. de Cast. in d. l. stipulationes. Cui accedit, quod considerans lex admodum difficilè esse, vt quis cogatur, quid inuitus facere l. 3., & ibi glo. C. de hæred. insti. præsumit stipulantem stipulari tantum id, quod interest, nisi fiat; Nam etsi capiantur pignora, vel carcere tur ipse promissor, tamen inuitus nunquã cogetur facere præcisè id, quod promisit. Vnde vetus est prouerbium, à Bologne. in d. l. stipulationes, nu. 214. relatum, quod vniuersitas Mutinensis nũquam potuit cogere asinũ, vt is inuitus biberet. Cum itaque magis vtilius, ac facilius sit stipulanti, vt ad interesse agat, non etiam, vt inuitum cogat ad faciẽdum id præsumitur stipulari illum, quod factum stipulatus fuit. Quocircà, cùm videatur actum tantum, vt præstetur interesse, si non fiat, ad aliud non tenetur obligat' ad factum glo.

3 Verùm in obligatione facti renunciari potest, vt promittens cogi possit ad factum, nam tum tenetur quis præcisè ad factũ, cùm id expressè actum fuit, glo. in lege hæreditatem, in ver. cogendam ff. de donatio., quæ est communiter approbata, vt per Bolognet. in d. l. stipulationes, num. 224. Bald. in lege sed, & hæ § præter circa med. versic. fallit ff. de procurat. valet quippè hæc conuentio, cùm præcisè aliquem cogere ad faciendum non sit contra bonos mores ciuiles, neq; rationales. Bolognet. d. n. 224. Gomez trac. de potest. in se ipsũ lib. 2.
4 c. 18. n. 8. Præterea obligatus ad factũ, nõ potest ideò ad faciẽdum cogi, quia id videtur actum, propter vtilitatem eius, qui stipulatus est factum, & propter facilitatem agendi, hęc autem præsumptio, vt videatur actum tantum, vt præstando interesse liberetur obligatus ad factum cessat ex expressa conuentione, si quidem expressum facit cessare tacitum arg. l. si maritus, C. de procurat.

5 Sed, & iuramentum accedens promissioni facti facit, vt promittens cogi possit, vt faciat glo. est not in l. si pecuniam, in versic. necesse ff. de cond. cau. data, & ibi Alex. Baldus., & Ias. quæ sanè glo. est communiter approbata, vt per Cephal. cons. 41. num. 10., & communiter recepta, vt per Hipp. Riminald. in lege posthumo. numer. 477. C. de bon. pos. contra tab. estq; singularis, vt per Roman. in d. l. stipulationes, num. 69., & glo. sequitur Bald. in l. vnica, num. 58. ver. quartò fallit, C. de sent. qui pro eo. doct. in d. l. stipulationes, & ibi Roman. num. 69. Tiraq. de retr. lign. §. 3. glo.

gl. 3. num. 6. Felyn. c. ad nostram num. 2. de iureiur. Ant. Gabr. tit. de iureiur. conclus. 8. Roland. cons. 6. num. 32. lib. 1. Negus. de pignori. primo memb. 2. partis num. 8. Couuar. in c. quamuis p. 1. §. 4. num. 6. de pact. lib. 6. Mancin. de iuram. p. 4. effectu 12. sententiam esse communiter approbatam inquit, Alexan. cons. 37. num. 25. cons. 91. num. 6. lib. 2. & idē testatur Seraphin. de priuil. iur. priuil. 7 . nu. 23. vers. quid dicen. & num. 30. versic. resultat itaq; & num. 202. Gomel. §. item si quis postulante nu 7. insti. de actio. vbi inquit hanc opinionem esse magis communem, & veriorem, & hanc esse communem testar. etiam Guter. de coutr. iurat. c. 39. num. 6. Corler. in repet. rub. etiam de iureiuran. num. 29. in fi. vbi cōcludit cum hac communi opinione quicquid alij dixerint. Bologner. in d. l. stipul. nu. 229. vers. sed tu. vbi inquit non esse recedendum ab hac communi opinione, & ita tenere Doct. cōmuniter asserit Bero. in rub. de empt. & vend. num. 9. vers. præterea, & licet nonnulli contrarium tenuerint per tex. in l. fin. C. de non num. pecun. vt iuram. intelligi debeat secundum naturam promissionis facti, quę est vt soluendo interesse liberetur. Tamen tenenda est cōmunis opinio, si quidem iuramentum facit valere actum omni meliori modo, l. cum potest §. filius matrem ff. de leg. 2. cum sim. deinde promissio facti iurata debet impleri in forma specifica. c. ad nostram 1. de iureiur. 3. pro hac opinione facit tex. in c. cum spem. de arbit. & ibi Abb. in l. 2. not. 4. id iuramentum seruari debet, cum seruari possit sine dispendio salutis eternæ c. cum contingat de iureiur. Neque obstare videtur quod deficiat consēsus, cū actū videatur vt soluēdo interesse liberetur reus, nō etiam vt cogatur facere, tum quia iuramentum debet recipere qualitatem ipsius promissionis d. l. fin. quoniam ex simplici promissione præsumitur actum fuisse, vt quis cogi non possit ob faciliorem, & vtiliorem modum agendi vbi autem accedit iuramentum pręsumitur actum vt omni meliori modo cogi possit non tantum vt interesse debeatur, sed etiam vt promittens cogi possit, si id placuerit, vel magis expediret ei, qui stipulatus fuit; Neq; enim hoc casu iuramentum dicitur supplere consensum, quia consensus super quo interpositum fuit iuramentum certus est, nempè vt quod fiat iuramentum autem illud operatur, vt agi possit ex promissione facti omni meliori modo etiam vt reus cogi possit, & ita tenent communiter doct.

LXXXIII. RENVNCIATIO, COMPENSATIONIS.

Summæ.

1 *Compensatio cur inducta.*
2 *Compensationis renunciatio an valeat.*
3 *Renunciatio Generalis, an tollat compensationis auxilium.*
4 *Iuramentum, an excludat compensationem.*

1
Ompensatio, q̄ est, vt Modestinus, tradit in l. pri. ff. de compensat. debiti, & crediti inter se contributio admissa est potissimum ad præcidendas lites, l. dominus ff. de cōd. indebit. l. 1. in prin. C. communia de legat. ne id fiat per plura quod facile confici potest per pauciora l. 1. §. qui hoc dicit l. si vxor ff. de adult. Oritur autem ex æquitate naturali, quoniam interest nostra potius non soluere, quam solutum repetere l. 3. ff. de compensat. Quia dolo malo is postulat, qui perit id, quod restituere debet l. dolo ff. de dolo cap. dolo de reg. iur. in 6. Pręterea, vt ęquissimum est, eo iure, quem vti in alium, quo alium erga se vti desiderat l. 1. ff. quod quisq. iur. ita consentaneum est actorem, qui sibi satisfieri cupit cōtra quod debet præstare, vt deniq; dirimantur lites, atq; vt tollatur pluralitas iudiciorum inducta fuit compensatio. Bald. l. fi. q. 2. C. de compensat.
2 Rimin. Sen. consil. 101. in fin. Renunciatio, vt non possit opponi compensatio, nō valet, quia esset contra naturalem æquitatem §. in bonæ fidei. Inst. de actio. ac contra bonos mores l. alia §. eleganter ff. solut. matrim. deniq; non valet quia in his, quę iudex ex officio facere potest, vt in compensatione, renunciatio non valet, vt per Afflict. decis. 121. fuit dubitatum circa finē, vbi inquit ita conclusum fuisse, & ita videtur tenere, Bertaz. claus. 41. glos. 8. Seraph. de priuil. iuram. priuileg. 74. num. 35. Grati. de except. ad materiam statuti exclud. om. except. 16. excep. num. 18. & quamuis Afflict. decis. 381. voluerit renunciari posse, tamen id procedit in contractu mutui tantum. Cumia. super ritu regni, Sicil. cap. 9. num. 12. refert. Grass. d. except. 16. num. 18. Sed quod renunciari possit, & quod non possit compensare, is qui renūtiauit exceptioni compensationis tenet Capic. decis. 88. num. 2. Tindar. de compensatio. art. 9. num. 49. & valet pactum quod non possit fieri compensatio, & maxime vbi ei renunciatum fuit cum iuramento Afflict. decis. 381. Quędā num. 5. & ideo solet in instrumentis apponi ea clausula, Omni iuris, & facti exceptione, & compensatione penitus remotis, de qua per Bertaz. claus. 41. glo. 8. Quam opinionem, vt renunciatio valet, Bertax. d. clausula 8. num. 7. intelligit procedere vbi renunciationi accedit iuramentum.

Alij supradictam conclusionem intelligunt procedere vt renunciatio valeat, quod debita pręterita non etiam quoad futura Capic. decis. 167. in fin. qui ita intelligit dictum Tindari. d. art. dum vult renunciari posse compensationi, Grass. d. except. 16. num. 18. Massa ad formam Camer. oblig. par. 4. quæst. 2. num. 6. 10. Seraph. de

de priuil. iuram. Priuil.74. num.136. Mascar. de probat concl. 1265.nu.20.

Mihi autem magis ea sententia probatur, vt renuntiari possit. Nam compensatio ideo inducta est, quia nostra potius interest non soluere, quam solutum repetere l. 3. ff. de compẽsat. Ideo non video, cur non possimus renũciare ei quod nostra interest, & commodo nostro, l. pen. C.de pact. Neque renunciatio videtur esse contra naturalem æquitatem, quoniam re nunciatione, & voluntate contraria cessat æqui tas naturalis, imo æquitas naturalis suadet, vt pactum seruetur, l. 1. in princ. ff de pact. Nec me mouet quod compensatio fiat ipso iure, l. si constat de compensationibus. Quia ita demum fit ipso iure, si opponitur ab homine, Glos. in d. l. si constat, quæ est magis communiter approbata, vt per Socc. Iun. cons. 74. nu. 25. lib. 3. & ita tenet Bart. l. si matre C. de suis & legitimis fit etenim ipso iure volente eo, qui obijcit compensationem DD. in d. l. si constat Ceph. consil. 47. num. 49. nec; fit ipso iure, nisi ope exceptionis, secundum veram opinionẽ vt per Afflict. decis. 381. num. 4. & quod fiat ipso iure, nisi obijciatur à parte latè comprobat Surd. decis. 191. num. 13. cum sequen, vbi etiam inquit num. 16. quod compensatio non fit debitore inuito, & declarat, vt tex. in d. l. si constat, intelligi debeat parte volente, non etiam, & tacente, vel inuita, vt per eum circa fin. & licet Affict. decis. 121. Fuit dubitatũ num. 2. asserat compensationem ipso iure fieri secundum veriorem opinionem, tamen in cõtrarium est communis opinio, vt per Franch. decis. 527. num. 3. & quod ita demum fiat ipso iure si pars eam opponit trad. Graff. de except. ad materiam statuti num. 35. Et ideo qui potest compensare potest omittendo cõpensationem soluere l. si ambo, in fi. prin. ff. de compensat. Idq; maxime procedit, vbi renũciationi, vel pacto de non opponendo compẽsationem accedit iuramentum. Afflict. d. decis. 382. num. 5. Non negauerim tamen, quod si ante renunciationem renuncians creditor fuerit, renunciatio trahitur ad illud debitum tantum non etiam ad futurum. Cæterum si tempore renunciationis nullum fuerit debitũ compensandum, renunciatio haud dubiè vale bit, vt compensari minimè debeat debitum futurum; quoniam renunciatio non potest intelligi de alio debito, quam de futuro argum. l. 2.

3 ff. de lib. & posthum. Imo per clausulam renũciationis omni legum, & iuris auxilio censetur renuntiatum beneficio compensationis, Ancharan. quæst. 2. in fin. vbi inquit hæc verba comperente, & competituro excludere etia m. compensationem postea super venientem, & refert Caroc. de excus. bonorũ parte 2. quæst. 17. num. 49. Renuncians tamen omnibus exceptionibus non videtur renũciare exceptioni compensationis, quæ non est propriè exceptio. Alex. cons. 12. num. 13. lib. 2. Renunciatio compensationis est perutilis, cum efficit ne obijciatur compensatio, ad impediendam, vel differendam solutionem. Ad tollendam autem omnem difficultatem, an renũciatione compensationis tollatur compensatio debiti futuri, vt super diximus, tutius erit, vt dicatur in instrumento, remota omni exceptione cuiuscunq; debiti etiam futuri.

4 Sed dubitari consueuit an debitor qui iurauit ex vi iuramenti, quasi renunciãs excludatur à compensatione. Quæ quæstio est adeo dubia, vt haud facile discerni possit, quæ sit cõmunis opinio, vt tradit Fœlyn. in c. ad nostram 1. de iure iurando. Et quod excludatur voluerunt Bart. in l. amplius non peti, & ibi Ang. & Cumau. ff. rem ratam habe. Io. Fab. in §. bonæ fidei. Inst. de actio. & hanc sententiam latè defendit Socin. in l. Iulianus circa finem ff. de cond. & demonstr. Couarru. in repet. cap. quamuis pactum par. 1. §. 4. num. 9. Capel. Tolos. quæst. 139. & ibi Aufrer. Capyc. decis. 167 Tindar. tractat. de compensat. art. 7. col. 3. vers. redeamus ad nostram, & plures refert. Tiraq. de retract. lign. §. 13. glo. 3. num. 3. Ias. in l. eum qui §. si iurauero, num. 2. ff. de iur. iuran. Graff. exceptio. 16. num. 19. & hanc esse veriorẽ tradit Osasc. decis. 92. num. 33. Marc. quæst. 148. part. 2. Caballin. milleloq. 223.

Contrarium tamen tenuerunt comm. cãnonistæ, in cap. ad nostram de iureiurando vbi Fœlyn. inquit hanc sententiam esse communẽ, Alex. cons. 61. in fi. lib. 5. cons. 91. num. 5. lib. 2. Ias. cons. 154. lib. 4. & hanc approbauit consilium Neapolitanum, vt refert Afflict. decis. 381. num. 3. & plures pro hac sententia refert Tiraq. d. glo. 3. num. 6. Anton. Gab. tit. de iureiuran. concl. 7. vbi inquit hac esse magis cõmuniter receptam, & Graff. de except. ad materiam statuti except. 19. Roland. cons. 6. num. 31. cons. 17. num. 14. lib. 1. Natta cons. 54. col. pri. lib. 1. Cephal. cons. 47. num. 50. Gozadin. consil. 32. & cons. 69. & hanc tenet Tiraq. de retract. lig. §. 3. num. 6. & de legib. connubial. gl. 5. num 182. Neguf. de pign. parte 5. principali memb. 5. num. 14. Hancq; esse magis communem testatur, Paris. cons. 13. nu. 37. lib. 1. & Seraphin. priuileg. iuramenti 74. nu. 36. 127. hanc sequitur, vti magis communem, & tutiorem, & Graff. d. except. 16. num. 20. Et quod iuramentum excludat compensationem tenet Mancin. de iurament. part. 4. effectu 30. & hanc esse magis communem testatur Trentacinq. tit. de compensat. resolut. 1. nu. 7. versi. primam opinionem. Hancq; veriorem esse, & magis communem, & proinde tenendam in iudicando testatur Gutter, de act. iud. iurat. cap. 6. num. 6. Per tex. expressum in d. cap. ad nostram, sed sequendo hanc sententiam vti magis communem declar. vt compensatio nõ sit admittenda pro debito, quod tempore iuramenti suberat, secus si debitum superuenit, & ita declarat Socin. in d. l. Iulianus in fi. & hanc sequi-

sequitur Alba cons. 288. Paris. cons. 121. num. 40. lib. 1. Bertaz. claus. 41. Trentacinq. d. resol. 1. num. 7. vers. primo declara. Osasch. d. decis. 94. nu. 34. vbi etiam declarat dictam communem sententiam Cānonistarum non procedere vbi proceditur de æquitate.

Non obstat modo quod compensatio facta fuerit mero iure, & quod retrotrahatur; quia imo compensatio facta fuerit mero iure, sed requiritur factum hominis, atq; inducitur ipso iure, secuta tamen declaratione hominis, imo non trahitur retro ad diem, quo cœptum fuit ab vtraq; parte deberi, sed consideratur tanquā inducta tempore declarationis l. verum, & ibi Bar. ff. de compens. sequitur Ias. in §. in bonæ fidei num. 77. Inst. de act. vbi de communi testatur Socin. cons. 17. num. 7. lib. 5. vbi inquit communiter tenere Doctores Pet. Benintend. decis. 37. num. 22. Seraphin. priuileg. num. 124. & est communis sententia. Rot. Gennen. decis. 55. num. 19. & hanc sententiam sequi. Surd. decis. 117. num. 5. quem sequitur Crass. de except. num. 16. except. num. 12. & Bartoli opinionem in d. l. verum veriorem esse affirmat Afflict. decis. 121. num. 1. sequitur Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 42. num. 87. & cons. 246 in fi. Burg. in repet. cap. cœterum num. 158. de rescript. Socin. Iun. cons. 147. num. 4. lib. 1. Roland. cons. 81. num. 8. lib. 3. Ruin. cons. 162. nu. 15. lib. 5. Et regulariter sequendo compensatio per legem non fit ipso iure, sed requiritur quod ab homine opponat. glos. in l. si constat, C. de compensationibus, quæ est communiter approbata, vt per Soc. Iun. cons. 74. nu. 25. lib. 3. Quin Tindar. in contrarium citatus in dict. tract. de compensat. art. 60. num. 50. fatetur sē tentiam Azonis nimirum, vt compensatio, ita demū fiat ipso iure, cū à partibus est apposita, cōmuniter à Doctoribus recipi, atq; à nemine impugnari, quamuis ea non videatur secundū eum procedere de mente iuris. Pro qua sententia facit Glos. in l. vniuersa C. de præci Imp. offer. Surd. decis. 1. nu. 18. Menoch. cons. 160. num. 6. facit l. 3. ff. de compensat.

Non obstat sententia Tindar. d. art. 6. num. 74. concilians contrarias opiniones, quem sequitur Seba. Med. eod. tract. quest. 21. quoniā dicta opinio est singularis, & contra communē omnium dictorum sententiam. Neq; verum est quod compensatio, quoad eius ortum inducatur sine hominis facto licet aliud, dicendum sit executione, vt per Tindar. d. loco, quia respondetur, vt per Benintend. vbi sup.

LXXXIV. RENVNCIATIO RETENTIONIS.

Summa.

1 *Retentionis beneficium qui d sit.*
2 *Ius retentionis vnde oriatur.*
3 *Retentionem certis casibus permitti.*
4 *Iuri retentionis renuntiari posse.*
5 *Renunciatio iuris retentionis quid operetur.*
6 *Iuramentum an excludat retentionis auxilium.*

Retentio cùm sit quędam compensatio. Roland. cons. 17. num. 3. lib. 4. Brun. cons. 33. num. 5. vel potius indirecta compensatio, vt per Med. dè compensatio. q. 16. in fi. Capyc. decis. 88. num. 4. ideò post ea, quæ supra diximus de compensatione proximum
1 erit, vt de retentione dispiciamus. Hoc beneficium nihil aliud est, quàm quædam exceptio qua quis intendit non dimittere rem, quam tenet, donec sibi de debito, vel de iure suo satisfiat l. 1. C. etiam ob chyrograph. peccun. l. si nō inducta l. fin. C. in quib. cau. pig. l. si non fortem. §. si centum in illis verbis, ager autem retinebitur donec debita peccunia soluatur ff.
2 de condi. indebi. & ibi Ias. num. 10. Oritur autem retentionis ius ex ea regula, qua traditur, quod plus cautionis esse in rem, quam in personam l. plus cautionis ff. de reg. iur. & ex altera qua monemur melius esse, vt pignori incumbamus, quam vt in personam agamus §. furti. Insti. de obliga. quæ ex delict. nasc. Nā vbi actio pro re tantum competit, dominium est sine effectu, si quidem eius possessio est pœnes alterum, neque potest actor ea vti, frui, aut disponere pro suo arbitrio, per ea, quę tradit Bart. in l. si quis vi §. differentia ff. de acquir. poss. Retentio igitur plus securitatis præbet, quam actio.

3 Et quamuis regulariter retentio sit prohibita l. fin. & ibi doct. C. commoda l. si non inducta C. in quib. caus. pign. doct. in l. si non fortē §. si centum ff. de cond. indebi. quoniam hac ratione quis sibi ius dicere posset auctoritate propria contra l. 1. C. ne quis in sua can. iud. tamen certis casibus permittitur, vt per doct. in d. §. si centum. Nęgul. de pignor. 3. memb. 5. part. nu. 1. Surd. de aliment. tit. 8. priuil. 62.

4 Huic iuri renuntiari potest, vt per Capyc. decis. 88. num. 4.

Et renunciatio multò magis operabitur vbi debitum iam extabat tempore renunciationis per ea quæ dixi supra de renunt. compensationis.

Imo per generalem renunciationem factam omni legum, & iuris auxilio, omnibusque exceptionibus iuris, & facti, tollitur hoc beneficium, idque maximè procedit, vbi non competeret alia exceptio, quàm retentionis, vt per Capyc. d. decis. 88. num. 5. 6. Quemadmodū enim renuntiari potest cōpensationi, supra dixi, ita, & retentioni, quæ est quędam compensatio.

5 Renunciatio iuris retentionis plurimum operatur, quoniam hæc exceptio impedit solutionem, opponiq; potest etiam in executione sententiæ. Specul. tit. de execut. senten. §. fin. vers.

vers.item quęro, Crau. cons.148.col.1.Lancel.
de attenta.q.29.num. 6. Quin remoratur ét
executionem cameralis obligationis. Massa
ad for.Cam.oblig.p.4.q.2.num.12.

6 Et licet iuramentum ex magis communi sē
tentia, vt supr. tenent. proxima dixi excludat
compensationem, tamen non excludit reten-
tionem Corne. cons. 61. col. 8. vers. nec refra-
gatur lib. 3. Crau. cons. 148.col.1. tamen ob-
stare videtur, text. in c.debitores de iureiuran.
sed vi.Seraph. priuil. iuram. 74.num.144.

LXXXV. RENVNCIATIO, PRÆSCRIPTIONIS.

Summa.

1 *Prǽscriptio quid sit.*
2 *Prǽscriptio cur inducta.*
3 *Præscriptionis auxilio renuntiari, an possit.*
4 *Pactum ne vnquam præscribatur.*
5 *Prǽscriptioni quando tacitè renuntiatū censeatur.*
6 *Præscriptioni, an renunciatum censeatur per ver-
bа affirmatiuè concepta siz. semper perpetuo,
omni tempore, quandocunq; cum sim.*
7 *Generalis renunciatio an tollat prǽscriptionis au-
xilium.*
8 *Cautella ad excludendum præscriptionis auxiliū.*

Ræscriptio, de qua nunc agendum erit
non est, vt quidam existimauerunt
ex longa possessione acquisitio, scili-
cet, nihil aliud est quā exceptio, vt
in rub. C.de exceptio. seu præscrip.
Vnde quę exceptio alias dicitur, eadem quoq;
præscriptio dicitur, & contra, quo sensu dici-
mus exceptionem rei iudicatę l. iudicatæ, ff.
de except. rei ind.& eandem dicimus præscri-
ptionem rei iudic.l.iudicatæ ff. eod. sic, & doli
exceptio dicitur in rub.ff.de doli mali, & meti
excep.cum alibi dicatur doli prǽscriptio, l. si.
debitor.in fine, in illis verbis, doli mali præs-
1 criptio excludet ff.de solutio. Est igitur prǽs-
criptio, de cuius renunciatione agendum est
temporis exceptio, hoc est exceptio ex longi
temporis possessione nata, l. creditor ff. de di-
uer. & tempori.præscrip. l.super C.de præscri.
longi tempo. Præscriptionem autem non esse
acquisitionem, sed exceptionē hinc facilè in-
telligitur, quod qui acquirit sibi acquirit, nō
etiam aduersario, cum tamen is, qui præscri-
bit dicatur aduersario præscribere, non autē
sibi l.Titia §.caul. ff. de leg. 2. vbi hæres præ-
scribit cohęredibus suis, hoc est aduersus co-
heredes suos exceptione vtitur. Itaq; præscri-
bere, & excipere, Vsucapere vero est rem ac-
quirere per vsum, & possessionem vnde quod
vno verbo dicitur vsucapere, id alibi dicitur
capere per longam possessionem, seu lōga pos-
sessione, l.3. §.Neratius, & §. vlt. ff. de acquir.
possess.l.vlt. ff. pro emptore. Vsucap. vel prę
scriptio inducta dicitur primum bono publi-
co, ne dominia rerum incerta sunt, l. 1. ff de v-
sucapio. nam alioquin homines semper de iu-
re suo dubitarent, vt not. glo. in §. 1. in versi.
diligentia.auct.de tempore non solu. pecun.
Deinde, vt rei suæ quisq; diligenter curiam
gerat, ob idq; ephesinus legislator vnsucapio-
nis legem tulisse ea sola ratione fertur. ad eui-
tandam miserorum segnitiem, c. vigilanti.de
præscript. aliqua sanè inter desides, & dili-
gentes esse debet differentia, l. vt perfectus C.
de anna except. Demum pertinet vsucapio ad
lites sopiendas, quæ ferè immortales essent si
liceret post longum tempus res repetere ab
alijs bona fide excultas, nam vt sit litium finis
induxerunt, leges vsucapionem l.fin. ff.pro suo
l.2.ff.de acqu. plu. arc.

Quocirca rectè vsucapionem, Cice. pro Ce-
cinna finem sollicitudinis vocat ff. ac singulare
quippè bonum adfert pręscriptionis auxilium
vt vitæ quietem, ac tranquillitatem max̄ tue-
atur, ab idq; meritò hoc beneficium diuinę res
quodammodò censeri debet, quoniam, vt prę-
clarè scriptum est à Cice. de finib. lib. 1. tran-
quilla, & quieta vita deorū vitæ, est simillima,
ob idq; cunctis mortalibus expetenda. Vt non
mirum sit, si huius publici boni ratio pręfera-
tur legi, quę vetat cuiquam inuito dominium
auferri. l. 4. C de rei vendic. l. non debet ff. de
reg.iur. l.2. & ibi doct. C.de quadrien. præscr.
in l.æquissimum ff.de vsufr. Ias. & doct. in l.2.
C.si contra ius, vel vtil. publ. Quamuis ete-
nim dominium sit de iure gentium.l.ex hoc iu-
re ff.de iusti.& iure tamen ex causa publicæ v-
tilitatis ius ciuile quibusdam casibus domi-
nium aufert, l. ius ciuile ff. de iust. & iure, l. itē
verberatarum ff. de rei vendic. Felyn. & alij c
quę in Ecclesiarum col.8. de constitu. Rebuff.
in const. de rescis.contract.gl.1.num. 3.

Neq; dicen. est id beneficium iniquum esse
vt auferens ipsis dominus suum dominiū, quo-
niam sibi imputare debent si minimè fuerunt
diligentes ad inquirendas res suas intra sta-
tutum tempus l.1. in fin. & ibi P. de Cast. in
pri.ff. de vsucap.

5 Queri autem potest, an pręscriptioni renun-
tiare possit in qua quęstione illud certū est prę-
scriptioni iam quęsitę renuntiare posse, l.si quis
postquam ff. de fideiuss., vbi liberatus pręscri-
ptione dando fideiussorem ex certa scientia vi-
detur se obligare, spreto auxilio pręscriptionis
& ibi Bald. in fine not. ex certa scientia renunt.
posse exceptioni pręscriptionis iam decursę, &
idem not. in c. veniens, num. 4. de præscript.
in auct. quas actiones, num. 7. C. de sacr. eccl.
& ibi Ias. num. 32. Bart. in l. nemo potest, nu.
21. ff. de leg. 1., & ibi Ripanu. 106. Paul. de
Cast. lib. 1. nu. 2. ff. de vsucapio. Roman. in
rub. ff. de arbitr. nu. 46., & in cons. 201. nu. 4.
Felin. in rub. de præscriptio. nu. 12., & in c. si
diligenti, nu. 18. ver. intellige quartò de foro
com.

compet. Balb. de prescript. p. 5. quintę partis princ. q. 6. num. 4. ver. tertio. Bero. in rub. de prescriptio. num. 84., vbi inquit hanc conclusionem esse verissimam. Vasq. de successi. creat. §. 10. nu. 10. Decian. cons. 95. num. 2. lib. 3. Socin. iun. cons. 145. num. 23. lib. 1. Curtius iun. cons. 331. num. 44. Seraph. de priuil. in ram. priuil. 51. nu. 8., & faciunt not. in l. cum quis §. si quis à reo ff. de solut., & tex. in lege emptor, C. de præscript. longi tempor.

Verùm an futurę prescriptioni renunt. posit esse altum, & magnum dubium, vt inquit Ias. in d. auct. quas actiones, nu. 35., & in hac quęstione variæ fuerunt opiniones. Nam Bartol. in l. nemo potest, nu. 20. ver. ego dico ff. de leg. 1. & in l. 1. ff. de vsucapio. voluit præscriptionē minimè tolli renunciatione, & quamuis sm̄ eum videti poss vt præscriptio 10. vel 20. ann. in qua exigitur bona fides. pacto tollatur, tamen id non fit vi pacti, sed quoniā inducitur mala fides, & proinde cessant ea, quę exiguntur ad præscriptionem, & hanc Bartoli opinionem, sequitur Cumanus in dicta lege nemo potest, circa fin., & ibi Alex. Aretin. Ias. numer. 80. Ruinus, Ripa, numero centesimo quarto, & numero centesimo septimo, & Io. Crot. nu. 75. Bald. in l. centurio, in fine ff. de vulg., & pup. in auct. quas actiones, colum. 4. Codice de sacr. eccle. in lege finali, in principio C. de tempori appell. in l. item illa, in princ. numer. 2. ff. de constitu. peccun. in l. pacisci ff. de pact. Abb. in rub. de prescript. columine tertiò, versiculo vltimò hic quæro, & ibi Felin. nu. 11. 18., vbi inquit hanc opinionem esse magis communem. Roman. in rub. ff. de arbit. nu. 46., & cons. 501. nu. 4. Ruin. cons. 167. nu. 17. lib. 1. Paris. rub. de præscript. num. 23., & ibi Bero. num. 64. Cagnol. l. 2. num. 78. C. de pact. inter empt., & vend. Vasq. de successi. creat. §. 10. num. 6. & ita tradunr magis cōmuniter doct. Gabriel. cons. 144. num. 14., & num. 35. lib. 2. Rebuff. tract. de resciss contr. glo. 2. in fi. Boer. decil. 185. num. 8., & hæc opin. est verior, & magis cōmunis Boni. de statu. vrb. pręscrip. glo. vltima, numer. 21. Guid. Pap. quęstione 319. Socin. iun. cons. 145. nu. 50. lib. 1., vbi inquit hanc Bart. opin. esse magis cōmuniter approbatam. Roland cons. 21. nu. 47. lib. 2. Balb. de præscript. parte 5. quintæ partis, princ. q. 6. Petrucin. l. 1. nu. 213. ff. de iureiur. Viuius in communi opinione 626. Rimin. sen. cons. 88. in principio libro primo. Franc. de Cald. in lege si curatorem habens, in versiculo sua facilitate, num. 88. C. de in int. restitut. min, vbi inquit hanc esse veram sententiam. Seraphin. priuil. quinquagesimo primo, numero tertiò. Decian. cons. 13. numer. 46. lib. 2., vbi inquit hanc sententiam esse verissimam, & cōmunem.

Quę opinio Bart. ea nititur ratione, & primo præscriptio est inducta bono publico, l. 1. ff. de vsucapio., sed iuri publico renunt. non pōt l. ius publicum ff. de pact., ergo pręscriptioni, vti respicienti bonū publicum renuntiari non poterit. Bart. d. l. nemo potest, & d. l. prima cùm etenim dominium probari non poss, nisi per pręscriptionē, ne dominia sint incerta fuit præscriptio, qua præsumitur, vt is dominus sit, qui tāto tempore posledit cum titulo, & bona fide, vt per Cuman. in l. 1. nu. 1. ff. de vsucapio.

Quamuis igitur fauorabilis sit præscriptio illi saltem directè renunt. non poterit, vti inductæ publico bono, multoque minus renuntiare poterit præscriptioni odiosæ, ac inductæ solo odio negligentis, quoniam illi duplici ratione non potest renuntiare, & primo quia respicit bonum publicum, deinde quia inducta est odio negligentis, non etiam fauore pręscribentis, lege finali, in fine Codice de edictis Diui Adriani tollēdis, ideò illi renuntiari non potest, lege tamen si ff. ad Macedon. Bart. d. l. 1., & d. l. nemo potest. Felin. d. c. si diligenti, num. 18. siue igitur præscriptio sit fauorabilis, siue odiosa illi minimè renuntiare potest, nam si est fauorabilis non valet renunciatio, quoniā renunt. videtur iuri inducto fauore publico, si autem est odiosa non potest renunt., & ratione publici fauoris, & quia videtur inducta odio negligentis. Cumanus d. l. nemo potest, circa fin., & quanquā videtur, vt præscriptio inducta fuerit principaliter ob priuatorū vtilitatē, & deinde minus principaliter ob bonū publicum, tamen illi renunt. non potest, l. quod de bonis §. 1. ff. ad l. falcid. iuncto tex. insti. ad l. falcid. in prin., & fac. l. properan. §. 1. cum ibi not. C. de iudic. l. de die, cum l. seq. ff. de pact. dot. iuncta glo. insti. quib. alien. lic. in princ. in ver. consentientibus, & quod not. glo., & Bart. in l. 1. ff. solu. matr. Neq; huic sententiæ obst. etiam, quod in pręscriptionibus 10. vel 20. ann., in quibus exigitur bona fides pactum, & renunciatio obster, vti inducens malam, quia id non fit vi renunciationis, cùm renunt. possit, sed ideò fit, quia abest bona fides, quæ requiritur ad præscriptionem, & propter malam fidem non etiā directè propter pactum Bart. d. l. nemo potest, & d. l. 1. ff. de vsucap. Minusq; obstare, l. si vnus §. quod, & in specie ff. de pact. quia loquitur in dilatione solo fauore debitoris inducta, cui renunt. pōt, at præscriptioni inductæ fauore publico, nō ēt solo fauore pręscribētis renunt. non pōt. Bart. d. l. nemo pōt nu. 20. At nec obst. tex. in l. quod si nolit §. si quid ita ff. de ædil. edic., vbi valet conuentio, vt in perpetuum redhibitio fiat, quoniam proced. in pręscriptione inducta fauore partis, sm̄ Bart. d. l. 1. ff. de vsucap. vel cessat pręscriptio quando contrarium est actum, & dispositione legis, secus quando nihil est actum, idem Bart. dicta lege nemo potest. Nam in dicto §. si quis ita pręscriptio non odio inducta. Bald. lege item illa, in principio numero tertio ff. de cōstitu. peccun., vt loquitur in præscriptione, quę oritur post contractum, idem Bald. in aucten. quas actiones, col. 3. Codice de sacr. ecl. 350.

& plurib. mod. respondet Socin. iun. cons. 145. nu. 52. lib. 1. Cagnol. l. 2. nu. 78. C. de pact. inter empt., & vend. Io. Annib. in repet. d. l. nemo potest, nu. 484. cum plurib. seq.

Non obstat denique, quod prescriptio pacto remittatur, & interrumpatur, ergo multo magis inchoari impediatur, lege cum notissimi §. sed, & si quis, Codice de præscript. 30. ann. quoniam renũciatione potest tolli effectus prescriptionis iam quesitæ, sed prescriptioni querendæ renuntiari non potest, cùm respiciat bonum publicum; præterea per pactum cessare videtur negligentia: Bart. d. l. 1., & d. l. nemo potest.

Ex suprascripta autem Bartoli opinione, quod præscriptioni inductę odio negligentis renuntiari non possit, illud confestim sequitur renunt. non posse statuto inducti præscriptionem, & disponenti, quod non audiatur creditor, qui non pet. it intra decennium, vt per eundem Bart. in l. 1. in fi. ff. de vsucapio., & in d. l. nemo potest, n. 22. Nam huiusmodi prescriptio ex statuto subrogata, videtur in locũ præscriptionis 30. ann. inductę odio negligentis, & ideo huic præscriptioni renunt. non potest. Ias. d. l. nemo potest, in secunda lect. nu. 116. & ibi Ripa, num. 117.

Et secundum hanc opinionem negari non potest, quin saltem renunciatio in prescriptione 10. vel 20. ann. operetur per indirectũ, quoniam per renũciationem inducitur mala fides Cuman. d. l. nemo potest, circa fin., & ibi. Bart. & alij doct. supra citati, qui volunt directè renunt. non posse huiusmodi præscriptioni, vti respicienti bonum publicum, at indirectè renunciationẽ moperari, non negant.

Est igitur illa differẽtia inter prescriptionẽ fauorabilem, seu mixtam, & odiosam, vt illa pacto directè non tollatur, hęc autem directè pacto rectè tollitur. Bart. dicta l. prima ff. de vsucapio.

Contrariam sententiam, scilicet valere pactũ, quod nulla currat prescriptio, tenuit Dynus in dicta lege nemo potest, & ibi Bald. Florian. Albericus, & Imola. Io. Andre. in additione ad Specul. in rubrica de præscriptio., columine secundo. Baldus in lege prima col. 8. ver. fallit si per pactum, C. de sent. quę pro eodem Baldus, & Angelus in lege prima, Codice ne rei domin., vel templo. Butricus in capitulo eum non liceat, numer. septimo de prescript.; vbi inquit quod præscriptio etiam fauorabilis, vel mixta tollitur ex vi pacti, & multò magis odiosa. Baldus in capitulo de causis, numero decimo quarto, de offic. deleg. Alcia. in rub. de præscriptio. numer. 66., vbi inquit hanc opinionem esse in praxi seruãdam & ita videtur tenere Fabianus de emptione, & venditione 7. q. principali num. 6. Bologn. d. l. nemo potest, num. 235., vbi inquit hanc esse veram conclusionem, & nu. 208. eum seq. & num. 216., & num. 241., & quod valeat pactum, vt non currat aliqua præscriptio, voluit Ioan. de Imola consilio septuagesimo tertio, & hæc opinio ante tempora Bartoli, ab omnib. recipiebatur, vti verior Ripa dicta lege nemo potest, numero centesimo quinto in fine, & Alciat. in d. rub. de prescript. numer. 58. Imò hanc opinionem esse magis cõmunem, videtur asserere Guter. in d. l. nemo potest, num. 470. & Tiraq. de retrac. conuent. §. 1. glo. 2. num. 14. cùm enunciasset alteram opinionem esse communem, posteà fatetur hanc esse communiorem, & crebriorem, licet secundum eum nonnulli, aliud dixerint, & pacto tolli præscriptionem triginta, vel quadraginta annorum, voluit Vuesembec. in paratit. ad titulo ff. de vsucapio., vbi asserit ita communis concludi, atque ita in camera Imperij seruari, & hanc sententiam sequitur Cassaneus consilio vndecimo, numer. 42., & numer. 44. Nam vt refert Bologneius in dicta lege nemo potest, numer. 208., versiculo contrariam quinquaginta sunt auctoritates per Dyni opinione, & aliæ quinquaginta per cõtraria opinione Bart. omnesq; asseuerant suam opinionem esse magis cõmunem: Vnde apparet hanc rem esse valdè ancipitem, & dubiam, neque satis quis scire potest an vtram inclinet partem.

Et per hac opinione primo facit tex. in lege quod si nolit §. si quid ita ff. de ædil. edic., vbi valet conuentio, vt in perpetuum redhiberi possit, quem citat Dynus in dicta lege nemo potest, vt refert ibi Baldus. Deinde per pactum præscriptio interrumpi potest l. cum notissimi §. sed, & si quis C. de præscrip. 30. ann. ergo, & per pactum impediri poterit ne currat, quoniam tunc per pactum cessat negligentia.

Tertiò, nam licet per pactũ præscriptio non tollatur ipso iure, tollitur tamen ope exceptionis per viam replicationis d. l. nemo potest, & ibi glo., & Imola.

Quartò, cũm per prohibitionem alienationis factã in cõtractu, vel prohibita alienatione in vlt. vol. prohibeatur item præscriptio Bart. in l. vbi lex, in prin. ff. de vsucapio. Satis constat posse impediri cursũ prescriptionis, ex dispositione hominis, vt voluit Ruin. in d. l. nemo potest, num. 73.

Quintò, quod renunt. possit foro quod trad. Bart. in d. l. nemo potest, dum trad. cautelam vt pacto expresso agatur, quod finita prescriptione per lapsum temporis statuti, iterum deberi incipiat, & toties incipiat deberi, quoties completa fuerit per tex. in l. sicut in annos, in prin. ff. quibus modis vsusfr. amitt. quæ sanè cautela, quid aliud est, quam renunciatio prescriptionis? nam quod directè renunciatione tolli non potest, per indirectum tollitur vi repetitæ obligationis, ex quib. satis cõstat, quam futilis sit contraria Bartoli sententia.

Et ego sanè huic posteriori sententiæ accedo contra Bartolum, nam negari non potest, quin præscriptio inducta sit fauore

priuato

priuato ipsorum præscribentium, vt expresse inquit glossa in §. finali, in versiculo tripertitom. Institutione de iust., & iure. Angel. in dicta lege nemo potest, numero secundo. Nec me mouet lege prima ff. de vsucapio., vbi expressè dicitur, quod bono publico introducta est vsucapio, ne scilicet quarundam rerum diu, & ferè semper incerta dominia essent, quoniam vsucapio respicit bonom publicum oon principaliter, sed per consequens, vt omnes leges, quæ saltem secundariò respiciunt commune bonum. Quota enim quæque est lex, quæ saltem minus principaliter, non respiciat bonum publicum? lege prima, & lege secunda ff. de legibus, capitolo erit autem lex, distinctione quarta, vbi igitor publica vtilitas, secundariò, vt dicunt doctores, consideratur tunc renuntiari potest priuatæ, licet sit inseparabilis, nam semper attenditur, quod principaliter sic lege si quis necessariam ff. si certum petatur, alioqoin nulli legi renuntiari posset, cùm omnes leges tendant ad bonum publicum saltem minus principaliter, vt in proemijs ferè omniũ constitutionum, & statutorum. Felinus capitulo si diligenti, numero vigesimo, ver. modo aduerte, de foro compet. Alciat. in rob. de præscript. no. 65.

Nam renunciatio non valet, quando remittitur bonum publicũ principaliter, non etiam cum illud remittitur per quandam consequentiam lege seruum §. publicè ff. de procurat. §. etiam §. finali, institutione de his, qoi snot sui, vel alie. iur., & ita expressè tradit Alciat. rub. de præscriptio. numer. 65., & generaliter vbi lex priocipaliter respicit fauorem priuatum, etsi deinde secundario ius publicum, tunc renuntiari potest, glossa in capitulo de causis, de officij delegation., qoam doctores sequuntur, Imò in renunciatione exceptionis præscriptionis, non videtur aliqua ratione lædi ipsom ius publicum, quoniam renunciatione domioium non remauet incertum, & pacto probari potest cuius sit dominium, vt pulcrè considerat Alciatus dicta rubrica, numero sexagesimo secũdo, & licet Cumanus io dicta lege nemo potest circa finem dicat non videre quare respódeatur hoic argumento Bartoli, quod ideò renuntiari non potest præscriptioni, quę est iudacta fauore publico, tamen facilè respondetur, cùm non attendi fauorem publicum, cùm is consideratur per quandam consequentiam, vt dictũ est. Neque prędictis refragatur doctrina Bartoli in lege ius publicum, numero septimo ff. de pact. vbi voluit renuntiare noo posse iuri inducto publico bono licet illud respiciat etiam principaliter priuatam vtilitatem, per lege de die ff. de pactis dotalibus, & per lege secunda, & lege quemadmodum, Codice de agricoltora, & censit libro decimo primo. Nam primo respondetur ftaote renunciatione cessare rationẽ publicæ vtilitatis, quæ versatur in eo, vt dominia certa esse posiint, quoniam pactum facit, vt satis constet cuius sit dominium, & quod pertinet ad paciscentem dominium incertum dici nou potest, cum is sciat, vel scire posit semper alteri pacto reseruari. Ripa dicta lege nemo potest, numero centesimo quarto in fine. Præterea mihi non placet ea doctrina Bartoli, in dicta lege ius publicum, quod renuntiari non posit iuri iuducto, etiam in consequentiam, & minus principaliter ob publicam vtilitatem. Nam hac ratione nullius legis, aot constitutionis renunciatio permitteretor, si quidem lex legislatores in ferẽdo legem semper respiciunt saltem in consequentiam communem bonum, lege prima, lege secunda ff. de legibus, capitulo erit autem lex distinctione quarta, idque satis patet ex proemio constitutionum, & statutorum, etiam respicientium, principaliter vtilitatem priuatam omne sanè ius priuatum pertinere etiam dicitur, secundariò ad publicam vtilitatem, glossa in §. vltimo io versiculo pertinet, institutia de iustitia; & iure, & in §. vltimo, institutione de his, qoi sunt sui vel alienis iuris. Attendi autem debet, vt alias semper, id quod principaliter lex considerat, lege si quis nec causam ff. si certum petat. Quapropter si publicam spectet lex vtilitatẽ, principaliter illi renuntiari non porerit secus si minus principaliter publicum bonom consideretur, & latè dixi etiam supra de renunciatione iuris publici planè quamuis plora bono publico minus principaliter inducta videatur, nèmo tamen dubitabit illis à nobis renuntiari posse, in quantum fauorem nostrum respicere videntur.

Neq; enim remissione iuris priuati læditur ius publicum, aut illi derogatur; lege si vnus §. aute omnia ff. de pactis, sic & in lege seruum §. publicè ff. de procurat. dicitur, quod publicè vtile est absentes à quibuscunque defendi, & tamen defensio pacto tolli potest, vt notant doctores io lege sed, & si quis §. quęsitum ff. si caotio, & Non obstat denique dicta lege de die quam citat Bartolus io dicta lege ius publicũ, nam respondetur id ibi procedit, quoniam pactum continebat donationẽ inter virũ, & vxorem, vt quia esset factum cõstante matrimonio vel ante matrimonium, & collatum in tempus matrim. secus si esset factũ ante matrimonium, vel post matrimonium solutom, quoniam tũc valet pactum cessãte ratione prohibitionis donationis inter virum, & vxorem, & ita decl. Bero. in d. rub. de pręscriptio, nu. 82., sed vide etiam quę dixi renunt. 7.

Nec ad rem pertinet, quod saltem præscriptioni odiosæ renuntiari ideò non potest, quia iuri inducto in odium renuntiari non potest l. tamen si ff. ad Macedon. Nam negatur pręscriptionem 30. vel 40. ann. inductam esse saltem principaliter io odium negligentis, vt voluit glossa in lege finali, Cod. de edic. D. Adr. tolli. sed inductam fuisse ob priuatam vtilitatem præscribentis, sed negligentiã in pręscriptione

& plurib. mod. responder Socin. iun. cons. 145. nu. 52. lib. 1. Cagnol. l. 2. nu. 78. C. de pact. inter empt., & vend. Io. Aunib. in repet. d. l. nemo potest, nu. 484. cum plurib. seq.

Non obstat denique, quod prescriptio pacto remittatur, & interrumpatur, ergo multo magis inchoari impediatur, lege cum notissimi §. sed, & si quis, Codice de præscript. 30. ann. quoniam renũciatione potest tolli effectus prescriptionis iam quesitæ, sed prescriptioni querendæ renuntiari non potest, cùm respiciat bonum publicum, præterea per pactum cessare videtur negligentia: Bart. d. l. 1., & d. l. nemo potest.

Ex suprascripta autem Bartoli opinione, quod præscriptioni inductę odio negligentis renuntiari non possit, illud confestim sequitur renunt. non posse statuto inducti præscriptionem, & disponenti, quod non audiatur creditor, qui non pet. it intra decennium, vt per eundem Bart. in l. 1. in fi. ff. de vsucapio., & in d. l. nemo potest, n. 22. Nam huiusmodi prescriptio ex statuto subrogata, videtur in locũ præscriptionis 30. ann. inductę odio negligentis, & ideo huic præscriptioni renunt. non potest. Ias. d. l. nemo potest, in secunda lectu. nu. 116. & ibi Ripa, num. 117.

Et secundum hanc opinionem negari non potest, quin saltem renunciatio in prescriptione 10. vel 20. ann. operetur per indirectũ, quoniam per renũciationem inducitur mala fides Cuman. d. l. nemo potest, circa fin., & ibi. Bart. & alij doct. supra citati, qui volunt directè renunt. non posse huiusmodi præscriptioni, vti respicienti bonum publicum, at indirectè renunciationem operari, non negant.

Est igitur illa differẽtia inter prescriptionẽ fauorabilem, seu mixtam, & odiosam, vt illa pacto directè non tollatur, hęc autem directè pacto rectè tollitur, Bart. dicta l. prima ff. de vsucapio.

Contrariam sententiam, scilicet valere pactũ, quod nulla currat prescriptio, tenuit Dynus in dicta lege nemo potest, & ibi Bald. Florian. Albericus, & Imola. Io. Andre. in additione ad Specul. in rubrica de præscriptio. columne secundo. Baldus in lege prima col. 8. ver. fallit si per pactum, C. de sent. quę pro eodem Baldus, & Angelus in lege prima, Codice ne rei domin., vel templo. Butricus in capitulo cum non liceat, numer. septimo de prescript.; vbi inquit quod præscriptio etiam fauorabilis, vel mixta tollitur ex vi pacti, & multò magis odiosa. Baldus in capitulo de causis, numero decimo quarto, de offic. deleg. Alcia. in rub. de præscriptio. numer. 66., vbi inquit hanc opinionem esse in praxi seruãdam & ita videtur tenere Fabianus de emptione, & venditione 7. q. principali num. 6. Bologn. d. l. nemo potest, num. 235., vbi inquit hanc esse veram conclusionem, & nu. 208. cum seq. & num. 216., & num. 241., & quod valeat pactum, vt non currat aliqua præscriptio, voluit Ioan. de Imola consilio septuagesimo tertio, & hæc opinio ante tempora Bartoli, ab omnib. recipiebatur, vti verior Ripa dicta lege nemo potest, numero centesimo quinto in fine, & Alciat. in d. rub. de prescript. numer. 58. Imò hanc opinionem esse magis cõmunem, videtur asserere Guter. in d. l. nemo potest, num. 470. & Tiraq. de retrac. conuent. §. 1. glo. 2. num. 14. cùm enunciasset alteram opinionem esse communem, posteà fatetur hanc esse communiorem, & crebriorem, licet secundum eum nonnulli, aliud dixerint, & pacto tolli præscriptionem triginta, vel quadraginta annorum, voluit Vuesembec. in paratit. ad titulo ff. de vsucapio., vbi asserit ita communis concludi, atque ita in camera Imperij seruari, & hanc sententiam sequitur Cassaneus consilio vndecimo, numer. 42., & numer. 44. Nam vt refert Bolognetus in dicta lege nemo potest, numer. 208., versiculo contrariam quinquaginta sunt auctoritates per Dyni opinione, & aliæ quinquaginta per cõtraria opinione Bart. omnesq; asseuerant suam opinionem esse magis cõmunem. Vnde apparet hanc rem esse valdè ancipitem, & dubiam, neque satis quis scire potest an vtram incliner partem.

Et per hac opinione primo facit tex. in lege quod si nolit §. si quid ita ff. de ædil. edic., vbi valet conuentio, vt in perpetuum redhiberi possit, quem citat Dynus in dicta lege nemo potest, vt refert ibi Baldus. Deinde per pactum præscriptio interrumpi potest l. cum notissimi §. sed, & si quis C. de præscrip. 30. ann. ergo, & per pactum impediri poterit ne currat, quoniam tunc per pactum cessat negligentia.

Tertiò, nam licet per pactũ præscriptio non tollatur ipso iure, tollitur tamen ope exceptionis per viam replicationis d. l. nemo potest, & ibi glo., & Imola.

Quartò, cũm per prohibitionem alienationis factã in cõtractu, vel prohibita alienatione in vlt. vol. prohibeatur item præscriptio Bart. in l. vbi lex, in prin. ff. de vsucapio. Satis constat posse impediri cursũ prescriptionis, ex dispositione hominis, vt voluit Ruin. in d. l. nemo potest, num. 73.

Quintò, quod renunt. possit fore quod trad. Bart. in d. l. nemo potest, dum trad. cautelam vt pacto expresso agatur, quod finita prescriptione per lapsum temporis statuti, iterum deberi incipiat, & toties incipiat deberi, quoties completa fuerit per tex. in l. sicut in annos, in prin. ff. quibus modis viusfr. amitt. quæ sanè cautela, quid aliud est, quam renunciatio prescriptionis? nam quod directè renunciatione tolli non potest, per indirectum tollitur vi repetitæ obligationis, ex quib. satis cõstat, quam futilis sit contraria Bartoli sententia.

Et ego sanè huic posteriori sententiæ accedo contra Bartolum, nam negari non potest, quin præscriptio inducta sit fauore priuato

priuato ipsorum præscribentium, vt expresè inquit glossa in §. finali, in versiculo tripertitum. Institutione de iust., & iure. Angel. in dicta lege nemo potest, numero secundo. Nec me mouet lege prima ff. de vsucapio., vbi expressè dicitur, quod bono publico introducta est vsucapio, ne scilicet quarundam rerum diu, & ferè semper incerta dominia essent, quoniam vsuuapio respicit bonum publicum non principaliter, sed per consequens, vt omnes leges, quæ saltem secundariò respiciunt commune bonum. Quota enim quæque est lex, quæ saltem minus principaliter, non respiciat bonum publicum? lege prima, & lege secunda ff. de legibus, capitulo erit autem lex, distinctione quarta, vbi igitur publica vtilitas, secundariò, vt dicunt doctores, consideratur tunc renuntiari potest priuatæ, licet sit inseparabilis, nam semper attenditur, quod principaliter sit lege si quis necessariam ff. si certum petatur, alioquin nulli legi renuntiari posset, cùm omnes leges tendant ad bonum publicum saltem minus principaliter, vt in proemijs ferè omniũ constitutionum, & statutorum. Felinus capitulo si diligenti, numero vigesimo, ver. modo aduerte, de foro compet. Alciat. in rub. de præscript. nu. 61.

Nam renunciatio non valet, quando remittitur bonum publicũ principaliter, non etiam cum illud remittitur per quandam consequentiam lege seruum §. publicè ff. de procurat. §. etiam §. finali, institutione de his, qui sunt sui, vel alie. iur., & ita expresè tradit Alciat. rub. de præscriptio. numer. 61., & generaliter vbi lex principaliter respicit fauorem priuatum, etsi deinde secundario ius publicum, tunc renuntiari potest, glossa in capitulo de causis, de offici js delegation., quam doctores sequuntur, Imò in renunciatione exceptionis præscriptionis, non videtur aliqua ratione lædi ipsum ius publicum, quoniam renunciatione dominium non remanet incertum, & pacto probari potest cuius sit dominium, vt pulcrè considerat Alciatus dicta rubrica, numero sexagesimo secũdo, & licet Cumanus in dicta lege nemo potest circa finem dicat non videre quare respõdeatur huic argumento Bartoli, quod ideò renuntiari non potest præscriptioni, quę est inducta fauore publico, tamen facilè respondetur, tùm non attendi fauorem publicum, cùm is consideratur per quandam consequentiam, vt dictũ est. Neque prędictis refragatur doctrina Bartoli in lege ius publicum, numero septimo ff. de pact. vbi voluit renuntiare non posse iuri inducto publico bono licet illud respiciat etiam principaliter priuatam vtilitatem, per lege de die ff. de pactis dotalibus, & per lege secunda, & lege quemadmodum, Codice de agricoltura, & censit libro decimo primo. Nam primo respondetur stante renunciatione cessare rationẽ publicæ vtilitatis, quæ versatur in eo, vt dominia certa esse possint, quoniam pactum facit, vt satis constet cuius sit dominium, & quod pertinet ad paciscentem dominium incertum dici non potest, cum is sciat, vel scire possit semper alteri pactu reseruari. Ripa dicta lege nemo potest, numero centesimo quarto in fine. Præterea mihi non placet ea doctrina Bartoli, in dicta lege ius publicum, quod renuntiari non possit iuri inducto, etiam in consequentiam, & minus principaliter ob publicam vtilitatem. Nam hac ratione nullius legis, aut constitutionis renunciatio permitteretur, si quidem lex legislatores in ferẽdo legem semper respiciunt saltem in consequentiam commumem bonum, lege prima, lege secunda ff. de legibus, capitulo erit autem lex distinctione quarta, idque satis patet ex proemio constitutionum, & statutorum, etiam respicientium, principaliter vtilitatem priuatam omne sanè ius priuatum pertinere etiam dicitur, secundariò ad publicam vtilitatem, glossa in §. vltimo in versiculo pertinet, instituta de iustitia, & iure, & in §. vltimo, institutione de his, qui sunt sui vel alienis iuris. Attendi autem debet, vt alias semper, id quod principaliter lex considerat, lege si quis nec causam ff. si certum petat. Quapropter si publicam spectet lex vtilitatẽ principaliter illi renuntiari non poterit secus si minus principaliter publicum bonum consideretur, & latè dixi etiam supra de renunciatione iuris publici planè quamuis plura bono publico minus principaliter inducta videatur, nemo tamen dubitabit illis à nobis renuntiari posse, in quantum fauorem nostrum respicere videntur.

Neq; enim remissione iuris priuati læditur ius publicum, aut illi derogatur; lege si vnus §. ante omnia ff. de pactis, sic & in lege seruum §. publicè ff. de procurar. dicitur, quod publicè velle est absentes à quibuscunque defendi, & tamen defensio pacto tolli potest, vt notant doctores in lege sed, & si quis §. quęsitum ff. si cautio, & Non obstat denique dicta lege de die quam citat Bartolus in dicta lege ius publicũ, nam respondetur id ibi procedit, quoniam pactum continebat donationẽ inter virũ, & vxorem, vt quia esset factum cõstante matrimonio vel ante matrimonium, & collatum in tempus matrim. secus si esset factũ ante matrimonium, vel post matrimonium solutum, quoniam tũc valet pactum cessãte ratione prohibitionis donationis inter virum, & vxorem, & ita decl. Bero. in d. rub. de prescriptio. nu. 82., sed vide etiam quę dixi renunt. 7.

Nec ad rem pertinet, quod saltem præscritionni odiosæ renuntiari ideò non potest, quia iuri inducto in odium renuntiari non potest l. ramen si ff. ad Macedon. Nam negatur præscriptionem 30, vel 40. ann. inductam esse saltem principaliter in odium negligentis, vt voluit glossa in lege finali, Cod. de edic. D. Adr. toll. sed inductam fuisse ob priuatam vtilitatem præscribentis, sed negligentiã in præscriptione

considerari, non vt in pœnam priuetur is, cui pręscribitur, sed vt tollatur iniquitas, quæ primum videri posset in pręscriptione, qua aufertur dominiũ ipsi domino, nam inquit lex, non videatur iniquũ, quod præscriptione dominus amittat dominium, quoniam sibi imputare debet, qui potuit intra statutũ tempus res suas inquirere, vt inquit tex. in d. l. 1., & ibi not. Paulus de Castro, quoniam vt constitutio dicatur lata in odiũ, rationabile debet esse odium, vt per Baldus in lege prima, col. 1. ff. de legib. lex odit tantum peccata, & malos mores, capitulo odio, distinctione 86., etsi enim negligentia in pluribus casibus noceat, vt refert Ludouicus Gomesius in regul. cancell. de triennali possessore, tamen in rebus suis nunquam negligentia nocere, cùm quilibet possit res suas negligere, & rebus suis abuti, l. in re mandata Codice manda, lege sed etsi §. consuluit ff. de petitione hæred. Gomesius in dict. reg. & alias semper, à quaquam non est culpa exigenda in rerum suarum administratione, l. si constante §. si maritus ff. solu. matr. lege legis aquiliæ debitori ff. ad lege aquil. lege etiam §. sed licet in dotalibus ff. solu. matrim., & semper in rebus proprijs, etiam culpa toleratur, non etiã in alienis. Rimin. Sen. consil. 201. num. 27. lex itaque permittit negligentiã in rebus proprijs, neque curat, quod quis diligens sit in re sua, cùm possit quis etiam rem suam habere pro derelicto toto tit. ff. pro derelicto. Verùm negligens non debet posteà conqueri, quod secum iniquè agatur, cùm præscriptione amittit dominium, quoniam id non fit principaliter propter odium negligentis, si quidem ei rem suam negligere permittitur, vt dixi, sed fit ob priuatum fauorem præscribentis, vt dominiũ certum habeat, atque vt alitium timore liberetur, negligentia autem eius, cui pręscribitur operatur, vt præscriptio non videatur iniqua, cùm intra tempus statutum à lege potuerit inquirere res suas, vt in d. l. 1 ff. de vsucapio.

Quinimò nulla negligentia imputari potest ei, qui pacto, & renunciatione sibi prouidit, & sciebat ius suum durare propter pactum arg. l. sicut §. non videtur ff. quib. mod. pign., cùm itaque stante renunciatione, & pacto interposito, nulla negligentia imputari possit, ergo non est odio dignus is, qui non fuit negligens præscriptione, quam prouiderat, renunciatione occurrendo. Alciat. in rub. de pręscriptio. num. 63.

Is, cui pręscribitur non amittit præscriptione, propter odium suę negligentiæ, sed ex suo taciti consensu, & tacita renũciatione, si quidem vbi tempus certum à lege statuitur, tunc lapsus illius temporis habet vim tacitę renunciationis, atque consensus, quasi velit omittens facere intra illud tempus, eo iure non vti. Baldus lege prima, Codice de in integr. restit. min., & latè dixi supra libro primo de tacita remissione ex temporis lapsu, & quamuis post lapsum tempus inuitus excludatur à iure suo tamen omittendo inquirere res suas intra tempus statutum videtur consentire, vt res sua pręscribatur, & videtur tacitè renunt. iuri suo.

Pręsumit quippè lex dominum tanto tempore tacentem, remque suam negligentem in alienationem consentire, ius est enim, vt non videatur alienare, qui patitur vsucapi l. alienationis ff de verb. sign. Quam pręsumptionem lex ideo inducit, vt iusta sit pręscriptionis causa, ac vt quasi præscriptum videatur permissu domini, cùm patiens rem pręscribi dicatur tacitè consentire, & præscriptio videatur tacita renunciatio, in iure radicando, licet aliud sit in iure radicato, quia tunc non habet consensum, & inuito præscribitur Balb. de pręscriptio. 5. q. princ. nu. 6 par. 1. prin. quin magis consentire videtur præscribi patiens, quã qui expressè consentit, quoniã patientis præscribi consensus habet tractum successiuum, sed consentientis expressè cõsensus est Momẽtaneus, qui minus potens est, quã successiuus. Io. Crot. l. filiusfam. §. diui, num. 153. ff. de leg. 1., & dixi lib. 1. de renunt. tacita per patientiam, & quamuis pręscriptio 30. ann. videatur potissimum inducta odio negligentis, tamen sola negligentia non est ratio introducendi præscriptionem, sed præsumptio solutionis, & in realibus tituli, & acquisitionis, quorũ probationes tempore pereunt, vt in auct. hęc cõstitu. innou. constitu. ibi, probationum scilicet difficultatibus impedita, & ita voluit Cumanus consilio sexagesimo septimo, stat. numero octauo, vbi inquit causam inducendæ pręscriptiones eam esse ne probationes deficerent, & lites tollerẽtur. Cum autem in præscriptione tam fauorabili, quam odiosa nulla consideretur principaliter publica vtilitas, neq; odium eius, cui pręscribitur, sanè dicendum est cum Dyno illi renunciare posse. Quibus accedit, nam si præscriptio inducta esset odio certi pręscriptioni eum præteritæ renunt. non posset, cùm tamen possit, vt supra dixi, neque tacitè renunciare posset lege emptor, C. de præscript. longi tempor. Quin iuri etiam in odium inducto renunciari potest, vbi ratio qua ius inducitur impedit etiã renunciationem, vt declarat Imola in dicta lege nemo potest, numero octauo. Cùm autem non inducẽdæ pręscriptionis sit, vt litium aliquis finis esset lege finali ff. pro suo. Certè hæc ratio non impedit renũciationem pręscriptionis, quoniã vbi est renunciatio, & pactum ne pręscribatur nulla lis esse potest, sed sequi debet iudex partium conuentionẽ lege si conuenerit ff. de re iudiciaria, lege prima §., & post operis ff de ope. nou. nunc., & ita declarat Imola dicta lege nemo potest, numero septimo in fine, ex his autem satis cõstat pręscriptionẽ non esse inductam odio, neque fauore publico, sed fauore priuatorum, per d. l. 1. ff. de vsucapio. nam cum pleriq; dominiũ probari non possit, nisi per pręscriptionem dominium

incerta

incerta sint, inducta fuit optima ratione præscriptionis auxilium, quo pręsumitur, vt is dominus censeatur, qui tanto tempore possedit, cum tit., & bona fide d. l., & ibi Cuma. nisi esset hæc præsumptio dominia essent incerta, vt igitur dominia sint certa, id respicit principaliter fauorem priuatorum, secundario autem bonum publicũ, quia cùm in præscriptione dominia sint certa cessant lites, & proinde id bonum publicum respicere videtur.

Sed quicquid sit, aut pactum excludit exceptionem præscriptionis ope replicationis arg. l. nemo pōt, & ibi glo. quamuis non excludat ipso iure vt communiter tenent doct. cum Dyno, vt per Bald. in d. l. nemo potest, num. 4., & sequitur ibi Imola, num. 7. ver. item adde, aut saltem hodiè non est dubium, quin opinio Dyni sit tenenda, Nam hodiè nulla præscriptio proced. cum mala fide, vt in c. fin. de pręscription. in c. possessor de regul. iur., & quamuis Bartolus in lege sequitur §. si viam ff. de vsucapio. contrarium velle videatur, tamen eius doctrina communiter reprobatur Ripa dicta lege nemo potest, num. 105., & ibi Guter. numer. 476. Vasq. de success. creat. §. decimo, numer. 12., & 34. stante autem pacto, & renunciatione debitor constituitur in mala fide cùm ex pacto scientiam habeat rei alienæ, & proinde sit malæ fidei, ergo nunquam pręscribere poterit, & ita tenet Ripa dicto num. 105. & ibi Guter. dicto num. 476. Quocirca renunciatio operabitur saltem per indirectum, ne quid præscribatur contra eam, quoniam per eam inducitur mala fides, quæ pręscriptioni obstat. Cuman. in dicta lege nemo potest circa fin.

Et ideò Butrigar. de renunt. iur. de beneficio lege sicut, & lege cum notissimi, C. de pręscrip. 30. vel 40. ann. inquit, quod consueuit renuntiare iuri diceuti, quod actiones personales, vel hypothecariæ competentes contra aliquem debitorẽ, pro aliquo debito, pro quo se obligauerat tolluntur 30. vel 40. ann. spatio nisi infra illud tempus intentatæ fuerint.

Cùm igitur clarè pateat pręscriptionẽ etiã 30. vel 40. ann. tolli posse renunciatione, vt supra demonstratum fuit, frustra quęritur an renunt. possit cum iuramento, & an detur remedium, quo impediatur præscriptioni, vt per Bart., & Alios in d. l. nemo potest.

4 Declaratur tantum, vt non valeat pactum, ne vnquam præscribatur quanquam valet pactum ne vsq; ad centum annos pręscribatur, vt not. in auct. quas actiones, C. de sacr. ecl. Bald. in l. a. col. 1. C. de ędilit. act., vbi inquit id esse mẽti tenẽdũ. Angel. in auct., vt ecle. Roma. ad fin. per glo. in d. auct. quas actiones Felinus in capitulo si diligenti, numero decimo octauo, versiculo intellige primò, de foro competenti & facit lege cum notissimi §. primo, Codice de pręscript. triginta, vel quadraginta ann. ibi non vltra quadraginta annos. Nam valet pactum ne vlla currat pręscriptio, nisi centum annorum. Bald. c. de causis, nu. 14. de offic. delega. aliud dicendum est in pacto, quod nullo tempore obijciatur præscriptio. Alberic. d. l. nemo potest, num. 7. per l. in hoc iudicio §. si conueniat ff. de commu. diuid., & hanc sentẽtiam sequitur Bald., & Angel., vt refert Cumã. in d. l. nemo potest circa finem, & sequitur Gabriel. cons. 144. nu. 35. lib. 2. Ripa in d. l. nemo potest, num. 112. Bero. in rub. de pręscriptio. nu. 79. cum seq., & ibi Felin. nu. 13. falleut. 2., & ita tenent communiter doct., vt per Vasq. de success. creat. §. 10. nu. 23. ver. limitanono, quamuis ipse cõtra hanc communem sententiam teneat, cum Croto in dicta l. nemo potest, num. 76., vbi contrarium tenet, & primo, quia quemadmodum inductum fauore publico, vt de vsucapione dicitur, non potest pacto tolli, ita neq; minui poterit, l. quod de bonis §. vlt. iuncto §. 1. ff. ad l. falcid. deinde facit l. de die ff. de pact. dot. iuncta l. 2. ff. eo. vbi quemadmodum non valet pactum, vt dos post mortem viri non restituatur, ita non valet id pactum, quo solutio dotis vltra tẽpus à iure statutum differtur, Verùm Bero. in d. rubr. de pręscript. num. 81. reprobat Crot. eiusque argumentis respondet.

Sed an per iuramentum in contractu appositum renuntiatum censeatur pręscriptioni, dixi lib. 5. capit. 4. sed, & hac in materia quæri solet, an impetrans priuilegium renuntiare videatur præscriptioni. De qua quęstione habetur in c. veniens, vbi glo., & Abb. col. 5. de præscriptio., & ibi doct. distinguunt, & tradit Balb. de pręscriptio. par. 5. quintæ part. prin. q. 2. Nam illud certum est, quod impetrans priuilegium contrarium pręscriptioni, illi renuntiasse videtur. Abb. cons. 94. nu. 4. lib. 2. & in d. c. veniens col. 5.

5 In hac autem materia, sæpe etiam quęri solet de voluntate, non etiam de potestate, scilicet an per quępiam verba ambiguat censeatur renuntiatum præscriptioni. In qua re illud certum est, quod per generalia, & obscura verba minime tollitur præscriptio. Angel., & Imola in lege cum stipulatus sim ff. de verborum obligatione. Alexander consilio centesimo septuagesimo, numero quinto, libro septimo. Mascardus de probationibus, versiculo renunciatio, conclusione millesima ducentesima sessagesima quinta, numero vigesimo secundo. Nam quamuis alias semper renunciatio generalis, comprehendat, & intelligatur generaliter, vt late dixi libro quarto, capitulo secundo, tamen per eam non excluditur pręscriptio. Flamin. Parisius de resigna. benefic. libro primo, quęst. 18. num. 28.

6 Hinc per hęc verba affimatiuè concepta perpetuò semper, omni tempore, quandocunque cum simili non censetur renuntiatum pręscriptioni temporis, quæ alias curreret. Tiraq. de retrac. lign. §. 1. glo. 10. num. 34.

Contrarium alij censuerunt, si quidem hæ dictiones perpetuo, & semper quandocunque sua vi important infinitatem, atque ideo ostẽdunt claré voluntatem tollendi præscriptionis auxilium. Bart. l. fideicomissa §. si quis decẽ ff de leg. 3., & in l. qui bona fide §. fin. col. fin. ff de dam. infec. Ange., & Imo. in l. 1. ff. de vsucap. Socin. cons. 86. num. 11. lib. 1. Ruin. cons. 111. num. 7. lib. 1. Cephal. cons. 40. num. 12. lib. 1. Bero. q. 5. num. 4. Gabriel, consilio 144. num. 21. cum seq. lib. 2. Bursa. cons. 330. num. 152. lib. 3. Petruc. in l. 1. num. 218. ff. de iureiur. fac. tex. in l. quod si nolit § si quid ita, vbi Bald., & Ange. ff. de ędil. edic. l. præscriptionem, C. de præscript. 30. ann. Nam dictio perpetuo sui natura ad minus importat spatium centum annorum l. 2. §. hoc edictũ perpetuum, & ibi glo. ff. ne quid in loco public. Ceph. d. cons. 40. num. 13, & illa verba omni tempore excludũt præscriptionis exceptionẽ, glo in l. 1., & ibi Ange. ff. de concussio, & de dictione quandocunque habetur in l. si finita, in princ., vbi doct. ff. de dam. infec. l. si ita stipulatus fuero ff. de fideiuss. Namq; id verbum importat infinitatem, proindeq; excludit temporis præscriptionem, Deinde, quia dictum pactum videtur collatum in liberam voluntatem, & sic censetur factum sub conditione potestatiua, vt per Bart. in l. si decem cum petiero ff. de ver. obl. Nullo autem tẽpore præscribitur facultati adimplendi conditionem potestatiuam. Bart. in l. fin. ff. de condi. institut. & in l. si pignori ff. de vsucap.

Neq; dicatur, quod in materia præscriptionum hę dictiones denotantes infinitatẽ restringi debeant ad 30. ann., & quod infinitas sit euitanda, quoniam ijs respondet Gabriel. dicto cons. 144. num. 24., & 27. cum seq.

Verùm ipsi accedo sententiæ Tiraq. d. glo. 10. num. 34. Nam sciendum est, quod omnis dispositio intelligi debet secundum ius cõmune l. quæro §. inter locatorem ff. loca., & verba obscura semper intelligi debent secundum subiectam materiam l. si vno ff. loca. Imò intelliguntur, impropriantur, & restringuntur secundum subiectam materiam, vt latè per Tiraq. in l. si vnquam, in ver. reuertatur, nu. 36. cum seq. C. de reuoc. don. Cùm autem ius disponat, vt huiusmodi verba alioquin denotantia infinitatem temporis, restringantur ex subiecta materia præscriptionum ad 30. ann. certè pręsumuntur paciscentes se conformare cum dispositione iuris communis, quo disponitur, vt in materia præscriptibili huiusmodi verba restringantur, Tiraq. d. glo. 10. num. 34. Bologne. in l. nemo potest, num. 235. ff. de leg. 1. Namq; generalia verba debent intelligi prout tacitè res inerat ideo nihil operantur. Tiraq. d. glo. 10. num. 33. Sanè videmus, quod dictio perpetuò, quæ aliàs importat infinitatem, & comprehendit omne tempus, l. eum debere ff. de seruit. vrb. præd. Bald. in l. si quis ad declinandam, col. 3. ver. restat dubium, C. de episc. & cler. non excludit præscriptionem 30. ann. l. minor §. statu liberum ff de euictio. & actiones quæ 30. ann. præscribuntur perpetuæ vocãtur l. prætor ait §. hoc interdictum perpetuo & ibi glo. in vers. perpetuo exponit illud verbum idest vsq; ad 30. ann. ff de ope. no. nunc. & fac. insti. de perpet., & tempor. act., & fac. glo. in l. 1. ff. pro socio similiter verbũ, quandocunque restringitur ad 30. ann. glo. in l. 1. in ver. pręscriptionum, & ibi not. Corne. C. de bon. matern., vbi tex. est in hæc verba nullam poterit opponere pręseriptionem filijs quãdocunq; vendicantibus rem suam, & glo. intelligit, nisi sint lapsi 30. ann., & est glo. in c. 1. in ver. quandocunq; de feu. da. in vic. leg. commisso. & quod per verbum quandocunq; minimè auferatur pręscriptionis auxliũ, voluit Io. Crot. in c. conquestus, numer. 27. de vsur. latè trad. Bologne. in d. l. nemo potest, num. 232. vbi plures pro hac sententia citat. Idemq; dicendum erit de verbo semper, & omni tempore vt restringatur ad 30. ann. Nam actioni de dote præscribitur 30. ann. l. in rebus §. fin. C. de iure dot. quamuis in l. 1. ff. solu. matr., & ibi not. Bald. dicatur dotis causá semper, & vbiq; præcipuã esse. Et hęc dictio semper, vel quandocunq; habet metam 30. ann. Roman. l. in cognitione, num. 1. ff. ad Sillan. Quapropter per hanc dictionem non censetur renunt. præscriptioni. Tiraq. de retract. conuent. §. 1. glo. 2. num. 10. Bologne. d. l. nemo potest, nu. 228. & ibi Io. Crot. num. 81. Quamuis enim dictio semper denotet temporis perpetuitatem, per eam tamen non excluditur præscriptionis auxilium glo. in l. in cognitione in fi. ff. ad Sillania, quam ad id not. Alex. in d. l. nemo potest col. penul. Qua ratione etiam si dictum fuerit, quod nulla currat præscriptio, vel non obstãte pręscriptione, non tollitur præscriptio 30. ann. c. 1. de capitu. corrad., vbi glo. Afflict. nu. 33. & alij. Castren. in l. 1. colum. pen. C. de bon. matern. Bologne. in d. l. nemo potest, nu. 226. sic quoq; per generalia verba, promittẽtis soluere ad omnem petitionem, & voluntatem alterius, non censetur renuntiatum pręscriptioni temporis Ange., & Imol. in l. cum stipulatus fin. ff. de verb. oblig. Tiraq. d. glo. 10. nu. 33. Cephal. cons. 371. num. 22., & con. 407. numer. 26.

7 Deniq; per clausulam generalem factam, omni legum, & iuris auxilio non censetur renuntiatum præscriptionis auxilio, quamuis contrarium voluerit, Cæphal. cons. 40. nu. 11. cons. 724. num. 28. Neq; enim huiusmodi generalis renunciatio trahi debet ad id auxiliũ quod adhuc non compętit, Ronchegal. in l. 3. §. vbi duo. num. 114. ff. de duo. reis, & dixi lib. 4. cap. 2. num. 52. Atq. huiusmodi clausula, & dictiones cum apponantur in clausulis executiuis, parum operantur clem. 1. de præbend.

Non obstat modo quod supradicta verba,

scilicet

ſcilicet perpetuo, ſemper, omni tempore, quádocnnq; cum ſim. denorant infinitatem proindeq; excludunt temporis præſcriptionem quũ contrahentes cenſentur voluiſſe ſe conformarecum diſpoſit. iuris communis, ſcilicet, vt dicta verba reſtringantur ſecundum ius commune, neq; cenſentur voluiſſe per talia verba inducere infinitatem, vt per Bologni. d. l. nemo poteſt nu. 230. verſ. nec obſtat quod ſint verba.

Præſuppoſita igitur poteſtate renuntiandi præſcriptionis auxilio perquirenda erit volũtas renunciandi, ſi quidem fruſtra §. ſimus de volũtate vbi deficit poteſtas, & regula eſt, quod generalitas non comprehendit ea, quę ſpecialiter prohibentur, gloſ. in l. 1. ff. de offic. eius, & habetur lib. 4. c. 2. num. 53. Per generalia quippè verba non cenſetur renuntiatum ijs ꝑſcriptionibus, quibus expræſsè renunciari nõ poteſt, Fœlyn. in rub. de præſcrip. num. 17. ver. 2. aduert. Voluntas autem renuntiare volẽtis debet clarè conſtare ex verbis expræſſis, & claris non etiam ex generalibus, & obſcuris Nam quis non præſumitur velle, quod non expræſſit, l. 1. §. ne autem C. de cad. toll.

Hinc quoties verba ſunt geminata demonſtratur voluntas renunciandi, & geminata verba operantur quod non pñt operari ſimplicia. Nam ſi dictum fuerit, quod nulla currat præſcriptio slz. quod omni tempore, in perpetuum & quandocunq; liceat petere, vel redimere, ꝑ hęc verba cenſebitur ſublata omnis præſcriptio, vſque ad centenariam Bolog. d. l. nemo poteſt n. 235. ver. ſi tamen eueniret.

8 Ad excludendum autem præſcriptionis auxilium doct. plures tradunt cautelas, Namq. nonnulli docuerunt, vt id quod non poteſt fieri per viam renunciationis, fiat per viam repetitæ obligationis, Bal. l. cunctos populos, C. de ſum. trin. nu. 55. nempè vt fiat pactum, quod finita præſcriptione, iterum ſit debitum id, qđ erit præſcriptum. Bart. in d. l. nemo poteſt nu. 22. per tex. in l. ſicut in annos ff. quibus mod vſusfr. amit. etenim deſinentia vnius eſt origo alterius Bald. l. 2. C. vt in poſſeſſ. legat.

Alteram cautelam docet Ang. in l. quæſitũ, §. 1. ff de præcar. slz. vt ita dicatur, quod vſq; ad 30. ann. debeas, quoniam poſt dictorum an. ſpatium tantum præſcriptio curret, cum non poſſ. finiri res eo caſu, quo incipit l. Titio cum morietur ff. de vſufr., & facit quod trad. Fœlyn. in rub. de pręſc. num. 13. Fallen. 2. vbi licet non valeat pactum quod nunquam pręſcribatur, tamen valebit, quod non præſcribatur niſi certo temporis ſpatio.

Verum Iaſ. in d. l. nemo poteſt in 2. lect. num. 188. improbat ſupradictam Bartuli cautelam, reſpouderq; obiectioni textus in dicta lege ſicut in annos eandemq; reprobat Fęlyn. in d. rub. de pręſcript. num. 17 Fallen. 7. quem ſequitur Balb. de præſcrip. p. 5. prin. q. 6. num. 4. verſ. & tandem concludit, ſed omiſſa diſput. an valeat dicta cautela, an, id minus, repetenda erit concluſio, quam ſupra firmaui, ſcilicet, non valet pactum ne vnquam præſcribatur, cũ tamen valeat ne vſque ad centum annos præſcribatur.

LXXXVI. RENVNCIATIO IVRIS REVOCANDI DONATIONEM.

Ex cauſa ingratitudinis.

Summæ.

1 *Donationis reuocandæ cauſæ ſummę duæ ſunt.*
2 *Ingratitudinis cauſę, ex quibus reuocari poteſt donatio ſunt quinque.*
3 *Ingratitudo commiſſa remitti poteſt.*
4 *Donatio, vt non poſſit reuocari ex cauſa cuiuſcũque ingratitudinis committendæ, renuntiari non poteſt.*
5 *Ingratitudinis futuræ renunciatio eſt contra bonos mores, & inuitat ad deliquendum.*
6 *Clauſula quę communiter apponitur in donationibus quod donator non poſſit reuocare donationem ex quacunq; cauſa ingratitudinis, quã cõmitti poſſet, non valet.*
7 *Pactum, quod vaſſallus non cadat à fæudo ex cauſa futura feloniæ, non valet.*
8 *Ingratitudo futura remitti non poteſt.*
9 *Ingratitudinis futuræ renunciatio an ſaltem valeat cum iuramento.*
10 *Ingratitudinis futuræ renunciatio non operatur vbi agitur de dolo vero donatarij.*
11 *C. quemadmodum de iureiur. declaratur.*
12 *Ingratitudinis futuræ renunciatio cum iuramento operatur quò ad ingratitudinem quę committitur ex cauſa inobſeruantiæ pactionum impoſitarum in donatione.*

1 Reuocandę ſimplicis donationis cauſæ ſummæ, duæ ſunt, nempè ingratitudo donatarij, & liberi a donatore poſteà ſuſcepti. De cauſis ingratitudinis, ex quibus donatio reuocari poteſt agitur maximè in l. vlt. C. de reuocat. donat. De altero genere reuocãdi donationem habetur in l. ſi vnquam, C. de reuoc. donat., de qua mox dicam. Nunc videamus de priore genere, hoc eſt de cauſis, propter quas donationem reuocare liceat.

2 Cauſæ ingratitudinis, ex quibus reuocari poteſt donatio ſunt quinque, quæ comprehenduntur Conſtit. Iuſtiniani in l. vlt. C. de reuoc. don., & trad. glo. in §. 1. inſtit. de donat. Harum autem duo ſunt genera, nã ex ijs quædam ſunt in faciendo; quædam in omittendo. In faciendo conſiſtunt priores quatuor d. l. vlt. enumeratę, in omittẽdo illarum poſtrema. Rurſus cauſæ, quæ ſunt in faciendo ita diſtinguuntur, vt prima reſpiciat donatoris famã, altera corpus,

pus, tertia bona, postrema vitam, nam prima causa exigit atroces iniurias in donatorem effusas, secunda procedit, si donatarius manus impias donatori attulerit. Tertia causa est, cùm donatarius donatori ingerit iacturam patrimonij, eamque non leuem. Quarta causa est si donatarius periculum vitæ donatoris intulerit, & hæ sunt quatuor ingratitudinis causæ quæ in faciendo consistunt est, & quinta causę d. l. vlt. comprehensa, in non faciendo consistens, ea autem est si donator certa lege, & quibusdã pactionibus donauerit, quas posteà donatarius, cum posset, implere noluerit.

Circa renunciationem, vt donatio reuocari non possit ex vlla causa ingratitudinis, primò videndum est de ingratitudine iam commissa; Deinde de renunciatione ingratitudinis committendæ, Denique an renunciari possit futuræ ingratitudini saltem cum iuramento.

3 De ingratitudine iam commissa illud certum est eam remitti posse l. vlt. C. de reuocat. don., & ibi Ripa num. 18. nam, & sola dissimulatione quis tacitè renũtiare videtur ingratitudini commissæ, vt in d. l. vlt. Salicet. lege pactum, quod dotali, num. 3. C. de pact. Cagnol. in l. contractus, num. 104. ff. de reg. iur. & ideò valet pactum de non reuocando donationem propter ingratitudinem iam commissam, & propter dolum commissum. Barbatia cons. 18. num. 12. lib. 4., nam præterita ingratitudo, & expressè, & tacitè remitti potest. Surd. cons. 94. in fine libr. 1. sic, & aliàs dolus commissus remitti potest l. si vnus §. illud ff. de pact.

4 Aliud tamen dicendum est in ingratitudine futura, nam non valet pactum, quod donatio reuocari non possit ratione cuiuscunq; ingratitudinis committendę, doct. in l. vlt. Cod. de pact., & ibi Bart. num. 3. Paul. de Cast. Bald. Ias. num. 17. Franch. Curt. num. 30. Dec. nu. 22. Purpurat. num. 128. Curt. Iun. num. 33. Cagnol. num. 87., & Bolognet. num. 98. versi. sed tamen. Specul. tit. de donation. §. 1. ver. quid si actum. Bald. in l. fin. C. de bon. quæ libe. Cagnol. in l. contractus, num. 104. ff. de reg. iur. Alex. cons. 40. lib. 4., & in l. stipulatio hoc modo concepta, numer. 23. ff. de verb. oblig. Roman. cons. 26. col. fin. Corne. consil. 102. num. 7. cum seq. lib. 1. Rube. consil. 64. num. 1. Felin. c. si diligenti, num. 25. coroll. 5. de foro compet. Marsil. sing. 289. Tiraq. in pręfat. l. si vnquam, num. 140. C. de reuocat. donat. Curt. de feud. q. 7. cap. 8. in fi. Ripa l. fin. num. 181. C. de reuoc. don. Socin. Iun. in l. stipulatio hoc modo, nu. 104. ff. de verb. obli. ibi Io. Crot. nu. 110., vbi asserit neminem ab hac sententia dissentire. Seraph. de priuileg. iuram. priuileg. 108. in prin. Tennin. caut. 52. Surd. de aliment. tit. 1. q. 55. num. 21., & tit. 8. priuil. 66. num. 8.

5 Ratio cur huiusmodi renunciatio, vel pactũ non valeat, illa est, quoniam est contra bonos mores l. si vnus §. illud ff. de pact. Bart. l. vlt. n. 3. C. de pact. Dec., & Cagnol. in l. contractus ff. de regul. iur. nec non quia inducit ad delinquendum, contra l. conuenire ff. de pact. dot. Bart. d. l. vlt. num. 3.

6 Hinc infertur eam clausulam, quæ communiter apponitur in donationibus, quod scilicet donator non possit reuocare donationem, ex quacunque causa ingratitudinis, quæ cõmitti possit non valere, vt not. Bald. in l. vlt. C. de pact., & ibi Paul. de Cast. num. 12., vbi inquit id esse menti tenendum, atque ita se ipsum cõsuluisse. Multoque minus hæc renunciatio valebit in donatione remuneratoria, cùm in illa superflua sit. Menoch. cons. 308. nu. 4.

7 Qua ratione non valet etiam pactum, quod vasallus non cadat a feudo, ex causa futurę feloniæ. Bald. in l. 1. ff. de re. diu. in c. 1. tit. de feud. guard., quem sequitur Franc. Curt. in l. fin. num. 31. C. de pact., & in tract. de feud. q. 7. c. 8. num. 3. Sic, & patronus paci sci non potest ne ex causa ingratitudinis libertum reuocare possit in seruitutem. Surdus de aliment. tit. 8. priuil. 66. nu. 9., & dixi ad renunc. iuris patron.

8 Nam prædicta procedunt non modò in donatione, sed, & in omnibus iuribus, quę possunt ex causa ingratitudinis reuocari. Vnde non obstante renunciatione ingratitudinis futuræ, seruus manumissus, ex causa superueniẽtis ingratitudinis poterit in seruitutem reduci. Nec non filius emancipatus ex causa superueniẽtis ingratitudinis poterit redigi in patriam potestatem, sed, & filius legitimatus poterit ex ingratitudinis causa in potestatem reduci. Dec. l. vlt. num. 23. C. de pact. Horum autem ratio illa est, quoniã futura ingratitudo remitti non potest. Dubium itaque non est, quin ingratitudo commissa remitti possit, non etiam futu-
9 ta. Sed dubium est an saltem renuntiari possit cum iuramento, vt donatio reuocari non possit ex causa ingratitudinis committẽdæ, vt inquit Socin. Iun. d. l. stipulatio hoc modo, nu. 105. & sanè plerique existimauerunt renunciationem cum iuramento valere, & ita voluerunt Io. Andre. in addit. ad specul. tit. de donatio. §. 1. ver. quid si actum. Alex. in d. l. stipulatio hoc modo, numer. 23., vbi asserit hanc sententiam seruari in practica, & in cons. 40. super primo dubio, col. vlt. ver. frustrà autem lib. 4. vbi inquit hanc opinionem, vti veram esse tenendam, tam in legendo, quam in consulendo Ancharan., & Butri. in c. fin. de donat. Felin. in c. si diligenti, nu. 25. de foro compet. doct. in l. fin. C. de pact., & ibi Ias. numer. 18. Dec. num. 24. Purpurat. num. 128. Cagnol. nu. 90. Bolognet. num. 97. Tiraq. in d. præfat. l. si vnquam Petruc. l. 1. num. 258., & num. 284. ff. de iureiur. Bauer. de virtu. iuram. numer. 54. versic. trigesimo octauo. Rube. cons. 114. vbi communiter asserit Rimin. Iun. cons. 234. nu. 52. lib. 1. Bursat. cons. 304. numer. 28. lib. 3.

Guter. de contract. iurat. c. 10. num. 6. Menoc. conf. 723. in fi. Tcunln. cautel. 52. num. 1. & ita tenent omnes doct. supra relati per tex. in c. quemadmodum, de iureiur. vbi valet iuramentum de non accusando, & loquitur etiam in delicto committendo, vt per Fœlyn. d. c. si diligenti, num. 25. Neq. obstat secundum eum quod detur materia delinquendi, quoniã imò non obstante iuramento poterit quis accusare vt locus sit pœnę, sed non ad propriam accusãtis vtilitatem, vt per eum, vbi inquit ita quotidiè seruari.

Verùm alij tenuerunt hanc renuntiationẽ non valere etiam cum iuramento, & hanc opinionem tenet Roman. in d. l. stipulatio hoc modo num. 9. in l. donationes §. species, circa fin. ff. de donat. & conf. 26. num. 9. & ita tenent doct. Papien. vt refert Curt. iun. in l. fi. num. 32. C. de pact. vbi inquit hanc opinionem esse veriorem, & opinionem, Roman. esse æquã & probabiliorem de iure inquit Socin. iun. d. l. vlt. num. 105. & hanc opinionem Rom. sequi videtur Netta in c. quamuis pactum nu. 107. de pact. lib. 6. Huius sententiæ rationem adfert, Bart. in l. fin. C. de pact. quoniam renunciatio est contra bonos mores, & inuitat ad delinquendum c. non est obligatorium de regul. iur. lib. 6. l. conuenire ff. de pact. dot. Roman. d. l. stipulatio, nu. 9. Neque obstat d. c. quemadmodum, quo innituntur doct. qui contrariam opinionem tenent, quoniam ibi agitur de non accusãdo delictum iam commissum, quod remitti potest, cùm dolus præteritus remitti possit, secus autem est, vbi ageretur de non accusando delictum committendum, vt respõdet Roma. d. l. stipulatio, num. 9.

Sed quia hæc opinio ita indistinctè intelligi non debet, quoniã esset valdè dubia, vt inquit Curt. iun. in l. vlt. num. 33. Cod. de pact. ideò aliqui distinguunt, vt per Rip. in l. fin. q. 54. C. de reuoc. don.

10 Mihi placeret ea distinctio, vt renunciatio futuræ ingratitudinis, ita demum valeat, si nullus dolus verus donatarij probatur, quouiam tunc cessãt ratio Barr. in d. l. vlt. C. de pactis cæterum vbi agitur de dolo futuro, vel de renunciatione aduersus bonos mores, ac inuitãte ad delinquendum certè non valere renũciatio etiam cum iuramento, & ita pulcrè distinguit Bald. conf. 18. notissimum est lib. 1. cõl. 39. factum proponitur lib. 2. sequitur Purpurar. l. vlt. numer. 128. C. de pact. ver. secundò limitatur, & ita distinguit etiam Corne. conf. 120. in hac consultatione lib. 1. idem Bald. in l. 1. q. 52. ff. de re. diu. Iacob. à S. Georg. de feud. in ver. qui quidem inuestiti, col. 18. & hanc distinctionem sequi videtur Curt. iun. in l. vlt. num. 31. C. de pact. & hanc opinionem tenet Seraphin. de priuileg. iuram. priuil. 108. nu. 21. ver. secundò cogitabam, vbi ita distinguit, sed non allegat Bald. nec alios. Nam illud certum est, quod renunciatio contra bonus mores, non valet etiam cum iuramento c. non est obligatorium de reg. iur. lib. 6. item, quod dolus futurus nulla ratione remitti potest, lege si vnus §. illud ff. de pact. & quod renunciatio inuitans ad delinquendum non valet l. conuenire ff. de pact. dot. Negari autem non potest quin illæ quatuor causę priores ingratitudinis enumeratæ in d. l. vlt. Cod. de reuoc. don. sint contra bonos mores, & quin renunciatio illarum causarum sit item aduersus bonos mores, Franc. Curt. l. fin. nu. 32. C. de pact.

11 Neque huic distinctioni obstat d. c. quemadmodum, quoniam ibi agitur de delicto iam commisso, & ita respondet Roman. in d. l. stipulatio. Franc. Curt. d. l. fin. num. 32. & alij. Ratio autem, quam adfert Alex. in d. l. stipulatio hoc modo, parum tuta est, nam non rectè infertur, quis non obstante remissione puniri poterit, ergo renunciatio, aut pactum non est contra bonos mores, vt tradit Franc. Curt. d. l. fin. num. 32. est igitur concludendum, quod vbi constat de dolo vero donatarij, vel quod renunciatio sit contra bonos mores, vel etiam, quod inuitet ad delinquendum, tunc renũciatio etiam cum iuramento non valet, secus vbi agitur de dolo præscripto, non etiam vero, aut lata culpa donatarij, quoniam tunc renunciatio valebit.

12 Hinc quoque infertur, vt valeat renunciatio ex causa ingratitudinis ex contractu, hoc est ex inobseruantia pactionum impositarum in donatione, quoniam tunc cessat ratio delicti & doli veri. Bald. in c. 1. de feu. guard. Barbat. conf. 4. illud asseram, colum. 3. & finali lib. 4. sequitur Purpurat. d. l. vlt. num. 128. versiculo tertio limitatur.

LXXXVII. RENVNCIATIO, LEGE SI VNQVAM, C. DE REVOC. DON.

Summæ.

1 *Dispositionis lege si vnquam, Cod. de reuoc. don. ratio.*
2 *Dispositioni l. si vnquam renuntiari an possit.*
3 *Lege si vnquam, C. de reuocatione donationis cur inducta.*
4 *Dispositioni l. si vnquam renuntiari posse.*
5 *Tacita quoque renunciatione tollitur dispositio l. si vnquam, C. de reuoc. don.*
6 *Renunciatio iurata, lege si vnquam, C. de reuoc. don.*
7 *Specialis, & expressa esse debet renunciatio lege si vnquam.*
8 *Renunciari quando possit remedio l. si vnquam.*

Onstãtinus Princeps pientissimus, piè & humaniter succurrit donanti, vt is qui non habens liberos, bona sua omnia, vel partem donauit, natis posteà liberis

liberis reuocare possit donationem, vt habetur in l. si vnquam, C. de reuoc. donat. Quæ sanè donationes ex dicto beneficio reuocantur ipso iure, & in totum Bart. in l. Titia §. imperator num. 1. ff. de leg. 2. Tiraq. in d. l. si vnquam, in ver. reuertatur Tesaur. decis. 121. in princ.

1 Ratio huius dispositionis posita est in coniectura pietatis, & est verisimilis, & præsumpta mentis donantis, qui si de futuris liberis cogitasset, verisimiliter non donauisset, aut saltem donationi eam conditionem appofuisset, vt susceptis postea liberis, ea irrita fieret, vt latè per Tiraq. in præfatio. d. l. si vnquam, numer. 37. cum pluribus seq. Neque enim verisimile est donantem alienas successiones sui præferre, vt inquit glo. in d. l. si vnquam, per l. cum acutissimi, C. de fideicom., & facit l. cum auos ff. de cond., & demon., & l. generaliter §. cum autem, C. de institut., & substitut. Potest itaque donator beneficio huius legis, susceptis post donationem liberis, eam reuocare nimirũ quasi defecta conditione, sub qua tacitè donasse intelligitur, hoc est si liberos nõ habuerit. Cuiac. obseru. lib. 20. c. 5., & hęc est vera ratio d. l. si vnquam, vt tradunt ibi cõmuniter doct. Vasq. controu. illustr. lib. 1. c. 10. num. 39. sequitur Melch. Palae. tract. de maiora. parte 1. q. 21. num. 17. Quin hęc ratio sola est, nempè verisimilis, & præsumpta mens donantis. Tiraq. in d. præfat. num. 64. & ibi Ripa q. 31.

Vt autem prosequamur materiam nostram 2 illud quæri solet, An renunciari possit dispositioni dictæ l. si vnquam an id minus. Quæ sanè quæstio est admodum anceps, & dubia, cùm contrarias habeat opiniones, rationibus, & auctoritatibus multis subnixas, & plures sint vtrinq;. Tiraq. in præfat. d. l. si vnquam, nu. * 164. Clarus §. donatio q. 22. ver. tertio infertur. Mysing. centur. 5. obseru. 63. numer. 4. Vnde plures dixerunt hanc dubitationem ob eius ambiguitatẽ indigere decisione Cęsarea. Grat. conf. 50. nu. 66. lib. 1. Mysinger. d. obseru. 63. in fi. Gaill. obseru. 40. in fi. lib. 1. Duo autem sunt opiniones, prima est renũtiari non posse beneficio d. l. si vnquam, etiam cum iuramento, & hanc tenet Io. Andre. in addit. ad Specul. tit. de instrum. edit. §. porrò, ver. hoc autem certum est. Salicet. in d. l. si vnquam. Roman. conf. 269. Oldra. conf. 173. Patis. cõf. 72. num. 36. conf. 73. numer. 14. lib. 1. Ruin. conf. 173. numero decimo quarto lib. 1., qui testatur hanc esse magis cõmunem. Socin. Iun. conf. 50. nu. 20. conf. 137. col. 1. lib. 2. Boer. q. 159. numer. 7., & pro hac opinione plures refert Tiraq. in præfatio. d. l. si vnquam, num. 89., & num. 112., & plures hanc sententiam tenuerunt, vt refert Craue. conf. 718. numer. 18. ver. nono. Ripa d. l. si vnquam q. 31. Decian. conf. 39. num. 31. lib. 2., & plures etiam refert Socin. iun. conf. 137 numer. 2. lib. 2. Cephal. conf. 445. nu. 42., vbi inquit hanc sententiam esse magis communem, & æquiorem, consil. 670 nu. 25. & conf. 94. num. 22., vbi tamen dicit hanc opinionẽ esse periculosam ob Bart. & alios, qui contrariam voluerunt. Ferrar. in forma lib. pro donatione, in ver. irreuocabiliter, & in hanc sententiam aliquando inclinasse Dominos Camerales, refert Mysinger. centur. 5. obseru. 63. num. 8. Clarus §. donatio q. 22. vbi inquit hanc opinionem sibi semper magis placuisse. Io. Crot. in l. 2. in prin. num. 16. ff. solu. matr. Gail. obseru. 40. in fi. lib. 1.

Contrariam autem sententiam affirmatiuam, & quod renunciari possit, plures alij voluerunt, & ita tenet Bart. in l. Titia §. imperator, numer. 7. ff. de leg. 2., & in l. 1. col. 2 Cod. de inoffic. donat. Imola in c. cum contingat de iureiur., vbi inquit hanc esse veriorem sententiam. Bald. in l. 1. ad fin. C. de inoffic. donat. Roman. sibi contrarius conf. 26. pro decisione in tertio dubio. Specul. tit. de instrum. edit. §. porrò, nu. 4., & ibi Bald. in addit. Cuman. in d. §. imperator, & ibi Rube. num. 127., & num. 230. Rimin. Sen. conf. 475. num. 3., vbi inquit hanc opinionem veriorem videri, & hęc opinio est communis. Bertrand. conf. 179. ex themate post prin. lib. 2., & conf. 32. optasem in tertio dubio lib. 3. Bero. conf. 49. nu. 43., & num. 48. lib. 1 Socin. conf. 147. circa. fin. lib. 1., & conf. 263. num. 13. lib. 2., vbi asserit hanc esse magis cõmunem. Socin. Iun. conf. 67. num. 52. conf. 79. num. 24. lib. 2. Io. Crot. sibi contrarius in l. nemo potest, nu. 58. ff. de leg. 1. Rimin. Sen. conf. 511. nu. 8. cum seq., & conf. 572. num. 8. Vasq. de success. in auth. vnde si parens, num. 18. Alba conf. 198. num. 54. Gabriel. conf. 127. num. 39. lib. 1. & hanc opinionem multi tenuerunt, & hi non leuis auctoritatis, vt refert Socin. Iun. conf. 137. nu. 3. ver. secundo principaliter lib. 2. & quod expressè renuntiari possit tenet Tiraq. in præfat. d. l. si vnquam, num. 96., vbi inquit hanc sententiam esse probabiliorem, & num. 87. 88. vbi propè infinitos pro hac sententia refert, & idem circa finem præfationis, inquit hanc esse communiorem, & hanc opinionem sequitur Ripa in d. l. si vnquam q. 31. asserens hanc esse communem, & contrariam opinionem esse falsam, hancque veriorem esse, inquit Cunon. tract. de pact. lib. 1. c. 16. nu. 133. ver. verumtamen, & cõmunem esse, ac veriorem restatur Ias. in l. pen. numer. 8. C. de pact., & ibi idem testatur Dec. num. 14. Anton. Gabriel. tit. de donatio. concl. 2. num. 63., & quod renunciari possit, voluit Cuiac. obseru. lib. 2. c. 5. Guter. de contracti. iurat. c. 9. num. 10. Decian. conf. 39. num. 66. lib. 2. Viuius decis. 259. nu. 3., & decis. 404. numer. 16., & plures tenentes hanc opinionem, refert Clarus §. donatio q. 22., vbi inquit hanc opinionem videri magis cõmunem, quamuis ipse postea sequatur contrariam sententiam.

3 Totius disputationis cardo in eo vertitur an d. l. si vnquam inducta sit solo fauore donantis, an

sed verò etiam fauore filiorum. Vnde qui existimauerunt dispositionem d. l. si vnquam, respicere solum donantis fauorem concludunt illi renuntiari posse. Qui verò crediderunt dictam dispositionem inductam fuisse, tam fauore ipsius donantis, quam filiorum tenent negatiuam opinionem, hoc est renũtiari non posse.

Ratio itaque vera dispositionis d. l. si vnquã posita est in amore, & pietate parentum in liberos, qui si de liberis cogitassent, verisimiliter non donauissent, aut saltem eam conditionem donationi apposuissent, vt posteà liberis susceptis ea irrita fieret. Vnde apparet hic versari solum fauorem donantis, non etiam filiorum, & rationem d. l. si vnquam, esse solam voluntatem donantis præsumptam, & verisimilẽ, & ita tenent omnes, qui sequuntur opinionem affirmatiuam, nimirum renuntiari posse, & præsumptam donantis voluntatem esse solam huius dispositionis rationem, voluit Bart. d. §. imperator, nu. 7. Dec. l. si quis in conscribendo, nu. 8. C. de pact. tradit Roman. cons. 26. num. 6. Mysinger. centur. 5. obseru. 63. circa prin. Gabriel. cons. 127. num. 37. lib. 1., vbi asserit illud receptissimum esse dispositionem d. l. si vnquam inductam fuisse, & præsumpta, & verisimili mente donantis. Socin. iun. cõs. 79. num. 24., & cons. 67. num. 51. lib. 2., vbi asserit hanc esse veram rationem, & ita doct. communiter tenere, & idem inquit Ripa d. l. si vnquam q. 51. Rimin. Sen. cons. 475. nu. 2. & hanc rationem offert glo. in d. l. si vnquam Ex quibus clarè liquet dispositionem huius beneficij respicere solum fauorem donantis, qui sic donare videtur, ex eius verisimili, & præsumpta voluntate. Ratio autem eorum, qui sequũtur contrariam opinionem illa est, quod dispositio d. l. si vnquam, non tam ex præsumpta donatoris mente, quam fauore futurorum filiorum, inducta fuerit, & quamuis patris cõmodum in ea reuocatione etiam versetur, tamen id euenit minus principaliter, & proinde attendi non debet l. si quis nec causam ff. si cer. pet. Quò fit, vt pater renunciando futuris liberis præiudicasse minimè possit, quoniam, & alias semper nemo potest fauori alterius, atq; in illius præiuditium renuntiare.

Ex quibus constat rem hanc esse admodum dubiam, vt non mirum sit, si plures, vt iam dixi, doct. dixerunt eam indigere decisione cæsarea. Verùm si in dubijs sententia libera cuique est, mihi semper potior visa fuit opinio 4 affirmatiua, vt renuntiari possit beneficio d. l. si vnquam. Nam certum est donationem ex beneficio d. l. si vnquã reuocari, ob præsumptam voluntatem donantis, glo. in d. l. si vnquam, atq; ex eo, quod donans non cogitauit de liberis; at vbi constat donantẽ cogitasse de liberis, atque donare voluisse omninò, & vel in casum futurorum liberorum, tunc cessat voluntatis quęstio, & verisimilitudo, & cedit pręsumptio veritati l. continuus §. cum ita ff. de verb. obl. latè Tiraq. in præfat. d. l. si vnquam. num. 87.

Planè cùm donans cogitauit de futuris liberis, tùm non procedit dispositio d. l. nimirùm cessante ipsius ratione. Bart. d. §. Imperator col. 2., & ibi Cuman. in l. 1. col. 2. C. de inoff. donat. Dec. l. pen. num. 8. C. de pact. Tiraq. in d. pręfat. numer. 63., & ibi Ripa q. 51. Cuiac. obseru. lib. 20. c. 5. Socin. iun. cons. 79. num. 24. lib. 2. Vasq. de success. in auth. vnde si parens, num 17. Neque dicendum est beneficium d. l. si vnquam, inductam fuisse etiam ratione filiorum, quoniam imò respicit solum fauorem donantis, ex illius præsumpta voluntate, vt voluerunt omnes, qui sequuntur hanc affirmatiuam opinionem. Dec. d. l. pen. nu. 8., & num. 14. Ripa d. q. 51. Tiraq. in d. præfat. Cuiac. d. c. 5. 10. Crot. l. nemo potest, nu. 58. ff. de leg. 1., & pro hac ratione facit tex. in d. l. si vnquã in illis verbis, id quod donatum est reuertitur in arbitrio donatoris mansurum vt per Bald. ibi, Socin. cons. 126. col. 5. lib. 3. Dec. d. l. pen. nu. 14.

Fauore quippè filiorum inductum est remedium inofficiosæ donationis, non etiam id remedium, vt habetur l. 1., & toto tit. C. de inoff. donatio., & in l. titia §. imperator ff. de leg. 2. Imò si id remedium inductum fuisset filiorum fauore, non posset pater fraudem non cõmittens alienare omnia bona sua, vbi filius posteà natus reuocare velit huiusmodi alienationem, quod falsum est l. vsque adeò ff. si quis à paren. fuer. manum., & facit l. in re mandata, C. manda. Nam dupliciter reuocari potest donatio, & primò remedio inofficiosæ donationis, quo filij reuocant donata à patre non in totum, sed vsque ad legitimã, & id remedium introductum est fauore filiorum, imò datum aduersus patris voluntatem, & de hoc dicam infrà renunc. proxima. Alterum remedium est ex d. l. si vnquam, & hoc non respicit fauorem filiorum, sed inductum est ex præsumpta donantis voluntate, quæ tùm cessat, cùm constat expressim de cõtraria disponentis voluntate. Ias. l. pen. num. 8. C. de pact. dot. in d. l. titia §. imperator, Gutier. de contract. iurat. c. 9. num. 10.

Ex his fit, vt duobus modis tollatur dispositio d. l. si vnquam, nimirùm expressa renunciatione, cùm expressim promittit donans non reuocare etiam ob futuros liberos, nam haud dubiè cessat dispositio d. l. si vnquam, vbi donans bona sua vult, quod donatio non possit reuocari ob superuenientes liberos. Bart. d. §. imperator, num. 7.

5 Nec non tollitur tacita renunciatione Tiraq. in d. pręfat. num. 56, vbi inquit hanc sententiam probabiliorem esse, quę contingit ex liberorum cogitatione. Tiraq. d. num. 96. 97. Nam vbi donator cogitauit de liberis, tunc videtur renuntiasse huic beneficio. Socin. iun. consilio 67. numero quinquagesimo secundo, lib. 2. Rimin. Sen. cons. 475. nu. 2., & donans

ita

ita demum renuntiare videtur si cogitat de liberis, aut non cogitat, sed tamen donaturus, si cogitasset. Tiraq. d. loco, num. 87., quin pater renuntiando videtur de liberis cogitasse. Clar. d. §. donatio q. 21. ver. tertiò infertur, & generaliter non procedit hoc beneficium, vbi donans cogitauit de liberis, atque omnino donare voluit, etiam si de liberis cogitasset. Dec. cons. 675. num. 8. Tessaur. decis. 121. num. 5. vbi inquit hanc esse communem conclusionem Viuius decis. 259. num. 1. Guter. de contract. iurat. c. 9. num. 3.

Quamuis hoc casu possit filius posteà susceptus donationem reuocare, vsque ad debitum bonorum subsidium, l. 1. C. de reuocat. donat. Roman. cons. 26. num. 6. Tiraq. dicta pręfat. num. 87.

6 Et supradicta conclusio maximè procedit accedente iuramento, nam indubitati iuris est renuntiari posse cum iuramento. Socin. Iun. cons. 67. num. 52. lib. 2.

Et cōmunis est opinio renuntiari posse cum iuramento. Bolognet. l. 1. nu. 43. C. de pact. Neque d. l. si vnquam locum habet, vbi renūtiatum fuit cum iuramento. Ias. Dec., & alij in l. pen. C. de pact. Bart. cons. 92. ante finem lib. 2., & cons. 32. col. 2. lib. 3., vbi attestatur hanc esse communem opinionem.

Sed reuocatur quoque donatio nō obstāte iuramento simpliciter prętito de non contraueniendo, si quidem iuramentum habet eandem conditionem tacitam, quam habet ipsa donatio, neq; trahitur ad incogitata. Bart. d. §. imperator, num. 11. Alex. cons. 71. in fine lib. 4. Roman. cons. 269. non est dubium in prin. Oldra. cons. 238., & cons. 178. num. 8. ver. ad tertiam Bald. cons. 215. punctus lib. 5. Socin. cons. 215., & cons. 224. lib. 2. cons. 126. lib. 3., & cons. 22. num. 7. lib. 4. Aretin. cons. 24. quatuor col. 1. Dec. cons. 240., & diligenter in fi. cons. 366. pro declaratione col. 4. in l. si donatione, ver. tertia conclusio, C. de collat., & in l. 1. vers. secundò, C. de pact. Boer. decis. 159. numer. 6. 7. Decian. cons. 6. lib. 3. Tiraq. in præfat. d. l. si vnquam, num. 173. vbi magis communem dicit, & plures refert multaq; pro hac sententia adducit, sequitur Clar. in §. donatio, q. 23. Nam secundum eum, iuramentum non operatur, si superuenit noua causa.

7 Sed quod diximus renūtiari posse beneficio d. l. si vnquam, intellige modò sit specialis, & expressa renunciatio, nimirùm quia generalis renunciatio non obest. Bart., & Angel. in d. §. imperator, & ibi Rube. numer. 239. Roman. cons. 269. Paris. cons. 73. nu. 50. lib. 1. Socin. cons. 53 num. 2. lib. 4. Ruin. cons. 60. nu. 17. lib. 3., & cons. 98. numer. 22. lib. 1. Ias. cons. 125. lib. 1. Ripa in d. l. si vnquam, q. 52., & ibi Tiraq. in præfat. nu. 131., vbi inquit hanc sententiam esse tutiorem, & humaniorem, & quod specialis renunciatio huius beneficij valeat, tenet Clar. §. donatio, q. 21., vbi distinguit, & speciatim renuntiandum esse huic beneficio monet Tenniu. caute. 50. Viuius decis. 259. num. 3., vbi inquit tutius esse, vt renunciatio fiat expressim.

Quod tamen aliqui intelligunt non procedere, vbi renunciatio generalis est cum iuramento. Socin. cons. 147. in fi. lib. 1. sequitur Socin. iun. cons. 50. num. 20 lib. 2., & consil. 130. num. 21. lib. 3. Tiraq. in d. præfat. num. 132. cum seq. Decian. cons. 39. num. 80. lib. 2. Sed de hac re dubitat Ripa dicta q. 52. Imo plures tenent non esse satis generalem renunciationem, etiam cum iuramento. Rube. d. §. imperator, nu. 240. Cephal. cons. 94. col. fin. lib. 1., & hęc opinio magis mihi placet, nam vt renunciatio, siue expressa, siue tacita dicti beneficij valeat debet clarè, & expressim constare, quod donans de liberis cogitauit. Clar. d. q. 21. ver. tertiò infertur. Nam quia in dubio non censetur donans de liberis cogitasse, vt latè per Tiraq. in d. præfat. num. 67. Ideò expressim, & clarè constare debet de cogitatione, quę facit, vt tollatur hoc remediū. Porrò affectus paternus in liberos, est adeò certus, & indubitatus l. fin. C. de cura. furio., & latè cumulat Tiraq. in d. præfat. circa princ., vt tolli non possit nisi contraria eaq; expressa, & clara pręsumptione. Sed, & solum iuramentum in donatione appositum citra vllam expressam renūciationem non tollit hoc remedium, quoniam ea tacita conditio, quæ in donatione intelligitur nimirùm, nisi posteà donans liberos susceperit, intelligitur etiam in iuramento. Roman. cons. 269. in prin. Tiraq. d. loco, numer. 164. cum pluri. seq. Vnde dispositio d. l. si vnquam, procedit etiam in donatione, in qua interuenit iuramentum. Dec. l. 1. num. 28. C. de pact., & in l. si donatione, numer. 27. C. de collat. Qua ratione Cephal. cons. 94. num. 28. lib. 1. opinionem affirmatiuam doctorum renentium, vt renuntiari possit, declarat ita demum procedere si renunciatio fit, ac ponitur in verbis dispositiuis, vt loquitur Bartol. in d. §. imperator, dum ita ait, dono bona mea, & nolo quod etiam propter superuenientes liberos reuocari possit.

Secus quando donatio fit in verbis dispositiuis, absque vlla expressa renunciatione, vel renunciatio ponitur in clausulis accessorijs, quoniam tunc non mutat naturam donationis, quę est sub ea conditione, hoc est nisi liberi posteà nascantur, vt dixi, ex quibus colligi potest huic remedio renuntiandum esse speciatim, & expressim. Vnde, vt renunciatio valeat debet donator ita dicere, & promisit pacto expresso non reuocare dictam donationem, ex causa futurorum liberorum, & ideò renuntiauit beneficio l. si vnquam, C. de reuoc. donat. Alias renunciatio generalis etiam cum iuramento, vel renūciatio apposita potius ex cōsuetudine notariorum, quàm ex mente donantis non

opera

operator, cùm hæc renunciatio apponi soleat ex notariorum consuetudine. Menoch. consl. 37. numer. 162. nam, vt huius beneficij renunciatio valeat debet apponi renunciatio non ex consuetudine, & stilo, neque cumulari debet inter cæteras renunciationes, sed apponi debet expresſim, & separatim, vt ex ea constare posſit de certa, atque expresſa voluntate donantis, vtque hac ratione tollatur vehemens illa præsumptio pietatis, & affectus paterni, atque, vt ita tollatur verisimilitudo, quæ est, vt quis nũquam censeatur præferre in succesſione aliás personas suis liberis, vt per glo. in d. l. si vnquã, & alios supra relatos.

8 Restat, vt quod diximus renuntiari posse huic remedio multis modis declaremus, id igitur intellige primo procedere, nisi donãs dolo inductus fuisset ad renunciandum, quoniam dolus excludit consensum. Tiraquell. in præfatione dicta lege si vnquam, numero nonagesimo septimo. Secundò declara ita demũ procedere si persona quæ certiorari debet, vt mulier, minor, vel rusticus, in renunciatione certior facta fuerit. Tiraq. in d. præfat. nu. 98. & num. 101. Ripa in d. l. si vnquam, q. 53. Declara tertiò, vt renunciatio, seu cogitatio liberorum impediat reuocationem quantum ad liberos ex ea vxore nascituros, quã donans habet tẽpore donationis, non etiã ex alia, quam forte ducit post mortem prioris. Socin. consil. 226. col. 4. lib. 3. refert Surd. de aliment. tit. 8. priuileg. 31. num. 3. & consl. 72. numer. 14. & latè Tiraq. d. præfat. nu. 103. cum seq. vbi tamen, num. 109. de hoc Socini dicto non parùm dubitat. Verùm Rube. in l. titia §. imperator nu. 233. ff. de leg. a. inquit Socini opinionem in puncto iuris videri veriorem, quam declarat, vt posſit procedere quando vxor quę extabat tempore donationis erat quinquagenaria, & proinde minus apta ad generandum, ego hac in re dixerim ex coniecturis eliciendã esse donantis voluntatẽ an cogitauerit, etiam de liberis suscipiendis ex quauis alia vxore. Quando intellige, vt renunciatio tollat hoc remedium, quando renuntians verisimiliter sperat se suscepturum liberos, secus si prorsus desperaret. Tiraquell. dicta præfatione num. 3. Alba consilio 125. numero septimo, & octauo, & consilio ducentesimo septimo in principio.

Intellige quinto, vt pater renuntiare posſit quantum ad eam reuocationem, quę fit ipso iure, ex dicta lege si vnquam, quæ reuocatio, vt dixi respicit fauorem ipsius donantis tantum, non etiam filiorum, at non prçiudicat renunciatio, quò ad reuocationem fiendam ex remedio inofficiosæ donationis, & quia donatio fit in fraudem filiorum. Bartolus dicto §. imperator, numero septimo. Nam vbi donatio extraneo facta re, & consilio est inofficiosa, tũc posſunt filij illam in totum reuocare post obitum patris si vero inofficiosa est re tantam, poterunt filij illam reuocare vsque ad legitimam

Quapropter quamuis per renunciationem cesset beneficium dicta lege si vnquam, tamen locus erit reuocationi ex remedio inofficiosę donationis, quæ fit per querelam, & post mortem patris, aliquando in totum, & aliquando vsque ad legitimam, vt notat in lege titia §. imperator ff. de leg. secunda cùm reuocatio ex hac lege fiat ipso iure, in totum, ac patre viuente, vt iam dixi. Donator itaque renuntiare poterit in præiuditium filiorum futurorum, si donatio non fuit inofficiosa. Vasq. de succesſ. auth. vnde si parens, numero decimo octauo. Guterius de contractibus iuratis, capitulo nono, numero quinto, & numero decimo.

Postremò illa quęstio se exhibet, quid si filijs natis pater tacuerit patiendo donatarium per aliquod tempus posſidere, an eo mortuo posſint filij donationem reuocare, quam quęstionem explicat Ripa dicta lege si vnquam, numero centesimo octauo, & post eum latè Tessaur. decisione cẽtesima vigesima prima, quos videre poteris, ne iam ab alijs latè congesta, iterum frustra colligam.

LXXXVIII. RENVNCIATIO, REMED. DONATIONIS INOFFICIOSÆ, ET QVERELÆ Inoffic. dotis.

Summæ.

1 *Donatio inofficiosa.*
2 *Remedio inofficiosę donationis renuntiari non potest.*
3 *Filij an posſint renuntiare inofficiosę donationis.*
4 *Inofficiosę dotis querela an renunciari posſit.*

D exemplũ inofficiosi testamenti inducta est querela inofficiosæ donationis, lege prima, lege secunda, Codice de inoffic. donatio. Quę iidem deficiente alio remedio reuocatur donatio, vt inofficiosa lege si totas, lege si mater, lege penultima lege vltima, Codice de inoffic. donat. & hæc donatio inter viuos inofficiosa dicitur, quod facta sit non ex officio pietatis, vt quæ admit legitimam portionem ijs, quibus omni iure pietatis debetur, quomodo, & inofficiosum testamẽtum dicitur lege secunda, lege nam etsi ff. de inoffic. testam. & dicitur inofficiosa re, vbi pater donat omnia bona, vel maiorẽ partẽ, ita quod filij consequi non posſunt integram legitimam. Socinus Iunior cõsilio sexagesimo septimo, numero quinquagesimo quinto, lib. 2. & post eum Menoch. consl. 913. numer. 24. Hoc autem remedium competit ijs, qui de inofficioso testamento queri posſunt, quia nec relinquit eis legit. port. q̃ futura esset in bonis 1

donantis, si nulla donatione facta decessisset.

3 Huic remedio donans renuntiare non potest etiam cum iuramento. Bart. in l. titia seio §. imperator, num. 5. ver. quero maret ff. de leg. 2. Ratio autem est, quia id auxilium non est inductum fauore ipsius donantis, sed fauore filiorum; Vnde vbi actus infirmatur ratione, & beneficio alterius, nunquam iuramento cófirmatur, quoniam iuramentum nunquam vergit in alterius detrimentum, vt per Bart. dicto §. imperator, & per Tiraq. in prefation. lege si vnquam, numero nonagesimo secundo, versiculo, & id quidem verisimile, Codice de reuocatione donationis. Quę Bartoli sententia est communis, quam omnes sequuntur, vt per Curtium Senior., consilio primo; numero octauo, & refert Gaill. obseru. libro primo obseru 40. numero vndecimo. & sequitur Rube. dicto §. imperator, num. 216.

Quinimo reuocatio inoffic. donati. locum habet etiam si donationi accesserit iuramentū. Bartolus in d. §. imperator, numero quinto; Clarus §. donatio, quęstione vigesima quarta, numero tertio, vbi testatur de communi si quidem iuramentum non debet tertio praeiudicare, atque ita filijs ipsis. Verùm poterunt ipsi filij renuntiare, vt possunt renuntiare querelæ inofficiosi testamenti, vt suo loco dixi; quoniā hoc auxilio filijs subuenitur ad exéplum querelæ inofficiosi testamenti, lege prima, Codice de inoffic. donat., est tamen illud notandum, quod licet filius acceptādo relictū sibi factum, aut aliàs agnoscédo iudicium patris excludatur à querela, vt dixi de renunciatione querelę inoffic., tamen aliud est in querela inofficiosæ donationis, si quidèm agnoscens iudicium defuncti potest etiam agere querelà inofficiosæ donationis. Ratio autem est, quia is non expugnat testamentum, quod approbauit, sed alium actum factum inter viuos, vt pulcrè tradit Iason in lege parentibus, Codice de inoffic. testa.

4 Sed quod diximus de querela inofficiosę donationis, idem quoque dicēdum est de querela inofficiosæ dotis, quoniā hæc est quędam species inofficiosę donationis, & producta ad exemplum inofficiosæ donationis, & datur aduersus immodicas dotes, ne per dotem inofficiosam contingat filios eorum legitima fraudari, lege secunda, & toto titulo, C. de inoffic. doti. Vnde iure regio in Hispanijs statutum est, vt non possit filiæ maior dos assignari, quam sit eius legitima, ne immodica dote patrimonium exhauriatur, in cæterorū filiorum detrimentum, vt per Didac. Spin. in speculo testamenti, glossa vndecima, principio numero quarantesimo nono, sed quando locum habeat querela inofficiosæ dotis, vide Campeg. de dote, quęstione quinquagesima quinta, vbi scitè explicat.

LXXXIX. RENVNCIATIO, PROHIBITIONIS DONATIONIS INTER VIRVM, ET VXOREM,

Atque
Inter patrem, & filium.

Summæ.

1 *Donatio prohibetur inter virum, & vxorem.*
2 *Donatio inter virum, & vxorem cur prohibeatur.*
3 *Prohibitioni donationis inter virum, & vxorem renuntiari an possit.*
4 *Renunciatio prohibitionis iurata.*
5 *Donatio inter patrem, & filium nulla est.*
6 *Prohibitioni donationis inter patrem, & filium renuntiari an possit.*
7 *Iuramentū an operetur, vt donatio inter patrem, & filium valeat.*

Ertum est in iure, quod vir, & vxor possunt inuicem contrahere, idq; vbique trahunt doctores ad omnes contractus prætetquam ad donationem Alex. cons. 86. super dictis lib 5. Couarru. in rubr. de testam. p. 3. nu. 2. Tiraq. de legib, connub. glo. 8. num. 3., & num. 112. Math. Cunon. de pact. lib. 1. c. 6.
1 nu. 4., & 9. Nam donatio prohibetur inter virū, & vxoré, l. 1. l. 2., & 3. ff. de donat. inter virū, & vxor. ex quib. vt colligit Aretin, cós. 74. nu. 8. tres eliciūtur rationes propter quas huiusmodi donatio prohibetur, prima est ne coniuges mutuo amore inuicem se spolient, vt d. l. 1 Altera est, ne impediatur studiū educādi liberos, vt in d. l. 2. Tertia ratio est, quia amor honestus inter coniuges debet cōstare solo animi effectu non etiam cōciliari deber pretio, d. l. 3. in prin. quibus accedit secundum dictas leges, & hæ rationes ne matrimonia sint venalia, cùm interdum euenire posit, vt discutiautur matrimonia si nō daret is, qui posset tum, ne melior donādo, in paupertaté incidat, & deterior accipiédo ditior fiat, q̄ postremā rōnem cōsiderat Bart. in l. si quis proco. in fi. ff. de fideiuss. & quatuor causas ob quas ꝓhibetur donatio adducit Ripa rnsō 4. tit. de donat. inter vir. & vx. & facit, ꝙ scrib. Plutarch. de cōiug. ꝑcept. vbi ità inquit, etenim Romanus legislator lege cauit, ne coniugum alter alteri donaret quinq; non vt nullius rei participes fierent, sed vt omnia cōia iudicarent, & idé inquit post alias rationes, quas refert in quæstionibus Romanus, q. 7. vbi querit cur donationes inter virum, & vxorem prohibitæ sint, ex his rationibus patet donationé inter vir., & vx. ideò ꝓhiberi, quia est cótra bonos mores. Hincq; consequens est vt huic prohibitioni minimé renunt. posit vir aut vxor donans, vt per Boer. in cósuet. bitur. tit. 8. de consuet. matrim. §. 1. glo. 1. Cepol. cons. 28. num. 2.

Hæc

Hæc sanè renunciatio non debet valere, vti inducens aliquid cōtra bonos mores, vt latè dixi libro primo, de iure bonos mores respiciente. Præterea hæc donatio prohibetur, ne coniuges amoris vehementia, inuicem se spolient dicta lege prima, quare cùm eodem perdito amore, quo inducuntur ad donandum, eodem etiam induci posint ad renuntiandum legibus prohibentibus donationem, non debet valere renunt. l. doli §. diuersum ff. de nouatio.

4 Valebit tamen renunciatio cum iuramento, quia secundū magis receptā sententiā donatio inter virū, & vxorem iuramento firmatur, q̃uis alij contrariū tenuerint, & ita tenet Bart. in l. fæuis, & Augerius in fi ff. ad l. falcid. cū etenim, non sit prohibita hæc donatio, ob publicā vtilitatem, principaliter meritò potest iuramēto confirmari, vt per eum, & in l. si quis pro eo. in fi ff. de fideiuss. sequitur Ias. in l. pacta quæ contra nu. 5. C. de pact., vbi inquit hanc sententiam esse magis cōmunem, & veram. Corset. in rub. de iureiur. num. 80. Dec. consilio 202. col. 2., vbi hanc sequitur vti veriorem de iure & hanc, vti communem sequitur Gabriel. in communi conclus. lib 3. tit. de donat. concl. 3. in prin. Vinius ver. donatio inter vir., & vxor. Guter. de contracti. iurat. c. 3. nu. 7., vbi post plura latè congesta inquit non esse recedēdum ab hac opinione tam in consulendo, quam in iudicando, quoniam ea est verior, & magis communis. Clarus §. donatio, quæstione 9. vbi inquit ab hac opinione tamquā apud doctores nostri temporis indubitabili non esse in iudicando, aut consulendo recedendum. Seraphin. de priuileg. iur. priuileg. 71., vbi inquit hanc opinionē esse decisā per tot, tantosq; legū interpretes quibus contradicen. non esset, nisi hominis omnino delirantis, & hanc communē asserit Cephal. cons. 61. n. 13. vbi plures refert Ripa responso 4 de donat. inter vir., & vxor. vbi inquit hanc opinionē esse veriorē per rationes quas adducit, rñdendo etiā contrarijs & idē inquit Alba cons. 4. nu. 12. Bursat. cons. 183. n. 4., & cons. 304. n. 57. Menoch. cons. 496. n. 110., & licet hæc opin. habeat cōtradicentes, tñ est magis recepta, & tutior pro salute animæ postem, & alios plerosque, qui hanc opinionem tenent referre, sed quia aliorum propè infinitorū nomina, & loca veluti digito ostendunt supradicti à me citati, ideò nigil est, quod plures à nobis referantur, pro hac opinione, & hęc quæ citaui pro hac opinione sufficere debent, quippè quia hæc opin. est cōmunis, & in pract. & theorica iam canonizata, vt asserit Ripa d. responso 4. in fi.

Cùm itaq; donatio inter coniuges cōfirmetur iuramento sm̃ magis cōmonē opin. multò magis valebit donatio speciali stante renunt. iuris prohibentis donationē facta à sciēte prohibitionē, qm̃ iuramento accedit sciētia prohibitionis, & renunc., quæ arguit maiorē deliberationem ex geminato consensu, vt alias dixi.

Quare renunciatio cum iuramēto in donatione inter coniuges facit, vt valeat donatio.

Nō obst. modò, ꝙ renunt. non poss. ēt cū iur. cùm don. prohibeatur vti cōtra bonos mores, quia q̃uis ea sit improbata morib. ciuilib. tamē quia non inducit peccatū, neq; prohibetur iure cannonico, ideò iur. operatur, vt ꝑ Pau. de Cast. in l. pacta, quę cōtra C. de pact., & ibi Bald., & idē trad. Aretin. cōs. 74 diligēter, nu 8., vbi inquit donationē inter vir., & vxor. nō esse quid turpè aut peccatū, licet ius ciuile eā improbet, cùm interdū ēt nō sit improbāda don. inter cōiuges veluti si maritus locuples sponte donaret modicè vxori suæ, & ꝓpeà cessaret causa ꝓhib., vt ꝓ eū, & idē trad. Dec. cons. 202. nu. 3. Ripa respōso 4 nu. 8. de donat. inter vir., & vx. de qua re vi ēt quæ dixi supra lib. 1. de iure bonos mores respiciēte. Vt aūt cōcludamus, cùm hæc don prohibeatur ad priuatā cōiugū vtilitatem principaliter, & à iure ciuili tm̃, Losted. cōs. 42. nu. 7. non ēt à iure canonico, neq; ex huiusmodi donatione inducatur peccatū, aut turpitudo, qm̃ alias ne morte quidē cōfirmaretur l. Papin. ff. de don. inter vir., & vxor. meritò intrepidè diceñ est, iurā. cōfirmare donationem inter virū, & vx., ita vt valeat, & renūc. prohib. donat. inter coniuges cum iuramento valere.

5 Sic etiam, vbi pater filio donat, nulla est don. l. 1. §. si pater ff. pro dona. l. 2. C. de inoffic. donat. l. donationes, quas parētes, C. de don. inter vir., & vxor. Cùm etenim, ꝙ filius habet statim patri queratur l. 1. ff. si à paren. quis fuer. manū. l. placet ff. de acq. hær. quod max̃ procd. in eo quod à substātia patris proficiscitur, l. cū à p̃ 3 C. de bon. quę libe. pater donādo filio nihil agit si quidē donationis cōmodum, veluti ex substātia patris q̃situm refluit statim in ipsum patrem, atq; pater filio donando donare sibi ipsi videtur l. si quis pro eo §. 1 ff. de fideiuss. facit l. qui sic in ratione sui ff. de solut., & hanc rationem trad. glo. in d. l. 2. in ver. in potestate, & ibi Bald. Petr. de Bellaperc. in repetit. d. l. donationes, quas parentes, num. 9. doct. in l. frater à fratre ff. de cond indebi., & ibi Bart. Dec. cons. 432. num. 4. Gomez. ad leg. tauri 17. num. 4 Guterius de contractibus iuratis, c. 4. num. 2. Ascan. Clement. de patr. potesta. effectu 2. nu. 2. Quod, & hodie obtinet d. l. 2. cùm in profectitijs nihil sit innouatū §. igitur. Insti. per quas personas nobis acquirendas, & quamuis Ias. in d. l. frater à fratre, nu 44. ver. ista ratio ff. de cond. indebi. asserat ius ex patris persona filio quæsitū in ipsum patrē minimè reflecti, tñ Iustinianus in d. l. cū à p̃ 3 generlīr disponit ꝙcūq; ex patris substantia quæsitum, plenè acquiri patri. Ne igitur poss p̃r reuocare donationē filio factā l. siue emācipatis, C. de do-

6 nat. renūt. debet dispōni d. l. siue emācipatis, vt per Burrigat. de renunt. iur. ciu. sed videtur, ꝙ renunt. non polsit prohibitioni, quoniā consensus patrium non potest impedire effectum patriæ potestatis, & renunt. faceret, vt valeret

HH a don.

donatio facta sibi ipsi, quod fieri non potest, quare hæc impossibilitas non potest tolli partium renunciatione.

Iuramẽtum autem operatur, vt donatio valeat. Batt. Ias., & alij in l. frater à fratre, col. vlt. ff. de cond. indebi. doct. in lege pacta quæ contra, C. de pact. Guid. Pap. q. 146. Craueta cons. 201. num. 1. Dec. cõs. 239. col. 1. Ruin. cons. 121. in prin. cons. 179. col. 1. lib. 1. Petruc. in l. 1. nu. 6. ff. de iureiur. Rimin. instit. de donat. §. 1. nu. 273. Gabriel. tit. de donat. concl. 4. in prin. Clar. §. donatio, q. 8. ver. sed quæro, & est communis, vt plures refert Neuizan. cons. 8. nu. 3. Gabriel. cons. 92. n. 8. lib. 2. Socin. Iun. cons. 47. n. 5. cum seq. lib. 3. vbi inquit hanc esse veriorem, & magis cõmunem. Roland. cons. 77. in principio lib. 1. Cephalus cons. 494. num. 20. Guter. de contr. iurat. c. 4. Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 72. Bursatus consilio 183. numero quinto. Vasq. de success. creat. §. 29 numer. 14. Viuius decis. 421. numer. 8. Mancin. de iuram. parte 4. effectu 41. Verùm nonnulli voluerunt donationem non confirmari iuramento, licet pater donans obligetur ad obseruantiam iuramenti, quoniam iuramentum non potest facere, vt filius incapax, capax sit, neque potest operari, vt quis sibi ipsi donare videatur; vt neque iuramentum potest confirmare donationem sibi à seipso factam; vt per Coras. in lege frater à fratre, in fine ff. de condit. indebi. Quæ opinio non est communiter recepta, quoniam licet iuramentum, non possit tollere eam impossibilitatem, vt quis sibi ipsi donare possit, tamen cum iuramentum sit de iure naturali eo iure non attenditur patria potestas, quę est de iure Ciu Rom. §. primo, instit. de patr. pot. quinimò eo iure inter patrem, & filium oritur naturalis obligatio, l. frater à fratre ff. de cond. indebi. pręterea iuramentum, vt res spiritualis facit, vt non attendatur patria potestas, c. non est nobis de sponsa. cap. & si Christus de iureiur. Socin. Iun. cons. 47. nu. 7. cum seq. lib. 3. Seraphin. d. priuil. 72. num. 3. Guter. d. c. 4. num. 4.

Iuramẽtum igitur tollendo effectum patriæ potestatis tollit impossibilitatem, vt quis videatur sibi ipsi donare, quod facere non potest simplex renunciatio, & simplex partium consensus. Quare in huiusmodi donationibus cauti notarij debent opponere iuramentũ, & pater iurare debet non reuocare donationem, quod videtur cautius, quam simpliciter iurare. Guter. d. c. 4. num. 6.

Sed, & iuramento firmatur donatio facta à filio patri. Gabriel. tit. de donati. conclus. 4. num. 2. Seraphin. d. priuileg. 72. nu. 5. Vasq. de success. crea. §. 29. nu. 15., vbi inquit hanc esse communem, & veram opinionem. Guter. d. c. 4. num. 9.

XC. RENVNCIATIO, INSINVATIONIS.

Summæ.

1 *Insinuationis solemnitati renuntiari an possit.*
2 *Insinuationi renuntiari an possit cum iuramento.*
3 *Iuramentum simpliciter præstitum an supleat insinuationis defectum.*
4 *Insinuationi renuntiari posse cum iuramento.*
5 *Insinuationi quomodo renuntiari possit.*
6 *Consti. Mediol. tit. de donatio. in fi.*

INsinuationis solẽnitas ad tollẽdas fraudes inducta l. data, Cod de donat. in ijs donationib. exigitur, quæ excedũt summã 500. aureorũ ad antiquũ pondus l. pen. circa finem, C. de donat. iuncta l. illud, C. de Sacrosant. Eccles. l. Modestinus ff. de donat.
1 §. 1. instit. eodem. Circa renunciationẽ huius solemnitatis, varię fuerunt opiniones, & prima est renuntiari posse. Altera est negatiua, vt renũtiari minime possit. Tertia opinio est, vt renunciari non possit ẽt cum iuramento. Quarta est simplex iuramentũ suplere defectũ insinuationis. Quinta est iuramẽtũ nõ suplere. Postrema est iuramentũ, ita demũ suplere si renũtiatũ specialiter fuit ipsi insinuationi. Primã opinionem, vt insinuationi renũtiari possit tenuit Guid. de Suza in l. illud, C. de Sacrosant. Eccl. vt ibi Alberic. n 7., & in l. penult. C. de donat. modo exprimantur leges hoc prohibentes, vt refert Io. Andreas in addit. ad Specul. tit. de instru. edit. §. porro, vers. minus, & hanc opinionem refert Cyn. in l. si quis pro redẽptione §. cæteris, C. de donat. Primò per regulam generalẽ l. penult. C. de pact. qua cuiq; permissũ est iuri suo renunt. Deinde per l. fideiuss. ff. de don. vbi exceptio immodicæ donationis competit fideiussori etiam inuito reo. Secunda opinio fuit insinuationi renuntiari non posse; vt voluit Cynus in dicta lege si quis pro redemptione §. cæteris, & hanc tenet Iacobus de Beluis in hac quæstione per eum disputata, vt refert Salicetus in dicta lege si quis pro redemptione, numero octauo, sequitur Bart. in l. Modestinus numer. 9., & ibi Roman. in fin. ff. de donat. in l. Sancimus §. si quis autem, C. eodem, & in l. nemo potest ff. de leg. 1. num. 8., & ibi Alex. num. 12. Io. Andre. in addit. ad Specul. titulo de instru. edit. §. porro. Signorol. cons. 181. col. 6. vers. nec huic obstat. Bald. l. data, col. 2. C. de donat. in l. illud, C. de Sacr. Eccl. n. 14. Felin. c. si diligenti, nu. 11. de foro cõpetenti. Aretin. § aliæ, n. 8. de don. Imola in l. Attilius, col. fin. ff. de don. Alberic. d. l. illud, nu. 7., & hæc est magis cõmunis opinio, secundũ Socin. cõs. 77. n. 10. cons. 80. n. 9. lib. 1., & tenet Bald. cons. 13. quędam Domina consil. 115. numer. 2. lib. 1. Oldrac. cons. 173. Quidã habens, & hęc opinio

est

est communis, vt testatur Anton. de Cannar. de insinuatione parte secunda, quæst. 29. in fin. Burlat. consil. 356. num. 28. Decian. cősil. 1. num. 70 cons. 32. nu. 67. lib. 3. ,& hanc communem refert Guter. in l. nemo potest, nu. 339. ff. de leg. 1. ,& esse veram, & cõmunem inquit Vasq. de success. creat. libro 1. §. 5. numer. 2. Surdus de alimentis, titulo 8. Priuileg. 72. nu. 3. ,& pro hac opinione facit, quod legibus, quę inducunt certam solemnitatem renuntiari non potest, lege nemo potest ff. de lege prima, lege ius publicum ff. de pactis. Imo hoc ius est publicum vtilitate, ne per metum, vel fraudem donantes grauiter lædantur, cum Reipublica expediat, ne quis re sua male vtatur, vt per Io. Andream in additione, ad Specul. dicto §. porro, & cum ea, quæ statuuntur propter euitandam falsitatem remitti non possit. Bartol. dicta lege nemo potest, numero octauo. Deinde lex prohibet, ne donatio fiat sine insinuatione, & proinde huic legi prohibenti renuntiari non potest lege prima, & ibi glossa, Codice ne fideiuss. dot. dentur. Vnde quod vna via prohibetur, non debet altera concedi, lege scire oportet ff. de tutoribus, & curatoribus datis ab his &c. Præterea cum insinuatio non sit fauore donantis, sed in odium aliorum, ne fraudes fiant, lege data, C. de donat. renuntiari illi non potest §. quia vero. Auct. vt sine prohibit. Matr. Quinimò insinuatio non est inducta fauore donantis, sed aliorum ne fraudes fient d. l. data, & infra dicam, & Bald. in d. l. data inquit non posse renuntiare statuto requirenti insinuationem etiam minoris summę, cum ratio, & mens statuti sit, ne quid fallum committatur. Vnde respondit Surdus consil. 361. numero vndecimo. Insinuationi à statuto requisitæ renuntiari non posse, etiam cum iuramento.

Tertia opinio est eorum, qui extendentes suprascriptam sententiam existimant renuntiari minime posse insinuationi etiam accedẽte iuramento, vt per Cuman. in lege Modestinus, numero sexto ff. de donat. ,& ita tenet Paulus de Castro, consi. 345. Circa bona, num. 6. ,& cons 585. Istam quietantiam, libro primo. Bald. consi. 113. Quędam libro primo. Barbatia cons. 52. num. 5. lib. 4. ,& hanc esse veram, & communem conclusionem de iure ciuili tradit Vasq. de success. creat. lib. 1. §. 5. numer. 3. per lege non dubium in fin. Cod. de legibus, l. si quis inquilinos §. fin. ff. de leg. 1. ,& hanc sequitur Anton. de Cannar. tractat. de insinu. parte 2. quęst. 30. vers. vnde salua, vbi concludit legibus de insinuatione loquentib. etiam cum iuramento minime renũtiari posse. Cuius rei ratio est, quoniam insinuatio exigitur, ad tollendas fraudes, & proinde fauore publico, cui renuntiari non potest etiam cum iuramento. Cuman. d. l. Modestinus, Paulus de Castro d. consi. 545. ,vbi inquit insinuationem esse inductam fauore publico, ne quis re sua malè vtatur, & ad fraudes tollendas, cõtra quas iuramentum non est obligatorium, vti aduersus bonos mores, ac vti aduersus publicam vtilitatem, vt per eum, & d. cons. 385. ,& per Cannar. d. q. 30.

3 Quarta opinio fuit plurimorum, qui tenuerunt, quod imo iuramentum simpliciter præstitum super donatione supleat defectũ ipsius insinuationis, & hanc tenuit Io. Andre. in addit. ad Specul. tit. de instrum. edit. §. porro. Alex. lege nemo potest, columine tertio, vers. fallit, nisi ff. de leg. 1. ,vbi inquit hanc esse veriorem opinionem, & per ea sępè consuluisse per capitulo cum contingat, de iur. iurand. ,& per auct. Sacramenta puberum, Cod. si aduer. vendit. ,& idem tradit consil. 4. col. pen. vers. quinimo, cons. 12. col. 2. lib. 1. cons. 32. col. 2. consil. 83. in fin. consilio 157. in fine lib. 2. consil. 21. col. 3. vers. prætærea iuramentum, lib. 3. consil. 26. col. 1. consil. 133. col. penul. lib. 7. Imola cap. cum contingat, nu. 90. de iur. iur. Aret. consil. 2. nu. 13 14. Dec. consil. 239. nu. 3. consil. 488. num. 5. consil. 452. col. pen. consil. 536 num. 14. Socin. consil. 77. nu. 11. lib. 1. ,vbi tradit iuramentum suplere secundum veriorem opinionem, & hanc opinionem fore sequendam, tam in consulendo, quam in iudicando, & idem inquit consil. 80. num. 10. versiculo. His tamen minime refragantibus, & consil. 78. numer. 2. libro eodem. Corneus cons. 36. num. 2. lib. 3. consil. 186. num. 18. lib 2. consil. 251. col. 2. lib. 1. ,est magis cõmunis opinio. Grat. consil. 70. nu. 28. lib. 1. Ruin. cons. 121. col. 1. consi. 125. col. fin. lib. 1. Anto. de Petruc. in l. 1. effectu 12. ff. de iur. iurand. vbi respondet ad contraria. Guid. Pap. consi. 32. nu. 5. cons. 23. num. 10. Caguol. in d. l. si quis obligatione, nu. 6 ff. de reg. iur. ,& cõmunem inquit Paris. cons. 69. nu. 95. lib. 3. communemq; tradit Ias. cons. 51. lib. 1. ,& alij, quos cumulat Mich. Grass. cõm. opinio, lib. 1. c. 8. q. 14. Clar. § donatio, q. 18. Duen. reg. 224. donatio, n. 5. limit 5. Rimin. Iun. consi. 37. n. 57. Villalob. com. opin. vers. donatio n 122. Simõ de Prær. cõs. 10. n. 21. Io. Bolognet. cõs. 6. n. 50. vbi inquit ita seruari. Curt. Iun. cõs. 253. n. 35. cõs. 236. n. 5. ,& 7. ,& cõs. 81. n. 6. ,vbi cõmunem asserit, & cõmunẽ inquit Socin. Iun. cõs. 67. nu. 20. cons. 118. nu 2. lib. 2. ,& pro hac opinione plures refert Tiraq. l. si vnquam in pręfat. numer. 153. C. de reuocand. donat. ,& Vasq. de success. creat. lib. 1. § 5. nu. 4. Corset. de priuileg. iuram. priuileg. 26. Euoerd. in loco à vi iuramenti, num 48. Rub. cons. 59. nu. 5. Roland. cons. 19. nu 48. lib. 1. cons. 39. nu. 38. lib. eodem, vbi inquit hanc esse magis cõmunem, cons. 70. nu. 22. 36. lib. 2. cons. 25. n. 13. lib. eod. cons. 93. n. 38. lib. 1. vbi inquit esse communis insinuationis defectus, tollitur iuramento secundũ cõmunẽ Crauet. cons. 118. num. 1. cons. 548. nu. 7. cons. 542 col. 1. ,vbi inquit hanc esse receptam doctorũ sententiam

est verior, crebriorque sententia iuramentum tollere insinuationis defectum, Menoch. consf. 1. num. 377., & idem tenet, consf. 789. num. 9. consf 562. num. 13. Viuius decis. 453. num. 1. Marzar. consf. 61. num. 15. Gabriel. consf. 177. num. 37. lib. 2. Stante iuramento non est necessaria insinuatio, secundum magis cómunem opinionem. Alba consf. 4. nu. 20. vers. ad secundum vero, consf. 198. nu. 14. consf. 461. in fin. consf. 658. nu. 2., vbi asserit esse magis cómunem. Et donatio iurata non eget insinuatione, secundum magis communem; quicquid non-nulli dixerint, vt per Bursat. consf. 183. num. 7. iuramentum suplet secúdum magis cómunem Decian. consf. 59. num. 26. lib. 2. consilio 31. num. 79., & num. 159. lib. 1. consf. 60. nu. 1. lib. 4. Rimin. Iun. consf. 242. nu. 24. Cephal. consf. 194. num. 4. consf. 61. nu. 18. lib. 1., vbi post plures doctores citatos, inquit non esse dubium, quin haec sit recepta conclusio, quamuis aliqui contradixerint, & proh ac opinione plures cumulat. Gabriel. tit. de donat. concl. 1. n. 66. Verior, & magis communis opinio, est quod iuramentum supleat Morot. consf 52. nu. 11., & licet retroactis temporibus, communis opinio fuit, quod iuramentum minimé supleat defectum insinuationis, vt plures refert Antó. Gabriel. comm. conclus. lib. 3. titulo de donat. conclus. 1. num. 66., & in proxima opinione dicam. Tamen hodie magis communis doctorum sententia est, quod iuramentum supleat defectum insinuationis, vt Ludouic. decisione perusina 66. nu. 6., cum sequenti parte 2, vbi dicit in praxi seruari hanc opinionem, vti magis commu., & hanc sequitur Pancirol. consil. 53. Illustris, num. 17. lib. 1. Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 73., vbi prope infinitos referet asserendo hanc esse receptissimam sententiam, tam ex numero doctorum, quam ex auctoritate ipsorum, & ita tenet Mancin. de iuram. part. 4. effect. 19.

Quinta est opinio, vt iuramentú non supleat defectum insinuationis, & quod donatio non insinuata minime cófirmetur iuramento. Bald. l. illud, ver. quinto quæro, C. de sacros. eccles. & consf. 115. lib. 1. Roman. l. Modestinus ff. de donat., & hanc opinionem communem esse inquit Barbaria consil. 16. numer. 10. 16. lib. 2. consf. 52. lib. 4. Rim. consf. 159. numer. 6. lib. eodem. Crot. in repet. l. nemo potest ff. de leg. 1. Calcane. consf 19. in fin. Feder. de Sen. consf. 281. Castus. Bald. consf. 371. Factum, nu. 3. lib. 3. Angel. consf. 59 Quidam in fin., & hanc opinionem veriorem, dixit Menoch. cóf. 1. num. 377., & idem tradit Rimin. Iun. consf. 72. num. 151. lib. 1., & §. 1. num. 270. instit. de donat. Socin. Iun. consf. 69. num. 39. lib. 1. & plures refert Tiraq. l. si vnquam in præfatione, num. 153. C. de reuocanda donat., & plures citat Socin. consil. 77. nu. 11. lib. 1. Vasq. de successionum creat lib. 1. §. 5. num. 4. Anton. de Cannar. de Insinuat. parte 2. quæst. 28. & pro hac opinione plures refert Seraphin. de priuileg. iuram priuileg. 73. Vnde num iuramentum supleat defectum insinuationis, sunt opiniones hinc inde pro vtraque parte, vt per Mozzium tract. de contractibus tit. de donat. de subst donat. num. 40., & adhuc sub Iudice lis est. Berous cap. 1. num. 195. de constitu. Guter. l. nemo potest, num. 340. ff. de leg. 1. & cogitandom relinquit Salic. l. pen. num. 9. C. de donat. in hocq; articulo magna fuit cótrouersia inter doctores, adeo vt vix discerni potest, quæ opinio sit magis communis. Clar. d. §. donatio, quæst. 18. atque ex vtraq; parte vrgent maxime, atque inconuincibiles lerationes, vt cui ad hæreas parti facile nescias, vt inquit Mandos. ad Romam, consf. 26. pro decisione, & Inquit Aret. in §. alij. Institut. de donationibus, quod in hoc articulo consultus noluit respondere.

4 Sexta est opinio, renuntiari posse cum iuramento. Dec. consf. 432. num. 21. 24., & plures congerit Tiraq. l. si vnquam in præfatione, num. 141. C. de reuocand. donat. Alex. consf. 26. in 2. dubio lib. 7. Rube. cónf. 59. num. 2. Guid. Pap. decis. 350 Soc. consf. 79. con. 77. num. 11. lib. 1., vbi inquit hanc esse veriorem Feder. de Seo. consf. 281. Castus. Peregrin. de fideicom art. 30. num. 63., & est magis communis. Alba consil. 612. num. 35., & magis communem, inquit Guter. l. nemo potest, nu. 341. ff. de leg. 1., & plures refert Decian. cóf. 39. num. 78. lib. 2., & ita communiter concludunt Cannonistæ. Sicard. in l. Sancimus §. si quis autem, in fin. C. de donat. Borell. de compromiss. §. 1. glos. 3. num. 34., & quamuis insinuationi renuntiari non possit, vt per Bart. in l. Modestinus ff. de donat., & supra retuli plures pro hac opinione tamen, cum iuramento renuntiari potest. Dec. consf. 432. col. pen. Guid. Pap. d. decis. 350. Nec est omittendum, quod si in donatione renuntiatum fuerit solemnitatibus, & præterea iuratum fuerit, certe videtur hoc casu renuntiatum insinuationi cum iuramento, vbi intelligi possit de solemnitate insinuationis tantum, renúciatio generalis habetur pro specifica, vbi de vno tãtum potest intelligi Tiraq. de legibus connubialibus, glo. 7. num. 134. per tex. in l. 2. ff. de liber., & posthum. Quinimo plures voluerunt insinuationis renunciationé cum iuramento valere, iam ersi simplex iuramentum minime supleat insinuationis defectum. Ita intelligentes eam conclusionem, quod iuramentum supleat insinuationis defectum. Fed. de Sen. dict. consf. 281. Caldern. tit. de iur. iurand. consf. 2. an doaás quem sequitur Barbat. consil. 16. præclare, col. 9. lib. 2. Rim. l. nemo potest, col. 15. vers. & prædicta procedunt ff. de leg. 1., vbi inquit hác esse rationem. Quia iuramentum intelligitur rebus sic stantibus, & proinde non suplet defectum insinuationis requisitæ post donationem, & qui iurauit se donationem obseruaturum intelligitur iurasse sub ea conditione, si ea donatio perfecta fuisset, & proinde insinuata. Vasq.

Vasq. de success. creat. lib. 1. §. 5. num. 4 vers. si ergo. Non satis est itaque donationem esse iuratam, nisi item renuntiatum sit specia[l]im insinuationi, vt p doctores supra citatos. Aret. cons. a. cons. 17., & cons. 47. Corne. cons. 69. lib. a. Curt. Iun. cons. 34. nu. 1. Menoch. cons. 451. num. 28. Plot. cons. 79. numer. 6. plures citat Tiraq. d. l. si vnquam in præfatione, num. 143. in fin., & communis est conclusio Cannonistarum. Quod donatio non insinuata non firmetur iuramento; nisi fuerit renunciatum insinuationi. Corn. cõs. 54. col. a. ver. imminet autem lib. 4. cons. 186. col. fin. lib. 2. vbi tamen non firmat hanc concordiam, vti ab alijs minime allatam, Vnde doctores, qui voluerunt iuramentum suplere insinuationis defectũ intelligi debent modo renuntiatum fuerit insinuationi. Phanuc. de inuentar. hæred. parte 7. num. 187. vbi plures refert, & ita voluit Menoch. cons. 465. num. 16., & hanc communem tradit Magon. decis. 65. num. 4. cum sequenti & idem inquit Clar. §. donatio, quæstione 18. Mozzius de contracti. tit. de substãtiali donat. num. 20., & licet Baldus in l. illud ver. quinto quæro, C. de Sacrosant. Eccles. voluerit donationem non insinuatam minimè confirmari iuramento, tamen intelligi debet illud dictum procedere quando non est renũtiatum expresse insinuationi, quoniam tunc renuntiari potest, & valebit donatio. Aret. d. cons. 17. consideratis col. 6. vers. incidenter tamen, & has opiniones, ita concordat Emanuel Suarez in communi littera D, num. 170., & hanc opinionem magis tutam esse, tradit Tennin. cautela 47. Neque refert secundum hanc opinionem, quod in iuramento in fine instrumenti posito, non fuit expressa mentio, de non opponẽdo defectum insinuationis, quoniam vbi partes iurant omnia, & singula obseruare, satis per relationem ad præmissa iurant super insinuationis renunciatione facta in principio instrumẽti Aret. d. cons. 17. consideratis col. 6. ver., & licet in iuramento. Decius consil. 432. num. 24. Imo licet DD. requirant renunciationem expressam insinuationis cum iuramẽto, tamen sufficit eã fieri effectualiter, & implicite. Corn. cons. 54. col. a. ver. sed dubium lib. 4. Verum alij tenent, quod iuramentum confirmat donationem non insinuatam, tametsi renuntiatum minime fuerit insinuationi, sed iuratum fuit simpliciter, vt plures refert Neuizan. consil. 8. num. 9. Seraph. de priuileg. iuram. priuil. 73. num. 49., & hęc est commun. opinio. Franc. Marc. quæst. 326. num. 5. parte 1. Nam fauor animæ, & iuramenti operatur, vt etiam in foro exteriori donatio iuramento firmata valeat, tametsi insinuationi minime renũtiatum fuerit. Lopez. de contractib. lib. 2. capit. 43. dicto 2., & iuramẽtum suplet maxime, vbi expresse renũtiatum fuit solemnitati insinuationis. Dec. consil. 432. col. pen. Præterea simpliciter iurans non contrauenire, debet intelligi etiam respectu insinuationis non factæ, cum verisimile sit, de ea quoque cogitatum fuisse, vti necessaria ad validitatem actus, quoniam per iuramentũ censetur in genuere cogitatum de omni via, & ratione, per quam contractus tolli posset. Alciat. cap. cum contingat, num. 177. de iur. iurand., & ideo Clar. in d. q. 18. inquit superiorem opinionem non transire sine difficultate; Quoniam in vtroque casu pariter militare videtur fauor animæ, super quo principaliter se fundant DD., vt per eum, & hanc opinionem sequitur etiam Mandos. ad Romã. consil. 26., vbi plures refert Rimin. Iun. §. 1. num. 270. instit. de donat., & cons. 242. num. 28. Imo etiam sequendo priorem sententiam, vt renuntiandũ etiam sit insinuationi satis est, vt iuretur seruari contractum, non obstante defectu insinuationis, vel quid ęquipollens. Corne. cons. 186. col. fin. lib. 2., & sufficit generalis renunciatio, licet renuntiatum non sit specialiter insinuationi. Corne. consil. 221. col. pen. ver., & quia videtur lib. 1. Roland. de dote, quęst. 42. num. 19. cons. 13. nu. 17. lib. 1. Ruin. cons. 180. numer. 15. lib. 1. Mascard. de probat. conclus. 1265. num. 8.

Deniq; Vasq. de success. creat. §. 29. num. 18. ita distinguit. quod si donator agnoscat donationem factam fuisse, tunc renunciari potest cum iuramento, alias secus, quam tamen rationem differentię, minime probat Guter. d. l. nemo potest, num. 542.

5 Videtis ex suprascriptis rem hanc esse admodum ancipitem, atq; dubiam, sed in hac controuersia, vt has opiniones concordes efficiamus, illud sciendum est, insinuationis solemnitatem minime inductam fuisse fauore donãtis, aut in odium recipientium clãdestinas donationes, vt communiter existimatur, vnde dixit Angel. de Vbaldo, cons. 94. num. 7. formam insinuandi, quam plures ignorare. Insinuatio igitur inducta fuit, non fauore donãtis, aut donatarij, sed aliorum, ne ratione donationis clandestinę sequatur fraus in præiudiciũ aliorum, qui iuste ignorantes donationem factam fuisse facilè decipi possunt. Nam insinuatio nihil aliud est, quam quędam publicatio, ac denunciatio donationis perfectæ, vt per eam omnes scire possint personam donantis, & rem vel ius donatum, cum ex ignorantia personæ donatoris, & rei donatæ facilè sequi possit fra[u]s in præiudicium eorum, qui ignari sunt donationis. Atque est notificatio ipsius donationis, quæ fit Iudici. Alba cons. 198. num. 22. lib. 1. Vnde optima ratione in l. donatio §. in cõscribendis, C. de donat. disponitur in conscribendis donationibus nñ donatoris ius, ac rẽ notari oportere. Ecce enim quomodo lex vult cõscribi nomen donatoris, cum re donata, neq; curat vt sciatur nomen donatarij, quoniam donatarius recipiendo clandestinã donationem, non põt fraudare alios, vt potest fraudare donator postea contrahentes cum ipso, qui ignari do-

nationis

nationis tactæ, facilè decipi possunt. Quare lex vult notari nomen donatoris, vt publicè sciri possit persona donantis, & proinde ab eo cæteri cauere possint. Deinde pro hac opinione facit text. in l. data, Cod. de donat., vbi insinuatio maxime requiritur inter personas coniunctas, non quia facilius inter personas coniunctas donatione sequi possit fraus, quoniam imo sanguinis coniunctio facit, vt facilius præsumatur donandi animus, vt notat in l. quæ dotis ff. solut. matrim. in l. procula ff. de probat. Sed in d. l. data donatio est ideo suspecta ratione consanguinitatis, quia sanguine coniuncti, facilius componunt fraudes aduersus tertium, cum ex donatione secuta inter personas coniunctas oritur fraudis suspicio aduersus alios, & ita intelligit d. l. data Bartol. in l. post contractam præsumpt. 2. ff. de donat. quæ opinio corroboratur ex verbis sequētibus textus in d. l. data in illis verbis. Siquidem clandestinis, ac domesticis fraudibus, facilè quid vis pro negotij importunitate confingi potest.

Nam confingere est simul fingere, & simulare in fraudem alicuius. Quapropter lex suspicans de sanguine coniunctis cauet, vt in eorum donationibus maximè exigatur insinuatio ad tollendas fraudes, quas struere possunt sanguine coniuncti aduersus alias, & ita intelligit d. l. data. Bursat. cons. 396. num. 28. Præterea si insinuatio inducta esset ad occurendum fraudibus, quæ sequi possent ex clandestina donatione inter donantem, & donatarium, exigeretur in ipso actu donationis, non et fieri posset post donationem iam profectam, & absolutam Bald. in l. vniuersa, Cod. de precibus Imper. offerend., vbi inquit donationem non insinuatam valere, tametsi obstet exceptio. Alciat. in l. 2. §. sed si mihi ff. de verb. oblig. Decian. cons. 60. num. 3. lib. 4., & ideo insinuatio non est de forma, cum possit interponi post cōtractum donationis celebratum. Io. Crot. l. 1. §. sed si mihi, num. 19. ff. de verb. obligat. Imola, & Roman. in l. Modestinus ff. de donat. Guid. Pap. decis. 325. num. 4. & est tex. in l. fin. §. penultimo, C. de donat. ant. nupt. Nam non requirit causę cognitionem, vel decretum. Sed satis est eam notificari Iudici ex post facto. Bart. l. Modestinus ff. de donatio. Bald. l. illud col. 2. C. de Sacrosant. eccles. Sed satis est, vt de ipsa donatione mētio fiat in actis ipsius Iudicis. Bald. d. l. illud. Alba cons. 198. num. 22. lib. 1. Cum igitur insinuatio accedat iam profectæ donationi, non video quid prodesse possit donatori, qui iam suum iactauit, & maxime cum ab vna parte tantum, etiam absente, & inuita altera fieri possit insinuatio. Bald. in auct. eo decursum, num. 2. vers. item nota, C. de donat. ante nup. Rebuff. tract. de donatio. insinuand. art. 2. Glos. 1. num. 5. His accedit quod insinuatio est donationis iam absolutæ publicatio, & denunciatio, coram Iudice facta vt donatio interueniēte actorum testificatione publice inorescere possit l. donatio, in fin. l. in donationibus, l. Sancimus, l. data, C de donat. Bart. d. l. Modestinus, nu. 2. 3. Nam insinuare est publicare ad æternam rei memoriam, lege Sancimus, & ibi gloss. in verb insinuentur, C. de diu. rescriptis, & pub'icare accipitur pro insinuare, l. in hac ibi publicare, C. de donat. & publicatio donationis est insinuatio. Decian. cons. 79. col. 1. lib 5. Vnde insinuatio alio nomine dicitur quoq; intimatio, hoc est denunciatio, vt donatio inotescat, l. illud, Codice de donat. l. donationes, quas parentes, C. de donat. inter vir. & vxor. l. consulta, C. de testam. Hæc autem publicatio, vel denūciatio respicit fauorem aliorum, quam ipsius donantis, aut donatarij. Neque dicendum est, quod Iudex coram, quo fit insinuatio de prętensa fraude forte facta per donatarium aduersus donātem possit illi occurrere, quoniā Iudex non debet aliquam causę cognitionem adhibere, neque vllum requiritur decretum Iudicis. Bart. d. l. Modestinus. Cannat. de insinuatione, par. 1. princip. quæst. 6. Verum insinuatio est ex quadam æquitate, qua obuiā itur fraudibus. Bald. consil. 184. Municipali, num. 3. vers. in contrarium, lib. 5., & inquit Bart. in d. l. Modestinus, quod insinuatio adhibetur, ne donatio fiat clam, & proinde homines fraudētur per d. l. datam, & licet Bart. intelligi possit, vt loquatur ne homines frandentur, hoc est ipsi donatores; tamen dictum Bartoli accipi debet, vt loquatur ne fraudētur alij, quam ipsi donantes per d. l. data, quę ita intelligi debet, & clarè inquit Barbatia cons. 2. num. 10. lib. 3. Quib. suffragatur Tex. in l. in hac l. secundum C. de donat. l. consulta, C. de testam. Vbi donationes in vrbe debent insinuari apud Magistrum census. Quod sane nulla alia ratione cautum est, nisi vt sciri possit donationem factum pauperiorem, & rem donatam ad alteram pertinere.

6 Vnde optima ratione extat Cōstitutio Mediolani, tit. de donat. in fin. quę occurendo huiusmodi fraudibus in hæc verba disponit. Hæ donationes, & quæcūq; aliæ donationes omnium bonorum, siue partis, quæ minor non sit dimidia, publicari debent voce pręconia, intra mēsem postquam factę erunt ad loca solita Ciuitatum, vbi id fieri solet, & hæc tribus diebus in hebdomada. Quod si factum non fuerint sint nullæ, nulliusq; momenti. Quę constitutio sine controuersia seruatur in toto dominio Mediolani. Menoch. consil. 465. num. 14., & hęc publicatio donationis nihil aliud est quam insinuatio, vnde quę de insinuatione statuta sunt in iure eadem locum habent etiam in hac publicatione, vt per Decian. cons 79. col. 1. lib. 5. qui loquitur in terminis huius constitutionis, & quod ea publicatio requiratur fauore publico, & fauore tertij, tenet Ploc. l. si quādo num. 866. vers. & decretum ipsum, C. vnde ui. Qua ratione etiam, cum donationes sint valde suspectæ, & aptæ ad decipiendum ex statuto

Medio-

Mediolani, cap. de solemnitate in donat. obseruą., & ex Constitut. Mediolan. tit. de donat. iurare debent, tam donans, quam donatarius donationem esse veram, non fictam, aut simulatam in fraudem alicuius personæ, facit similiter, quod inquit Rebuff. in tract. de insinuat. donat. in princ. quod in Francia, cum multæ clandestinæ fierent donationes, & deinde res donatæ venderetur, & ea ratione emptor fraudaretur, necesse fuit per specialem constitutionē cauere, vt omnes donationes insinuarentur. Ex quibus planè videri potest insinuationis solemnitatē principaliter inductā fuisse fauore aliorum, quam ipsius donantis, aut donatarij, vt in d. l. data, & per ea quæ statim diximus. Burlat. consil. 396. num. 28., & ita expressè inquit Ferrar. in forma libel. pro donatione in glos. solemnitet, num. 12. vers. Nam hęc solemnitas per d. l. data, & ita tenet Barbatia cons. 2. numer. 10. lib. 3., vbi inquit expressè insinuationem adhiberi fauore aliorum, quam ipsius donantis. Anton. de Cannar. de insinuatione part. 2. quęst. 29. Alciat. cap. cum contingat, nu. 178. de iur. iurand.

Qua conclusione supra firmata, facilè est has dissidentes opiniones cōponere ita distinguēdo. Nam aut quęritur de validitate donationis non insinuatę, inter donantem, & donatarium. Aut vero obijcitur insinuationis deffectus à tertio, qui contendit donationem esse in eius fraudem. Primò casu dicendum est iuramentum supplere per Text., & notandum in cap. cum contingat de iure iuran., & in Auth. Sacramenta puberum, C. si aduers. vendit., & supra dixi opinione quarta, & hæc est magis communis, Imo hæredes donatoris non rescindunt donationem iuratam propter omissam insinuationem. Crauet. consil. 540. nu. 8. cōs. 542. col. 1. quin vnicum iuramentum satis est, vt suppleat, cum vnicum iuramentum posit supplere plures defectus. Cephal. cons. 61. num. 19. libro 1. Sequitur Ludouic. decil. Perusin. 66. numer. 8. parte 2., & donatio confirmatur iuramento, tametsi in ea interueniant plures defectus. Viuius decis. 453. num. 3. Neque his refragatur, quod iuramentum intelligi debeat reb. sic stātibus, & quod iurans obseruare intelligitur iurasse sub ea conditione, vbi perfecta sit donatio, & proinde insinuata, vt per Ruin. l. nemo potest, col. 15. ff. de leg. 1. Vasq. de success. creat. lib. 1. §. 5. numer. 4. vers. sic ergo. Quia insinuatio non perficit donationem sed omissa facit, vt obijci possit exceptio, vt iā dixi, cui exceptioni videtur renuntiatum per iuramentum de obseruando, siquidem opponens exceptionē insinuationis omissæ non dicitur obseruare, & hæc multo magis procedunt vbi præter iuramentum renuntiatum fuit generaliter omni legum auxilio. Gozadinus cons. 87. num. 13. Riminald. Iun. §. 1. instit. de donat. num. 270. cum seq. Ruin. conf. 180. col. 3, lib. 1. Roland. cons. 93. num. 41. cons. 13. num. 17. lib. 1. Maxime autem procedunt vbi insinuationi renuntiatū fuit cum iuramento, per ea quę dixi supra, Imo simplex iuramētum supplet, tametsi minime renuntiatum fuit insinuationi cum fauore animæ, & iuramenti nihil referatur, quod simpliciter iuretur, non obseruare, vel cum iuramento renuntietur insinuationi, cum iurans cēseatur in gennere cogitasse de omni auxilio, & ratione, per quam infringi posset contractus, vt alias dixi, & ita procedit, ea opinio, quod iuramentum suplet insinuationis defectum tametsi minimè renūtiatum fuerit insinuationi, vt scilicet supleat, quo ad præiudicium tātum ipsius iurantis, aut hęredum, quæ opinio multo magis procedit, vbi renuntiatū fuit insinuationi cum iuramento. Sed quod diximus iuramentum suplere insinuationis defectum declara non procedere quando insinuatio ex statuti forma intra certū tempus fieri debet, vt omniū primus respōdit Federic. de Sen. consil. 281., & cum eo transeunt communiter Doctores, vt refert Seraph. de priuileg. iur. d. priuileg. 73., & sequitur Menoch. d. conf. 465. num. 15. cons. 945. nu. 16., & est communis conclusio, vt inquit Curt. Iun. conf. 141. nu. 22., quoniam iuramentum regulariter secundum tempus cōtractus. Clar. d. §. donatio. quęst. 18. in fin. Mozzius de cōtractibus titulo de substantiali donat. num. 21. Gabriel. tit. de donat. conclus. 1. nu. 67. Item declara non procedere in donatione facta inter Iudeos, vt voluit Paul. de Cast. quem refert Bero. cap. 1. num. 195. de constitu. Seraph. d. priuileg. 73. nu. 77.

Aliud dicendum est, vbi alia persona quam donans, vel donatarius allegando donationem fictam esse, vel simulatam in eius fraudem opponit de defectu insinuationis, quoniam hoc casu iuramētum non suplet defectum insinuationis neque renunciatio specialiter facta insinuationi, etiam cum iuramento valet, cum iuramentum non operatur in prȩiuditium tertij, cap. 2. de pact. lib. 6. alias diceretur iniquitatis vinculum, capit. quanto de iur. iurand., & iuramentum non confirmat donationem in præiuditium tertij. Socin. Iun. conf. 69. num. 40. lib. 1. Sequitur Rimin. Iun. conf. 295. nu. 61. conf. 242. numer. 29. Seraph. de priuileg. iuram. priuileg. 73. nu. 74., & ideo iuramentum non operatur in specie Constitu. Mediol. loquentis de publicatione donationis, quoniam ea solemnitas exigitur, ne hi, qui cum donante contrahere possunt in posterum decipiantur. Siluan. conf. 41. num. 15. Sequitur Menoch. consil. 465. num. 15. vers. rursus, & licet ibi dicatur solemnitatem publicationis ex constitutione requisitam, inductam esse in odium donantis, & donatarij, & propterea iuramentum non suplere, nisi specialiter illi renuntiatū fit, tamen tu dic eam publicationem requiri fauore tertij, ne decipiatur ex donatione simulata, vel clandestina, & propterea illi renun-

renuntiaré nôn possunt donans, & donatarius etiam cum iuramento in præiudicium tertij, cum solemnitas publicâdi donationé minimé possit remitti partiũ consensu. Plot. l. si quando, num. 866. vers. & solemnitas, C. vnde vi. Insinuatio igitur, vt dixi, cum non videatur principaliter introducta respectu contrahentium, Sed respectu aliorum, ne quis clam donando, & postea contrahẽdo cum creditoribus eos deciperet l. donatio l. data, C. de donat. Ideo renuntiari non potest illi etiam cum iuramento in præiuditium tertij, cap. cum contingat, & ibi Alciat. numer. 178. de iure iurand. vbi inquit, quod licet infans iure cõmuni teneatur seruare iuramentum, tamen quo ad tertium propter defectum solemnitatis, donatio erit nulla, vbi allegare potest aliquod præiudicium, vt quia nesciens donationem factam cõtraxerit, vt per eum, nu. 179. Concludendum igitur erit, quo ad præiuditium donantis, & donatarij iuramentum etiam simpliciter præstitum supplere insinuationis defectum, & renũciationem cum iuraméto multo magis valere, sed quo ad præiuditium aliorum, qui possunt allegare donationem fictam, & simulatam in eorum fraudem iuraméntum in donatione appositum non supplet, neque valet renunciatio, etiam cum iuramento. & ita distinguendo conciliari poterunt supradictæ opiniones.

XCI. RENVNCIATIO, BENEFIC. INVENTARII, QVOD HÆREDI Conceditur.

Summæ.

1 *Inuentarij beneficium.*
2 *Inuentarij confectionis vtilitatis.*
3 *Inuentarij beneficium an renunciatione tollatur.*
4 *Hæres quando tacite censeatur renuntiare beneficio inuentarij.*
5 *Creditores, & legatarij possunt remittere hæredi inuentarij confectionem.*

1 HVmanitatis ratione Imperator Iustinianus iure deliberandi Immutato Inuentarij beneficium induxit lege finali ibi, nobis apparuit esse humanum, & non solum milites adiuuare huiusmodi beneficio, sed etiam ad omnes hoc extendere, & paulo post in d. l. fin. Ita scribitur, si hætes dubius est vtrum admittẽda sit nec ne defuncti hæreditas non putet sibi esse necessariam deliberationem, sed adeat hereditatem, vel se immisceat omni tamen modo ab ipso inuentariũ conficiatur. Quę autem sint vtilitates confectionis inuentarij ponit text. in d. l. fin. §. etsi prefatam, cum seq. & ibi Bart. Paul. de Castr. Ias. & alij. Quę sanè constitutio d. l. fin. æquissima, & nobilissima, vt dicitur in §. sed nostrā instit. de hereditatem qualitat. & differen. Potissimũ id beneficij hæredi præstat, vt liceat ei adire hęreditatem, & in tantum teneri quãtum valere bona hæreditatis contingit, neque
3 deliberationis auxilium ei sit necessariũ. Hoc beneficium pro se inductum potest hęres contemnere, cum & alias semper vnicuiq; liceat contemnere ea, quę pro se introducta sunt. l. si Iudex circumuẽto ff. de minorib. Nam quãuis introductum sit inuentarium fauore publico, nempe vt hæredes inuitentur ad adeundũ hæreditates, & proinde, vt morientes faciliùs hęredes habeant, tamẽ cum hæc vtilitas minimè sit publica principaliter, sed principaliter sit priuatę, ideo is fauor renunciatione tolli potetir. Surd. decis. 30. nu. 23. vers. & quamuis planè. Cum inuentarij beneficium inductum sit, vt succurratur hæredi, & hæredis beneficio d. l. fin. in prin. ibi adiuuare huiusmodi beneficio. Merito potest heres illi renuntiare. Cephal. conf. 327. num. 18. & numer. 20. Nam speciatim renuntiari potest inuentarij beneficio. Phanuc. de inuent. hęred. part. 6. num. 117. Atq; hæres potest tam post mortem, quam ante, & tam ante aditionem, quam post renuntiare beneficio innentarij. Monticul. de inuent. hæred. in præfat. num. 39. Quin etiam per clausulam, renunciationis omnium legum, & iuris auxilio, maximè cum iuramento renuntiatum videtur huic beneficio. Corneus conf. 31. num. 8. lib. 3. Gozadin. conf. 69. nu. 10. Neuizan. conf. 91. nu. 18. Phanuc. de inuentar. hæred. parte 6. numer. 114. Crauet. consil. 290. num. 5. Rolandus de dore, quæst. 42. nu. 14. conf. 13. num. 11. lib. 1. Sic, & alias potest quis renuntiare beneficio, quod habet, ne conueniatur vltra vires, vt dicam renunciat. 181. Vnde hac ratione potest quoque hæres renuntiare inuentarij beneficio, vt postea teneatur vltra vires. Monticul. in dicta præfatione, numer. 39.

4 Sed dubium esse potest, an hætes, qui simpliciter adijt hæreditatem absq; protestatione & declaratione, quod velit esse hæres, cum beneficio inuentarij, videatur renuntiasse beneficio inuentarij, & Angel. in l. hæc stipulatio ff. si cui plusquam, per l. falcidiam, voluit vt videatur renuntiatum, sed contrarium tenet Paul. de Castr. conf. 268. circa fin. lib. 2. vbi inquit id, quod dicit Angel. in d. l. hæc stipulatio, ita demum procedere si hæres dixit se adire animo certo, & deliberato, quia hæreditas erat soluendo; Secus autem si hætes simpliciter adierit, & idem tradit Cephal. conf. 327. num. 10.

Sed, & hæres, qui certam quantitatem legatam soluere promisit renuntiasse videtur beneficio inuentarii. Corne. conf. 36. col. 2. vers. his tamen non obstantibus libro 4. & alij eum sequuntur, vt per Phanuc. de inuent. hæredit. parte 6. num. 112. & hætes, qui promisit soluere,

tiere, & obligauit se ad debitum defuncti videtur renunciasse beneficio Corneus consil. 31. num. 8. lib. 3. Neuizan. cons. 91. numer. 18. Rimio. Sen. cons. 584. Casus iste Phanuc. dict. parte 6. num. 114. is quoq; qui declarauit se hęredem cum beneficio legis, & inuentarij, deinde asserens se hæredem obligauit se ad solutionem legati per testatorem facti, videtur renuntiasse beneficio inuẽtarij. Franc. decis. 325. num. 3., vbi inquit hanc sententiam esse fulcitam auctoritatibus plurium doctorum, sed cõtrariam opinionem maximam habere æquitatem.

5 Et non solum hęres renuntiare potest beneficio inuentarij, vt teneatur vltra vires hęreditatis, verum etiam possunt creditores, & legatarij renunciare, vt hęres non teneatur conficere inuentarium, & tamen non teneatur vltra vires hęreditatis. Montienl. de inuentar. hæred. in pręfat. nu. 40. per tex. in l. primo gradu ff. quę in fraud. credit. Nam creditores, & legatarij remittentes hęredi confectionem inuẽtarij, videntur paciſci, ne hæres teneatur vltra vires. Monticol. d. numer. 40. Sed an hæredi ex vltima voluntate prohiberi possit beneficiũ inuentarij, & an remitti possit confectio inuẽtarij in vltima voluntate, alibi dixi, ideo hic non repetam.

XCII. RENVNCIATIO, ABSTINENDI BENEFICII, ET IVRIS SVITATIS.

Summæ.

1 *Pater renuntiare poterit iuri Suitatis, & dare licentiam filio abstinendi.*
2 *Hæres suus non potest renuntiare iuri Suitatis.*
3 *Filius renuntiare potest abstinendi beneficio.*

SVitas, ijs qui primum in potestate paterna locum tenent cõtinuationem dominij, necessitatemq; successionis ipso iure inducens §. sui autem. Insti. de hær. quali., & differ. Alciat. Paretg. lib. 5. c. 19. inducta fuit fauore patris, ne filius repudiando reddat patrem intestatum.

1 Quocircà poterit pater huic fauori renũtiãdo dare licentiam abstinendi filio, lege si filius hæres ff. de libe., & posthum. secundum vnum intellectum. Paul. de Cast. in lege Papinianus §. quarta, num. 11. ff. de inoffic. testam.

2 Hæres autem suus non poterit renuntiare iuri suitatis, cum necessarius hęres sit, & proinde inuitus. Bald. in l. quidam elogio, col. 4. ver. sed hic quæritur, C. de iure delibe., & ibi Salicet. num. 10. ver. quæro an filius. Socin. cons. 183. eleganter, col. 2. ver. secundò contra, vbi declarat non procedere accedente iuramento, quoniam tunc est sublata necessitas. Videtur tamen, quod filius renuntiando iuri suitatis, censeatur renuntiare hæreditati, arg. l. illud ff. de acq. hær. cui sanè renunciando desinit esse suus, quò ad concernentia hæreditatem. Bart. l. si filius, qui patri ff. de vulg., & pupil.

Verùm hoc rigorosum necessitatis liberis iure ciuili statutum prætor sua æquitate mitigauit, abstinendi beneficium indulgendo, quo hæreditate paterna, quoties suspectam illam habent, abstinere possunt, lege necessarijs ff. de acquirenda hæreditate, & dicto §. sui autem. Bartolus lege nec emancipatus ff. de leg. 1.

3 Et quoniam id beneficium inductum fuit fauore filiorum lege si filius, & ibi notat Alexander numero secundo ff. de de vulg. & pup. Oddus de restitutione in integrum, quæstione sessagesima secunda, numero octuagesimo sexto, ideò poterit filius, idemque suus hæres abstinendi beneficium repudiare, atque ex hærede voluntario esse suus hæres, & necessarius, dicto §. sui autem, vbi ita dicitur, sed his prætor permittit volentibus abstinere hæreditate, vt potius parentis, quàm ipsorum bona similiter à creditoribus possideantur. Nam id beneficium est permissio, & potestas, quam prætor facit liberis abstinere volentibus. Quare operatur ita demum filijs volentibus, non etiam renuentibus, lege si filius, qui patri ibi, eteo iure dicenti ff. de vulga., & pupil. dicto §. sui autem, & dicta lege necessarijs, & non tantum potest filius huiusmodi beneficium repudiare, verùm etiam potest huic beneficio etiam acceptato renuntiare, atque immiscendo se hæreditati rursus esse suus, & necessarius, si quidem res de facili reuertitur ad naturam suam. Baldus lege vltima, numero primo, Codice de repud. hęred. Qua ratione, secundum eum hęres suus, qui se abstinuit, potest reuocare abstentionem, vt illius verbis vtar, intra triennium ante bona vendita, per dictã legẽ vltimã. In quam sententiam scribit Tiraquell. de retrac. lignager. in fine titul. numero vigesimo octauo, ex sententia Baldi, consilio quatrocentesimo quarto, qui dictus consulitor, columine vltimo, libro tertio, quod abstinere hæreditate in hærede suo continet beneficium, cui quis potest renunciare, etiam post ius alteri quæsitum, per lege si iudex ff. de minori. cùm in extraneo contineat ius commune, cui non potest renuntiari post ius alteri quæsitum. Sed, & hoc ipsum voluit Baldus in lege si quis ff. de iure deliberandi, dum ex eo textus adnotat, quod licitum est ei, qui abstinuit, adire re integra, ne abstinendi beneficiũ fauore inductũ, in odium vertatur.

XCIII. RENVNCIATIO, INIVRIARVM ACTIONIS.

Summa.

1 *Iniuria quid.*
2 *Iniuria, vt illata esse dicatur, quę exigantur.*
3 *Iniuriam passus tenetur in iudicio animę remittere odium.*
4 *Iram cohibere debet iniuriam passus.*
5 *Preceptum de diligendo inimicos.*
6 *Odium remittere læsus tenetur, non etiam iniuriarum actionem.*
7 *Iniuriam remittens in foro animæ, non censetur remittere actionem iniuriarum instituendam, in foro exteriori.*
8 *Iniuria affectus compelli non potest, vt remittat iniuriarum actionem.*
9 *Actio iniuriarum expressa renunciatione tolli potest.*
10 *Tacitè etiam iniuriam remitti.*
11 *Iniuria futura remitti non potest.*
12 *Renunciatione actionis iniuriarum non censentur remissa damna, expensę, nec interesse.*
13 *Pater an remittere possit iniuriam filio factam.*
14 *Prælatus an remittere possit iniuriam monacho factam, aut Ecclesiæ.*
15 *Tutor an remittat iniuriam pupillo factam.*

Niuria fieri id generaliter dicitur quod non iure fit l. 1. in princ. ff. de iniur. insti. eo. in prin. Hinc dicitur iure, vel iniuria. Plaut. Rud. Quomodo habeas, nihil refert, iure, an ne iniuria? Nam quemadmodum iustum cùm agitur, vel actum fuit, dicitur ius: 1
ita iniustum cùm agitur, vel actum fuit rectè iniuria dicitur. Arist. Ethic. libro quinto capit. 7.

1 Ius igitur vel iniuria dicitur iustum, vel iniustum quod agitur, vel actum fuit, & id generaliter accipitur. Quod genus latius patet, quā præsens tractatio, si quidē hoc loco speciatim iniuria dicitur contumelia d. l. 1. in prin. insti. de iniur. in prin. Vnde contumeliose fieri dicitur apud Terent. Phormi. En vnquam cuiquam contumeliosius, audistis factam iniuriā, quam hęc est mihi? Et Cice. 5. in Verr. Retineri, inquit, solitus erat aratores, atq; ab ijs, non modò per iniuriam, sed etiam per contumeliam tantum exprimere frumenti, quantum Apronius imperasset.

2 Planè hoc in tractatu, vt iniuria illata esse dicatur. Primùm exigitur, vt non iure quid factum sit, deinde adesse debet contumelia, l. iniuriarum §. si quis de honoribus ff. de iniur. Nam iniuria ex affectu facientis consistit, l. 3. §. 1. ff. eo. l. si non conuitij, C. eo., & actio iniuriarum principaliter ad contumeliam pertinet l. item apud labeonem §. si quis seruo ff. de iniur. Qua ratione contumelia crescit ex persona eius, qui contumeliam fecit, l. sed si vnius §. quædam ff. de iniur., & atrox iniuria quasi contumeliosior accipitur, l. prætor edixit §. atrocem ff. eo.

Et quoniam in iniuriis per contumeliā illatis inspicitur, non modò id quod non iure factum est, sed & principaliter ipsa contumelia. Quare iniuriarum actio magis vindictę, quàm peccuniæ persecutionem habet l. 2. §. emancipatus ff. de collat. bon. in l. prætor edixit §. 1. ff. de iniur. Sanè ex contumelia primū fit odiū, deinde persecutio vindictę, & pœnæ, ex eo autem, quod non iure, & culpa factum est, fit persecutio peccuniæ, vt damnum sarciatur. Quò fit, vt actio iniuriarum, & actio damni iniurię, eadem res non sit, quoniā altera actio ad damnum pertinet culpa datum, altera ad contumeliam, l. item apud labeonem §. si quis seruo ff. de iniur. Et siue agatur iniuriarū ciuiliter, siue criminaliter, semper agitur ne pœna cōtumeliæ reo imponatur. Insti. de iniur. §. in sūma. Vt igitur tria oriuntur ex iniuria per cōtumeliam illata, nempe ex contumelia odium, deinde persecutio vindictæ, & pœnæ, & ex eo, quod non iure factum est, actio damni iniurię, ita nunc de tribus principaliter agendum erit, & primò de remissione odij, secundò de renūciatione actionis iniuriarum. Postremò de remissione damni iniuriæ.

3 Circa primum Theologi sapienter monent, quod iniuriam, & contumeliam passus tenetur in iudicio animę remittere omne odium, c. fin. de pœnit. dist. 5. c. si quis contristatus, distin. 9. & ibi glo. Bart. in l. si tibi §. quædam, circa fin. ff. de pact. in l. non solum §. iniuriarum. ff. de iniur. Purpura. in l. transigere, num. 75. C. de transact. & ibi Bolognet. num. 13. & tradit Diu. Thom. 2. 2. q. 108. artic. 1. Abb. c. 1. de maledic. Butr. in c. quod quidem de pœnit. & remiss. Io. Fab. in §. fin. vbi alij. Insti. de iniur. Couarruu. varia. resolutio. lib. 2. cap. 10. num. 7. Clarus §. fin. q. 58. ver. sed in proposito. Neque enim permittitur ei, cui illata fuit iniuria vltionē appetere, aut contumeliam vlcisci, l. nullus, C. de iudę. l. scientiam ff. ad leg. Aquil. c. seditionarios, dist. 43. c. si quis per vetus 22. q. 2. c. cum in lege 33. q. 4.

4 Cohibenda est igitur ira, cùm iniuriam patimur ne ad aliquod malum prosiliat per furorem. Namque hic affectus, cùm in animū cuiusquam incidit velut sæua tempestas tantos excitat fluctus, vt statum mentis immutet, hominesque in omnia facinora præcipites agat. Hinc Plutarch. libellum cōscripsit de cohiben. ira. Etenim per se malum ira non est, cùm sit naturæ bonum, sed malè vtendo fit malum. Quapropter redigendus est hic affectus intra fines suos, & in viam rationis, nimirum ad coercēda peccata eorum, qui sunt nobis subiecti, ad correctionem vitiorum, vt metu cohibeantur.

tur. Vti sanè ira aduersus subiectos, aut alios ad vitiorum correctionem necessariũ est; atq; irascitum, & tamdiu, vt ratio præceperit virtus est, vt tradit Aristh. Ethic. lib. 4. c. 5.

4 Is autem qui aduersus pares, vel maiores ira vtitur, vti impius humanitatemq; violans cõmotionis iræ impetum, cùm ratio pręcipit, non retundit, in vitiũ incidit. Arist. d. c. 5. Nam, & Plutarch. auctor est inter instituta laconica illud fuisse, vt votis hoc annecterent, nẽpe ferre posse iniurias. Sed, & hoc sacræ docent literæ, nã leuit. 19. dicitur, Non q̃ras vltionẽ, nec memor eius iniuriæ ciuiũ tuorũ. Et Diu. Chrysostom. homil. 43. in Mathe. inquit, non iniuriam pati, sed iniuriã facere, aut nescire pati malum est. Quot quantasq; iniurias ferebat Dauid? quot quãtasq; faciebat Saul? Vter enim istorum fortior, ac beatior fuit, & vter miserior, & miserabilior. Nonne qui iniuriosè faciebat lcitum est & illud quod in Psal. 37. dicitur. Qui inquirebatur mala mihi locuti sunt vanitates, & postea subdit, Ego autem tamquam surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum. Vnde Apostolus dicit, Maledicimur, & benedicimus persecutionem patimur, & sustinemus; blasphemamur, & obsecramus. Sunt & ad id plurium patrum sententiæ, vt habetur 23. q. 1. ,& 4. Nã vt docet D. Thom. 2 s. art. 3. q. 72. Interdum permittitur ex causis cõtumeliam repellere, cæterum contumelia est perferenda. Et hanc sententiã mirũ in modũ confirmatur, quod quotidiè petimus à Dño in oratione dominica, & dimitte nobis debita nostra sicut, & nos dimittimus debitoribus nr̃is, & iõ dr̃ Mathe. 6. si non dimiseritis hõibus, nec pr̃ vester dimittet vobis peccata vestra, & Marc. 11. dicitur cùm stabitis ad arandum, dimittite, si quid habetis aduersus aliquem, vt & pr̃ vr̃, qui in cœlis est, dimittat vobis peccata vestra, Cuius item sententia extat exemplum memorabile apud Mathe. c. 18. illius pessimi serui, quem dominus capi iussit, quod cùm ei omne debitum, illudque magnum dimissum fuisset, tamen ille, ob modicum debitum conseruum debitorẽ afflixisset. Ad idem fac., quod scrib. eccl'es. 28. Qui vindicari vult à Domino inueniet vindictam, & peccata illius seruans seruabit. Relinque proximo tuo nocenti te, & tũc deprecanti tibi peccata soluentur. Homo homini reseruat iram, & à Deo quærit medelam In hominem, similem sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur? Ipse dum caro sit reseruat iram, & propitiationem petit à Deo? quis exorabit pro delictis illius? Memento nouissimorum, & desine inimicare. In quam etiam sententiam est illud Pauli ad Coloss. Nunc autem deponite, & vos omnem iram, indignationem, &c. supportantes inuicem, & donantes uobis metipsis, & ad ephes. 4. Estote inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem.

5 Sed quid diutius in huiusmodi similibus, & generalibus immoramur? quando ipse Christus Dominus noster id præcepit. Mathe. 5. ego autem dico vobis diligite inimicos vestros capitulo cum in l. 23. quæstione quarta. Quin etiam tenetur iniuria affect⁹ remittere odium, & iram abijcere, etiam si iniurians id non petierit, glo. in d. c. si quis contristatus. Couarru. var. resol. lib. 2. cap. 10. num. 7. Nullo enim tempore, licet odium gerere aduersus proximum, & quamuis Bartolus in dicta lege si tibi §. quædam, & in l. non solum §. iniuriarum ff. de iniur. videatur tenere, vt offensus teneatur remittere odium petenti tantum, ex sententia magistri sentent. Nouarien. libro quarto, distinctione trigesima, tamen id non determinat sed inquit magistrum esse Theologis, præterea magister sent. quem ipse allegat, nihil facit, vt ibi videre est, & de necessitate inimicos diligendi pulcrè tradit Diu. Thom. secunda secũdæ, quæstione vigesima quinta, artic. 8. & nono & quęstione octuagesima tertia, articulo octauo, vbi inquit, quod diligere inimicos in generali est pręceptũ, secus in speciali, quoniam hoc casu absolutè non tenetur.

Et non modò quis tenetur diligere inimicos sed, & tenetur signa, & effectus dilectionis illis exhibere, vt per Diu. Thom. dicto loco, Quibus præterea addes illud, quod Deus inquit Mihi vindictam, & ego retribuam.

Quod si quispiam à irabili laborans, & vindictæ cupidos objiciat, minimè decere virum nobilem præferre contumelias.

Quoniam secundum Ias. in l. si tibi §. quędam, in fi ff. de pact. verecundia sit de iure ff. orum remittere iniuriam inultam per tex. in lege miles § locer. ff. ad lege iul. de adulter. huic responderi potest imò esse viri fortissimi animum vincere, & iram cohibere, vt inquit Cic. pro Marcello, quod Ouid. epist. 3. ita cecinit. Vince animos, iramque tuam, qui cætera vincis.

Sed quamuis supradicta odium summouendum esse suadeant, tamen non dant impunitatem, quod contumeliam intulit, neque prohibent quin animaduerti possit in illum, pro
6 modo contumeliæ, quoniam læsus odium remittere tenetur, non etiam actionem iniuriarum, c. si quis contristatus 90. distin. quinimò benè facit is, qui dimisso odio agit actione iniuriarum, c., & quod emendar. 49. dist. c. de occidendis 23. quæstione quinta. Nam actio iniuriarum, & persecutio vindictæ fiendæ auctoritate publica, actus licitus, & actus virtutis Diu. Thom. secunda secundæ, quæstione centesima octaua, artic. 1., & 2. Couarru var. resol. libro secundo, capitulo decimo, numer. 7. Verùm rectè monet D. Thom. d q. 108 artic. 1., & sequitur Couarruuius dicto capitulo decimo, vt persecutio vindictæ fiat sine peccato, & recta intentione.

7 Qua ratione etiam is, cui illata est iniuria per contumeliam in confessione, & in foro animæ

remittens iniuriam, non videtur remittere actionem iniuriarum instituendam in foro exteriori, glo. in c. quia præsulatus 1. quæstione 4. Bartolus in lege si tibi §. quædam, & ibi Alexander, Iason, & Fulgosius ff. de pactis in lege non solum §. primo ff. de iniur. Felinus capit. de his criminibus de accusatio. doctores in c. fin. Insti. de iniur. Marsil. sing. 146. remissio iniuriarum. Couarruuius variarum resolut. lib. 2. capit. 10. numer. 7. ver. tertium constat Augustinus ad Angelus de malefic. in versic. comparent, & produxerunt, numero vigesimo septimo. Petr. Bellin. de re militia. num. 128. Clar. in pract. §. fin. q. 58. ver. sed in proposito. Nam remissio, quæ fit in foro conscientiæ simpliciter facta ad odium, & iram tantum pertinet, non etiam ad ius agendi iniuriarum, vt cõmuniter tenent doct. in d. l. si tibi §. quædam, Contrarium tamen tenet glo. in §. finali Insti. de iniur., sed contra eam communiter tenetur, quod tamen proced., nisi plena remissio facta fuerit. Felin. d. cap. de his criminibus maior., & obed. Bald. c. 1. §. iniuria, num. 7. de pace iuram. firm. Ias. d. §. quædam. Marsil. d. sing. 246. Roland. cons. 45. num. 28. lib. 4.

8 Similiter non potest offensus, & is qui iniuria affectus est regulariter compelli, vt remittat actionem iniuriarum, glo. in l. furti §. qui iussu, & ibi Bartolus, & Albericus ff. de his, qui not. infam. Bald., & Ias. in l. quidam existimauerunt ff. si cer. pet. Bald. l. 1 §. quies ff. de offic. præfec. vrbi., & est communis opinio, vt testatur Marsil. cons. 98. nu. 6., quem refert & sequitur Clar. in pract. q. 58. in fi.

9 Poterit tamen expresse remitti actio iniuriarum, & expressa renunciatione tolli, l. si tibi decem §. quædam ff. de pact., & ibi doctor. vbi actio iniuriarum tollitur ipso iure per pactum, l. non solum §. 1. ibi proinde, & si pactum ff. de iniur. sed, & tollitur simplici renunciatione & nuda voluntate, glo. in l. Pomponius in ver. nuda voluntate, & ibi Bartolus, & Alexander in addit. ff. de negot. gest. l. sed si vnius §. si ante ff. de iniur., & ibi Angel., & quamuis alij contrarium tenuerint per l. iurisgentium §. si paciscar ff. de pact. tamen verius est expressam renunciationem valere, cùm iniuriarum actio competat principaliter ad priuatum commodum. Bartolus lege tertia §. si is, cuius ff. de sepul. uiol. Nam iniuriarum causa non publici iudicij, sed priuati continet querelam, vt inquit tex. in l. iniuriarum, & in l. vlt. in princ. C. de iniur. Farinac. de testib. q. 56. nu. 10.

Quinimò actio iniuriarum, vbi remissione sublata est non potest per conuentionem partium resuscitari; & ideò cùm pacto tollatur actio iniuriarum ipso iure secundum pactum etiam resolutorium primi nihil operatur, quò ad primam actionem si quidem actio iniuriarum ex pacto nasci minimè potest. Bart. lege si vnus §. pactus ne peteret, col. vlt., & ibi Bologniet. ff. de pact.

His accedit, quod si facta fuerit remissio iniuriarum procẽtũ, actio sublata dicitur etiam antequam hæc solutio dictorum centum, quoniam hæc actio tollitur ipso iure, vt per Bart. in lege cum mora, numero tertio, & num. 13. & ibi Angelus, numero tertio, C. de transact.

Humanum sanè est iniuriam sibi illatam remittere, vt notat Angelus in lege furti §. pactus in fine ff. de pactis, & remittens iniuriam præsumitur in perpetuũ remittere non ad tempus §. finali, & ibi glossa. Insti. de iniur. Alciat. de præsumpt. regul. 2. præsumpt. 36. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 109. nu. 10., & lib. 1. q. 24. numer. 26. sed, & iniuria remitti potest absente parte. Surd. de aliment. titulo septimo, quæstione prima, num. 58. sed alij tenuerunt, quod remissio, & pax ita demũ valeat si in ipsa remissione pace interuenit aliquis, qui pro ipso absente recipiat. Bald. l. 2. numer. 4. Cod. de libert., & eorum liber., & est communis opinio, vt per Alexan. consilio 131. numero nono, libro quarto, & hãc opinionem esse æquiorem, & veriorem tradit Clarus in pract. §. fin. q. 58. ver. dictum est, vbi inquit in praxi seruari, quod huiusmodi remissione fiant Notario stipulanti nomine omnium quorum interest.

Potest, vt remissio fieri in testamento. Bald. l. si tibi §. quædam circa fin. ff. de pact., & iniuriam testamento remittens reconualescens non agit iniuriarum, glossa in §. finali. Institu. de iniur. Surdus de aliment. titulo septimo, q. 1. in fi. Nam est tamen omittendum, quod si iniuria remittatur pacto gratuito euitatur infamia, quæ irrogatur ex iniuria illata secus si pactum non sit gratuitum. Gaill. obseru. 102. in fi. lib. 2.

10 Et non modò expressè sed etiam tacitè ex coniecturis, & præsumptionibus iniuria remissa videtur Baldus lege in ipsius, Codice fam. ercisc. Mascard. de probat. conclus. 902. numero decimo septimo. Verùm non quibuscunq; argumentis censetur renunt. iniuriæ Petr. Bellin. de re militia. p. 10. tit. secũdo numer. 134. & ideo iniuria remittitur per sequentem recõciliationem. Surd. de aliment. tit. 7. q. 1. nu. 57., & per dissimulationem, l. non solum §. 1. ff. de iniur. §. fin. Insti. de iniur. Farinac. in praxi, quæstione decima quinta, num. 11. 27. sed, & si iniuriatus satisfactionem receperit ab iniuriante præsumitur iniuria remissa, lege sed si vnius §. si ante ff. de iniur., & Angel. ibi Mascardus dicto loco, numero decimo octauo peccuniâ autem recipiens non videtur remisisse ius agendi iniuriarum, sed odium tantum etsi in contrarium faciat glo. in §. finali. Insti. de iniur., vt per Baldus dicta l. si tibi §. quædam in fine, sed quod satisfactione, & solutione iniuriantis minimè videatur remissa iniuria, tradit Clarus §. finali, quæstione quinquagesima octaua, ver. adde, quod vbi inquit ita obseruatum fuisse.

Mutua

Mutua item familiaritatis, & amicitiæ signa singularia faciunt, vt præsumatur remissa iniuria, vt mutua salutatio. Baldus dicta lege in ipsius. Felinus in capitulo repellantur, numero septimo de accul. Angelus, & alij in §. finali Insti. de iniur. Osculum pacis quoque facit, vt præsumatur remissio iniuriæ, capitulo pacem, & ibi gloss. de consecr. dist. 2. Felin. d. c. repellantur.

Iniuria necnon censetur remissa per gratia seruitia. Baldus dicta l. in ipsius. Ial. lege ex hoc iure, columine decimo sexto ff. de iust. & iur. in lege prima, colomina secunda ff. de pactis. Angelus §. item propter inimicitias. Instit. de excus. tut. Præterea procurans iniuriantem condemnari ad vindictam publicam videtur remisisse pro suo interesse iniuriam. Alex. in apostil. ad Bart. per illum tex. in lege sed si vnius §. si ante iudicium ff. de iniur. Cepol. caut. 33. sciant omnes, vbi docet quod debet possessori, quod ius suum sit saluum, alias censetur remissa iniuria.

Vel etiam si iniuriatus iniurianti dexteram porrexerit doctores, & ibi Ias. in lege prima ff. de pactis, & fac. illud Virgil. congressi iungunt dextras. Intellige tamen præscriptionem remissionis proced., quando adsunt signa particularia amicitiæ, & dilectionis non etiam signa vniuersalia, quæ quis ratione præcepti tenetur etiam inimico exhibere, vt per Diu. Thom. secunda secundæ, quæstione vigesima quinta, articulo nono, Nam per signa vniuersalia, & communia censetur potius remissum remissum odium, quam actio iniuriarum, secundo intellige, vt per signa particularia censeatur remissum odium tantum, non etiam ius agendi vbi is, cui iniuria illata est principio iniuriam ad animum reuocauerit, iniuriarem, iudicio conuenerit. Felin. d. c. repellantur, num. 7. ver. fin. Capella Tolos. decis. 233. & ibi Aufrer. & Doct. supra citati. Lapsu præterea temporis remissa videtur iniuria, & ideo minori, qui tenuit. ex lapsu temporis iniuriarum actioni subueniendus non est. Boian. de restitutione in integrum, capitulo centesimo quinquagesimo primo, numer. 5. nam tollitur actio iniuriarum per lapsum anni, glo. in l. si non conuincitur, C. de iniur., quam communiter approbatam esse, inquit Ruin. consil. 21. nu. 5. lib. 5. Cuman. cons. 74. nu. 5. quod tamen intelligendum est de actione iniuriarum criminali; quoniam ciuilis est perpetua. Bald. de præscript. parte 4. parte 9. princ. q. 1. nu. 3. Roland. cons. 39. nu. 15. lib. 2.

11 Sed, quod diximus renunciari posse actioni iniuriarum intellige non proced. in iniuria futura, qm non valet pactum, quo remittitur iniuria futura, l. si vnus §. illud nulla ibi, vel iniuriarum ff. de pact. & ibi Curt. Iun. nu. 28.

12 Intellige secundo, vt per renunciationem actionis iniuriarum non videantur remissa dāna, expensæ, & interesse, glossa in capitulo si quis contristatus, distinctione nonagesima, in §. finali, Institut. de iniur. Specul. titulo de accusatore §. 1. num. 8. verficulo quid si vulneratus. Bald. c. 1. §. iniuria, num. 7. versic. quæro vtrum iniuria, de pace iuram. firm. Bart. Alex. Bal. Ias. Curt. Iun. nu. 36. in d. l. si tibi decem §. quædam. Alex. cons. 168. num. 5. lib. 2. Bald. in l. si tibi domus ff. de seru. vrb. præd. Boer. decis. 52. num 6. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 514. & recupet. possess. remed. 1. num. 307. Couarr. d. l. 2. c. 10. ver. quarto eodem iure. Clar. d. q. 58. vers. quæro modo. Mysinger. centur. 4. obseru. 50. Suarez in comment. in versiculo pax, num. 64. Io. de Amic. consilio octuagesimo octauo, numero decimo quarto. Gaill. in tract. de arrestis imperij, c. 14. nu. 7. Mascard. de probat. conclus. 902. numero vigesimo nono, & hæc declaratio probatur per lege si domus ff. de seruitu. vrb. præd. lege, quod in puteum §. si postea ff. quod vi, aut clam, nam iniuriarū actio, & damni iniuriæ actio sunt diuersæ, & separata, quoniam altera actio ad damnum culpa datum pertinet, altera verò ad contumeliam, lege item apud labeonem §. si quis seruo ff. de iniur. ergo vnum sine altero remitti potest, & remissa iniuria non videntur remissa damna d. l. si damnus.

Quapropter pulcrè monet Baldus in dicto §. quædam, vt semper in instrumento remissionis expressim remittantur item damna, & expensæ, & sequitur Gaill. dicto capitulo, decimo quarto, numero octauo. Moron. de fide tung. & pace, quest. 177. nu. 8. Rebuff. in repet. l. vnicæ, C. de sent. qui pro eo, quod interest in præfat. nu. 63.

Sed quoniam patitur quis iniuriam non solum per temetipsum, sed etiam per alias personas, l. 1. §. item, aut per semetipsum ff. de iniur. §. patitur. Instit. eo. ideò videndum erit, quæ personæ remittere possint iniuriam quam

13 passi fuerunt per alias personas, Et in primis regula est, quod potest pater remittere iniuriam factam filio etiam inuito filio, lege sed si vnius §. filio fam. & ibi notat Bartolus, numero secundo ff. de iniur. lege in personam, & ibi glossa, Bartolus, & Doctores ff. de pactis. Roman. sing. 93. tu habes. Marsing. sing. 573. grauior. Iason lege contra iuris §. primo ff. soluto matrimonio. Boerius decisione centesima vigesima, numero primo. Vrsill. in addit. ad Afflict. decisione 580. numero septimo. Gabriell. consilio centesimo septuagesimo secundo, numer. 14. lib. 1. Parif. de sindica. ver. compositio, c. fin. num. 6. Io. de Amic. cons. 88. Maranta in Speculo p. 6. de inquisitione, nnmer. 67. Capel. Tolol. quæst. 242. cum seq. Clar. §. fin. quæstione quinquagesima octaua ver. quæro nunquid, vbi inquit Senatum Mediol. obseruare, vt in remiss. interueniat consensus vtriusq; hoc est patris, & filij, vbi tamen agatur de cæde, aut vulneribus.

Nam pater magis patitur iniuriam filio illatam quam ipse filius, vt per doct. supra citatos, & ideo vti pater remisit non potest filius agere glo. in c. cum illorum ver. passus est vbi Abb. & alij de sent. excom. imo neq; poterũt alij filij fratres offensi agere. Maranta d. nu. 67. & filius paciscendo super iniuria sibi illata patri non praeiudicat. l. in personam, & ibi glo. & Doct. ff. de pact. Ias. d. contra. §. 1. num. 15.

Declara suprascripta non proced. in filio emancipato quoniam ipse potest remittere absq; patris interuentu Clar. dicta quaestione quinquagesima octaua versiculo quaero nunquid. in fi.

Secundo, non proced. vbi pater esset vilis persona, & filius esset persona honesta d. § filio form. & ibi Bartolus glosa in l. contra iuris. §. 1. & ibi Ias. numero 15. ff. de pact. Bart. in l. lucius, per illum tex. secundum nostram lect. ff. solu. matr. & ibi Cuman. in addit. Iac. à S. Georgio l. in personam ff. de pact. Boer. d. decis. 120. num. 6. Maranta p. 6. de inquisitione numero 68. Aufrer. ad capel. Tolos. quaestione 242. vbi inquit eam rationem esse, quia pater in honestae vitae non habet filium in potestate. l. & l. & si lenones. Cod. de Episc. aud.

Tertio, suprascripta procedũt vbi illata fuit iniuria ab extraneo, secus si à persona coniuncta. l. lucius, & ibi Bart. Angel. Roman. Cuman. ff. solu. matr. Ias. d. l. contra iuris. §. 1. numer. 15. sequitur Marsil. sing. 573. grauior Roman. sing. 93. tu habes Boer. d. decis. 120. num. 6. Maranta d. p. 6. numer. 71. Aufret. ad capel. Tolos. q. 242.

Quarto, decl. vt dicta regul. proced. etiam hodie. Ias. d. l. contra iuris. §. 1. nu. 15. quamuis Hostien. contrarium tenuerit, vt per eundem loquit Angel. l. in personam ff. de pact. & ibi sequitur Iac. à S. Georg.

Quinto, remittere poterit pater expresse nõ etiam tacitè Cuman. in d. l. lucius. in addit.

Sexto, non poterit pater remittere iniuriam violati thori. Cuman. d. l. lucius. in addit. Boer. dicta decisione centesima vigesima, numero sexto.

Septimo, pater non poterit remittere iniuriã exhaeredationis. Cuman. d. l. lucius in addit. vel querelam inoffic. testamenti l. Papinius in princip. ff. de inoffic. test. qm̃ hoc casu iniuria videtur soli filio illata, quae non transit ad patrem Boer. decis. 120. nu. 6. Iac. à S. Georg. l. in personam. in fi. ff. de pact.

Octauo, decl. quod licet pater possit remittere odium ortum ex contumelia filio illata, non tamen potest remittere commodum. Cuman. d. l. lucius. in addit.

Nono, fall. etiam nisi pater esset absens. d. §. filio fam. l. si longius §. 1. ff. de iudic. Boer. d. decis. 120. num. 6.

Decimo, decl. vt remissio patris non praeiudicet Fisco, Iac. à S. Georgio l. in personam numer. 7. ff. de pact.

Qua ratione, quod diximus supra de iniuria
14 illata filio idem dicendum est de iniuria monacho illata qui eam remittere non potest, sed Prelatus, Bald. l. in personam ff. de pact., & ibi Iac. à S. Georg. idem Bald. in l. praeces, col. finali, quaestione septima, Codice de transact. Butri. in capit. parochianos, num. 6. de sent. excomun.

Non poterit tamen Prelatus remittere iniuriam factam ecclesie, glo. c. 1. in ver. punire de poen. lib. 6., & communem inquit Boer. d. decis. 120. nu. 5. Sed intellige, vt non possit solus remittere, secus cum consensu capituli, glo. in cap. contingit de sent. excomun., & ibi Felin. Clarus dicta quaestione 58. versiculo praeterea quaero.

15 De Tutore autem illud certum est, quod pupillus maior infante potest cum auctoritate tutoris iniuriam remittere, vbi vero pupillus infans non potest solus, neq; cum tutore remittere, vt communiter concludunt doctores, vt per Clar. dicta quaestione 58. versic. quero an tutor, sed dubium est an hoc vltimo casu solus tutor remittere possit. In qua re ita communiter distinguitur, nam aut remissio est damnosa pupillo, vt quia dedecus sit pupillo, aut eius familiae remissionem facere, & hoc casu non valet. Aut remissio vtilis est pupillo, quia forte aduersarius est potens, & tunc valet, vt per Clar. dicta quaestione quinquagesima octaua, versiculo quero an tutor, vbi testatur in dominio Mediolani indistincte admitti remissionem factam à tutore pro pupillo, absque alia causae cognitione, & idem testatur Bossius in tit. de pace, num. 14.

Nam tutor non potest remittere iniuriam pupilli, quando esset pupillo dedecus. Ias. l. si tibi decem §. quaedam in fine ff. de pact. doctores in lege pactum curatoris, Codice de pactis.

Quando autem pupillus est maior infante, tũc requiritur etiam, quod & ipse interueniat. Nam pupillus potest iniuriam remittere cum auctoritate tutoris, & ita communiter tenent doct. vt per Corne. in l. iurisiurandi, num. 3. ff. de iureiur. Ego hac in re ita concludendum esse arbitror, nam aut agitur de renunciatione actionis iniuriarum, vt remittatur ius agendi, & persecutio vindictae, Aut verò agitur de remissione damnorum, & expensarum, primo casu indistincte potest tutor remittere, etiam solus, vbi pupillus est infans, quoniam remissio actionis iniuriarum nunquam potest damnum pupillo afferre, sed potius vtilitatem.

Neque dicendum est, tùm remitti non posse iniuriam à tutore, cùm dedecori esse potest pupillo eiusque familię, vt actio iniuriarum remittatur, vt dicit Baldus, & Salicetus in lege pactum curatoris, Codice de pactis, & Ias. in lege si tibi §. quaedam, in fine ff. de pactis

per

per tex. in l. miles §. focer ff. ad l. Iul. de adulter. quem tex. ad id citat Angel. conf. 248. incip. in splẽdidissima, quod dedecori sit remittere iniuriam inultam, quoniam respondetur, quod etsi iniuria affectus reneatur remittere odium non etiam iniuriarum actionem, vt supra dictum fuit, tamen id proced. modò agentis, & accusantis intentio tendat in aliquod bonum, quod procedere possit ex pœna, & vindicta, & ideò principal ls intentio recta esse deber, vt iniuria vẽdicetur nẽpè propter emẽdationem eius, qui læsit, aut propter iustitiæ conseruationem quietem publicam, & propter similes causas, non etiam vt tollatur ignominia & dedecus læsi D. Thom. 22. q. 108. articul. 1. Couarru. var. resol. lib. 2. c. 10. num. 7. vers. duodecimò. Nam malè agit, qui iniuriarum ideò principaliter agit, vt tollatur dedecus, cùm remissio iniuriæ, nunquam possit esse dedecori, imò actus est virtutis, & viri fortis remittere iniurias, vt supra dictum est. Altero autem casu, cùm agitur de remissione damnorum tũc existimauerim remissionem damnosam pupillo non valere, vt per doct. in l. pactũ curatoris, C. de pact.

XCIV. RENVNCIATIO, QVERELÆ INOFFICIOSI Testamenti.

Summæ.

1 *Inofficiosi querela, iure nouissimo, quo casu locum habeat.*
2 *Querela inofficiosi quid sit.*
3 *Inofficiosi querela an renunciatione tollatur.*
4 *Tacitè etiam renuntiatur querelæ inofficiosi.*
5 *Minor renuntians querelę inofficiosi.*
6 *Exhęredatus an possit querelę inofficiosi renũtiare.*
7 *Filius an possit cum patre pasciscendo renuntiare querelæ inofficiosi.*

1 Vre nouissimo, vno tantum casu locũ habere potest querela inofficiosi testamenti, hoc est cum filius exhæredatur, vel preteritur à matre causa iusta expressa, quæ tamen, nec dum probata sit per hæredem. Cęterum locus esse non potest huic querelæ, nam si filius in legitima institutus fuerit, nihil est, quod defuncti officium accuset: Si autem in minori parte, ad suplementum aget, quod si exhæredatus fuit iuste causa expressa, & probata, merito à querela inofficiosi excluditur, lege quidam, versiculo quid ergo ff. de verborum obligatione. Si vero fuit exhæredatus nulla causa expressa, vel ea expressa, quæ tamen de presenti falsa apparet, tunc testamentum non subiacet querelæ, sed est ipso iure nullum. Auct. ex causa, & Auct. Non licet, Codice de liberis pręteritis, & ibi Bart., & in lege prima ff. de testam. numero sexto. Additio ad Portium Institut. de inoffic. testamen. in fine, & est communis sententia. Vt per Iasonem in dicta Auctentica ex causa, numero decimo octauo.

2 Porro querela inofficiosi, nihil aliud est, quam hęreditaris petitio, ex causa inofficiosi testamenti, l. si quis filium ff. de inoff. testam. Fulgos. in rub. ff. eodem in fin. Inofficiosum autem testamẽtum ingratum, quoq; possumus appellare. Cuiac. obseruationum, lib. 3. cap. 8. num. 30., & hoc agitur, eo colore quasi testator non sanæ mentis fuerit, recte quidẽ non vt verè furiosus testamẽtum ordinando, sed vt quasi furiosus, non ex officio pietatis filium iniuste exhæredando, vt dicitur in lege 2. ff. de inoff. testam. Nam quia parentes interdum sine iusta causa, nouercalib. aut alijs odijs corrupti liberos suos exhęredant, sanguini suo cõtra legem naturæ iniuriam inferentes, inducta fuit huiusmodi querela, qua liberi de inofficioso testamento agere possint, ea ratione, quod inique, & contra officium pietatis exhæredati fuerint, l. non est enim ff. de inofficio testam., & ideo dixit Cyn. in rub. Cod. de inoff. testam. ibi dictionem in accipi priuatiuè, inofficiosum hoc est minimè officiosum, vti contra officiũ, & pietatem.

3 Hæc querela inofficiosi testamenti imitatur actionem iniuriarum, vt considerat Cuiac. obseruat. libro decimo septimo, capitulo decimo septimo. Nam vt actio iniuriarum renunciatione aboletur, ita & querela inofficiosi renunciatione tollitur, l. Papinianus §. si quis post rem, lege nam etsi §. 1., & ibi Glos. in verbo voluntate, lege qui repudiantis ff. de inoff. testam. notat in lege si quando §. illud, Codice eodem; lege prima, & ibi DD. Codice de inuit. resti. mino. lege filio pręterito ff. de iniusto testam. Baldus in lege finali, columine secundo vers. extra quæro, C. de repud. hæredit. Sola quippe volũtate ipsius exhæredati, omitti potest querela. Fulg. l. fin. in prin. ff. de inoff. testam. Renuntiariq; potest testamẽto inofficioso, & de eo transigi. Boer. decis. 147.

Quare remissa querela inofficiosi, minimè datur regressus hęredibus eius, qui per transactionem renuntiauit; quamuis etiam promissa eis non seruentur, l. cum mota, & ibi doctores C. de transact.

Intellige tamen, vt non valeat pactum inter patrem, & filium quatenus filius minimè agat querela inofficiosi aduersus testamentũ patris tex. est in d. l. si quando §. illud, & ibi doctores de ratione, vide quę dixi de legitima.

4 Querela autem inofficiosi, excluditur, non tantũ expressè, sed & tacitè. Renũtiatur autem tacitè dupliciter per actum, aut per omissionem. Glos. in lege 1. in verbo dissimulatione C. de inuit. resti. mino., & ibi doctores. Primo modo excluditur à querela filius agnoscendo

inditium patris, & approbando testamentum per actum aliquem veluti acceptationis relicti & simil. lege Papinianus §. si conditioni ff. de inoff. testam. l. parentibus, C. eodem glos. in l. cum donationibus in verbo non agnouisti, C. de inoff. donat. l. si ponas §. si hæreditatem ff. de inoff. testam. l. nihil in prin., & ibi Bart. l. si pats §. 1., & l. fin. ff. eodem, Glos. in l. 1. verbo dissimulatione, C. de inuit. rest. min. & ibi doctores. Io. Mauritius de restit. in integrum, cap. 149. num. 8. Nam filius agnoscens testamentum patris, censetur renuntiare querelę inofficiosi testamenti, etiam respectu suplementi. Castellio. cons. 24. num. 54. vers. de quarto.

Nam approbatio testamenti excludit filium à querela, vt notat Salicet. in l. parentibus, C. de inoff. testam., & ibi id intelligit procedere etiam in approbatione facta tempore testamẽti. Aliud tamen dicendum est in querela inofficiosæ donationis, vt ibi dixi. Estque notandum, quod etsi agnoscendi iuditium defuncti competat actio ad suplementum legitimę, vt dixi supra ad renũciat. legitimæ; tamen aliud dicendum est in querela, quoniam agnitione, & approbatione excluditur querela, vt per Bald. in l. Papinianus §. si conditioni. in fin. ff. de inoff. testam., vbi notat diuersitatem inter legitimæ suplementum, & inoffi. querel. quãuis alias actio ad suplementum subrogetur hodie in locum querelæ. Sed cur agnitio, & acceptatio relictorum excludat querelam, non etiam suplementum legitimæ, tradit Vasq. de success. ad l. si quando §., & generaliter, C. de inoff. testam. Qua ratione etiam filius exhęredatus pręstans patrocinium peteti legatum ex testamento videtur tacitè renuntiare querelæ, l. fin. in prin., & ibi notant DD. ff. de inoff. testam. glos. in d. l. 1. verb. dissimulatione. Mascard. conclus. 1264. num. 22. Nam quià in d. l. fin. petitio legati, cui patrocinium, & aduocationem filius præstitit, non separatur à validitate testamenti ideo dicitur filius aduocationem præbendo, & procurationem suscipiendo testamentum approbasse, vt inquit Socin. Iun. consil. 7. nu. 10. lib. 4. Per omissionem quoque tacitè renuntiatum videtur querelæ, cum permittitur labi tempus quinquenij, siquidem tantum tempus præstitum est ad querelæ intentationem, l. siquis filium, C. de inoff. testam. Io. Mauritius tractatu de restitu. in integrum, capite 149. num. 7. l. contra maiores, l. siquis filium la secunda in fin. C. eod. Bald. & alij in d. l. 2.

5 Ex his illud proficiscitur, vt maior renuntians querelæ, non possit ad eam redire, minor autem renuntians expressè, & tacitè poterit petere se restitui in integrum, l. 1. C. de in integ. restit. min., & ibi Salicet. Qua in re quo ad minorem, ita concludit Bald. in d. l. 1. nu. 3., & ibi Salicet. Aut minor expressè renuntiat cum auctoritate tutoris, vel curatoris, & tunc restituitur: Aut renuntiat tacitè, & tunc aut per actum aliquem, & restituitur: aut per omissionem, & tunc hodie ipso iure seruatur illæsus per l. 2. C. in quibus caus. in integr. restitutio non est necesse intelligendo, quod d. l. 1., quo ad lapsum quinquenij corrigatur per dictam legem secundam, vt per Bartol. Bald. Salicet., & Cortieum in d. l. 1. quamuis Ioan. Mauritius tract. de restit. in integ. capit. 149. existimauerit d. l. 1. minimè corrigi, vbi conciliat. Supradicta tamen limitanda sunt, nisi minor, cum iuramento renuntiat, Bald. d. l. 1., & alibi dixi.

Hinc quoque est, quod vbi filius exhæredatus dum viueret renunciauit querelę non potest fieri transmissio querelæ, quæ fit beneficio l. siquis filium la secunda, C. de inoff. testam. Ias. l. cum mota, num. 19. C. de transact.

6 Non est tamen omittendum, quod exhæredatus non potest querelæ inofficiosi renuntiare antequam adita sit hæreditas, quia ante non dicitur nata querela. Glos. in l. siquis posthumas §. si filium in verb. monente ff. de liber., & posthum., & ibi Alex., & Ruin. vbi dicunt idem tenere gloss., & DD. in l. si quis filium C. de inoff. testam. Sed imo dicendum est renuntiari posse querelæ etiam ante aditam hæreditatẽ, cum etiam iuri futuro renuntiari possit, vt dixi ad renunciationem iuris futuri nec me mouet, l. si quando §. illud, C. de inoff. testam. vbi filius per pactum cum patre factum minime excluditur à querela; Quia ratio ibi non est, quod iuri futuro renuntiari non possit. Sed ratio est, quia pactum de futura successione non valet, vt per per Gloss., & Ias. ibi. Quare pactum de quo in d. §. illud, cum sit de futura successione firmatur iuramento, cap. quamuis pactum de pact. lib. 6. vt per DD. in d. §. illud si igitur renũciatio querelę fiat viuo testatore, & reprobatur, vt pactum de futura successione non etiam, quod renunciatio iuris futuri non valet, post mortem autem, ante aditam hæreditatem, non video, cur renuntiari non possit, licet, querela non sit nundum nata; quoniam illud certum est etiam iuri futuro renuntiari posse per ea quæ dixi renunciat. 17.

7 Ex quibus concludendum videtur filium non posse cum patre paciscendo, renunt. querelæ inoffic. testamenti, vt expressè dicitur in d. §. illud cuius non est, quia illud pactum est de futura successione, quod reprobatur, vt per doct. ibi; Verùm accedente iuramento renunciatio valebit, vt per tex. in c. quamuis pactum de pact. lib. 6. post mortem autem patris, etiam ante aditã hæreditatem renunt. potest. Quod confirmatur per tex. in l. Papinianus §. si conditioni ff. de inoffic. test., & per id, quod not. ibi Bald. vbi filius exhęredatus capiẽs aliquid ex iuditio defuncti siue ante aditam hæreditatem siue post renuntiat querelæ, quoniam ex renunciatione ante aditã hæreditatem factam, querela non nascitur, post aditam autem facta renun-

renunciatione querela nata extinguitur, & ideó glossa in dicto §. si conditioni not., quod facilius impeditur querela competitura, quam vt extinguatur iam nata.

XCV. RENVNCIATIO, IVRIS DICENDI TESTAMENTVM NVLLVM,

Ex causa exhæredationis, vel preteritionis.

Summæ.

1 *Renunciatio iuris dicendi testamentum nullum.*
2 *Filius exhæredari, seu præteriri an possit ex sua voluntate, & consensu.*
3 *Filius approbans post testamentum patris exhæredationem, vel preteritionem de se factam.*

NOn tantum ex causa exhæredationis competit querela inofficiosi testamẽti, nempe cùm exhęredatio facta est causa iusta expressa, quæ tamen nec dum probata sit per hæredem; sed etiam competit ius dicendi nullum testamentum filio preterito, vel exhæredato, nulla causa expressa, vel expressa causa quæ de presenti apparet falsa, auten. ex causa, & auten. non licet, C. de libe. pret., & ibi doct. ideò post querelam inofficiosi testamenti rectè sequitur, vt de iure dicendi testamentum nullum, dicamus.

1 Considerari autem potest renunciatio iuris dicendi nullum testamentum ex causa preteritionis, vel exhæredationis tribus temporibus, scilicet cùm conficitur testamentũ, deinde post testamentum, viuente tamen testatore, & demum post mortem ipsius testatoris. Circa tempus confectionis testamenti illud quæritur, an
2 filius volens exhæredari, vel preteriri possit renuntiando titulo institutionis, vt ipse non instituatur, sed alius, tres sunt opiniones, Prima est glo. in l. si quando §., & generaliter, C. de inoffic. testam. qui vult filium posse ita velle & consentire suæ exhęredationi. Altera est opinio, vt cõcurrente filij voluntate, ita demũ exhęredatio valeat, si expressa est hæc causa, nempè quia exhęredatus voluit exhæredari, & hanc opinionem tenet Bart. in d. §., & generaliter, & ibi Angel., & Pan. de Cast. Tertia est opinio filium non posse ex sua voluntate exhęredari, & consentire suę exhęredationi, quoniam filij institutio, vel exhæredatio cum causæ expressione requiritur pro forma, cui renunt. non potest, & hanc sentẽtiam tenet Bald. in d. §., & generaliter pro prima opinione est tex. in l. non potauit §. si quis sua manu ff. de bon. pos. contra tab. quæ tex. est not., & capitalis, vt vtar verbis Gomes. ad leges Tauri, l. 22. num. 5., & est potissimum fundamentum quod adducitur per glo. in d. §., & generaliter, ex quo tex. infert Ias. in l. cum donationis, C. de transact. num. 2., quod volenti non fit iniuria. Quapropter filius minus ritè exhæredatus in actu confectionis ipsius restitutioni minimè poterit contra illud opponere per d. §. si quis sua manu. glo., & Bart. in d. §., & generaliter. Burlat. cons. 355. num. 32. Ad cuius opinionis confirmationem infert Dec. in l. nemo fraudare videtur, num. 4. ff. de reg. iur. ex ea regula, quod nemo fraudare videtur eos, qui sciunt, & consentiunt, quod filius de sua voluntate exhæredatus non potest impugnare regulam, per id quod inquit Bart. in d. §., & generaliter. Quinimò vbi filius volens exhæredatus fuit non exigitur alia causę exhęredationis expressio, vt tenet Gail. in auct. non licet, C. de libe. pręt., vt ibi refert Alex. col. 1., & ita vult Ias. in d. §., & generaliter, num. 8. dum tenet, quod etiam hodiè filius volens possit exhęredari absq; expressione causæ, nam exhęredatio facta etiam sine expressione causę valet ipso filio volente, & consentiente d. §. si quis sua manu, & ideó quod debet liberos esse à parentibus exhæredandos cum causæ expressione intelligitur ita demum proced., si filius nolens, vel inuitus exhæredetur, volentes autẽ, etiam sine causa exhęredari possunt, cum volenti non fiat iniuria.

Ex quibus infertur, nam stante consuetudine quod nemo verus hęres possit sine causa in iure expressa exhæredari, ea non habebit locum, vbi exhęredatio facta fuit concurrente voluntate ipsius exhęredationi per d. §. si quis sua manu. Neque dicendum est ex §. causas auct. vt cum de appella. cogn. exigi in exhęredatione causę expressionem, quoniam ille § procedit inuito ipso filio, vt per Bart. Alex., & alios in d. §., & generaliter, & ita stante dicta consuetudine declarat Cassane. in consuetud. burg. titul. de successio. rub. 7. §. 2. in tex. si non panr aucunes, num. 6. Sed quęstionis est, an tex. in d. §. si quis sua manu, qui loquitur de exhæredatione proced. etiam in præteritione, & an quemadmodum secundum hanc opinionem filius volens exhæredari, ita & cõcurrente illius voluntate præteriri possit. Quam quæstionem ponit Angel. in l. si quis posthumos §. si filium ff. de libe., & posth., & videtur concludere, quod sic ex rationis identitate, & sequitur Alex. ibi, & quod glo. in d. §., & generaliter, proced. tam in præteritione, quam in exhęredatione etiam causa non expressa tenet Gomes. ad leges Tauri l. 22. num. 5., quoniam hoc casu voluntas facit, vt testamentum valeat de iure prætorio, arg. l. filio pręterito ff. de iniusto testamento, & idem tenet Angel. in l. qui se patris, numer. 53. C. vnde libe. Io. de Imola sibi contrarius in l. filio pręterito ff. de iniusto testamento, nu. 59., & hanc esse magis communem, & veriorem trad. Guter. in l. nemo potest, nu. 143. ff. de leg. 1. vbi alios refert,

&

& quod filius præteriri poss. de eius consensu tenent doct. in l. posth. C. de bon. pos. contra tab., & ibi Ias. num. 26., & hanc sententiam esse communem testatur Vinius in suis communi. versiculo filij post Boer. decis. 204. numer. 40. Quamuis contrarium voluerit Imola in lege si quis posthumos §. si filium, num. 4. ff. de libe. & posth., vbi tenet d. §. si quis sua manu non proced. in præteritione, quoniam hoc casu non seruatur forma, qua in d. §. si quis sua manu, & ita tenet Bart. Bald. P. de Cast. Salicet. in d. §. & generaliter, & idem tenet Ias. in l. posth. num. 57. C. de bon. pos. contra tab. hancque opinionem veriorẽ esse asserit Gull. Benedict. in c. rainutius, in versiculo in eodem testamẽto num. 3., ac vel veriorem sequitur Ruin. in d. l. si quis posthumos §. si filium, nu. 186. Ea igitur opinio, vt ad rem redeamus, glo. in d. §. & generaliter, qui voluit posse filium eo tempore quo testamentum conficitur, consentire, vt exhæredetur, vel præteteatur, est magis communis, licet aliqui contrarium tenuerint, vt testatur Guter. in c. quamuis pactum, in princ. num. 17 de pact. lib. 6., & idem testatur Gomez. ad leges tauri, l. 22. num. 5. vers. sed his non obst., & inquit Valq. de success. creat. lib. 1. §. 10. numer. 527., quæ opinio glo. tenetur indifferenter.

Altera est opinio Bart. in d. §. & generaliter quod filij volentis ita demum exhęredatio valeat, si ea facta est hac expressa causa videlicet, quia filius exhæredari voluit. Nam vbi exhæredatio fit absq; causæ expressione, tunc testamentum est nullum, cùm non possit filius velle, vt solemnitas expressionis causæ remittatur, l. Paulus §. patroni ff. de bon. libert. Aliud dicendum est, quando filius vult exhæredari ea causa adiecta, quia ita voluit, quoniã hoc casu testamentum valebit, seruata forma expressionis causæ. Vnde §. causas auct. vt cum de app. cogn. loquitur de ea exhæredatione, quæ fit inuito filio, non etiam de ea quæ fit filio ipso volente, & consentiente, vt in d. §. si quis sua manu, & ita decl. Bart. d. §. & generaliter in fi. vbi tamen considerat, quod verba illa filij, per quę declarat filius se velle exhæredem esse, potest videri prolata ab eo fortè turbato dolore mortis patris, vel alia ratione, & hanc opinionem Bart. sequitur Alex. in auct. non licet, C. de libe. pręt. Fulgol., & Pau. de Castr. in d. §. & generaliter, quamuis Salicet. ibi existimauerit, vt hodiè contrarium sit dicendum, per d. §. causas.

Vltima opinio fuit Baldi in d. §. & generaliter, quod filius volens minimè exhęredari aut præteriri possit, quoniam consensus inter patrem viuentem, & filium operari non potest exclusionem filij à querela, vel debito bonorum subsidio. Quæ opinio etsi non sit recepta, tamen est verissima, & ego sanè huic sententię accedo, quicquid alij asseuerauerint qui sententia confirmatur ex eo, quod scribit Corne. cons. 31. col. pen. lib. 2. vbi respõdit, quod filius etiam volens præteriri non potest, & pro hac opinione facit l. si quando §. illud, C. de inoffic. test., vbi expressè dicitur, quod filius, qui etiam acceptis à patre certis reb. vt pecunijs pactus fuit cum ipso patre, quatenus de inofficiosi querela aduersus patris testamẽtum ab eo minimè ageretur non obstante renunciatione, & pacto minimè excluditur à querela inoffic., vel à suplemento legitimæ, cuius decisionis ratio est, vt ibi circa fin. dicitur, quoniam meritis magis filij ad paterna obsequia prouocandi sunt, quam pactionibus adstringendi. Prætereà quid aliud est voluntas, & consensus filij circa eius exhæredationem, nisi renunciatio, & pactũ futuræ successionis, & primo quoniam vbi quid prohibetur, censetur item prohibitum omne id, per quod peruenitur ad illud, l. oratio ff. de sponsali. deinde facit tex. in l. filio præterito ff. de iniuſ. testa., ex quo colligi videtur paria esse renũt. titulo institutionis ne quis instituatur, & renunt. ipsi hęreditati. Certum autem est, quod pactum de non succedendo, de iure ciuili, tanquam contra bonos mores, tam de iure ff. orum, quam Cod. est reprobatum, l. fin. ff. de suis, & legit. l. pactum dotali, C. de collat., & not. glo. in d. l. si quãdo §. illud, & quamuis tex. in d. §. illud loquatur in querela, & suplemento legitimæ, tamen ratio glo. est generalis, & generaliter loquitur in pacto de futura successione, vt per Corne. cons. 31. col. pen. ver. nec obst. lib. 2. Quibus accedit ratio tex. d. §. illud ibi, meritis magis filios ad paterna obsequia prouocãdos, quam pactionibus adstringendos, quæ est generalis tam ad querelam, & petitionem suplementi legitimę, quam ad ius dicendi testamentum nullum, Corne. d. cons. 31. col. pen. Quinimò difficultatem dicto §. illud esse adeò subtilem unam, & ab aliquo non tactam, vt eius solutionem libenter audiret, inquit Gomes. ad leg. tauri, l. 22. vbi tamen respondet, vt per eum, ver. vnde huic difficultati. Quibus cõcinit, quod si filius præteritus post testamentum viuo patre expressè, vel tacitè approbauerit testamentum, & posteà decesserit, remanet testamentum nullum, l. ege si filius, qui in potestate ff. de libe., & posth. Insti. de exhæred. libe. in princip. Bald. d. l. si quando §. & generaliter in fi.

Ex quibus potes intelligere filium minimè posse de sua voluntate, & consensu exhęredari vel præter iri, cùm huiusmodi voluntas, & cõsensus nihil aliud sit, quam pactum de non succedendo, quod de iure ciuili reprobatur, aliàs vbi posset filius ita velle, & consentire id per indirectũ permitteretur, quod directò est prohibitum, quæ regul. cum quid vna via de reg. iur. porrò exhæredationi, vel præteritioni cõsentire aliud non videtur, quam renunt. per indirectum successioni patris. Ruin. l. si quis posthumos §. si filium, num. 187. ff. de libe., & posth.

poſth. Nec quicquam facit, quod ſolemnitas exhęredationis, vel præteritionis inducta ſit fauore filij, l. filio præterito ff. de iniuſto teſta. & proinde filius poſsit illi renunt. cum filio volenti ſe exhæredari, vel præteriri nulla fiat iniuria, quia omne pactum, & omnis voluntas filij circa eius exhæredationem pręteritionem quærelam, & petitionem ſuplementi excluditur per d. §. illud, non ideò quia forma exhæredationis, aut præteritionis minimè inducta ſit fauore ipſius filij, & proinde filius illi renunt. non poſsit, ſed quia videtur pactum de non ſuccedendo, quod reprobatur, & quia vt inquit tex. ibi meritis magis filij ad paterna obſequia prouocandi ſunt, quam pactionibus adſtringendi, quæ ratio tex., & ratio prohibitionis excludit omnem voluntatem, & conſenſum filij adhibitũ circa eius exhæredationem aut pręteritionem. Nec me mouet etiam, qood conſtituendum ſit diſcrimen inter filium conſentientem patri exhæredari aut præteriri, vt hoc caſu exhæredatio non valeat, quaſi filius conſentire videatur ob pietatem, & pudorem reuerrentialem; an verò filius velit vltro ſe exhæredari, vel præteriri, cùm pater vellet eum inſtituere, vt nonnulli intelligunt proced. d. §. ſi quis ſua manu, quoniam hoc caſu voluntas eſt libera, nullo reuerentiali pudore impedita & maximè proced. vbi filius ſua manu ſcripſit ſuam exhęredationem, quoniam reſpondetur vtroq; caſu ſiue pater velit exhęredare, aut prę terire filium, & filius conſentiat, ſiue etiam filius velit vltrò exhæredari, aut præteriri, & pater poſteà conſentiat, eſſe pactum, cum ad conſtitutionem pacti minimè interſit, quod alter paciſcentium prius proponat voluntatem ſuam, & alter poſtea conſentiat, l. 1. ff. de pact. Nam per d. §. illud excluditur omne pactum inter patrem, & filium, vti pactum de non ſuccedendo, & proinde reprobatum, atq; omnem conſenſum, ſed reliquum eſt, vt ad tex. in lege non putauit §. ſi quis ſua manu ff. de bon. poſ. contra tab., quo contraria opinio fulcitur, reſpondeamus, & primo ſciendum eſt, quod bon. poſ. cõtra tabulas de qua loquitur titulus, ſub quo ſituata eſt d. l. non potauit datur omnibus liberis legitimis, & naturalibus, ſine iuſta cauſa præteritis, non autem ritè exhęredatis, quoniam vbi ritè exhæredatio facta eſt, tunc non competit eis bon. poſ. contra tab., ſed habent querelam inoffic. teſtamenti, l. non putauit §. non quauis, & l. ſi poſt §. exhæredati ff. de bon. poſ. contra tab. Vt igitur filius ſubmoueatur à bon. poſ. contra tab. exigitur, quod fuerit exhęredatus, l. 1. in prin. ff. de bon. poſ. contra tab.

Quare Vlpianus in d. l. non putauit exponit edictum prætoris, circa exhęredatos, & primo inquit pretorẽ non admittere ad bon. poſ. contra tab. exhęredatos, quamuis poſsint inoffic. quęrelam inſtituere, vt in d. l. non putauit, in prin. deinde ſequitur exponendo, & trad. in d. l. non putauit §. non quęuis, non quamuis exhęredationem ſubmouere filiũ à bon. poſ. contra tab. ſed quæ ritè facta eſt poſteà, vt ſciri poſſit, quando exhæredatio dici poſsit ritè facta, ita vt noceat filio ad eius excluſionẽ à bon. poſ. contra tabulas non etiam à querela inofficioſi, quoniam iuriſcon. in d. l. non putauit non proponit exponere caſus, in quibus noceat exhæredatio filio, vt à querela inofficioſi excludatur ſed inſtituit exponere eos caſus, in quibus exhæredatio nocet filio, vt ſubmoueatur à bon. poſ. contra tab. tantum, non etiam à querela; Quare poſt expoſitos nonnullos caſus, in quib. quæritur, quando quis dici poſsit ritè exhæredatus, ita vt non poſsit petere bon. poſ. contra tab. ita ſcribit iuriſcon. in d. § . ſi quis ſua manu exhęredem ſe ſcripſerit, an contra tabulas bonorum poſeſsionẽ poſsit accipere videamus? Et Marcellus libro nono Digeſtorum nocere ei hãc exhęredationem ait; quia Senatus hoc per non ſcripto non facit, quod contra eum eſt.

Quęrit autem ibi iuriſcon. exponendo edictum pretoris, quod ſubmouet à bon. poſ. contra tab. exhæredatos, & proſequendo materiã, quando poſsit quis dici ita ritè exhęredatus, vt ſubmoueator à dicta bon. poſ., non etiam à querela inofficioſi, vt præmiſit in dict. l. non putauit, in princip. ibi, ſanè ſi velint inofficioſi querelam inſtituere, in ipſorum eſt arbitrio ſi quis ſua manu exhęredem ſe ſcripſerit, an dici poterit ritè exhæredatus? ita vt ſubmoueatur à bon. poſ., & iuriſconſ. huic quęſtioni reſpondẽdo inquit hunc poſſe dici ritè exhęredatum, & ideò exhęredationẽ ei nocere, & adfert hanc rationem, quia Senatus hoc pro nõ ſcripto non facit, quot contra eum eſt. Vt igitur videatur iuriſcouſ. rectè reſpondere propoſitæ quęſtioni, & proſequi materiam, verba illa nocere ei hanc exhæredationem non ſunt ita accipienda vt exhęredatio excludat filium à querela inoff. & ab alio remedio, cùm iuriſconſ. dixerit in d. l. non putauit, in prin. eſſe in arbitrio ipſius exhæredati quamuis excluſi à bon. poſ. inſtituere querelam inoffic., ſed intelligenda ſunt vt per dictam exhęredationem ſubmoueatur filius à bon. poſ., & ratio eſt quia exhęredatio ritè facta eſt, vt per glo. ibi, in verſic. nocere. Nam cùm dubitari poſſet an exhæredatio ritè facta dicatur, vbi quis ſua manu exhęredem ſe ſcripſit obſtante S. C. Liboniano, quod dicit non valere, quod quis ſibi quis ſibi adſcribit, vt per d. glo. deciditur in d. §. ſi quis ſua manu exhęredationem eſſe ritè factam, quia quamuis non poſsit quis ſibi adſcribere, tamẽ poteſt contra ſe, vt per glo. ibi, & ideò ſequitur tex. ibi adferendo rationem, quia Senatus hoc pro non ſcripto non facit, quod contra eum eſt.

Quamuis exhęredatio ſcripta ſit ab ipſo exhæredato, tamen quò ad ſubmouendum filium à bon. poſ. contra tab. proinde nocet ipſi filio, atq; ſi exhæredatio ab alio ſcripta eſſet, & non minus ritè facta videtur exhæredatio propterea,

reâ, quod ab ipso exhæredato scripta sit, quam si ab alio scriberetur.

Quæ sanè ratio pulcrè declarat hunc tex. & remouet eam dubitationem an sua manu scribens suam exhęredationem dicatur ritè exhęredatus, quia id videtur non valere, quod quis sua manu adscribit. Vt igitur concludamus ritè exhæredato nocet exhęredatio ad submouendum eum à bon. pos. contra tab. non etiam a quærela inoffic., vt in dicta l. non putauit, in princip. sed vbi quis exhæredem se scripsit sua manu, exhæredatio dicitur ritè facta, ergo huiusmodi exhæredatio nocebit filio ad exclusionem bon. pos. non etiam querelæ inoffic. cui declarationi suffragatur tex., & ibi glo. in d. l. non putauit §. si quis emancipatum, vbi text. dicit, idcircò exhęredationem nocere, & ibi glo. in ver. nocere exponit, & nocere tantum, vt non habeat bon. pos. contra tab., & alia glo. in §. sequenti, in ver. nocebit, exponendo ibi, illa verba nocebit ei exhæredatio declarat, nocebit, hoc est, vt non habeat bon. pos. contra tab.

Quam sententiam comprobat etiam tex. in l. filio quem ff. de libe., & posth., vbi si filium exhęredatum posteà adoptauit huic adoptato exhæredatio nocet, non quo ad exclusionem filij à quęrela inoffic. quoniam id non pertinet ad illum titulum, sed quò ad negandum ius dicendi nullum, & bon. pos. contra tab. Denique, quod dicitur in d. §. si quis sua manu exhæredationem nocere nulla ratione intelligi potest, vt renunciatio noceat etiā quò ad querelam inoffic. quoniam id non congruit tex. d. l. non putauit, quò exponitur, quoniam exhæredatio dicatur ritè facta, vt noceat tantum ad submouendum filium à bon. pos. contra tabul. neque congruit ipsi titulo, vbi agitur non de querela danda, aut denegāda, sed de bon. pos. contra tab. tantum. Et hic est verus sensus d. §. si quis sua manu, & ita intelligit Bald. in d. l. si quando §., & generaliter dum inquit in casu d. §. si quis sua manu nocere filio exhæredationem ita, vt submoueatur à bon. pos. contra tab., quæ non datur nisi præterito; tamen non dicit, quod filio non superfit querela inoffic. licet glo. ibi dicam, & sententię adhærere videtur Ruin. in l. si quis posthumos §. si filium num. 198. ff. de libe., & posthum., vbi firmat hanc conclusionem, quod filius in potestate non potest suæ præteritioni, aut exhæredationi nec olim, nec odiè consentire, & quò ad exhæredationem inquit hoc dictum esse nouum, & à nemine adhuc dictum, & ideò relinquit cogitandum; vt per eum.

Adiuuatq; hanc partem, quod voluit Vasq. de success. creat. lib. 1. §. 10. num. 528. versic. vnde concludo, dum tenet, quod si filius, qui consentit exhæredationi, vel prępreritioni perseuerauerit in illo cōsensu, etiam post mortem patris tunc exhæredationē, vel præteritionem valere, per d. l. filio præterito, & per l. fin. C, de pact. secus si post mortē patris minimè perseuerauerit in tali consensu, vt per eum, vbi ēt adfert eum intell. ad dicto §. si quis sua manu, quem supra sequuti sumus asserendo illum esse re vera, nisi dum, verissimumq; sensum illius §. illum à nullo vnquam animaduersum fuisse. quamuis ante eum Bald. in d. §. & generaliter hunc intellectum attulerit, licet non tam disertè, & ita etiam intelligere videtur d. §. si quis sua manu. Ias. in l. posth. num. 27. vers. tenendo istam opinionem, C. de bon. pos. cōtra tab.

Per suprascripta igitur tenendum est, quod filius minimè possit accōmodare voluntatem suam patre ipsum exhæredanti, aut prætereūti, quoniā hac ratione permitteretur filio facere pactum de non succedendo, qod est reprobatum de iure ciuili, & id est contra dispositionem tex. in d. l. si quando §. illud, & id maximè proced. cùm tex. in d. §. si quis sua manu, quo innituntur tenentes cōtrariam opinionem potius confirmet hanc opinionem nedū tollat.

Et hactenus quidem diximus, quādo filius vltrò se exhæredari, aut pręteriri voluit, & quando filius tunc consentit suæ exhæredationi, aut præteritioni, cùm testamentum conderetur, nunc est videndum an quemadmodum filius à principio potest ex sua voluntate exhęredari, tenendo hanc opinionem, quod possit per d. §. si quis sua manu, ita valeat exhæredatio de eo facta, sine illius cōsensu, si tamen post testamentum, viuente testatore consenserit, & hoc secūdo casu non valere, tenet Angel. Imola in d. § si quis filium, & ibi Ruin. num. 185. vbi inquit hanc opinionē esse, haud dubiè veram. Nam primo casu videtur, quod nulla fiat iniuria volenti, & proinde valeat exhæredatio secus est, vbi exhæredatio facta est ab initio sine eius voluntate, quoniam licet post testamentum viuente adhuc testatore consentiat, & eam approbet, tamen quia testamētum fuit ab initio nullum, ideò non potest ex superueniēte voluntate conualidari. Insti. de exhæred. libe. in principio. Rimin. Iunior, consil. 343. numer. 30.

3 Post mortem autem patris filius exhæredatus, vel præteritus post renunt. iuri dicendi testamentum nullum approbando exhæredationem, vel præteritionem de se factam, lege filio præterito ff. de iniust. testa., nam testamentum in quo filius fuit pręteritus est nullum ipso filio volente, quoniam si noluerit dicere testamentum nullum, illud reconualescit d. l. filio præterito.

Nam testamētum patris etiam nullum filius approbare potest. Menochius consilio quatrocentesimo primo, numero trigesimo octauo, & numero centesimo vigesimo septimo.

Porrò, quod testamentum sit inualidum ex causa præteritionis id inductū videtur priuato fauore ipsius filij §. hæc autem auct. vt cum de appell. cogn. vbi ita dicitur, sola enim vestræ sereni-

serenitatis intentio est à parentibus, & liberis iniuriam præteritionis, & exhæredationis auferre cum paulò superius dixisset Imperator ea se statuisse, vt parentes, & liberos à testatorum iniuria liberaret. Cùm autem cessat iniuria, accidente filij voluntate, valere debet testamentum veluti remissa iniuria. Alciat. Paradox. lib. 3. c. 5. & ideo dixit Bald. in c. 1. n. 10. an agat. vel fil. quod ius dicendi nullum ratione præteritionis est quoddam quasi priuilegium quo filius non tenetur vti inuitus. Et quamuis inductum videatur pro forma filij institutio aut exhæredatio tamen hæc solemnitas inducta fuit fauore ipsius filij d. l. filio præterito. not. Bart. in l. 1. ff. de leg. 3. & ideo huic formæ potest filius renunt. Bart. d. l. filio præterito col. fin. p. stella l. si duob. §. si prius. num. 27. ff. de bon. pos. contra tab. & alij quos refert Hippol. Rimin. in l. posth. num. 390. C. de bon. pos. contra tab. Quamuis etenim valde controuersum sit an testamentum in quo filius fuit præteritus sit ipso iur. omnino nullũ an verò ita demum si filius illud dicat nullum, vt inquit Vasq. illustr. controu. lib. 3. c. 99. vbi refert tres opiniones tamẽ sequitur demu opinionem Curt. Iun. in l. posth. C. de bon. pos. contra tabul. qui tenet vt ipso iure testamentũ nullũ esse ex causa præteritionis verùm in effectu non esse nullũ si filius abstineat, quoniã tũc conualescit. Quapropter secundum eundem d. lib. 3. c. 100. num. 5. in d. l. filio præterito ibi illa verba quamuis subtilitas iuris refragari videatur; ita accipi debent, quod etsi iure ciuili quod ab initio non valet, ex post facto minimè conualescat, tamẽ id non obest, quam eo iure ciuili quod ab initio non valuit non intelligitur conualescere, sed magis alio iure hoc est prætorio, vt innuunt ibi illa verba, ex bono, & æquo. Vbi igitur filius fuit præteritus tunc priusquam filius ab hæreditate abstineat testamentum est nullum ipso iure, & in effectu; At quando filius abstinet testamentum iure prætorio conualescit, & hic est verus sensus d. l. filio præterito. Nam ius prætorium videns quod testamentũ ob priuatam filij vtilitatem tantum annullabatur, statuit vt filius renon. posset suæ vtilitati, & commodo, vt per eũ vnde communis est opinio quod hoc casu de iure prætorio tantum testamentum reconualescat, vt per Io. Imol. in d. l. filio præterito nu. 101. Hinc infertur per Fortun. Garci. in l. 1. in prin. num. 48. ff. de iust. & iure quod quamuis ex regulis iuris inferatur conclusio, si tamen vrgentius ex alia regula concludatur, tunc cessat iustitia prioris regulæ. Nam quamuis iure ciuili testamentum nullum videatur ipso filio prætenso abstinente, tamẽ ex bono, & æquo testatoris voluntas obseruari debet quoniam filius ex æquitate prætoria, cujus causa ne ille fieret iniuria, secundũ regulas iuris ciuilis rompebatur testamentum, noluit beneficio vti. Qua propter æquum est, & bonum obseruari testatoris voluntatem. Vt igitur testamentum remanent omnino inefficax est iniustum, quoniam eius contrarium æquum, & bonum est, q est iustum, & rectitudo regulæ iuris ciuilis inanis remanet ex casu abstensionis, qm̃ cum tendat ad finem boni inanis fit ex contrario bono & æquo. vt per Garci. d. num. 48.

Aliud dicen. est igitur circa voluntatem filij approbantem suam exhæredationem uel præteritionem post mortem patris, ut in d. l. filio præterito quam de filio qui ultrò uoluit cùm conficeretur testamentum nõ institui, sed exhæredari aut præteriri, qm̃ primo casu uolenti non fit iniuria, cum agatur de hæreditate iam mortui, quæ est in comercio nostro, & cuius amissio pendent ex uoluntate eius qui approbauit exhæredationem uel præteritionem l. is qui hæres ff. de acqu. hæred. cum sim. Altero autem casu quia agitur de renunciatione, & omissione hæreditatis uiuentis, ideo non attẽditur voluntas ipsius filij, ut habet in d. l. si quã do §. illud, & hæc ratio differentiæ constat etiã ex d. § illud iuncto d. §. generaliter quib. in locis constituitur differentia inter consensum filij præstitum patri testanti, & inter consensum filij accedentem post mortem patris, quoniam hoc casu consensus filij nocet, illo autem casu non item,

Quemadmodum igitur hæreditas patris uiuentis minimè post. pacto amitti, ut in d. §. illud. ita neq; consensu, aut uoluntate ipsius filij, cùm generaliter proditum sit pactum de futura successione omittenda non ualere inter patrem, & filium. l. pactum dotale C. de Collat. Quæ rationes cessant ubi filius amittit hæreditatem patris post eius mortem.

Suprascriptæ tamen, & d. l. filio præterito. decl. non proced. ubi pater ignorans filiũ præterijt, quoniam tunc etiam illius approbatione non conualescit testamentũ, & ratio illa est, quoniam hoc casu deficit substantia hoc est uoluntas ipsius testatoris. ut tradunt Bald. Pau. de Cast, Alex. & Ias. in l. sicut certi. in prin. C. de testam. milita.

Vno itaq; casu tantum potest filius renunt. iuri dicendi testamentum nullum ex causa exhæredationis uel præteritionis nempè post mortem patris quoniam tunc hæreditas potest renunciatione amitti, cùm sit in Comercio nostro. Cæterum si uiuente testatore siue tempore factionis testamenti siue post testamentũ approbet testamentum filius exhæredatus, uel præteritus, non conualescit testamentum quoniam consensus præstitus eo tempore quo conficitur testamentum reprobatur ut pactum de non succedendo, quod est reprobatum, consensus aut accedens post testam. nõ facit, vt testam. nullum conualescat, quia testam. ab initio fuit nullum. Verum iurata renunciatio facta tempore testamenti ualet per c. quamuis pactum de pact. lib. 6. sed ui. quæ dixi etiam supra de legitima, & de querela inoffic. test.

XCVI.

XCVI: RENVNCIATIO, IMMVNITATIS.

Summæ.

1 *Immunitatis iusta causa.*
2 *Immunitatis priuilegio renuntiari an possit.*
3 *Tacitè quando quis censeatur renunciare immunitati.*
4 *Immunis spontè soluens.*

X priuilegio, vel ex quapiam iusta causa interdum immunitas quibusdã personis tribuitur; Et ideo priuilegio, vel ętate, aut ex alia causa immunis præstare munia, vel onera, soluere non tenetur, vt habetur toto tit. ff. de vaca. & excus. mun. cum tit. seq. Excusatio munerum causam habet, & legitima est; vacatio autem nuda est, nec legem, nec causam aliam habens, quàm Principis Indulgentiam.

1 Iusta causa immunitatis munerum est senectus l. semper in prin. ff. de iure immunit. Et Cice. de senectu. ita ait, Ergo, & legibus & institutis vacat ætas nostra muneribus ijs, quæ non possunt sine viribus sustineri. Sunt, & aliæ causæ quæ eximunt à muneribus, & à tributis, collectis, & similibus, quas omnes recensere præsentis otij non est.

2 Priuilegio immunitatis a Principe concesso renuntiari potest cùm, & alias semper quis possit renuntiare suo priuilegio, quod loco suo explicauimus, sed & pacto fieri potest ne immunitas à lege concessa locum habeat, vt not. Bart. in l. vniuersi. num. 2. C. de legatio. lib. 10. intelligendo quod ibi recepta fuit dignitas ea conditione, ne immunitatem haberet, quod menti tenendum esse monet Alex. in addit. ad Bart. in l. semper §. legem ff. de iure immunita. Idque dubitationem non habet vbi immunitas conceditur lege, vel priuilegio principis fauore priuato ipsius immunis, aliud dicen. vbi lex dat immunitatem fauore publico principaliter, quoniam tunc renunc. non potest, & ideò decreto concedenti immunitatem ab onerib. per decennium venientib. ad habitan. in Ciuitate renunc. non potest, quoniam id inductum videtur fauore publico principaliter vt placuit Rip. in l. 1. nu. 21. ff. solu matr. vbi id declarat proced. quando renunciatio fit antequam forensis veniat ad habitan. si quidē forensis postquam venerit ad habitan. potest se oneribus Ciuitatis alligare, vt per eum. Ego tamen existimauerim in hac specie nihil interesse quod renuntietur antequam veniat ad habitan. vel postea, cùm quilibet forensis possit contemnere immunitatem concessam à decreto quoniam decretum non agit, ad acceptan. immunitatem, sed imitat forenses beneficio immunitatis. Præterea intellige ita demum renunc. posse immunem si immunitas concessa est fauore tantum ipsius immunis secus vbi, & agitur irreparabiliter de fauore tertij, & ideo conductor vectigalium Fisci, necessitate subeundorum municipalium munerum non obstringitur, vt inquit tex. in l. sēper. §. conductores ff. de iure immunitatis Felin. c. si diligenti. num. 32. de foro compet. Ratio autem adfertur in d. §. conductores, his verbis ex quo principali rescripto intelligi potest, non honori conductori datum, ne compellantur ad munera municipalia, sed ne ex tenuētur facultates eorum, quæ sub signatæ sunt Fisco, sed per promissionem soluendi collectos non censetur quis renuntiasse immunitati in futurum concedendæ Ruin. cons. 126. nu. 4. lib. 4.

3 Tacitè autem renuntiatur priuilegio immunitatis dupliciter, & primo immunis patiens se describi in libro soluentium onera, & non appellans renunc. videtur l. 5. §. si quis tutor. & ibi pulcrè Angel. per illum tex. ff quando appell. tit. , vbi inquit id communiter ignorari & esse menti tenendũ, sequitur Alex. cons. 101. col. 5. ver. 3. principaliter corroboratur lib. 1. & cons. 136. num. 51. lib. 2. Abb. c. cum accessissent col fin. & ibi Felin. num. 38. de consti. Ias. l. Prætor §. fin. ff. de ope. nou. nunc. Dec. cons 638. num. 9. Gozadin. cons. 23. num. 4. Balb. de præscript. p. 4. prin. q. 30. n. 7. Crot. cons. 64. num. 20. cum seq. Festas. de collect. p. 5. c. 5. num. 32. Craue. cons. 54. nu. 4. Olasc. decis. 91. nu. 21. Surd. cons. 419. nu. 8. cons. 313. num. 67.

Verùm alij contrarium tenent, Quos refert Card. Tusc. in ver. exempti. conclus. 575. nu. 8. vbi inquit ita consuluisse.

4 Secundò immunis soluens, & spontè onus suscipiens absq; protestatione renunt. videtur. l. pen. ibi, semel enim agnoscendo iudicium renunciat excusationi ff. de vacat. & excusat. mune. l. 1. C. de his qui spontè publ. mune. sube. lib. 10. & ibi Bart. Felin. & alij d. c. cum accessissent col. 13. ver. 3. regula Alex. cons. 136. num. 20. lib. 2. Gozadin. d. cons. 23. num. 4. latè Ant. Gabriel. tit. de iure immunita. concl. 1. num. 14. cum seq. Bursat. cons. 162. in fi. lib. 2. Olasc. decis. 91. nu. 5. Imo quis exēptioni renuntiari videtur nedum soluendo, sed & paciscendo contra priuilegium exemptionis Ancharan. cons. 260. in quæst. in fi.

Sed hoc ita verum, si quis soluerit per 30. vel 40. annos l. 3. in prin. vbi glo. & Bart. ff. de priuileg. veteran. l. voluntariæ, & ibi Bald. Salicet. & alij C. de excus. tut. Alex. cons. 193. col fin. lib. 2. cons. 33. col. 1. & 2. lib. 5. Ruin. cons. 196. ad fin. lib. 1. Gozadin. cons. 23. nu. 9. Guid. PP. q. 387. Grat. cons. 61. num. 45. lib. 1. Natta cons. 446. num. 56. Cephal. cons. 78 in fi. lib. 5. Petr. Antibo. de muneri. par. 3. prin. num. 36. Rebuff. tract. de decim. qu. pen. num. 54. Olasc. decis. 91. num. 21. Surd. cons.

conf. 262. nu. 79. Cæterum immunis per vnicá solutioné sibi minimè præiudicat pro futuro têpore. Surd. de aliment. tit. 4. q. 16. num. 29. Et soluens, sed non per tantú tempus, præiudicat sibi in possessione, c. suborta de re iud. non etiá in proprietate. Rebuff. de decim. q. pen. nu. 54. Sed, & id declaratur procedere in priuil. habente tractú successiuú, & recipiente reiterationé, secus in priuil., quod non habet actum reiterabilé. Alex. d. conf. 33. Guid. Pap. d. q. 387. Bald., & Salicet. in d. l. voluntariæ.

Secundò, declara suprascripta proced., vbi persona, quæ soluit potuit renunt. priuil. alias secus. Dec. d. c. cum accessissent, nu. 30. Ruin. conf. 228. nu. 11. lib. 1., & ideò mater etiam tutrix solutione onerú non videtur præiudicasse immunitati filiorum, vt per Cephal. cós. 58. in fi. lib. 1.

Sed, & suprascripta intellige proced. in eo, qui sponte soluit, vel passus est se describi in libro soluentium onera, secus si coactus quis soluerit, vel descriptus fuerit, nam coactè soluens non videtur renunt. Ruin. conf. 196. in fi. lib. 1. cons. 111. nu. 20. lib. 5. Roman. conf. 352. in fi. Surd. conf. 262. nu. 74., & ideò qui soluit ex præcepto superioris non censebitur renútiasse. Alex. conf. 33. nu. 7. lib. 5. Abb. conf. 94. cir. fin. lib. 1. Surd. conf. 262. n. 74. Quinimò solutio in dubio videtur facta non spontè animo renuntiandi priuil. immunitatis, sed per vim, ad euitandas lites. Surd. conf. 262. nu. 75., & registratio facta ab immuni edicto emanato, quod quilibet teneatur registrare non præiudicat, vt per Natt. conf. 1. n. 5. sequitur Surd. conf. 262. nu. 76., quia huiusmodi registratio videtur coacta, & quamuis edictum non comprehendat immunes, operatur tamen, vt immunis, quod timore edicti bona immunia describi voluit, videatur id fecisse coactè potius, quàm spontè nempè, vt lites execraretur, vt per eum.

XCVII. RENVNCIATIO, LVCRI DOTIS.

Summæ.

1 *Statutum deferens lucrum dotis.*
2 *Lucro dotis renuntiare an possit maritus.*
3 *Maritus renuntiare potest lucro dotis.*
4 *Maritus promittens restituere dotem in omnem casum dotis restituenda.*
5 *Maritus an renuntiare possit lucro dotis in præiudicium creditorum.*
6 *Statutum prohibens renunciationẽ lucri dotalis.*
7 *Lucro dotis etiam tacitè renunciari.*
8 *Lucrum dotis, quod marito defertur culpa vxoris adulteræ.*

Tripliciter dos mariti lucro cedere potest, scilicet pacto, glo. in l. si donaturus §. fin. ff. de condic. cau. data in l. si liberis ff. de pact. dot. l. ex morte, C. de pact. conuen. l. vnica § illo proculdubio, C. de rei vxor. act. Natta conf. 391. col. 2. nu. 4. Item statuti dispositionem lucrum deferentis, & in pœnam vxoris adulteræ, vt in c. plerumque de donatio. inter vir. & vxo. Nam licet de iure cómuni dos soluto matrimonio redeat ad patrem dotantem, l. dos à patre, C. solu. matr. l. si ab hostibus, in princ. ff. eo. vel ad ipsius mulieris hæredes, c. vlt. § sanè vbi Abb., & alij de donatio. inter vir., & vxor. Tamen ex pacto maritus potest dotem lucrari, glo., & Bart. in l. 2. ff. de dote prælega. in princ. in l. 2. ff. de pact. dot., & in l. licet, C. de iure dot., & quoniam, quod fieri potest pacto affirmat iuè, id quoque statuto fieri potest. Bart. in l. fin. per illum tex. C. de fideiuss. dot. in l. non impossibile ff. de pact. ideò etiam statuto fieri potest, vt dos cedat lucro mariti. Bart., & alij in l. hac edictali C. de secund. nupt. Socin. conf. 52. col. 1. lib. 3., vbi inquit non esse dubitandú, quin statuta ita disponentia valeant. Roland. de lucro dot. q. 1. num. 11.

1 Statuta autem deferentia lucrum dotis, cuiusmodi sunt multa in Italia respexerunt ad matrimonij onera vix tolerabilia. glo. in l. si donaturus §. fin. in ver. dumtaxat ff. de condict. cau. data. & ibi Alex. Bald. & Ias. testantur hanc esse receptam Doct. sententiam quam glo. esse communiter receptam trad. Roland. de lucro dot. q. 102. n. 6. & singularem esse inquit Ias. in l. si ab hostibus. §. si vir. in fi. ff. solu. matr. & ita voluit Bart. in tracta. de duob. fratr. q. 5. Bal. conf. 291. in fi. lib. 1. conf. 110. n. 1. lib. 2. Alex. conf. 129. n. 4. lib. 7. Paul. de Cast. conf. 59 pro pleniore n. 2 lib. 1. Iap. alleg. 130. n. 20. Aretin. in l. si ante nuptias. col. vlt. ff. solu. matr. vbi testatur hanc esse communẽ sententiá, & hanc opinioné sequitur latè Roland. de lucro dot. q. 4. vbi plures refert pro hac sententia, à qua inquit recedendum non esse tam in consulendo, quá in iudicando, & eundem sequitur d. q. 106. n. 13. & n. 35. Menoch. conf. 76. n. 10. lib. 1. Et quamuis Bald. in auct. ex testamento col. 10. C. de collusio. Dec. in l. in eo quod velis. & ibi Cagnol. ff. de reg. iur. tenuerint id lucrum, & se gratuitú, quia causa proxima, & immediata huius lucri, est vir ipse, & matrimoniú, vt est tex. in l. cum quis. § 1. ff. de dote prælega. Vbi scribitur, quia matrimonij causa id lucratus est per quem tex. ità quoq; voluit Bald. nouell. de dote p. 6. priuilegio 37. col. 3. & alij quos refert Tiraq. in l. si unquam in ver. donatione largitus n. 232. C. de reuoc. donat. Tamen non sequitur ex eo, quod onera matrimonij non sint etiam huius lucri causa proxima vt per Tiraq. d. ver. donatione largitus n. 235. Vt neq; ex eo quod lucrum appelletur, confestim sequitur esse gratuitum tantú non et esse compensationé onerú cum lucrum dicatur & id quod remunerationis causa defertur, quẽ admodú, & dicimus donationé remuneratoriá sic, & dicunt in l. pro oneribus C. de iure dot. fructus dotis mariti lucro esse pro onerib. ma-

trimonij. Præterea maritus videtur lucrari dum id ex statuto obtinet, quod de iure communi non obtinuisset, & quod præter ius commune ipsius lucro cedit. Tiraq. d. n. donat. largitus. nu. 256. statuta igitur hoc lucrũ deferẽtia respiciunt sanè ad matrimonij onera, quibus ferendis plerumq; non sufficiunt fructus dotis. Nam cùm his præsertim temporibus profusi sumptus qui fiunt tempore matrimonij ferè totã exhauriant dotem, ratione in eorum compensationem statuta dotis lucrum induxerunt.

2 Sed an maritus renunc. possit lucro dotis, quæstionis est, & videtur non posse, Nam lucrum dotis, vt supra dixi, defertur propter onera matrimonij, quemadmodum, & fructus dotis hac ratione debentur. l. pro oneribus C. de iur. dot. sed maritus non potest renunc, ne fructus dotis lucretur. l. cum pater. l. si conuenerit ff. de pact. dot. Ergo neq; lucro dotis renunciare poterit. Secundò pro hac opinione est tex. in l. si liberis. Secundum lecturam glo. ibi ff. de pact. dot. vbi maritus non potest remittere lucrum dotis quod ex pacto illi debebatur Tertiò renũciatio huius lucri videtur esse quædam donatio, l. ædibus. §. 1. ff. de donatio. quæ prohibetur inter virum, & vxorem l. 1. ff. de donat. inter vir. vxor. quæris ff. de pact. dot. postremò id lucrum debetur sub condit. hoc est si vxor prædecesserit, ergo non poterit repudiari ante impletam conditionẽ l. si ita scriptum §. si sub condit. ff. de l. 11. imò vti iuris fortuni renunciatio valere non debet, vt not. in l. 1. C. de pact. & hæc maximè procedit in lucro dotis quod ex stat. defertur, quia pactum contra statutum valere non debet l. non dubiũ C. de legi. l. pacta quæ contra, C. de pact & hanc opinionem sequitur Cuman. cons. 26, col. fin.

Sed contraria sententia, quod maritus renũciare possit est vera, & recepta, & hanc tenuit Alex. in l. si socer. §. huius, num. 4. ver. verum ff. solu. matr. cons. 158. nu. 20. ver. si quæritur. lib. 5. Paul. de Cast. cons. 59. nu. 2. lib. 1. cons. 232. col. 2, Socin. cons. 114. col. 2. lib. 1. Dec. l. in eo. col. fi. ff de reg. iur. in l. 1. col. peu. C. de sec. nupt. cons. 260. col. 2. Paris. cons. 127. col. 2 lib. 1. Socin. Iun. cons. 109. col. 1. lib. 3. vbi inquit, hanc esse veram, & communẽ opinionem Cephal. cons. 365. o. 17. Rol. de lucro dot. q. 39. nu. 10. cum seq. & q 102. nu. 6. Phanuc. de lucro dot. glo. 8. nu. 26. & glo. 14. nu. 1. ver. quid si statutũ, & pro hac opinione facit primò. Nam siue huius lucri communi sit lucratina, siue sit onerosa propter onera matrimonij vt supra dixi, vtroq; sanè casu maritus renunc. potest cùm semper respiciat commodum mariti, vti postea potest renunciare Paris. d. cons. 127. nu. 10. Deinde nam valet pactum per quod melior efficitur conditio mulieris, tanquam doti fauorabile, l. de die ff. de pact. dotal. hæc autem renunciatio, haud dubiè dotis cõditionem meliorem reddit, si quidem dos ex pacto redit ad suam naturam, l. si vnus §. pactus ne peteret ff. de pact. Alex. d. §. Lucius, num. 4. Roland. d. q 39. nu. 11.

Tertio renunciatio valere debet, cùm conferatur in tempus soluti matrimonij, l. si cum seruum §. fin. cum l. seq. ff. de donat. inter vir. & vx. Alex. d. §. Lucius, nu. 4.

Quartò renunciatio apposita, tùm cùm dos datur valere debet, quoniã tunc potest dotem dans legem, quam vult apponere, l. cum dos in prin. ff. de pact. dot l. legem, C. de pact.

Quinto, omnia pacta apposita in contractu dotis seruari debent, nisi illa expressim prohibita reperiãtur l. vnica §. illud, C. de rei vxor. act. ergo, & id pactum, quo lucrum remittitur, vti expressim non prohibitum valere debet.

Sextò, id lucrum inductũ fuit à statuto principaliter fauore mariti, si quidem illud defertur in compensationem onerum matrimonij, vt suprà dictum est, poterit igitur maritus lucro sui causa inducto renunciare.

Quinimò si minimè posset maritus renunc. lucro, id sanè esset pœna, non etiam fauor, cùm pœna sit, vt quis de re sua disponere prohibeatur. Rolandus dicta quæstione trigesima nona, numero decimoquinto, ex quo factum, vt plura statuta deferentia lucrum marito prohibeat lucri renunciationem, vt infrà dicam, nam si renũtiare aliàs non posset maritus, frustrà statutum prohiberet renunciationem.

Non obstant autem, quæ suprà adducta sunt pro parte contraria. Quod enim ad primum pertinet, licet non valeat pactum, quod nullos fructus dotis vir lucretur, quoniam dos ita esset omninò inutilis, valet tamen pactum ne maritus certam partem lucretur, l. quæris ff. de pact. dotalib. vbi valet pactum ante nuptias appositum, quod vir de fructibus dotis soluat creditori mulieris, quoniam non propterea mulier videtur indotata, sed minorem dotem habuisse censetur. Paul. de Castr. d. cons. 59. sed, & valet etiam, vt nullos fructus maritus lucretur, sed omnes ita demum in dote computet, si ideò plus fuit in dotem datum, quam datum fuisset, cùm satis sit, quod maritus habuerit vsumfructum, l. 4. ff. de pact. dot. Paul. de Castr. dicto consilio quinquagesimo nono, numero secundo, ver. item valet etiam. Deinde non obst. dicta lex si liberis, quoniã ibi maritus remisit cõstante matrimonio, & non spõte, ibiq; ideò non valet remissio, ne mulier suæ malitiæ lucrum, & commodum ferat, tum ne detur materia iurgandi. Paul. de Cast. d. cõs. 59. nu. 2. ver. item non obst. sequitur Roland. d. q. 39. numer. 20. Non obst. etiam, quod huiusmodi remissio censeatur donatio, quia id proced. in iure quæsito, non etiã in lucro quærendo, quo casu remittens non videtur donare. Roland. d. q. 39. num. 24. Ad hæc donatio ita demum prohibetur inter virum, & vxorem, si vir donat vxori de proprio patrimonio, & proinde pauperior efficitur, secus vbi vir renũtiat

lucro

lucro quærendo, l. si sponsus § si maritus ff. de donat. inter vir., & vx. Roland. d. q. 39. nu. 26. post Socin. in d. cons. 114. num. 8. Paris. d. cons. 127. num. 9., & Dec. cons. 260. col. 2. Postremò non obst., quod renunt. non possit lucro, vti iuri futuro, quia responderi potest, vt latè dixi de renunciatione iuris futuri.

3 Potest itaq; maritus renunt. lucro dotis, siue id ex pacto, siue etiã ex statuto debeatur, cùm vtriusque sit eadem ratio. Dec. cons. 260. in prin., & ideò potest maritus concedere facultatem vxori disponendi de dote, & illi disponenti consentire, & sic remittere lucrum dotis. Alex. cons. 246. lib. 6. d. §. Lucius, num. 4. Socin. d. cons. 114. Marzar. cons. 19. nu. 7. Barbatia consilio 59. dubio secundo, libro secundo, sequitur Decius d. consil. 260. col. 2. Paris. d. cons. 127. col. 2. Roland. q. 39. num. 29. sic, & stante statuto, quod vir lucretur totam dotem poterit maritus pacisci, vt lucretur dimidiam, vel tertiam partem. Roland. de lucro dot. q. 102.

Hinc quoq; fit, vt maritus possit lucrũ dotis remittere legando vxori dotem, l. 1. in princ. ff. de dote prælega. atq; consentire vxori offerenti bona suæ ecclesiæ, vel loco pio, cum eo casu videatur renunt. lucro dotis. Phanuc. de lucro dot. glo. 13. nu. 6. ver. quemadmodum.

Quæ conclusio, vsq; adeò procedit, vt natis posteà liberis hęc lucri remissio minimè reuocetur ex l. si vnquam, Cod. de reuoc. donat. vt voluit ibi Tiraq. in vers. donatione largitus, num. 239.

4 Quin etiam maritus promittens cum iuramento restituere dotem in omnem casum, & euentum dotis restituendæ cum renunciatione omnium iuris, & legum auxilijs censetur renuntiasse beneficio statuti deferentis lucrum dotis, vt latè per Roland. d. tract. q. 42., quod ipse quidem non probauerim, quoniã aut lucrum debetur ex pacto, & tunc ex generali renunciatione, non videtur renuntiatum lucro dotis, quod ex præcedenti pacto debetur, ne paciscens videatur se corrigere, & voluntatem mutare, vt voluit Dec. consil. 195. col. 2. sequitur Menochius de præsumptio. lib. 6. præsumpt. 37. num. 20., & facit quod scribit Dec. cons. 402. num. 3. Aut verò lucrum ex statuto defertur, & tunc ex huiusmodi generali renũciatione non videtur renũtiatum lucro dotis, sed videtur renuntiatum illis auxilijs, iuris, & legum, quibus promittens contra promissionem venire posset, non etiam, vt extendatur promissio ad totam dotẽ, sed vt validius obligetur, atq; vt magis cautum sit recipienti promissionem.

5 Extenditur propterea dicta cõclusio, vt procedat etiam in pręiuditium creditorum, si quidem maritus renuntiare potest lucro dotis etiã in præiuditium creditorum, Nam huiusmodi remissio non potest dici alienatio, & patrimonij diminutio, sed potius non acquisitio, l. qui autem ff. quæ in frau. cred. l. alienationis verbum ff. de verb. sign. Socin. cons. 114. nu. 8. lib. 1. Barbatia cons. 59. lib. 2. Dec. d. cõs. 260. in l. in eo. in fi. ff. de reg. iur. Socin. Iun. cons. 109. num. 4. 5. cons. 124. num. 1. lib. 3. Paris. cons. 127. numer. 18. lib. 1. Ios. Ludo. decis. Luc. 21. numer. 36. Roland. d. tract. q. 40. num. 6. vsque ad fin. Phanuc. de lucro dot. glo. 8. numer. 18. Peregrin. de iure fisci lib. 6. tit. 7. num. 40. Hippolit. Riminald. l. 1. num. 303. C. qui admitti. Surd. cons. 116. nu. 80. lib. 1. Nam tit. ff. quæ in fraud. cred. non proced., vbi debitor remittit lucrum, & spem lucrandi. Angel. Aret. in §. si quis in fraudem post glo. ibi Insti. de actio.

Sed, quod dicitur maritum posse renunt. lucro dotis etiam in præiuditium creditorum declaratur proced. in lucro delato ex statuti dispositione, non etiam in lucro ex pacto debito, quoniam lucrum ex pacto conditionali debitum non potest remitti in fraudem creditorũ, nam ex contractu conditionali ius efficax requiritur §. ex conditionali. Institut. de verb. oblig., & ita declarat Peregrin. tract. de iure fisci, lib. 6. tit. 7. numer. 40. his accedit, quod lucrum dotis ex pacto debitum dicitur æs alienum, non autem lucrum ex statuto delatum, vt voluit Bero. cons. 26. tria, nu. 14. lib. 2.

Declaratur etiam, vt non possit maritus remittere id lucrum in præiuditium fisci. Peregrin. d. tit. 7. num. 40., vbi testatur ita decisum fuisse.

Tertiò, declaratur, vt maritus ipse tantum possit remittere id lucrum, non etiam eius hęres, Socin. Iun. d. cons. 124. num. 3. per tex. in l. liberto octogiuta ff. de bon. libert. refert, & sequitur Peregrin. d. tit. 7. in fi.

6 Nam poterit tamen maritus renunt. lucro dotis, vbi statutum id prohibeat, cuiusmodi est statutum in Ciuitate Parauij. Cuman. cõs. 26., & cons. 72. Cuius etiam Cephal. consilio 365. numer. 17. Decian. cons. 12. lib. 2., & de statuto Cargnani habetur per Rube. cons. 70. viso statuto.

Potest enim statutum prohibere ne fiat pactum in contrarium, vt per Bursat. consil. 178. num. 22. lib. 2. Verùm vbi statutum prohibet renũciationem siue pactum illud intelligi debet, vt partes non possint renuntiare tùm, cùm contrahitur matrim. vt statutũ loquitur, secus post contractum matrim., quoniam tunc non prohibetur à statuto renuntiato. Paris. d. cõs. 127. nu. 23. ver. quæ benè adaptantur. Marzar. cons. 19. numer. 7. Phanuc. de lucro dot. glo. 8. num. 21., & glo. 14. num. 1. ver. sed in hoc casu. Quinimo vbi statutum improbat pactum in præiuditium lucri dotalis, videtur & velle, quod illi statuto maritus etiam renunc non possit. Cuman. cons. 72. visis pactis, col fin. sequitur Phanuc. de lucro dot. glo. 14. circa prin.

Non valebit etiam remissio lucri facta vxo-

ri, quæ a viro recessit, & voluit redire, nisi facta remissione lucri dotis, vt in casu l. si liberis ff. de pact. dot. Roman. sing. 582. Roland. de lucro dot. q. 48., nam venalis concordia inter virum, & vxorem esse minimè debet, vt inquit tex. in d. l. si liberis.

7 Sed, & tacitè renunt. potest lucro dotis. Bald. l. 2. nu. 1. in fi. C. de bon. quæ libe. Paul. de Cast. cons. 59. secundo dubio lib. 1. Ias. cons. 90. lib. 3. Socin. cons. 114. num. 8. lib. 1., & ideo maritus promittens restituere totam, vel integram dotem videtur remittere lucrum dotis, quoniam quod totam dicit nihil excludit, l. Iulianus, in prin. ff. de leg. iij. cum sim., & illa verba totam dotem, vel integram exponuntur, hoc est sine diminutione etiam lucri, Rainer. l. post dotem, & ibi Alex., & alij ff. solu. matr. Angel., & Imola in l. damni infecti §. cum pariete ff. de dam. infec. Bald. l. quod nomine ff. de cond. indebi. Purpurat. l. 1. nu. 130. C. de summa trinit. Alex. cons. 5. col. vlt. lib. 3., vbi hanc esse communem inquit, cons. 133. n. 5. lib. 5. cons. 201. lib. 8. Ias. cons. 90. lib. 3. Ripa in l. centurio, nu. 131. ff. de vulg. & pup., vbi testatur hanc esse communem opinionem. Tiraq. l. si vnquam, ver. totum, nu. 1. Rot. Genu. decis. 58. nu. 8. latè Menoch. cõs. 256., & cons. 374. nu. 13. Marsil. sing 687. nu. 4. Craue. cons. 294. Roland. de lucro dot. q. 42. nu. 8., vbi inquit hanc esse veram, & communem doct. sententiam, & idem trad. q. 34. q. 38. nu. 3., vbi testatur hanc sententiam esse veriorem, & magis receptam, & q. 39. nu. 17. Phanuc. de lucro dot. glo. 14. nu. 1 ver. verùm prædicti. Natta cons. 516. nu 7., & cons. 108. Surd. tract. de alimentis tit. 2. q. 15. nu. 230. Decian. cons. 22. nu. 16. lib. 1. cons. 31. in fi. lib. 2.

Hincq; si maritus promisit totam dotem restituere extantibus filius sibi præiudicavit, & filius, quia contrario sensui potuit renuntiasse. Bald. cons. 443. statuimus in prin. lib. 2. quod cons. duplicatur per eundem cons. 91. primo statuto lib. 4. idemq; tenet cons. 90. sciendum est circa med. ver. Item quæritur, eo. lib. vbi loquitur in statuto Ciuitatis Callij. Aliud tamen dicendum est, quando maritus promisit restituere dotem, quoniam hoc casu non videtur renunt. lucro dotis. Rainer. d. l. post dotem, & ibi Alex. glo., & Bald. in l. neratius ff. de re relig., & sumpti. fune. Alex. cons. 133. nu. 5. lib. 5. Dec. cons. 195. num. 1. Alciat. de præsumptio. reg. 3. præsumpt. 2. num. 11. 12. Roland. d. tract q. 37. per totam. Phanuc. d. glo. 14. nu. 1. ver. contingit dubitari. Natta d. cons. 516. nu. 17. Cephal. cons. 327. nu. 19. cons. 371. nu. 21. Surd. decis. 132. n. 22. Quin non videtur renunt. maritus promittens etiam restituere dotem in omnem casum. Dec. cons. 169., & cons. 402. n. 4 Roland. d. q. 37. Natta cons. 108. lib. 2. Neque renuntiasse videbitur marit⁹, qui promisit restituere hoc modo, quas libras puta decem mille (ad quas dos ascendebat) promisit restituere. Menoch. d. cons. 256. Verùm maritus recipiẽdo dotem datã à patre filiæ supra legitimam sub conditione, quod ad eum, vel ad suos hæredes reuertatur si filia moriatur in matrimonio, censetur renuntiare lucro statuti etiam si sit stipulatus, quod dos restituatur iuxta formam statuti, quando stipulatio non est cũ eo, cui debet restitui, sed vxori, quia nihilominus tenebitur totam restituere dotem. Castren. cons. 59. num. 2. ver. tertio videndum, lib. 1. Item censetur maritus renũtiare lucro, si dotem subiectam restitutioni in casu mortis vxoris sciens recipiat. Castren. d. nu. 2.

8 Circa lucrum dotis, quod marito defertur culpa vxoris adulteræ illud notãdum est, quod huic lucro dotis videtur maritus renuntiare, si passus est diu vxorem adulteram in possessione rei dotalis manere, l. cum post, in princ. ff. de iure dot., quem tex. singularem secundum vnum intellectum, & valdè notandum, inquit Roman. in l. si ab hostibus, in fi. ff. solu. matr.

Sed an maritus cui defertur lucrum dotis ob culpam vxoris adulteræ, vxorem occidẽdo videatur renunt. lucro dotis, vi. quæ dixi de tacita renunciat., per electionem suprà lib. 35.

XCVIII. RENVNCIATIO, LVCRI DELATI OB SECVNDAS NVPTIAS PARENTVM.

Summæ,

1 *Pœnarum, quæ inferuntur ob secundas nuptias, duo sunt genera.*
2 *Pœna mulieris intra annum luctus nubentis, est sublata.*
3 *Pœnæ statutæ ob secundas nuptias parentum fauore filiorum, minimè sublatę fuerunt.*
4 *Pœnæ ob secundas nuptias inductę fauore filiorũ, cessant ex eorum consensu, & voluntate.*
5 *Filiorum renunciatio, & consensus operatur, vt nulla eis videatur fieri iniuria ob secundas nuptias parentum.*
6 *Hæreditati patris filius renuntians non videtur renuntiare lucro delato ob secundas nuptias.*
7 *Impubes non potest remittere lucrum competens ob secundas nuptias.*
8 *Tacita remissio filiorum quomodo colligatur.*
9 *Taciturnitate filiorum an remitti videatur lucrum ob secundas nuptias delatum.*
10 *Iniuria nulla fieri dicitur filijs ob secũdas nuptias parentum.*
11 *Remissio lucri ob secundas nuptias parentũ haud facilè præsumi debet.*
12 *Tacitus consensus præstitus secundis nuptijs non sufficit, vt præsumatur remissio.*

Duo

1 DVo sunt pœnarum genera, quæ inferuntur ob secundas nuptias. Nam aliæ sũt pœnæ nubentium infra annum luctus, quæ infliguetur ex dispositione l. s., & l. 2. C. de sec. nupt., & idcircò inductæ fuerunt quia mulier nimis præproperè aduersus bonos mores nubit. Aliæ autem sunt pœnæ contrahentium secundas nuptias, quæ enumerantur in l. fœminæ, cùm ll. seq. C. de sec. nupt. Itaq; in d. l. 1., & in d. l. 2. agitur de pœnis, quæ inferuutur secundò nubẽtibus infra annum luctus, & sunt quinq; cæterũ d. l. fœminę, vsq; ad fin. situ agitur de alijs pœnis, quæ inferũtur ob secundas nuptias, etiam post annum luctus contractas, sed quia huiusmodi pœnæ videntur sublatæ per ius pontificium, c. peu., & c. fin. de secund. nupt. ita communiter distinguitur.

2 Nam pœnæ, quæ inferuntur mulieribus nimium festinanter, atq; intra annum luctus nubentibus sunt sublatæ, quoniam videntur odio mulierum tam præproperè nubentiũ inductæ.

3 Aliæ autem pœnæ, quæ statuuntur non ratione temporis, & festinationis, sed ob secundas nuptias, cùm non fuerint inductę odio secundo contrahentiũ secundas nuptias, sed fauore filiorum prioris matrim. ideò hę minimè correctæ fuerunt, & hanc opinionem tenuit Innoc. in c. fin. de sec. nupt. quem ibi alij vti cõmunem sequuntur, & Alberic. in l. 1. Cod. de sec. nupt. Dec. in rub. C. de sec. nupt. num. 6. Corne. conf. 21. lib. 1. Afflict. decis. 475. Bursat. cons. 210. nu. 24., vbi inquit hanc esse cõmunem santentiam. Guter. in l. nemo potest nu. 20. ff. de leg. 1., & plures refert Io. de Garoni. in l. s. nu. 135. C. de sec. nupt vbi hanc inquit esse magis receptam, Gabriel. tit. de sec. nupt. concl. 5. nu. s. Neuizan. Siluę nupt. lib. 2. nu. 46. Surd. cons. 575. nu. 20. Nam pœna indncta fauore filiorum ob secundas nuptias parẽtum est potius priuilegium pro ipsis filijs inductum, Bart. in l. liberorum, in prin. ff. de his, qui not. insam. Cephal. cons. 500. nu. 36. quinest priuilegium personalissimum, Bald. in auct. sed, & si quis, C. de sec. nupt., & ideò non egreditur personas filiorum, atq; cum illis extinguitnr. Io de Garroni. in auct. ea testamẽto num. 46. C. de sec. nupt. Cephal. d. cons. 500. num. 38.

4 Ex quo illud cõfestim sequitur, vt huiusmodi pœnæ fauore filiorum inductę cessent accedente illorum voluntate, seu consensu tam expressim, quam tacitè, glo. in §. 1. ver. copulantur ibi inuita filia auct. de non elig. sec. nub., & ibi not. Angel., & in cons. 39. Bald. l. maier, ver. quæro verum, & ibi Angel. C. ad hertull. in auct. ex testam nu. 3. C. de sec. nupt. Ias. l. filiũ quẽ, col. 21. ver. nam circa illud, C. fam. ercis. Dec. in l. nemo fraudare videtur, num. 5. ff. de reg. iur. in rub. C. de sec. nupt. nu. 8. cons. 206. numero tert io consilio 485. num. 5. cons. 620. col. 2. Paris. cons. 29. num, 86. & n. 89. lib. 3. Roman. cons. 259. ex themate, col. pri. & sing. 251. tu scis. Aretin. de testam. ver. donec caste vixerit. Cepol. caut. 238. si mater. Boer. qu. 185. num. 22. & q. 153. num. 6. Io. de Ripa in repet. l. fœminæ. nu. 29. C. de sec. nupt. Barbar. in l. cum acutissimi num. 61. C. de fideicom. Crau. cons. 661. num. 2. Crot. l. s. num. 89. in fi. ff. sol. matr. Grat. cons. 83. n. 17. cum seq. lib. 2. Ripa l. fin. nu. 104. C. de reuoc. don. Io. Garon. tract. de sec. nupt. c. fin. circa fin. & in rub. C. de secund. nupt. num. 516. & in l. fœminæ num. 29 C. eo. Gabriel. tit. de sec. nupt. concl. 5. num. 33. Rolan. cons. 81. num. 13. cum seq. lib. 3. Durans de arte testan. tit. de legat. caut. 18. num. 3. Cephal. cons. 361. num. 25. cons. 500. nu. 37. Bursat. cons. 12. nu. 41. cons. 255. num. 50. Guter l. nemo potest num. 18. Surd. decis. 99. num. 12. decis. 304. in prin. cons. 564. nu. 8. Menoch. cons. 155. num. 13. cons 806. num. 17. cons. 237. num. 16. cum seq. cons. 308. nu. 25. Sarmient. select. interpret. lib. 1. c. 4.

5 Nam voluntas, & consensus filiorum operatur vt nulla eis illata videatur iniuria à parentibus secundo nubentibus, si quidem volenti non fit iniuria l. s. §. vsq; adeo ff. de injur. remissa itaq; iniuria dicitur, & remitti lucrum quod eis à lege desertur ab secundas parentũ nuptias, & sublata censetur pœna quæ parentib. iterum nubentibus infertur Menoch. cõs. 237. nu. 19. parentes quippè secundias nuptias contrahendo iniuriam inferunt filijs primi matrim. & propterea pœnæ inferuutur, quibus filij subleuantur, quæ tamen iniuria nõ fit filijs volentibus. vt per Roman. d. cons. 259. col. 1. ver. quartò idem probatur, & l. sing. 255, tu scis,

6 Verùm si filius renunciauerit hæreditati patris non censebitur renuncisse huic lucro, Oldra. cons. 294. Guid. PP. decis. 228. Dec. cons. 396. nu. 2. & in rub. C. de sec. nupt. nu. 7. vbi declarat proced. quando post renuntiationem id lucrum superuenit.

7 Consensus tamen impuberum non operabitur remissionem harum pœnarum, seu lucri, Io. Garron. in rub. C. de sec. nupt. num. 523. in fi. Ant. Gabriel. tit. de sec. nupt. concl. 4. num. 48. & alij quos refert Surd. decis. 100. num. 6.

. Sed an filij possint renunc. dispositioni l. hac edictali C. de sec. nupt. diai de renunc. iuris prohibentis relinquere.

8 Restat autam vt videamus quomodo colligatur racitus consensus filiorum, vt ex eo censeatur remissum lucrum delatum ob secundas nuptias parentũ, & glo. in d. auct. di non elig. sec. nub. ver. copulantur, inquit copulantur inuita filia, inferens à contrario sensu quod
9 pœnæ cessant volentib. filijs, Et communiter Doct. volunt videri remissam iniuriam taciturnitate filiorum qui non ignorantes secundũ matrim. contractum fuisse nunquam de iniuria illata querelam habuerunt, & multo magis quando cum taciturnitate de alia concurrunt,

runt, ex quibus arguitur tacita ratihab. secũ-
di matrimonij. vt per Bald. in auct. ex testa-
mento num. 8. C. de secund. nupt. Alex. cons.
63. in dubitatione præmissa circa med. lib. 5.
Grar. cons. 83. nu. 18. lib. 2. Paris. cons. 29.
num. 84. lib. 3. Dec. cons. 206. Roland. cons.
81. nu. 16. lib. 3. Menoch. cons. 155. num. 19.
Surd. decis. 99. nu. 13 Horũ ratio illa est, nam
parentes secundas contrahentes nuptias iniu-
riam faciunt filijs p. matrim. §. prospeximus,
auct. de non elig. sec. nub. §. soluto §. venient
auct. de nupt. quæ iniuria sanè tùm remitti vr̃
cùm filij dum viuunt, nullã habent q̃rimoniã
de secundis nuptijs, vt not glo. in c. 1. quibus
mod. feud. amitt., & per Id, q. not. glo. in §. fin.
Insti. de iniur., & arg. l. fin. C. de reuoc. don.,
10 Sed hæc sñtia mihi non placet, nam lz. dicatur
iniuriã fieri filijs per secũdas nuptias parentũ,
tñ tunc nulla cõsiderari pôt iniuria, vt dixi de
renunc. actionis iniuriarũ, qm̃ inferri dicatur
iniuriarũ, primo consideratur non iure tactum
deinde cõtumelia, & ideo iniuriarũ actio ma
gis vindictæ, q̃ peccuniæ persecutionẽ habet, l.
2. §. emancipatus ff. de collat. bon., parentes
igitur contrahendo secũdas nuptias cùm iure
id faciant, & q. eis permittitur, deinde cùm in
eis absit contumelia, nulla pôr dici iniuria.
Cõsideratur quippè in secundis nuptijs parẽ-
tũ magis peccuniæ persecutio, q̃ vindictæ, si
quidem huiusmodi pœnæ impositę sunt non in
odiũ nuptiarũ permissarũ, sed liberorũ fauore,
& prospiciunt ne damnũ secundo matrim. li-
beris irrogetur, non ẽt, vt cõtumelia, & iniuria
vindicetur. Imò non dr̃ imposita pœna ratione
secundarũ nuptiarũ, sed conceditur auxilium
filijs primi matrimonij, quib. æquũ est succur-
ri, ne bona q̃ fuerunt eorũ patris cedant in vti-
litatẽ nouercæ, aut vitrici, cùm aliàs æquũ sit,
vt bona, q̃ ex vno stipite venerunt, illius stipi-
tis successoribus reseruentur, l. q. scitis, C. de
bon. q̃ libe. præterea q̃uis considerari ẽt possit
aliqua contumelia, seu iniuria illa remissa dis-
simulatione, vel reconciliatione, non tñ vr̃ re-
missũ damnũ, vt dixi de renunc. actionis iniu-
11 riarum Non est igitur tàm facilè præsumendæ
remissio, nisi constet de expressa, vel tacita re-
missione, non ratione iniuriæ, sed ratione per-
secutionis peccuniæ, cùm doct. cõsiderauerint
iniuriã tantũ, vt ea remissa censeatur remissa,
& persecutio peccuniæ, quod sanè non est ad-
mittendũ, nisi expressè, aut tacitè cõstet etiam
de remissione eius, quod interest.

Non autem satis est, vt filij tacuerint, & nul-
lam vnq̃ querelam habuerint, cùm hic minimè
agatur de iniuria, contumelia, aut vindicta, vt
doct. censuerunt, vel saltem de sola iniuria, sed
agitur de persecutione peccuniæ, quæ non tam
facilè remittitur, sed exigitur specialis remis-
sio siue expressa, siue tacita. Qua ratione n. pos-
sunt filij non obsequi voluntati parentũ secun-
do nubentiũ? Cùm sanè cõsentiunt filij secũdis
nuptijs id rectè faciunt vti probi filij, qui con-
formant se ad parentũ voluntatem, Tamen hic
consensus est obscurus, cùm præsumãtur id fa
12 cere ob reuerentiã, q̃ parentibus debent, Quæ
præsumptio facit, vt ex solo tacito consensu se-
cundis nuptijs pręstito, minimè inferatur re-
missio eius, q. illorum interest. Nam pñt igitur
consentire secundis nuptijs primũ vti filij non
audentes apertè repugnare volũtati parentũ,
deinde pñt comprobare verè secundas nuptias,
non tñ videbũtur propterea remisisse id, q. in-
teresse pôt, aliud n. est sm̃ matrim., & aliud est
persecutio peecunię, quare remissio vnius non
trahitur ad alterũ, vt dixi sup̃ lib. 1. q. 28., &
hanc opinionẽ, q. ex cõsensu adhibito secundis
nuptijs minimè inferatur ad remissionem de-
poni legis, q. tribuit auxiliũ filijs ob secundas
nuptias parentũ, tenet Franc. Sarmient. select.
interpret. lib. 1. c. 4., & idem tenet addit. ad
Dec. cons. 206. in ver. volẽte, & hęc opinio est
tenẽda etsi doctores communiter contrarium
tenent.

XCIX. RENVNCIATIO, VT DECISA VENIANT IN COMPROMISSO, Et transactione.

Summæ.

1 *Decisa, & clara minimè venire in cõpromisso.*
2 *Compromittens potest agere, vt etiam decisa veniant in compromissa.*
3 *Decisa, quod veniant in cõpromisso, id respicit priuatum fauorem partis.*
4 *Plotus Iuriscon. Nouariensis commendatur.*
5 *Iuri disponenti, vt decisa non veniant in compromisso, renunciari posse.*
6 *Compromissum factum ab eo, qui sciebat rem esse iudicatam valet, quoniã sic videtur renuntiasse sententia.*
7 *Compromissum, aut transactio an fieri possit de consensu partium, de re clara, & liquida.*

1 Ertissimi iuris est, q. decisa non veniũt
in compromisso l. 1. l. post rem ff. de
transact., & expressè habetur in Con-
stitu. domin. Mediol. titu. de Arbitr.
§. decisa. Verùm id intelligendũ erit in dubio
atq; vbi aliter non constat de partiũ volũtate.
2 Cæterũ vbi cõpromittens, vult ẽt venire in cõ-
promisso decisa aliud dicendũ erit, qm̃ habens
rẽ decisã p sentẽtiã, instrumẽtũ, aut aliter, pôt
fauori suo renũtiãdo, velle q. ẽt decisa veniant
in cõpmisso, vt expsè hr̃ p Alex. cõs. 254. col.
3 vlt. lib. 6. Nã q. dicit decisa venire in cõpmisso
id quidẽ inductũ fuit fauore partiũ, & illius, q
p se habet instrumẽtũ, vel ius liquidũ, vt non
cogat de illo cõpmittere, & ne io dubio ẽt cẽ-
leat cõpmittere de illo iure, vt p Alex. d. cons.
254., & pinde non est dubiũ, q. pôt renunt. iuri
ita statuẽti, vti inducto fauore partiũ, vt p eum.

4 Quam Alexandri sententiam sequitur Plotus Præstantissimus I. C. conciuis, & affinis meus, in repet. l. si quã n. 812. ver. sic, & deuetum, C. vnde vi. In qua sanè repetitione latissimè, atq; sciẽtissimè singularẽ doctrinã cũ Const. Med. & statutorũ interpretatione copulauit, Et ideò
5 stãte Mediol. Constitu. qua disponitur, q̧ fiat cõpromissũ inter agnatos, & q̧ decisa non veniant in cõpromissis, id decretũ ita accipiendũ erit, nisi habens ꝓ se rẽ decisã, velit eã venire in cõꝓmisso, quia tunc debet de ea cõpromissũ fieri, vt p Plot. d. loco. Nã sm̃ eũ ibi, huiusmodi statuta tribuũt facultatẽ, non autẽ necessitatẽ, vt quis cogatur, cũ possit ẽt contrariũ velle. Et hanc sententiam expressè tenet Surd. decis. 185. nu. 2., vbi vult etiam de re clara, & liquida, fieri posse cõꝓmissũ, vbi pars ita vult.
6 Imò, sm̃ eum, si cõꝓmissũ fiat ab eo, qui sciebat rem esse iudicatã valebit, & cẽsebitur renũtiatũ sẽtẽtiæ, & id maximè ꝓcedit vbi de sẽtẽtia fit mẽtio in cõꝓmisso, tametsi nõ adsit clausula, nõ obstãte sẽtẽtia, quia satis vr̃ renũt. sẽtẽtię.

Sed, & vbi in cõꝓmisso fit mẽtio expressa de re liquida p instrumẽtũ, valet cõꝓmissũ. Grat.
7 cõs. 110. n. 25. lib. 2. Sed illud dubiũ esse põt, nũ partibus volentibus fieri possit cõꝓmissũ, aut trãsactio de re certa, & liq̃da, & vr̃ posse, ꝑ ea, q̃ tradit Angel. in l. 1. ff. de trãsact. Verũ cõtrariũ tenet ibi Ias. col. 1. ver. tertio principaliter. Sed ipse existimauerim cõꝓmissũ, & trãsactio nẽ valere, vbi est voluntas partiũ expꝯssa, & non tãtũ si expꝯssim renũtiatũ fuerit sẽtẽtiæ; Sed ẽt si mẽtio tãtũ facta fuerit de ea, q̃a cõꝓmittẽdo aut trãsigẽdo de re clara, & decisa videñt partes tacitè renũtiare sentẽtiæ, ac iuri liq̃do, q̧ sanè facere põt, alias actus esset elusoriꝰ, Nã colligi debet tacita remissio, vt actus valere possit.

Verũ ad euitãdã omnẽ difficultatẽ tutius est, vt in transactione, vel in cõꝓmisso de re clara, & liquida renũtietur expressè sentẽtiæ, instrumẽto, vel alij iuri liquido, vt p Ias. d. l. 1. col. 1. Namq; renunciatio iuris liquidi facit, vt res de qua trãsigitur, vel cõꝓmittitur sit dubia, & illiq̃da, ꝓindeq; res aliòq̃n clara p renũciationẽ cõuertatur in rẽ dubiã, atq; in materiã aptã, & cõuenientẽ trãsactioni, vel cõꝓmisso. Vbi autẽ renũtiatio iuris liq̃di nõ est expressa, tũc dubiũ esse põt an trãsactio valeat ex regula, q̧ q̃ vult cõseq̃ns vr̃ velle omne necessariũ anteceđes ad illud, l. illud ff. de acquir. hæred. quam sanè non valere ex dicta regula putat Ias. in d. l. 1. nu. 12. Illud itaq; certissimũ est decisa, & clara venire, tũc demũ in trãsactione, vel cõꝓmisso, cũ clarè cõstat de expꝯssa volũtate. Dubiũ autẽ esse põt cũ volũtatis q̃stio est, tum etenim nõ tã facilè præsumẽdũ est, vt quis velit renũtiare iuri suo indubitato, per ea, q̃ dixi lib. 1.

Quinimò clausula, quod omnia censeantur compromissa, ac veniant in compromisso non cõprehendit semel iudicata, vel laudata, quãdo quidem speciatim est renuntiandum. Dec. cons. 39. nu. 3. ver. clarum est.

C. RENVNCIATIO, L. TRADITIONIBVS, C. DE PACT.

Summæ.

1 *Dominia rerum traditionibus, non etiam pactis nudis transferuntur.*
2 *L. traditionibus, C. de pact. non possunt partes renuntiare.*
3 *Dominium, vt aliquo casu retro transferatur partes conuenire non possunt.*
4 *Dominium cur transferatur ex pacto absq; traditione in pacto legis commissoriæ, adiectionis in diem, & in pactis habentibus vim resolutiuam contractus.*
5 *Dominium retro transfertur ex solo pacto absque traditione in pactis habentibus vim resolutiuam contractus.*
6 *Iudex vel Arbiter non potest facere, vt dominium sine traditione transferatur.*
7 *Dominium sine traditione transferre contra regulas iuris non est in potestate hominis.*

1 N l. traditionibus, C. de pact. rerum dominia traditionibus, non etiam nudis pactis transferri cauetur. Namq; illud pro regula proditũ est dominia, non nisi traditione transire, vt expressim habetur in d. l. in traditionibus. Ratio autem cur in contractibus non transferatur dominiũ, nisi mediante traditione, vel quasi, ea est quã adfert Bald. in l. ea lege, col. 1. C. de condict. ob cau. Nam secundum eum, si dominiũ ex solo pacto transferrentur, obligatio dandi non reperiretur in rerum natura, si quidem iam esset datum, & translatum ex pacto. Deinde, quia principia naturalia non possunt in totũ remoueri ab actibus hominum; naturaliter autem dominium à possessione cœpit, & ideò debet interuenire tradito, vt per Bald. d. loco. Surd. consil. 52. num. 75.

2 Quare huic regulæ iurisgentium non possunt partes renuntiare, quibuscunq; verbis vtantur vt per Alcia. respon. 84. nu. 5. tomo 3. lib. 8. Planè ad dominium transferendum desideratur traditio, l. non statim ff. de pecul. vbi ita scribitur, desiderat enim res naturalem dationem, Neq; enim possunt partes agere, vt dominium sine traditione acquiratur, aut trãsferatur, glo. in d. l. in traditionibus, & ibi Dec. nu. 2. ver. quarto etiam. Bart. in l. cum falsa nu. 4. C. de iur., & fac. ignor., & ibi Castren. nu. 4. Neq; disponere possunt, quod dominium transeat, vel reuertatur ipso iure, quoniam nihil operantur huiusmodi verba sine traditione Ægid. cons. 39. nu. 14.

Dominium ergo nuda voluntate minimè amittitur. Becci. cons. 42. nu. 20. Surd. cons.

52.

52. num. 75. vbi laté.

Vndè illa verba dedit, vendidit, tradidit, non operantur traditionem, nisi fint dicta in præsentia ipsius rei. Specul. tit. de empt. & vend. §. 1. nu. 32. Bart. l. 2. in fi. C. de acquir. poseff. Alex. conf. 50. num. 6. lib. 4. conf. 4. videtur, num. 2. lib. 2. conf. 28. viso, num. 3. lib. eo. Roman. conf. 309. num. 23. Ias. conf. 149. col. penult., & fin. lib. 4. Traditio etenim adeò requiritur, vt non possunt partes conuenire, vt dominium abq; illa transeat. Surd. d. conf. 52. num. 76.

3 Hinc si conuentum fuerit inter fratres, ne bona inter ipsos diuisa posint, quoquo titulo alienari, & si contra fieret, alienatio sit ipso iure nulla, bonaq; alienata ipso iure, & facto, redeant ad alios fratres; vno ipsorum contrauenienee, certè dominium non redit in alios fratres, quoniam partes paciscentes, quod dominium retro transferatur, nihil agunt, cùm dominia transeant non nisi traditione, ex regula d. l. traditionibus. Alcia. d. respon 84., qui ita tenet contra Ias. conf. 211. lib. 2. asserentem dicto casu dominium ipso iure rediisse in fratres.

4 Neque ad rem pertinet, quod retro dominium transferatur ex pacto, absque traditione in pacto legis cõmissoriæ, adiectionis in diem, & in pactis habentibus vim resolutiuam contractus: quoniam aliud dicendum est, cùm pactum non rescindit primum contractum, sed alium contractum alienationis in alium factæ, nimirum quia id fieri poteft, neque id pactum impedit translationem dominij. Vnde dominium ex pacto redire potest ad eum, qui prius erat dominus, secus dicendũ est in eo, qui nunquam habuit illud dominium. Aleia. d. conf. 84. Quin speciale est in lege commissoria, & in adiectione in diem, vt ipso iure dominium retro transferatur absq; traditione, glo. vlt. ind. l. traditionibus, laté Dec. conf. 239. primo non videtur, nu. 7. Ratio autem cur in huiusmodi pactis dominium ipso iure retro transferatur in venditorem illa est, quoniam ea pacta resoluunt ipso iure contractum, & proinde resoluto contractu, traditio prima remanet sine causa penes emptorem, ve per Franc. Curt. in d. l. traditionibus.

5 Itaq; in pactis habentibus vim resolutiuam contractus, veluti in pacto legis commissoriæ, adiectionis in diem, cum fine dominium retro transfertur ex solo pacto, absque traditione. Cæterum ex solo pacto absque traditione, non potest dominium transferri in eum, qui prius non erat dominus, per ea, quæ dicta sunt.

6 Quò sit, vt non posit iudex, Arbiter, vel Arbitrator facere, vt transferatur dominium, fine traditione d. l. traditionibus l. non est nitum, in fi. ff. de pigno. actio. Alex. conf. 1. nu. 4. lib. 5. Quamuis etenim lex, vel statutum, inducere posit fictionem, nimirũ vt ipso iure transferatur dominium absque traditione, & quod fingatur res tradita, vbi non fuit: tamen homo hoc non potest agere, nisi interueniat aliquis actus, quem lex habeat pro traditione. Alex. d. conf. 1. num. 5.

7 Et generaliter transferre dominium absque traditione contra regulas iuris non est in potestate hominis. Aretin. l. qui absenti §. 1. col. 2. ver. sed tamen ff. de acquir. pos. & facit l. nemo potest ff. de leg. 1.

Et cum his finem facimus primæ Centuriæ.

FINIS SECVNDI TOMI.

INDEX

INDEX

LOCVPLETISSIMVS.

Ad aperienda notatu digna, quæ in hac prima Centuria de Renuntiationibus Celeberrimi I. C. Colleg. & Viri Integerrimi D. Pauli Gallerati continentur.

Dimidia plus parte super summas auctus, ac ornatus Cura, & Industria Francisci Ambiueri Philosophiæ, & I. V. Doctoris.

IDERIS mihi, ò Lector, quisquis es, cogitabũdus hærere in hoc vestibulo. Numquid negligis, quod inscriptum legis? Aurei huius Tractatus Indicem quantùm significaui, & eò etiam amplius a me fuisse locupletatum? Vero id verius est; nec esset apud te dubitationi locus, si clausularum discrimina, quæ meæ sint, quæ Auctoris, vel asterisco aliquo, vel litterarum figura disparassem. Sed vsu id ipsum liquidò patebit. Quinimo, si sapis, minimam propemodum reconditæ doctrinæ, & exquisitæ, ac variæ erudit ionis huiusce libri partem hic figuatam fateberis. Cur ergo, inquies, non plura adhuc notasti? Futurum, vt in sinistrum iudicium nimius hic labor noster incurreret, valdè temporum, & morum ignarus fuissem, nisi scissem. Nam cum accessoriũ sequi debeat naturã principalis, mõstrosum Indicẽ prę Tractatu iudicassẽt, & dixissent Momi. Quod damus, hilaris accipe; adde solers quod prætermisimus, quod fortasse errauimus, benignus excusa; expecta certus quod promittimus, vt quemadmodũ alijs in disciplinis nostras sæpe legisti, & probasti lucubrationes, ita in hac legali facultate (si quidẽ is ad quẽ omnia refero Deus O.M. mihi dederit, vt quæ orsus sũ liceat prætexere) opus legas, quod inter innumera penè legum volumina nõ inutile existimabis. Aliud quid? Etiam. Quantũ gratia, & precibus potero apud eminentissimum Doctorem meum curabo typis, quamprimum cudendum tibi absolutissimum eius Tractatum DE COGNITIONE SVI quem cum videris, ò lector, desipies herculè, nisi eum velut typum Philosophicæ scientiæ, Theologicæ sapientiæ sedem, multiplicis eruditionis syluam, cœlestis doctrinæ thesaurum, & christianę pietatis, ac verę religionis normam prædicabis. Vale.

LL *Actio-*

Alteri

in

Christia

Index.

Diuisionis

Index.

Ensia

Filius

Iniuria

Ius

Index.

Christi

Diuisionis

Index.

Enuq

Index.

possunt

Iniuria

Index.

nec

Index.

Ius

Index.

etiam

tem

Mulier

Index.

Nobilitati

Quic-

Index.

Papa

Index.

Plotus

NN 2 Renun.

Renun

Index.

NN 3 vel

Re-

Index .

Spe-

Index.

Velle-

Index.

FINIS.